# IOANNIS FABRI IVRISCONSVLTI CLARISSIMI,

## GALLIARVMQ. CANCELLARII

Supremi, atq; omnium conceſſu ſubtiliſsimi, ſummiq; cauſſarum Patroni,

IN QVATVOR LIBROS INSTITVTIONVM
ERVDITISSIMA COMMENTARIA;

Poſtremis his typis ab innumeris propè mendis diligenti ſtudio repurgata, ſuóque priſtino reſtituta nitori.

*ACCESSERVNT MVLTORVM J. C. doctiſsimæ Adnotationes.*

Cum ampliſsimis Summarijs, atq; Indice verborum locupletiſsimo.



VENETIIS,
Apud Altobellum Salicatium,
MDLXXII.

# Iuris ciuilis Candidatis S.

GRAVISSIMI *rerum ſcriptoris Polybij ſententiam ſemper veram putauimus exiſtimantis* τὰς ἀρχὰς τοῖς ἀξίοις δοῦναι ἀνάγκην εἶναι. *Optimo itaque iure Gallica Quæſtura donatus eſt Joan. Faber, vt qui immortalem ſui nominis famam pepererat. Doctrinæ enim ſuæ malleo in Juſtiniani libros commentaria cudit, eo ingenij acumine, ea rerum forenſium cognitione, vt Aſtræam, & praxim ſeſe complecti videas. Exeunt itaque in lucem ad diui Juſtiniani Jnſtitutiones commentarij manu ſcriptis exemplaribus collati Juriſperitorum opera, quibus id negotij concredideramus. Jj autem multa deeſſe, pleraque inuerſa fuiſſe deprehenderunt: & quæ deerant, his notulis [ ] intercluſerunt. Sacrarum conſtitutionum, legum, & interpretum locos, adhibito iudicio, reſtituerunt. Porrò (vt Fabri inſtitutum aperiamus) quæ moribus recepta ſunt, edocet, leges, & ſuetudines conciliat, pugnantia iura diluit, quotidianum rerum forenſium vſum tradit. erum Juriſconſultorum, & Magiſtratuum applauſu ita probata ſunt Fabri ſcripta, vt , nec lato quidem vngue diſcedant. Atque (vt erat ingenio ad omnia verſatili) ope lurimis totum ſe deuouebat, ideoq; Faber optimo iure vocari cœpit.*

DZZiS

1043

Ob.6.III.37

# IOANNIS FABRI IVRISCONSVLTI CLARISS. Galliarumque Cancellarij ſupremi in Iuſtinianeas Inſtitutiones Commentarij.

*SVMMARIVM.*

1 *Modum varie conſiderari.& 2.*
2 *Iuriſconſulto futuro obſeruanda.& 3.*
4 *Materiarum genera.*
5 *Species ex generr concludi.*
6 *Iuris ſubiectum,& 7.*

HOMO natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs:aduerſus quas armatur virtutibus, induitur ſcientijs: quæ donum Dei ſunt 16. q. 1. cap. reuertimini. Et ſola viuendi ratio optima.ff.de fideicom. lib.50.apud Iulia. ideo ſummopere appetēda infra in proę. §.fi.24.q.3.c.ſi habes.Nam ignorantia ſcripturarum, ignorātia Chriſti eſt.38.diſtin.c.ſi iuxta. Et ignorans ignorabitur. 38.diſt.c.quia ea. Vnde dominus,Quia ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, extra de renun. cap.niſi. Omnis enim ſcriptura,diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum,ad corripiendum,ad erudiēdum in iuſtitia,vt perfectus ſit homo Dei,ad omne opus bonum inſtructus, ſecundum apoſtolum ad Timo.2.c. Modus tamen adhibendus, ne contra doctrinam eiuſdem apoſtoli,quis plus ſapiat,quam ſapere oporteat 43.diſt.c.ſit rector.§.hinc Paulus,extra de renun.c.1.lib.6.& ſecundum eundem, Qui ſe putat ſcire,nondum ſcit quomodo oporteat eum ſcire. Modus autem is,attēdendus eſt,circa multa. Et primo,circa quid,vnde Ber.Vigilantiſsime obſeruate,quid ſcire magis priusúe oporteat:tempus enim breue eſt: idcirco tu qui cum timore, & tremore, tuam ipſius optare ſalutem pro temporis breuitate feſtinas, ea prius ſcire,ampliusq́ue curato,quæ ſenſeris [illegible] ſaluti. Nam ſecundum Senecam,Dementia eſt,ſuper[illegible]addiſcere in tanta temporis egeſtate. Quid enim congeritur ad virtutum cumulum,& in quo excitatur animus ad ſalutem, per verborum grammaticalium diligentias, metrificantium pedes, logicorum fallacias,rhetoricorum ornatus, Muſicorum modulos, arithmeticorum numeros, geometrarum menſuras,aſtrologorum diuinationes? potius enim ſunt onus,& ſarcina ad beatitudinem quam ſubſidium. Vnde Hier. in vanitate ſenſus,& obſcuritate mentis ingreditur, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur.37.diſt. c. nōne. Illa enim addiſcenda ſunt, quæ docent honeſte viuere, alterum non lædere,ius ſuum vnicuiq; tribuere: ſicut iuris canonici,& ciuilis ſciētia,ff.de iuſt.& iu. l.iuſtitia.§. iuris præcepta. & infra de iuſt.& iur.§.iuris præcepta.& extra in proę. decret.§.ideoque. Mores informant. ff. de admin. tut.l.cum plures,§.cum tutor.de tuto.& curat.da.ab his, l. ſcire oportet,§.cum reliquis.C.de profeſ.& medi.l.magiſtros.C.de ſecun. nup.l.1.ff.de iuſt. & iu.l.1.circa princ.de ritu nupt.l.libertinus.Cupiditates,& nequitias refręnant.in auth.vt iudi. ſine quo.ſuffragio.in prin.ver.cogitabo,47.diſt.c. bonorum, de elec.c.auaritiæ.& c.quam ſit.lib.6.ff.de euict.l. in creditore.infra de lege fu.ca.tol.dic vt ibi.Docent pudicitiam, compeſcunt carnis petulantiam,vt in auth. quib. mod. natu.effi. legi.§.nouimus,ff.& C.de adul.per totum.extra.de vi.& hone.cler.per totum & in prooemio.§.ſed effrenata. Inſtruunt ſuijpſius fragilitatem cognoſcere. in auth. vt omnes obe. iudi.prouin.in prin.col.§.in authen.de nupt.in prin.Hortātur ad clementiam: & impietatem deteſtantur infra in rub. ſuper verbo pius.Et in ſumma ad bonum inuitant. C.de nupt. l.imperialis. Et mala puniunt,& execrantur, ff. de iuſti. & iur.l.1.§.ius,vbi multas concordantias reperies, ſuper verbo metu pœnarum. Omne enim ſtudium legislatorum eſt, vt homines bene viuant.in authen.vt non luxu.con.na.ho. circa princ.& non ſuas perdant animas,eo.tit.§.propter. Vnde ſecundū Sene.Hoc eſt ſapiētiæ ſublime:cętra vero puſilla, & puerilia ſunt,non tamen dico ea penitus proijcienda, diſtin. 37.c.legimus,c.turbat.c.ſi quis autem, & c.qui de menſa.ſed a limine proſpicienda: nec ea debemus diſcere,ſed didiciſſe, ſecundum eundem, vide infra in rub.ſuper verbo cupidæ. Vana enim doctrina eſt,ex qua vitia animarum,aut morum, non curantur: ſecundum Ioan. apoſtolum. Vnde Hiero. in originali,loquens de carminibus poetarum,& pompa verborum,Ibi nulla ſatietas mentis, nulla iuſtitiæ refectio reperitur, ſtudioſi earum in fama virtutum perſeuerant.Item Bernar.Multi multa ſciunt: ſtulte, cognoſce teipſum: quia multo laudabilior,& melior es,ſi teipſum cognoſcis, quā ſi te neglecto,cognoſceres curſus ſyderum,vires herbarum,complexiones hominum, naturas animalium, omnium cœleſtium & terreſtrium ſcientiam obtineres. Item Baſilius in Homel. ſuper rerum natura Græcorum philoſophi diſputarunt: ſed nullus apud eos ſermo fixus,& ſtabilis habetur, priore ſemper a ſequente deiecto,neque enim opus nobis eſt,quæ illorum ſunt, inſinuare,cum ad deſtructionem propriam, ſibimetipſi ſufficiant. Item Seneca in epiſtola vlt.ad Lucil. An tu quicquam in his credis eſſe boni,quorum profeſſores turpiſsimos omnium,ac flagitioſiſsimos cernis? Qui autem de liberalibus ſtudijs quærendis, iudicauerunt: nec virum bonū faciunt,nec permittunt,nec huius rei ſcientiam affectant. Diſce ergo,cum Hiero.in prooemio Bibliæ prope finem, Tale quid nitaris,qđ tecum perſeueret in cœlis.Inſanus etenim eſt itinerans,qui vltra neceſsitatem itineris ſe onerat his,quibus pro voto in termino abundabit. Vnde in vita beati Bernardi legitur: ꝙ Bernardus apparens cuidam abbati, dixit: Nulla iſtic ſcientia,nulla iſtic Chriſti cognitio,ſurſum ſcientiæ plenitudo: vera notitia virtutis.Itē attendendus eſt mo-
a dus,[a] ad quē finē? ſunt namq; nonnulli,qui ſcire ſcribere,diſputare & legere volūt,vt ſciant quærentes ſuperare, nō proficere:eminere,nō ſiſtere:& horū finis,vanitas. Nonnulli:vt

ſciant: & horum eſt turpis curioſitas. Nonnulli, vt honores, & diuitias habeant: & horum finis cupiditas. Nonnulli, vt ædificent: & horum charitas. Nonnulli, vt ædificentur: & horum prudentia: Duo vltimi laudabiles: primi abuſus, & damnationis cumulus. Non tamen nego, quin pauper poſſit, & debeat diſcere, pro pane lucrando. ff. de ori. iur. l. 2. §. primus diuus, verſi. nec huic, extra de cenſi. c. cum apoſtolus. Nam ſecundum Ariſt. 3. Topi. indigenti, magis eligendum eſt ditari, quam philoſophari. Item attendendum eſt, ad quem vſum: nam ſecundum Pſal. intellectus bonus, omnibus facientibus eum. Vnde ſicut cibus ſumenti, & non dirigenti, pernitioſus eſt: ſic ſcienti, & non facienti, bonum, peccatũ eſt illi. vnde Pſal. Deſcendant in infernum viuentes. i. ſcientes, & videntes malum, vnde Grego. Admonendi ſunt, qui accuſant praua, nec tamen euitant, quæ videant, quia in occulta iam retributione iudicij eſt, quòd eorum mens, malum, quod perpetrat, illuminatur vt videat ſed non conatur, vt vincat, vt quo melius videt, eo deterius pereat. Diſce ergo, & in te practica, vt bonus fias: & hæc eſt illa vera ſcientia, quam Pſal. requirit, bonitatem; & diſciplinam, & ſcientiam doce me &c. & per illam conſequeris beatitudinem. de qua idem dicit, beatus quẽ tu erudieris, docueris de lege tua &c. † Item eſt attendendus in docendo modus. Sunt enim nonnulli, qui ſe inter quæſtiones, & ſubtilitates gloſſarum, & doctorum inuoluunt: & tex. deſerunt: & ignorant. Nonnulli, qui multas leges nomiuare ſciunt: & ad aliqnod modicum notabile allegare: & tamen caſus eorum ignorant & qui ad quæſtionem dubiam ſcirent allegare aliquid: & tamen de mille caſibus legum interrogati, neſcirent ex improuiſo de vnico reſpondere ſunt nonnulli, qui librorũ multitudine delectantur, & per eos vagantur, contra doctrinam Senecæ dicentis, Diſtrahit † librorum multitudo, itaque cum legere non poſsis quantum habueris: ſatis eſt habere quantum legas, probatos itaque ſemper lege: & ſi quando ad alios diuerti libuerit: ad priores redi. faſtidientis enim ſtomachi eſt, multa deguſtare: quæ vbi varia ſunt, & diuerſa, inquinant, non alunt, Igitur ſi huius ſcientiæ verus, & ſecurus vis eſſe profeſſor: text. ſeu eorum effectus in mente retine: & concluſiones doctorum: diſputationes autem longas, chartis cõmenda: cum omnia non poſsint ſimul memoria retineri. vt l. 2. §. ſi quid autem. C. de vete. iur. enu. Hoc hortor, quod nõ ſis opinionum inuentor, nec facilis reprehenſor: ſed in dubio, ſequere cões opiniones, & illorum, qui conſueuerunt in plurimis approbari: ſicut facit lator. ff. de exc. tu. l. ſcire. §. aliud. & Papa de ſum. trini. & fide ca. c. 1. §. fin. in cle. adhibenda eſt enim fides peritis in arte. C. de re mili. l. ſemel, lib. 12. extra de homi. c. ſignificaſti. el 2. l. 1. in prin. ff. de vent. inſpi. l. ſeptimo menſe. ff. de ſta. homi. & minime ſunt immutanda quæ ſemper &c. ff. de legi. l. minime. & commendandi ſunt. vnde ſecundum philoſophum, ex falſis commendabor: quia materiam inueſtigãdæ veritatis, præbui. Temere autem quis reprehendit multis modis. & Hoſtien. ponit 12. modos, quos vide, in ſumma, in princ. 2. col. & vide etiã ſuper hoc in procœ. lib. ſententiarum. §. fi. Bene tamen placet, quod ſi veritas claret, quod aperiatur, cum poſsit vnus multos, & maiores, in aliqua parte ſuperare. C. de vet. iur. enu. l. 1. §. ſed neque. Ceterum cum per contrarias interpretum ſententias, totum ius pene turbatum eſt, quemadmodum & antiquioribus factum erat temporibus, vt d. l. 1. §. noſtra autem. Et nunc ſicut tunc colligere neceſſe ſit, dignum duxi, dimiſsis argumentis, & diſputationibus, iuxta glo. inſtitutionum, docto. opi. quę materiam tangunt, prout occurrerint, cum his quę addere potuero, Deo & beatiſsima virgine Maria, fauẽtibus, ad lectorem, & auditores huius voluminis me conuerto, vbi nox nocti indicat ſcientiam, quia plurimum noui ſunt, ſubſidium, prout breuius, & plenius potero illis dabo, non tacendo, authorum nomina, vbi ab ipſis recipiant, vt appareat a quibus opin. ortę & traditę fuerint. ff. de orig. iur. l. 2. §. iuris ciuilis. C. de vete. iu. enu. l. 2. §. tanta. & vt hęc ſcriptura, tantorũ teſtimonio fulciatur. ff. de vulg. ſubſt. l. in ſubſtitutione. prope. fi. ff. ſi ſer. ven. l. ſi quando. §. 1. Etenim Iuriſcon. alleg. opinio. iuriſcon. ff. de noxa. l. 2. §. fin. C. de condi. inde. l. pen. & quia eorum opi. propter authoritatem iudicis, vt plurimum approbantur illa tamen quę proprijs non reperies authoribus attributa, recipies pro quanto volueris: & ſi quid boni receperis: lauda Deum: cui magiſterij doctrina ſeruetur, vt dicit Hier. in prologo ſuper Ioanne in fi. Incipies ergo, antequam veniam ad rubricam, quęro quę ſit materia, ſeu ſubiectum in ſcientia legali? Dicit Azo in ſumma quod duplex materia eſt generalis, ſcilicet ius, & iuſtitia. Item negotia, &

4 duo vitia, error & contumacia. † Materia communis, eſt ius approbatum, rudis ęquitas, quę pro lege ſeruatur, vt contractus, & vltimę voluntates: iſta verba ſunt obſcura, & rudia, & pro intellectu eorum Iaco. & Pet. hic multa ſcripſerunt, quę cum per omnes opinio reprobetur, ideo circa eius intellectum, non expedit laborare. Vnde Dy. impugnat egre-

5 gie: nam cui attribuitur † genus vniuerſale, & eius ſpecies attributę videntur. ff. de leg. 3. l. ſi chorus, ſed negotium ita ſe habet, ad contractus, ſicut genus, ad ſpeciem. ff. de acquir. re. do. l. liber homo, ergo gl. ponendo negotium, ſub generali materia, videtur ſpeciem poſuiſſe, videlicet contractum, quem poſuit ſub communi. Pręterea, poſita ſpecie, ponitur genus l. inter agnatos, ff. vnde legi. & ff. de leg. 3. l. ſi quid earum, §. interemptum, & ſic poſito contractu, qui eſt ſpecies, in materia communi, videtur poni negotium, quod eſt genus. Pręterea remoto genere ab vno, videtur remota ſpecies, ff. de fun. inſtru. l. fundi. §. fi. & not. ff. de ſuis & le. l. 1. §. fin. ergo remoto negotio a materia communi: & contractus remotus videtur. Pręterea, cum cauſa debeat pręcedere cauſatum, vt l. 1. ff. de acquir. poſ. in princ. & materia, materiatum, ff. de ori. iur. l. 2. §. deinde, non poteſt dici quòd ipſum ius, quod eſt ſcientia, ſit materia ſuijpſius. Pręterea, cum delicta, & contractus ſint paria, quo ad obligationem inducendam, ff. de iud. l. omnem, quomodo in diuerſis membris ponuntur? Pręterea, cum iuſtitia, & delicta ſint contraria, vt in auth. vt hi qui res mino. ob. ha. in princ. quomodo ponuntur ſub eo-

6 dem? ff. de ver. ſigni. l. hęc verba. † Alij dicunt, quod iuſtitia eſt ſubiectum: & hanc videtur ſequi glo. ff. de iuſti. & iur. l. 1. ſuper verbo a iuſtitia, alij quod bonum & ęquum in d. l. 1. §. 1. & hanc tenet. Ia. de Ra. Dy. dicit quod ſubiectum poteſt ſumi tripliciter. Vno modo pro materia diſponente, ſeu diſpoſita, & nihil aliud eſt quam actus hominum in authen. de fid. inſtru. §. qualiter. Sed ſi quęratur de ſubiecto illius materię diſponentis, vel diſpoſitę, tunc poteſt dici, quod vnum quodque horum, iuſtitia, bonum, & ęquum ſit ſubiecti videlicet iuſtitia, tanquam radicale principium: bonum, & ęquum, tanquam illud ad cuius cognitionem omnia tendunt. ff. de verbo. oblig. l. ſi ſeruum, de rel. ac ſum. l. at. ſi quis, §. hęc actio. ſed ſi ponas ſubiectum pro tanto collecto, eſt ius approbatum ſecundum eum. Tu autem, potes dicere, quod non ſit triplex, ſed vnum. Vnde ſubiectum non eſt niſi materia, ex qua aliquid fit, vt vas fictile de terra vel

7 in qua: vt albedo in pariete. Et ideo, dic † eſſe ſubiectum huius ſcientię, iuſtitiam: bonum autem, & ęquum, non ſunt niſi qua[…]tes iuſtitię: quę ſemper bona eſt, & ęqua: vt dices i[…] ti. & iur. in princ. ſicut de poſſeſſione naturali & ci[…]ueuit dici. C. de acquiren. poſ. l. licet, & non ſunt pr[…]prie materia huius ſcientię, ſed qualitates ipſius materię, vel effectus. Fateor tamen, quod materia Digeſtorum, & C. fuerunt antiqui libri, & leges, & ita intellige. C. de vete. iur. enu. l. 1. §. iubemus: quę alias obſtaret huic opi. ſed non ſun[…] materia ſcientię. Item not. quod hęc ſcientia, eſt morali[…], & ſupponitur ethicę. C. de ſecund. nup. l. 1. ver. ne his, ff. de ſponſa. l. libertinus, & not. in auth. de nup. in princip.

a Adnotatio. Modus, eſt attendendus. Adde Spec. in tit. de aduoc. §. nunc de exordijs, verſic. modus igitur. Innoc. in cap. ſuper quæſtionum de offic. deleg.

b Communes opiniones. Vide Bald. in l. nu. 10. C. de poe. iudi. qui ma. iudi. in c. 1. in fi. de natura. ſuc. feu. vbi tenet, ꝙ communes opiniones, doctorum, ſunt tenende. Adde, limitando hoc dictum, vt per ea quæ notaui in apoſtilis ad Panor. in c. prudentiam, num. 4. in apoſtil. in ver. in quam plures, extra de offi. deleg. & ibi habes, an, & in quibus ſit adhærendum opin. communi, & ab ea non recedendum, de quo etiam per Felyn. late in c. canonum, num. 57. de conſtitu.

# IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

*Imperator Cæſar Flauius, Iuſtinianus, Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, ac triumphator ſemper Auguſtus cupidæ legum iuuentuti.*

1 *Chriſti nomine omiſſo inſtrumentum uitiari.*
2 *Iuſtiniani fides & tempora.*
3 *Imperator quis.*
4 *Imperij genera.*
5 *Imperatorum electores.*
6 *Cæſaris origo.*
7 *Quæſita, patrimonium non item, alienabilia.*
8 *Iura quando diſcenda.*
9 *Sigillum ſine nomine an ſufficiat.*
10 *Inſtitutiones cur ſic dictæ.*

QVICQVID agimus, debemus in nomine Domini incipere. 17. q. 7. c. non obſeruetis. Quia quicquid habes meriti præuentrix gratia donat, nihil enim debemus aſsignare noſtræ prudentiæ. 16. q. 1. c. reuertimini. & ideo quaſi geſtores, vel procuratores loquimur. vt no. in auth. de hære. & fal. in rubr. quia, qui a ſemetipſo loquitur, gloriam propriã quærit Io. 7. c. item Pet. in epiſtola. ſi quis loquitur, quaſi ſermones Dei, Et ſic ſemper incipit Iuſtinianus in rubricis, & quandoque in legibus C. de offic. præſe. præ. Afri. in nomine domini. Et papa extra de teſti. in nomine domini. 23. di. c. in nomine patris. & ſic de conſuetudine, notarij incipiunt inſtrumenta. †Sed quæritur, a quid ſi notarius, hoc omittat? gloſſ. dicit quod non valet inſtrumentum, vt in auth. vt præponatur nomen imperatoris, in gloſſ. vt puta in nomine &c. col. 5. gloſ. poteſt eſſe vera in arduis, & perpetuis: ſed in minoribus, vel breui tempore duraturis, poteſt dici contra, & ita tenet Spe. in tit. de inſtru. edi. §. 1. circa prin. Nota, quod papa non incipit ſic libros decretalium, nec in antiquis, nec in nouis compilationibus: quia papa nihil poteſt facere, quin ſit in Dei nomine, cum ſit dei vicarius, extra de iureiur. ca. romani. in cle. vel forte hoc omiſit, cauſa breuitatis. Gloſ. dicit hoc ex hoc poteſt notari, quod imperator fuit chriſtianus. Inſultat Iacob. de Ra. contra gloſ. quod non ex hoc probatur, quia Sarracenus inuocat nomẽ domini. Sed certe imo ſatis probatur, additis verbis ſequentibus Ieſu Chriſti: qui non inuocatur per iudæus, nec per ſarracenos. † Item patet imperator inuocabat virginem Mariam, vt epiſtola inter claras. & epiſtola liquet. & credebat trinitatem, vt C. de ſum. trin. l. 1. C. de vete. iur. enu. l. 1. & 2. Et ſcias, quod ſecundum chronica is primus † Iuſtinianus fuit hæreticus, errore Euthicetis, poſtea ad fidem reductus, per Agapitum p[illegible] &  incepit imperare anno domini. 52. & regnauit. 38. annis, & tempore eius, florebat beatus Benedictus in monte Cæſino, ſanctus Caſsiodorus, apud Rauennam. ſancta Genouefa in pago Pariſien. ſecundum chronica, ego vidi nomen Iuſtiniani ſcriptum in cathalogo ſanctorum cal. Auguſti.

Adnotatio ſed quæritur. Vide Ange. Aret. ſuper hac quæſtione hic & maxime in verſic. vel clarius, aut quæritur &c. Item vide do. [illegible] in [illegible] 1. de fide inſtru. in 1. col. prope fi. ver. in glo. 1. in fi. vbi late ponit, quæ [illegible] de eſſentia inſtrumenti publici. poſt omnes doct. Item vide hic [illegible] et. in 1. col. an notarius conficiens inſtrumentum, inter Chriſtianum & [illegible]æum, vel inter duos iudæos debeat inuocare nomen domini noſtri Ie[illegible] Chriſti. & etiam vide Bar. in prima conſtitutio. C.

IESV Chriſti. Expone, hæc verba in rub. de hæredit. & falcid. in gloſſ. Imperator. Dicit Iſidorus quod hoc fuit antiquitus nomen illius, cui ſumma rei militaris adminiſtratio commiſſa fuit, & poſtea ſibi iudices vſurparunt: finaliter ſenatus hoc nomen ſoli Cæſari, ad aliorum regum differentiam, appropriauit, in perſona Octauiani, qui regnauit tempore natiuitatis Chriſti. † Et ſcias, quod hodie ſunt imperia a Conſtantinopolitanum, & Romanum, nam olim facta diuiſione ſeu datione vrbis, per Conſtantinum eccleſiæ. de qua extra de electio. c. fundamenta lib. 6. & de qua notatur in auth. quomodo oporteat, iu. in prin. caput imperij fuit Conſtantinopolis, vſque ad tempora Stephani papæ: qui tranſtulit Romanum Imperium in Germanos, ex eo quòd conſtantinopolitanus nolebat ſuccurrere eccleſiæ, neque vrbi, vt plene not. extra de elect. c. venerabilem. Et ideo electus per Alemanos eſt verus Imperator romanorum, non conſtantinopo-
5 litanus. 16. diſtin. c. ſi imperator. 7. q. 1. c. in apibus. † Et ſunt electores, Maguntinus, Colonien. Treuerenſis archiepiſcopi. etiam quatuor principes ſeculares, de quibus per Hoſ. d. c. venerabilem. extra de ſen. & re iudic. c. ad apoſtolicæ. lib. 6. & per hoc patet reſponſio, ad quodam argumentum puerile, quod Iac. facit hic, imperator, dicitur ab imperando, cum ergo quilibet imperet in domo ſua videtur quòd poſſet dici, quilibet imperator. non ſic.

Adnot. Duo ſunt imperia. Adde vtrum horum ſit verum imperium. vide gl. in c. di. 96. ſi imperator. & ibi Gemi. vbi dixi in apoſtil. ad ipſum, vbi dicit imperium romanum eſſe verum imperium, & eius imperatorem legitimum, non conſtantinopolitanum. de quo etiam per Panor. & doct. in c. per venerabilem. vbi etiam, notaui in apoſt. ad ipſum. extra de elect. & ibi bo. tex. & glo. in c. ſoli. e. de maior. & obedien.

CAESAR. Glo. dicit. † quod Imperator, a dictus fuit Cæſar, a Cæſare Auguſto, qui regnabat tempore natiuitatis chriſti. Salua pace glo. imo a Iulio cæſare eius auunculo qui fuit primus monarcha romanorum, ſecundum chronica. Quare autem ille dictus fuit cæſar? Referunt, quod fuit execto ventre tractus. l. ſi mater. C. de inof. teſta. & quia iam magnam cæſariem pilorum habebat, cum extractus fuit de ventre, ſecundum chronica.

Adno. Imperator. Aret. dicit hic, quod imperator, non poteſt dici, niſi poſt triplicem coronationem. Reuocat etiam hic in dubium, an priuilegia, conceſſa ab imperatore, ante eius coronationem, valeant. vide eum in 2. colum. circa fi. in fi. verſic. 2. principaliter no. & ver. ſeq. item quis poſſit præſcribere, vt non habeat imperium, in ſuperiorem vide per do. Feli. latiſſime, & melius quam alibi in c. cum non liceat. de præſcri. col. 4. in prin. in ver. cæterum ſubdit. Abb. cum ſex ſeq. charta. 49. item an imperator poſſit concedere laico, vt ſolum coram eccleſiaſtico conueniatur. vide eundem in d. c. col. pe. cir. fi. ver. item adde quod licet.

FLAVIVS. Dicit glo. quod fuit rubeus. vel dic flauus. id eſt, ruffus, ſicut Dauid rex. vt legitur. i. Reg. c. 17. & ego Ioa. de monte dulphi, dictus faber diœceſis Engoleſimæ prouinciæ Buldegalen. ſum.

IVSTINIANVS. Expone, oppone, & ſolue vt gl. Iuſtinianus. Illud autem approbatur quod fuit filius Iuſtini. ſecundum chronica. dixi ſupra ſuper verbo in nomine. &c. † Sed tunc oppo. quomodo ſucceſsit patri. quia per ſucceſsionem, nunquam imperator creatur: ſed per electionem. & ſic adminiſtrator. C. de offi. præfec. præ. l. 1. & ſupra dictum eſt, per nouam. electionẽ. no. C. de mun. & hono. inter patrem & fi. non conti. l. i. & no. in rubri. extra de fi. præsby. per totum? nec aliquis fuit in medio, ſecundum chronica. Poteſt dici, quod illæ leges, non obtinent in electione imperatoris, ſicut nec formæ electionum, in electione papæ. extra de elect. c. licet. & c. vbi maius. lib. 6. Vel forte fuit electus in defectum alterius. ff. de mune. & hono. l. honor. §. fi. de decu. l. generaliter. §. ſpurij.

ALEMANICVS. Dic vt glo. Sed quæro: quale melius ponit illas prouincias, quas deuicit, quam alias? dicit Iaco. quia ex probitate ſua fuerunt acquiſitę. & maior honor eſt, quod quis vocetur nomine acquiſito ex probitate, quam illo quod ei euenit alias. quia in his quę ex natura proueniunt nec laudari, nec vituperari debemus. vnde illud quod meum eſt per acquiſitionem, magis dicitur eſſe meum, quam quod per ſucceſsionem, ſecundum Iac. Et no. ff. de cap. l. fi. argu. ff. de vſu & ha. plenum. §. ſi vſufr. ad municip. l. aſſumptio. §. filius. C. de ſa. ſan. eccle. l. ſacroſanctę, quamuis illa quę ex genere veniunt, difficilius amittantur. ff. de ſena. l. fœminæ

minæ de interdic. & re.l.2. in feu. epiſcopum vel abbatem. §.fin.quæ ſit prima cauſa benefi. amit.§. fina. ſi vaſ. feu. pri. cui deſe.c.1.ſi de feu. contro. fue.c.2. Et hæc † faciunt, pro conſuetudine, quæ in pluribus locis obtinet, quod quis poteſt teſtari, vel donare conquæſtas ſuas ad libitum, ſed patrimonialia non, quæ ſibi ex ſucceſsione obuenerunt. Sed quid ſi acquiſiuit illud, quod erat ſibi ex ſucceſsione obuenturum, an cenſebitur conquęſta? Arg. hic quod ſic: quia hæ prouincię debebant eſſe imperij, cum imperator dominus mundi ſit.[a] vt l.deprecatio.ff. ad l. rhodiam de ia. Et tamen dicuntur acquiſitę per Iuſtinianum. Sed contra facit in feu. de vaſ.decre. cap.1.ff.ſi quid in frau.patro.l.1. §. qui autem. & §. ſed ſi libertus. Quod eſt notabile, pro illis qui habent decimas infeudatas, quas dederunt in vita filijs, quod non videantur tranſlatę ne acquirantur eccleſię, cum eſſent alias ſucceſſori.

Adnotatio. Dominus mundi ſit. An imperator ſit dominus totius mundi, Bar. in l.item ſi verberatum.ff. de rei vendi. & in extraua. ad reprimendum in ver.totius orbis.& ibi. an ſit dominus rerum ſingularium, & in 1. conſti. fforum an omnes ciuitates ſint ſubiectæ imperio. in l. omnibus.ff.ad trebel. de imperatore, vide multa pulchra.& latius quam alibi, per Fel.in c.cum non liceat.per diſcurſum extra de præſcrip.

P i v s Dic vt in gloſſ. vel dic, quòd quilibet imperator debet eſſe pius, vnde Seneca. Nullum clementia ex omnibus magis decet, quam principem. Adhibenda tamen eſt moderatio: vnde promiſcuam, nec vulgarem habere oportet clementiam, nec abſciſſam. vnde Romæ in capitolio ſcriptum eſt. Parce victis, frange ſuperbos. Vide plenius. C.de ſum. tri. l.1. ſuper verbo clemens. vbi ſcripſi. et facit.C. de nup.imperialis. in auth.vt iu.ſi.quo.ſuffr.§. itaque. & ſcribitur prouer.28.Leo rugiens, princeps impius ſuper populum pauperem.

F e l i x. Iuxta fin.glo.hæc eſt fal.& mendax, ex turbine fortunæ veniens, quæ non permanet. & ſecundum hanc vſurarij, cupidi, male conditionati, qui vt plurimum abundant, & præſunt, in hoc ſeculo dicuntur felices. Vnde dicendum quòd felicitas, eſt æterna beatitudo. Felicitas enim mundana, non eſt via: imo deuium, ad felicitatem veram, vnde Boœtius, de conſo. Quid enim pecuniam congregare conaberis? eripies habenti dignitatibus fulgere velis, danti ſupplicabis.& præire cæteros honore cupis, poſcendi humilitate vileſces: potentiam ne deſideres, ſubiectorum inſidijs obnoxius, periculis ſubiacebis. Gloriam quæris: ſed per aſpera, quæquæ diſtractus ſecurus eſſe deſiſtis. voluptuariam vitam degas. ſed quis non ſpernat, atque abijciat viliſsime atque fragiliſsimæ rei eſſe ſeruum? hæc enim mendacis felicitatis formam habent.

F r a n c i c v s. Non glorientur, imperiales, ex hoc arguere, quod regnum Franciæ[a] eſſet ſubiectum imperio: quia hic loquitur de quadam Frãcia, quæ eſt in Alemania.de qua extra de ſponſ.c.1. Et ſi ſuper hoc loqui plenius volueris, vide Hoſt ſen.extra qui fi.ſint le. c. per venerabilem, & quod ſcripſi.C.de ſum.trini.l.1.

Adnotatio. Franciæ. An autem regnum Franciæ ſit ſubiectum imperio, tenet author noſter hic, quod non.idem tenet Innoc.in c.per venerabilem.hic alle.in ſua glo.in verbo: recognoſcant.ibi nos contra, late per Old. in conſi. 69.& in deciſio.delphi.q.239.ver.circa præmiſſa.

A v g v s t v s.[a] Omnes Imperatores ſunt vocati Auguſti a Octauiano, qui regnabat tempore natiuitatis Chriſti, qui primo vocatus fuit Auguſtus: quia adeò auxerit rempublicam, ꝙ vniuerſo orbi pacifice dominatus fuit 14.annis. diuinos honores refutauit: imo, nec ſe dominum nominare permiſit ſecundum chronica. Et ab ipſo nominatus menſis Auguſtus: non ipſe a menſe ſicut ignorantes aliqui aſtruxerunt. Sed mirabile eſt quõ imperator, ſe ita magnificat cum ſcriptum ſit: Ne te collaudes. &c.& laus in ore proprio &c. ſed forte, non facit propter ſe: ſed ad exaltationem dignitatis. Vnde Seneca. Tibi dico Auguſte, induere pretioſis non propter te: ſed propter honorem imperij. Papa autẽ in verbis, ſe dicit ſeruum ſeruorum ſe nominando, de facto tamen ſe adorari permittit, quod angelus in Apocalypſi refugit.

a Adnotatio. Auguſtus, No.hic Aret.ꝙ Imperator debet eſſe huius propoſiti. ſcilicet ꝙ augeat Imperium.ꝙ ſi non ſit huius propoſiti: non debet dici Imperator: & ponit hic quæſtionem vulgatam, an valuerit donatio facta B.Silueſtro ab Imperatore Conſtantino. vide eum hic, in 3.col.in prin.ver.tertio not.& ver.ſeq.

8 C v p i d a e legum iuuentuti.† Et not.quod iuuenes debemus incipere addiſcere huiuſmodi ſcientiam, poſt grammaticam: logicam: & rhetoricam: quas debemus addiſcere in puerili ætate.illæ enim ſermocinales ſunt, & ſine magna ratione. Sed poſt 14. annos debemus accedere ad has ſcientias rationabiles.C.de ſtu.lib.vr.ro.l.1.§. & quoniam.& no.cupidæ.quia niſi auide & cupide quis ſtudeat, non poteſt eſſe perfectus. vnde verſus.

*Si quis forte velit Iuriſconſultus haberi,*
*Continuet ſtudium, velit à quocunque doceri,*
*Inuigilet, nec vincat eum tortura laborum.*
*Fortior inſurgat, cunctiſque recentior horis,*
*Nam labor improbus omnia vincit.*

C.de pe.bon.ſub.l.1.extra de purg.can.c.cum in iuuentute. §.cæterum de pœni.diſt.1.importuna.non tamen ſemper in actu ſis: ſed interdum requiem animo tuo dato, ſecundum Sene.Iaco.vero hic allegat, quod pigris, & negligentibus iura non ſubueniunt. ff.ex quib.cau. ma. non enim. & iuuenes ſunt perſpicaciores. ff. de ædil. edi. l. præcipiunt. Vnde ſi vides aliquem inſtitutarium ſenem, dic ei: amice tu eris aduocatus in alio ſæculo. ſecundum eum, qui refert, quod per hanc rubricam, caſſauit quidam aduocatus quoddam procuratorium: quia non erat ibi nomen iudicis: ſed tantum pendebat ſigillum: quia nomen ſcribentis debet inſeri.
9 † Ego bene credo, quod ſigillum non ſufficit. vnde non ſufficeret ad probandum mandatum ſi quis, approbaret ſigillum domini ſui. vt no.Spe. in tit. de procura.§. reſtat. & Archid. extra de procu. cap. quamuis.lib.6. & ſcripſi.C. de procur. l.1.ſi quis habeat literas, in quibus conſtituens loquatur, & dicat in fine, quod dictas literas fecit tali ſigillo & ad ſui inſtantiam ſigillari: non video cur fidem non faciant. quamuis iudex non loquatur: nam ſi proprium appoſuiſſet, fidem faceret. ff.de procu.l. ſi procuratorem abſentem. Ergo multo fortius ſi facit poni authenticum, ſed bene concedo, quod procuratori poſſet imputari propter defectum ſtipulationis: quia iudex debet referre ſe fuiſſe ſtipulatum, vt infra de ſatiſd.§.ſi vero.

a E l e m e n t o r v m.[a] † Quare dicitur elementorum, vi-
10 debis iura in proœmio.§. igitur. ſed dicitur inſtitutionum. i.inſtructionum: quia per eius primitiua principia, peruenimus ad altiora legum ſcita. vel quia in ſtatum Romani iuris, nos erigunt. vel inſtitutionum.i. introductionum ſiue ſagogarum. Sed quia melius ſonat, inſtitutionum, ideo huiuſmodi vocabulo vtitur: ſecundum Azo.in ſumma.

a Adnotatio. Elementorum. Quærit hic Are. an hæc rubri. & aliæ poſſint allegari vt tex. vide eum hic pulchre diſtinguentem, per quatuor. membra. in 5.col.[illegible]te med.ver.quæro an hæc rub. item circa fi. eiuſdem eo. ver. vlt. quæri[illegible] quærit, an rub. neceſſario ſit continuanda vna ad aliam. vbi plene vide per eum. Item vide per glo.in l. gallus.in princ.ff.de lib. & poſth. & gloſſ.in [illegible]b.ff.de condi.& demon.per gloſſ.in l.1.de pet.bo. ſubl. lib.10. Iaſ. May [illegible] rub.decre[illegible]i ſint autenticæ, vide do.Fel.in c.2. col.24. ver. rubri.quæ [illegible] extra de reſcrip.

1 *Maieſtatem non niſi Imperatoris eſſe.*
2 *Militis & ſtudentis differentiæ.*
3 *Notorium multiplex.4.*
5 *Notorium [illegible] ſtum quid 6.9.10.*
7 *Latro maniſ[illegible]us quis.*
8 *Notorium qui deprehendatur.*
9 *Manifeſtum in extraiu[illegible]us qui accipiendum.*
11 *Ordo in notorijs ſeruandus.*
12 *Citatione quando, & an non egeant notoria.*
13 *Abſens damnatus an audiendus.*
14 *Iudicij acta an in notorijs neceſſaria.*
15 *Excipere quando, an non, in notorijs liceat.*
16 *Notoria non probanda.*
17 *Sententia ſcripta eget notorium.*
18 *Appellari in notorijs non licere.*
19 *Notorii ſententiæ executor.*

IMPERATORIAM maieſtatem. Quæritur vtrum duces & barones dicantur habere maieſtatem: vt eorum ſubiecti in eos conſpirantes maieſtatis crimine teneantur? arg. quod ſic. 2.q.1.c.in primis.6.q.1.c.ſiquis.3.q.5.c.3. C. de epiſc. aud.l.3.ver.reus autem. Et hanc videtur tenere Archi.extra.de pœ.c.felicis. Poſſet dici† contra: quia ſpeciale videtur, vt hi qui contra imperatorem, vel in illos, quia eius conſilijs, vel conſiſtorio deſunt committunt, illo crimine teneãtur, vt C.ad l.iul.maieſt.l.quiſquis. Et ideo nõ videtur ad alios extendendum, ne pœnæ exaggerentur. ff. de pœ.l.interpretatione, & facit pro hac parte extra.de ſenten.& re iudi.in c.paſtoralis.in cle.§. rurſus.ſed tñ in magiſtratu populi romani eſt expreſſum, quod committitur, ſi occidatur.ff.ad l.iul.ma.l.1.§. cuiuſve opera. Sed illud ideo quia per imperatorem inſtituuntur, & eius perſonã repræſentãt: negare† tñ non poſſum, quin iudices, habeãt maieſtatem.ff.de iuſti.& iur.l. pe. prope fi. vel poteſt diſtingui, an tales habeant ſuperiores, vt tũc cõmittatur, alias non.& facit.ff.de capti.l.nõ dubito.§.1.ceteraq; dic vt in gl.adde tamẽ, ibi poſt verbũ & c.ſic.C.de cõſul.l.fi.Itẽ in ea.gl.ſuper verbo attendere cũ ipſe miles ſit, & alios commilitones vocat. ff.de teſta.mili.l.1.C.de vetera.l.1.lib.12.Igitur nõ legibus, ſed armis intendere deberẽt.C.de iure.deli.l.fi.vnde nõ fuerãt imperatores, qui ſex mẽſibus vacabãt ſtudio, ſed armis: vt nõ.de excu.tut.l.1.§.idem diuus, & no.ex his quæ hic leguntur & notantur, quod fatui ſcholares, qui quandoque armati oberrant, ſibi caſus excuſationum cauſant: quia cum leges, & arma ſint adinuicem correlatiua, propter neceſsitatem, glorientur ſe perfectos, ſi vtroque ſe iuuare ſciant. Tu aũt tene, ꝙ vix aut nunquã in eadẽ perſona concurrunt militia, & ſciẽtia. miles enim debet eſſe in cõtinuo curſu & corporis exercitio. C.de re mili.l.miles. ſtudens vero in quiete. C. de ſtud. lib. vrbis ro.l.1. Nam ſecundum Philoſophum: anima ſedendo &c. & ſecundũ Senecam. Nuſquam eſt, qui vbique eſt. Primũ mentis cõpoſitæ exiſtimo conſiſtere poſſe, & ſecũ morari: vitã in peregrinatione agẽtibus, hoc euenit. vt multa hoſpitia habeãt, nullaſque amicitias. Idem accidat neceſſe eſt his, qui nullius ſe ingenio familiariter applicant: ſed omnia curſu, & properanter trãſeunt. otiũ enim neceſſarium eſt, docentibus, & diſcentibus. C.de excu.tut. l.3. Item miles [a] debet † eſſe durus, & fortis: ſtudẽs mollis vnde ſecundum Philoſophum, Molles carne, aptos muſis dicimus.& facit.ff.de capti.l.plurimũ.§.fin.reperitur tamen per omnes hiſtoriographos, ꝙ militia ſemper ſecuta eſt clerum. Et philoſophi primo fuerunt in Aegypto. vnde propter admirari cœperunt primò philoſophari in Aegypto. Secundò, in Aſia. Tertiò in Græcia. Quartò, Romæ. Quintò, in Francia: vbi fauente dño, manebit vſque ad fi. Et not. quod nobilior & melior eſt ſapiẽtia, quã militia. vnde Eccl. 9. Melior eſt ſapientia, quam arma bellica. & Pſal. Nõ in fortitudine equi, voluntatẽ habebit: neque in tibijs viri beneplacitũ erit ei, & ideo de ratione maior honor debetur ſapiẽtibus, quam militibus: qui nõ debent eſſe, niſi executores præceptorũ ſapiẽtiũ, & ideo lex dixit milites noſtros oportet eſſe defenſores, nõ dños. C.de capti.l.ab hoſtibus. in fin. totum eſt conuerſum hodie, milites impudẽtes dominant, ſapientes obſequuntur: & multi opprimũtur, iuxta illud, qđ ſcribitur Prou. 28. Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam. Item in fi. gl. quæ eſt ſuper verbo, gubernare: ſupponit ergo, quod tempore guerræ nõ ſeruantur iura, nec iuſtitia. quod verũ eſt, de facto: ſanctius tamen eſſet, quod tũc facerent, qđ alio tpe. & legitur in vita beati Gregorij, ꝙ Traianus Imperator fuit ſaluatus, & de inferno extractus: quia vadens ad bellũ fecit iuſtitiã de quodã principe, verũ eſt tñ, quod non debet tunc rigor omnino ſeruari. vt extra.de treu.c.fi.& ibi not.31.diſt.c.ſciente. Gloſ. quæ incipit leges.in fi.verius videtur per tramites.i.ſemitas. quia ſicut occurritur, per ſemitas fugientibus, ſic per leges calumniantibus. & facit extra in prooemio decret. de his, quæ hic ſcribuntur videbis plenius infra de pœna teme. litigan.

In glo.no.ibi cum C.de legi.& cõ.l.leges. religio enim dicitur à religo religas. vnde cum leges voluntates hominum religent, & coarctẽt, ad iuſte viuendũ: faciũt hoĩem religioſum. & eſt ſimile.ff.de leg.3.l.vnũ ex familia.§.fi. Itẽ in ea.gl. cum dicit ꝓportionabilia, nã ſicut ſe habent arma, & uſus armorũ, ad victoriã: ſic victoria ad triumphũ. & ſicut leges & vſus legũ ad calumniæ expulſionẽ, ita calumniæ expulſio, ad religionem. In gl.quo ad leges. melius in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag.in princ.C.de aſſeſſo. l. 1. In gl.ſ. quo ad arma.in fi.vnde Seneca de virtutibus. Si prudẽs eſt tuus animus, tribus temporibus diſpenſetur: præſentia ordina: futura præuide: præterita recordare. In gl.ſub qua in fin.C. de offic.præto.afri.l.1.ver.Deo auxiliãte. Proteſtantur.i.pro teſti
b monijs ſunt: quia notorium [b] eſt ipſo facto, nec probatione indiget, vt no.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſi vero. §. qui pro rei qualitate.ff.de dote præleg.l.2.in fi.ſed contrariũ no.C.de accu.l.
3 ea quæ. Do.iuris canon.diſtinxerũt† triplex notorium, Quodda continuũ, qđ continuo perſeuerat, ſicut qđ Philippus, filius comitis Valleſij obtinet ſceptrũ Frãciæ: & in hoc nõ requiruntur probationes: imo valeret ꝓceſſus ſine li.cõteſt. ſine teſtiũ receptione, niſi pars negaret eſſe notoriũ: tunc .n. ſecundũ eos oportet ꝓbari notoriũ: ꝙ ꝑ duos teſtes ꝓbabit, qui deponãt factũ eſſe notoriũ, & maiorẽ partẽ populi hoc ſcire, reddẽdo cauſat ſufficientes, ſuo teſtimonio. Et ſic tenet Io.gl.decr.2.q.1.c.de manifeſta.Inn.& Hoſt. extra de coha. cle.& mul.c.tua.Spe.ti.de noto.cri.§.iã de notorio. ver. te-
4 ſtes.& §.1.ver.ſed qualiter. †Item quodã actu tranſiẽs, ſicut quis publice occidit hoĩem. Itẽ quoddã interpellatũ. vt ſi qs nõ cõtinue, ſed interpolatim tenet concubinam, & in his requirunt probõnem. vt no.in d.c.de manifeſt.& hoc vr̃ ſequi Inn.& Hoſt.in d.c.tua.in gl.fama.& Spe.in d.§.iã vero iſtud aũt.& Archi.in c.Romana.extra de cẽſi.de off.deleg.c.ſtatuimus, in gl.ord.ver.ſed quid, ſi ex poſtfacto. hæc ſñia non vr̃ vera, per c.qm̃.extra de fil.presby.vbi actu trãſiuerat, nec requiritur probatio. C. de ſta.& ima.l. 2. & bene facit de his, qui in eccleſia ma.l.1.& vr̃ expreſſum in feu.de pa.te. & infir.§.ſi quis hominem.extra de ſen.& re iud. c. paſtoralis. §. notoriũ.de ſenten.excõ.c.ſi iudex laicus. lib. 6. vt patet hoc quia Africa fuit diu rebellis, & poſt victa per Iuſtinianũ, & hoc proteſtatur ipſum factũ, contra rebelles, & tñ rebellio actu trãſierat: imo ẽt ipſa victoria, quis.n.iudex exigerat ꝓbationes, ſi negaretur Io.natione Cateranẽ.papã fuiſſe, vel Benedictũ poſt eũ.vel Philippũ modernũ regem Frãciæ pn ſtraſſe Flamingos apud caſellũ quæ oĩa trãſierunt? Vnde vt hæc materia, quæ eſt legiſtis ignota, & penes canoniſtas varia: plenius liqueat. Primò quæritur, quid ſit notoriũ. Secundò, ĩ quo differat ã manifeſto. Tertiò, an in notorio, ſit opus citatione. Quartò, an litis conteſt. Quintò, an ꝓbatione. Sextò, an ſñia, & an ſcriptis. Septimò, an & qũo poſsit appella-
5 ri. Octauò qũo exequi. † Circa primũ, dic, ꝙ notorium eſt, qđ eſt ita euidẽs, ꝙ latere nõ põt, nec tergiuerſatione celari, & cuius eſt teſtis populus, vt in d.c.tua nos: & c. de manifeſta.61.diſt.c.ſacerdotale.in fi.25.q.3.ꝙ ſcripſi. Manifeſtũ dr̃, ꝙ vulgo dr̃ corã pluribus factum, vt teſtm̃ Titij, factum fuit corã pluribus teſtibus.ff.de teſt.l. hære. palã. quid ergo ſi quis occidit hoĩem, corã pluribus teſtibus? an dices notorium, vel manifeſtũ? Quidã dicũt, ꝙ ſi occidit corã decẽ, ꝙ eſt notoriũ, & de hoc no.in d.c.de manifeſta. Alij relinquũt arbitrio iudicis, & in hoc ꝑſeuerat. Spe.ti.de noto.cri.§.iã de notorio.ver.& hoc notoriũ. Sed qd arbitrabit iudex? Di-
6 cas, ꝙ vere notoriũ eſt† qñ factũ eſt tale, quod de ſui natura oẽs ſciũt, vel ſcire eos veriſimile eſt: ſic ꝙ non poſsit cadere ignorantia, quin ſit ſupina. ſicut ſi qs, gerat ſe ꝓ epiſcopo in aliqua ciuitate: vel ſi quis in mercato, toto populo cõſpiciẽte, occidit hominẽ, vel ſuſpẽdit publice, vel alium actũ exercuit in præſentia populi. Et ideo credo, ꝙ ſit notoriũ illud, qđ in iudicio fit, vel inducitur in eccleſiis, diebus feſtiuis, populo cõgregato. vel in publico & magnis aſsiſiis. Nec requirimus, ꝙ ſimul totus populus ſciat: ſufficit.n. quod per
7 Vicos, hi & alij dicant. Vnde latro dicitur † manifeſtus, qui multos ſpoliat.ff.de iniuſt. rup. & irri.l. ſi quis.§. hi autem. ver.niſi ꝙ intelligitur, in diuerſis vicibus, vt d.l.1.de his qui

in eccle.ma.extra de tranſla.epi.c.quanto de cle.excõ.c.illud C.de lati.li.tol.l.vnica, §. ſed & ſi qui dñi l. publicati, C.de teſta.Et caue, quia ſi proponas, notorium in aliqua prouincia, oportet† quod factum ſit tale quod de ſui natura, omnes de prouincia ſciant, vel ſcire poſsint.ſi in villa: ꝙ illi de tali villa,municipio,vel caſtro,ff.de iur.& fact.ignoran.l.1.§.ſed facti.Quid ergo, ſi in villula, vbi ſunt pauci habitantes,ſi in conſpectu omnium, factum fuit, qui forte non ſunt ſex, vel octo? videtur quod ſit notorium,ff.de regu.iu.l. neratius extra de elect.c.1,Hoc non credo: quia debet eſſe notum plurimis,& multitudini,extra de cohabi.cle.& mu. c.fina.& vicinia debet ſcire,extra de purg.cano.c.pe.ver.ſi.ff.vi bo.rap. l.prætor.§.1.de verb.ſignifi.l.palam.ff.de inſti.l. ſed & ſi pupillus.§.proſcribere,& ita patet differentia inter manifeſtũ, & notorium.Euidens quandoque,prædicatur de vno,qñque de alio,extra de elect.c.ſi forte,li.6.& c.ab eo.Qñque tamẽ, manifeſtum ponitur pro notorio. C. de appell.l.ciues. ff. ad turpil.ab accuſatione. §. nunciatores. de do. præle.l.2. extra de verb.ſig.c.conſtitutionem, in 6.de offi.dele.c.1.e.li.Vnde † vbi manifeſtum ſcribitur in materia, quæ non requirit iudicialem indaginem,nec probationem,ſemper expone manifeſtum.i.notorium : alioqui in propria ſignificatione retine: vt verba ſecundũ materiam intelligantur. ff. loca. l.ſi vno.& ita ſaluabuntur gl.iuris ciuilis, quæ qñque dicunt,ꝙ manifeſta probatione,iura non indigent vt no.in d.l.2.de do. præl.

o Item dicit, quod eſt etiam notorium† vbicunque conſtat iudici,tanquam iudici,:vt ſi in figura iudicij,aliquid factum, dictum ſit, quamuis populus, vel maiores populi, hoc non ſciant & ſic intellige C.qui.& aduerſ.quos l.1.ff.de ap.l.creditor.§.iuſſus,extra de ſen.excõ.c. venerabilibus.§.ſecus, de appel.c.romana.§.fin autẽ,li.6.de offi.dele.c.de cauſis.Quidam aũt, exigunt:quod ſint tot cum iudice,ꝙ poſsit dici notorium,& ita vr̃ tenere Spe.§.dicto iam §.pe. de Sãſone pro quo C.de cuſto.reo.l.2.ibi cũ dicit:publico teſtimonio.quod non eſt verum : quia ſecundum hæc, nihil faceret figura iudicij,quæ multum facit per prædicta. Item eſt notorium illud,quod per acta d, & proceſſus per partes concordatos, vel aliter ſolenniter factos,apparet.C.de lit.conteſt.authen. offeratur,ver.quod non mox.non extra de reſcrip.c. cũ contingat.2.q.1.c.deus omnipotens,§.quando autem.C.de delato.l.2.lib.10.Vel reſultat ex iuris præſumptione. in authen. de reſti. & ea quæ pa. §. vnum. ff. ad turpil.l.1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l.filius.Item eſt notorium,quod communis & antiqua traditio habet inconcuſſe: ſicut quod Carolus vicit hiſpaniam, & paſsio Chriſti, & ſimilia.C. de ſum.tri.l. 1.ibi quam diuinum. & ff. de re iudi.l.fin. de cada.pu.l.1.infra de ado.§. fin. ff.de legi.l.fin.in auth. vt non luxu. contra na.cir.me.& no.Hoſt.in d.c.quanto.de tranſa. & Spe.de noto.cri.§.iam ver.notorium facti.Inn.tamen,dicit,quod illud eſt probandum, & dat modum probandi,extra de ver.ſigni. c.veniens. primũ tamen ego ſequor,per leges,quas allegaui. Itẽ põt,dici notoriũ.quod indubitatus & vulgaris rumor aſſerit, & vr̃ expreſſum, extra de elec.c.vbi periculum.§.quia vero.ibi indubitãter rumor,lib.6.Item illud,quod oculis iudicis patet de ſe.ff.de mino.l.minor 25.an. extra de cor.li.6. c.cum detur.de ele.c.ſi forte, li.6.de ver.ſig.c.conſtitutionẽ lib.6.Et no.ꝙ ſecurum eſt,& cautum,quod antequam procedatur in notorio, pronuncietur eſſe notorium. vt no. Ioan. An. extra de ſen. et re iud.c.paſtoralis, in cle.ſed pars etiam caute facit,ſi appellet ex illa pronunciatione,& admittetur:

11 extra de app.c.romana.§.ſi autẽ,li.6.In† dubio ſecurius iudicio,ordinẽ iudiciarium obſeruari,ne forte reputetur notoriũ,qđ no.eſt.& annihilaretur proceſſus, niſi eſſet ita notoriũ euidẽter,ꝙ eſſet ridiculum,ordinẽ iudiciariũ obſeruare: extra de appel.c.cõſuluit, et no.Hoſt.in c.cũ ſit,eo.ti.de purga.ca.c.pe.& eſt ſimile conſilium,extra de iudi.c.diſpendio-

e ſam,in fi.in cle.Circa tertium an opus ſit citationes e glo. dicit quod ſic,idem Inn.in c.ad audientiã noſtrã,extra de app. cum ſit romana,idem Spec.tit.de noto.cri.§.1.ver.1. & ver. dicit quoque,quibus ob.d.c.cum ſit,de elec.bone,& c.per venerabilem, & vr̃ expreſſum in d.c.quanto, de tranſla.epiſco. & ibi Inno.11.q.1.c.ſtatuimus, & d.c.qñ, de fil. presby.Di-

12 camus,† quod in notorio iudici,vt iudici,quod illa die procedat,& parte præſente,non eſt opus citatione:vt ſiquis iniuriatus fuerit,in præſentia iudicis, pro tribunali ſedẽtis.Ex quo enim habet partis præſentiã, non oportet amplius euocari, & ſic poteſt intelligi.l.creditor.§.iuſſus.ff.de app.extra de iureiu.c. fin.li.6.Sed die elapſa, & maxime parte abſente, eſt neceſſaria citatio.extra,de verbo.ſign.c.cum olim. & patet, quia per confeſsionem emiſſam in iudicio, fit res notoria,vt c.romana,ſupra alleg.& tamen pars,quæ confeſſa eſt, vocatur in ſententia, vt ff.quæ ſen.ſine ap.l.2.§.item cum ex edicto.In notorio vero facti tranſlati,vel interpellati,dicunt omnes partem citandam:ſed in contrarium ſunt opin.Securius eſt tamen partem vocare,vt no.Hoſt.in d.c.cum ſit.Ego credo,ꝙ ſit neceſſe,quia in c.paſtoralis,extra de ſen.& re iu. in cle.papa non negat notorium, & tamẽ ſententiã infirmat propter defectum citationis, &facit d.§.iuſſus.ſi tamen iudex timeat ſcandalũ,vel periculum,põt ſine citatione procedere vt c. per venerabilem. & c.bone.& maxime ad ſententiam excommunicationis,quæ fertur in abſentem, extra de ſimo.c.accuſatum.& d.c.cum ſit.& no.d.c. de manifeſta, & facit bene extra de ſen.excom.c.conſtitutionem.in fin.lib.6. cum in illa opus eſſet monitione : vt ibi no. Hoſt. & c. cum ſit,quod intellige,ſi poſsit fieri ſine periculo,vt dixi.Et citabitur peremptorie,ſicut in alijs cauſis, & cum interuallis, ſi ſit poſsibile,vt ibi.Nec ob.extra de ſen.& re indi.c. cũ olim. quia ibi,vel pars fuit citata,vel Papa proceſsit de plenitudine poteſtatis,vt ibi no.per gloſſ. & Hoſt. Quid ſi reus bonas defenſiones habebat? & nihilominus condemnatur abſens, quod potuit fieri cum in notorijs procedatur per viam inquiſitionis,vt l.ea quidem.C.de accu. & ſic abſens poteſt dãnari.vt c.qm̃. extra vt lit. non conteſt. Spe.dicit, quod audietur:& ſi fuerit cõdemnatus,tanquã de notorio,cũ non eſ-

13 ſet,reuocabitur.extra de ſentẽ.& re iu.c.cũ Bertoldus. † Tu dicas,ꝙ ſi vult dicere ſententiam nullam,ex eo,quia non eſt notorium, & non fuit ordo iudiciarius obſeruatus, vel quia iniquitatẽ euidentẽ continet, quod audietur.vt clem.paſtoralis infra allegata:alias aũt non audiretur: niſi ſicut audiretur, qui cõdemnatus eſſet abſens.debita ſolẽnitate obſeruata.ſic intellige ꝙ idẽ Spec.no.eo.ti.§.1. Sed an debeat vocari ad ſingulos actus iudiciales? Innoc. videtur tenere quod

14 non in d.c. tua nos. in glo.puta. † Circa quartum quæritur, quid ſi pars cõpareat, an debeat dari libellus?Dic quod nõ,

f nec eſt neceſſaria lit.cõteſt.vt d.c.ad noſtrã f & c.de manifeſta.& c.ſcelus.2. q.1. & no.in c. tua nos. de libel.obla.c.1.in aut.de exhib.re.§.ſancimus.in glo.in verbo, libellum.Quid ſi reus velit excuſationes, ſeu defenſiones proponere ? doct. Inno.& Hoſt.in c.tua nos.& Spec.eo.ti.§.1.ver.ſi auditis,dicunt:quod iudex audire debet, & ſi non audierit, non valet proceſſus: ſi tñ audierit, & probationes non admittat, tunc bene valet, & ſufficit quod iudex coram ſuperiore poſsit oſtendere crimen notorium.Sed cum ſaltem ſuperior debet, debeat probationes illas audire, & admittere,quare non ergo principalis iudex ? videtur diſtinguendum, quia aut factum, & facti qualitas ſunt notoria, verbi gratia, notorium eſt quod reus interfecit hominem : & quod interfectũ,cum armis aſſalliuit, occiſo non percutiente, nec ſe defendente, tunc ego credo, quod reus non auditur, nec ad proponen-

15 dum,nec † ad probandũ,ꝙ ad ſui defenſionẽ fecerit, & eſt expreſſum in feu.de pa.te. & eius viola.§. ſi quis hominem. Si vero facti qualitas, non ſit notoria.v. g.quis in iure confeſſus eſt,quod occidit hominem,vel forte eũ occidit pluribus præſen tibus,qui viderũt mortuũ: non tñ primũ inſultũ, & vult ꝓbare,ꝙ occiſus inuaſit:iniquus eſſet iudex,qui probare eũ non admitteret.& pro hoc facit §. ſi quis hominem. Imo põt dici, ꝙ obiectus talis exceptionis facit deſinere rẽ eſſe notoriã. & hoc bene probatur. ff. de ta.exhi.l.1.§.ſed ſi neget.extra de ſen. excõ.c.venerabilibus.§.idẽ eſt, cũ §.ſeq. in 6.a contrario ſenſu.Et ideo conſeruatores,quia poſſunt ſe intromittere de notorijs, nõ poſſunt ſe intromittere,niſi exceptio talis proponatur: extra de offi. deleg.c.1. lib.6. & ibi no.Circa quintum quæritur,nunquid debeat probari notoriũ? D oc.dicũt vt ſupra ꝙ in cõtrariũ non requirat̃ ꝓbatio.

in

in alijs ſic.& hoc tenet Inno.& Hoſt.in c.tua.Spe.in titu. de
not.cri.§.iam. ver.iſtud cū ſeq.Arch.extra de cenſi.romana.
de off.dele.c.ſtatuimus:in gl.ordi.ver.ſed quid ſi. quibus ob-
ſtãt iura, quæ ſuperius allegaui.Vñ videtur melius indiſtin-
cte tenedū,quod nõ ſit neceſſariū teſtes recipere,in caſu ve-
ri notorij,in eo,ꝙ notorium eſt,& quod cõdemnatio valeat,
& proceſſus.dato,ꝙ nihil ſit probatum,per iura alleg.& ſuf
ficit ꝙ ſuperior reperiat notorium, & ſibi fiat fides,ꝙ ſit no
torium.Si dubitaretur eſſe notorium, procedet ſuperior per
informationem,ad hoc, vt rei euidentiam habeat, per iura
ſupra alle. & maxime per §. ſi quis hominem.Quid ergo , ſi
crimen denunciatum eſt iudici , ſicut notorium? Dic,quod
ſi ſit tale , ꝙ iudex & populus videre poſsint , ſicut epiſco-
pum ſedentem in ſolio publice , tunc ſtatim procedere ſine
informatione,ſinautem,informationem recipiet,& per eam
procedet.et ſic intelligi.l. ea quidem.C.de accu.& de defen.
ciui. l. defenſores ciuitatum oblatos. Et in illa informatione
debet vocari pars,ſecundum Inno.& Hoſt.in d.c.tua.Secun-
dum Archi.vero,non eſt neceſſe,vt no.d.c.1.lib.6.de offi.de
leg.Ego credo, ꝙ ſit tutum , eam vocari per c.bonæ.§. licet.
de elect.& vide quod ibi no.Inn. & quod plures teſtes reci-
piãtur,in informatione ne ſit tergiuerſationi locus. Quid ſi
populus ſit mutatus? Arch.dicit non eſſe notorium. d.ca.1.
quod poteſt eſſe verum , niſi quando communis traditio,&
17 indubitata,hoc retinuit vt ſupra probaui.†Circa ſextum,an
g ſit neceſſaria ſñia g ? non videtur.ff.de act.emp.l.emptorem
extra de diuor.c.ſignificaſti.& hãc Arch.extra de cēſi..c.ro-
mana.§.fi.in gl.ſciendū.quod eſt verum. vbi tenditur ad pœ
nitẽtiã ſalutarē:ſecus alias.extra de diuor.c. porro. de purg.
cano.c.pe.3.q.5. quod ſuſpecti.& d.§.ſi quis hominem. Sed
an debet dari in ſcriptis? nõ videtur,cū nec libellus detur:vt
ſupra ſcripſi.C.de ſent.ex breuicu.re.auth. niſi breuiores. in
auth.de mand.princ.§. ſit tibi quoq;. Tutum tamen eſt ſcri-
bere extra de verb.ſigni.ca.ſæpe.§.ſententiam. in cle.Sed an
poteſt appellari ? non videtur , extra de appell. c. conſu-
luit.& c.propoſuit.& c.peruenit. C. quorum app. non reci.
l.abſtinendum. ibi , dummodo euidentis atque conuicti.
18 †Dic, ꝙ non poteſt appellari.ſi tamē appelletur de facto
quod coram iudice appellationis proponatur , non eſſe ad-
mittendam appellationem:quia facta ſuper notorio,& ſi iu-
dici appellationis de hoc conſtet, non admittet: alias ſic.ex-
tra de appel.c. romana.§.ſi autē , & debet iudex appellatio-
nis,procedere per informationes,ſicut primus:& ſi reperiat
notorium, confirmabit proceſſum,& ſentẽtiam,ſinautē om
nia annullabit,vt no.Inn.& Hoſt.in c.tua.& ſupra dixi.
19 Nunquid ergo iudex principalis exequetur†ſententiam,
nõ obſtãte appellatione? Dic ꝙ nõ, et iudex appellationis,
poteſt ei inhibere,ex quo incipiet cognoſcere,an ſit appella
tio admittẽda, vel non:vt d.c.Sed ante inhibitionem,poſſet
eam exequi:vt no.doc.in d.c.tua,quod ego non credo in ca-
ſu,quo non poſſet executio retardari.ff.de appel.l. illud ſciẽ
dum,niſi in caſu.ff.de ap.l.cõſtitutiones.& videtur notari.ff.
nil no.pe.appel.l.vnica.glo.appel. & facit ff.de iniuſt.rup.&
irri.l.ſi quis filio.§.hi autem,ver.quid tamen.Sed an hi mo-
di procedendi obtineant tam in contractibus, & alijs,quam
in criminibus ? Inno.videť tenere ꝙ nõ in c.tua.in fi.magnæ
gl.Sed videtur verius,quod hoc ſolū obtineat,quod notoriū
probari nõ debeat,& ibi no.Hoſt.ſed bene verū eſt, quod il-
la quæ ſupra dicta ſunt,nõ obtineant:niſi in caſibus,quibus
in contractibus proceditur per viam inquiſitionis,de quibus
no.per Inn.extra de iureiu.c. ad noſtram. Item no.quod ex-
ceptiones dilatoriæ non admittuntur in cauſa notorij : nec
exceptio ſpoliationis.vt Spe.de peti.& poſ.§.quoniam.verſ.
verius.Item quidam dicunt, quod probatio fieri debet intra
octo dies.dicit Inno.de ſen.excom.c. ſolet.lib.6. in Spec.eo.
tit.§.1.ver.item notorium facti.hæc ſufficiant nouis lectori
bus;& auditoribus,de notorio.

Adnotatio.Item miles.Vide hic per Ang.quæ ſit differentia inter docto-
rem,& militem, & quis eorum ſit præferendus : quæ eſt quæſtio pulchra, &
hic tractata per ipſum. partim remittendo ad Bar.& Bal.& alios.partim etiã
declarando opi.ſuam.item miles & clericus , quando æquiparentur, vide do.
Fel. pulchre in c. cum ex officijs. de præſcrip.in 11. col.poſt me. in impreſ-
ſione Lug.in ver.in quantum Abb.Item quomodo doctor imperialis,vel pa
palis,alios præcedat:vide eundem Feli.in c.per tuas.in 2.col.de maio.& obe.
vbi etiam tractat,quibus prærogatiuis præfulgeat.

b Notorium.Ang.hic dicit materiam iſtam, non multum hic congruere:ſed
eſſe materiam canoniſtarum in c.veſtra. de coha. cle.& mu. vbi tu vide , per
do.Abb.poſt omnes alios ampl.hoc tractantem.

c Indiget licet probatione notorium non indigeat: tamen debet proponi in
iudicio.vt dicit Ang.hic nec tamen releuat ad minus ab onere probandi,eſſe
notorium : vt no. glo. in l.ea quidem.C. de accuſa. & Aret. hic, item Sal.C.
de accu.l.ea quidem quando tamen notorium releuet , ab onere allegandi,
late & vtiliter per do.Fel.in c.cum ordinem.8. col. ver.ad glo. in cle. appel-
lanti.de re iudi.vbi ſunt ſeptem declarationes, valde ſolennes, & nouæ.ad il-
lud vulgare dictum , quòd non releuet ab onere proponendi: licet releuet ab
onere probandi.adde plenius , quam per alium, per Car.in cle.1.q.22.in fi.&
quod ibi poſui,in apoſt.ad ipſum.de for.comp.Panor.in c.quoniam.num.3.&
quod ibi poſui in apoſt. ad eum in ver. conſtat. iudici. extra de fil.presby.&
in c. licet heli. & ibi iterum in apoſt.ad eum in verſi. requiritur probatio.de
ſimo.Aduerte tamen,quod debet probari id quod pro notorio allegatur, eſſe
notorium:ut dixi plene vbi ſupra & Spe.in tit.de proba.§.3.verſi.4.& in tit.
de aboli.§.2.in prin.

d Per acta.Vtrum acta faciant notorium, Vide do.Fel.poſt omnes in c.ſigni
ficauerunt.in 2.col.verſi. ſed in contrarium. de teſti.

e Citatione.Vtrum poſsit omitti citatio, vide generaliter per do.Felin. in c.
inter quatuor.de maio.& obe.in fi.

f c.ad noſtram.Adde. c. quoniam. de fil.presby. & vide ibi Abb. & Inno.c.

g Neceſſaria ſententia.Sententia,in notorijs requiritur.Bar.in l. emptorem.
in prin.ff.de act.emp.per c.cum ſit romana.§.de appel. Bal. in l. cum fratrē.
C.de his,qui.vt indi.in 3.col.ver.dubitare conſueuit. niſi delictum ſit grane.
c.propoſuit.& ibi Phil.Franc. de appel. dicit tamen Inno. in c. ex parte. de
verb. ſig.& Pet. in c.cum dilect. de pur. cano. quod in notorio non requiri-
tur pronunciari,ſicut notorio,ſed per viam præcepti,poteſt ferri talis ſenten
tia.adde tu concludendo quod requratur ſententia : vt plene per Bal. in c.1.
qualiter do.proprie.priue.Et iſta poteſt eſſe ratio quia notorium,pro ſenten-
tia non habeatur, vbi requiritur iudicis miniſterium ad priuandum , vel pu-
niendū , vt no.idem Bal.in l.1.C.ne fil.pro patr.& no. in alle.c.propoſuit.de
appe.Bar.in l.ictus fuſtium.ff.de infa.& Alex. in l.is cui.ff.de verb.obli.

1 *Leges, quos, ligent.* 2.3.4.
5 *Iuſtiniani conſulatus.*

1 OMNES vero populi. † Subaudi , qui de facto obe-
diunt. Nam quamuis imperator ſit dominus totius mun-
di: vt l.deprecatio.ff.ad l. Rho.de iac. & omnes principes ei
ſubſint.7.q.1.in apibus.& omnes nationes.11.q.1.c.quicun-
que,& c.volumus:& omnes prouinciæ. 63. di.c. Hadrianus.
Nihilominus tamen leges non extenduntur niſi ad illos,
qui de facto obediunt. vt C. de ſum. tri. l.1. ibi cum dicat,
quos &c.de commer. & mer. l. mercatores. in feu.de pa.te.
iura.fir.c.1.extra de ſen.& re iud.c.paſtora.in cle.& ideo vi-
detur , quod de geſtis , vel commiſsis tempore rebellionis,
non debeat iudicari ſecundum leges romanorum : extra de
diuor.c.gaudemus.Et idem videtur in decretis per d.c. & ſic
tenent Bar. & Hoſt. extra de conſt. ca.1. & Spe.ti.de conſti.
Sed Inn.contra in d.c.1. Et per hoc videtur, quod illi de re-
gno Franciæ non debet iudicari per leges romanorum.
2 † Sed poteſt dici contra , nam eccleſiam leges non ligant. ex
tra de conſti.c.quæ in eccleſiarum : etiam ſi eſſent ad eius
commodum. vt c.eccleſia.eo.titu.10.diſt. c. 1. & tamen de-
bet per eas in cauſis eccleſiaſticis iudicari , ſi canones non
repugnent. extra de iur.calum.c.1. de cau. poſſ.c. ad vlti.de
noui.ope.nuntia.c.1. & ſi vis plenius ſcire, quas leges eccle-
ſia admittat , & quas non,dic vt per Hoſt.extra de ſolu. c.ſi.
3 vt dixi in d.l.1.C.de ſum.trini.†Et eſt argumen. quod ſtatu-
a ta , & conſuetudines non ligant non ſubditos . a Super qua
quæſtione dic,quod ligant contrahentes,vel delinquentes in
territorio ſubiecto,dum tamē ſciant.C. vbi de cri. agi opor.
l.1.& in auth. qua in prouincia,ff.de euict.l.ſi fundus. An ſi
ignorantes? Dyn.dicit,quod in delictis ligant , ſi quis faciat
rem : alias de ſe prohibitam: alias non : vt ff. de accuſa. l. ſi
cui. §. penulti.Iaco.dicit, quod imo indiſtincte ligant igno-
rantes , ſi ſtatuta contineant vtilitatem publicam. ff. de off.
præfect.vrb.l.1.§. cura carnis. & hoc videbatur ſequi. Spec.
4 tit.de conſti.Verius † videtur , quod indiſtincte non ligent
ignorantes , vt pœna ſtatuti teneantur. Sed ſi rem faciant
alias prohibitam , puniantur iure communi,niſi eſſet igno-
rantia craſſa , vel ſupina. vt extra de conſti.c. 1. lib.6. ff. de
decre. ab ord. fac. l. fin. Sed quo ad obligationes ex contra-
ctibus, ſeu quaſi reſultantes, ligant.vt l.ſi fundus.ff.de euic.
Dic plene vt ſcripſi in d.l.1.quæ poſſet hic conuenienter al
legari , & adaptari . In glo. ſcilicet ab alijs: hanc Iac.tenet.
In glo.ſ. in vnum de quo. C. de Iuſti. co. emen. l. vnica.
In glo.ſtatim.Simile ff.de cond.& dem.l.4.Ia.In glo.poſt
digeſta.in fi.Sed ex hoc non probatur: quia plerũq; ſit men-
tio,

tio,de eo,quod faciendũ eſt.Sed probatur, quia tẽpore com
5 poſitionis huius libri,princeps erat in tertio gradu†conſula
tus.C.de vet.iu.enu.l.2.§.leges.Tempore editionis C. quem
habemus,erat in quarto.& ſicut tertius ante quartũ, ſic iſte
liber ante codicem.C.de emen.Iuſti.C.in fi.ſecundũ Iac.nec
ob.infra de libertinis.§.libertinorũ.vbi fit mẽtio de cõſtitu-
tionibus Codicis:quia de prima conſtitutione loquitur.

a Adnotatio. Non ſubditos. An autem ſtatutũ laicorum,poſſit diſponere ſu
per bonis clericorum patrimonialibus, vide do.Fel. in c.eccleſia ſanctæ ma-
riæ. col.4. de conſti. Tu adde pro dicto origi. huius quod notaui in apoſt. ad
Gui.de cu.in l.cunctos populos.in prin.C.de ſum.tri.& fid.cath.

1 *Negationum duarum triumue vſus.*
2 *Magiſtratuum gradus expliciti.*
3 *Iuriſconſultorum varia nomina.*
4 *Actu uno qualitatem non argui.*
5 *Iudex imperitus non recuſandus.*

a CVMQVE hoc Deo [a] propicio.In glo.pro ſimplici. ibi
cum dicit per mundum,his diuerſis nominibus nuncupan-
tur in iure:quia ſuſceptores, opinatores.C.de ſuſcep.in rub.
de an.& tri.l.miſsi opinatores de can.lar.titu.l.1.

Item,in ead.glo.cum alle.§.deinde cum ærarium.Summi
tur & quarto modo, in auth. de quæſtore toto titu. Item,
quinto modo, pro cancellario. C. de di. reſcrip.l. fin. & ibi
no. Item in fin. eo. glo. omnes iſtæ expoſitiones recidunt
in vnum, quia extra adminiſtrationem poſitus, retinet di-
1 gnitatem.C.vt dig.or.l.2.ſecundum Ia.In glo.no.duæ † ne-
gationes.in fin.ff.de ver.ſig.l.duobus.Contra. C. de ſer.fug.
l.1.Dic,ꝙ vbi ponuntur circa idem, affirmant:niſi ſenſus iu
ris contrarius ſequeretur, ſed ſi circa diuerſa negant: quia
tunc nõ ſunt duæ,ſed vna.Sed quid ſi ſint tres? dic ꝙ quan-
tæcũq; in pari numero affirmant: tantæcunq; in impari ne-
gant.ff.de cada. pu.l.1.de ven.in poſ. mit.l.extraneo.de iure
deli.necnon. in auth.de his qui ingre.ad appel. §. quia enim
2 ver.ſi vero neuter.de hær.& fal.§.ordinatum. † In glo.qua-
b tuor ſunt ordines. [b] & in quo gradu, quiſque ſit, patet ex
ordine officiorum. ff. & C. nam incipita ſuperilluſtribus,
vſque ad offi. præfe. præto. & exinde ſunt illuſtres, vſque
ad rubricam de offi.præto.ſpectabiles,vſque ad rubricam de
offi. præſi. & iſte eſt de clariſsimis, ſecundum Ia. Hoc au-
tem ſic probatur: quia conſules ſuperilluſtres ſunt: vt C.
vbi ſe. vel cla.l.3.& no. ff.de appell.l.1.§. denique.quamuis
quandoque vocentur illuſtres.C.de dig.l.1.item quæſtor. &
præfectus vrbis, ſunt illuſtres. C. de appella.l.præcipimus.
Item prætores, duces, et præfectus vigilium ſunt ſpectabi-
les.in auth.de appell.& interl.om.§.ſimiliq; modo.ff.de off.
præfe. vigil.l.3. §. itaque. & proconſul. C. de comiti. conſi.
l.1. item præſes eſt clariſsimus. C. de priua. car. l. vnica. de
epiſ.& cler.l. raptores. Item in ea. gloſſ. cum dicit, merum
imperium, in authen. de defen. ciui. §. & iudicare. In gloſſ.
3 ſcientia. in fin. Vel † anteceſſoribus id eſt doctoribus, qui
alios antecedunt.ſic nominantur in prooemio.ff. §. ſed cùm
vos.ver.ideo, & §.& primo.in fin. Item doctores, dicuntur
præceptores.ff.de dam.infect.l.ſi in ædibus. in fin.item pro-
feſſores:vt in proœ.ff.§.illud vero item magiſtri.vt ibi in §.
his igitur.item doctores.C.de profeſ. & me.l.medicos.ff.de
excu.tuto.l. ſed & reprobari.§. legum. extra de magiſt. c.2.
item domini.vt in auth.habita.C.ne filius pro patre.In glo.
hic eſt interpoſitio. in fin. hic autem conſtat, ꝙ principes,
debent quærere ſuper omnia fideles conſiliarios. nam ſa-
piens infidelis plus nocet,quam inſipiens.in auth.de his qui
ingre.ad ap.§.illud.In glo.1.ex multis.not.ꝙ ex vnico. actu
4 non debet † quis iudicari malus vel bonus, nec eſt vera pro-
batio,per vnicum actum:& ideo, licet quis præſumatur bo-
nus. ff. de leg. 2.cum quidam.& l. cum pater. §. rogo. C. de
inof.teſt.l.omni modo.niſi malum fecerit.ff.de acc.l.ſi cui. §.
ijſdem,& plene not.Dyn.extra de reg.iur.c.ſemel.lib.6. ſi re
periatur ipſum feciſſe bonum,& malum videtur ponderan-
dũ,quod plus cõſueuit,vt nõ debeat iudicari malus, ſi ſemel
bene fecerit et ſemel deliquit.ff. de teſti.l.ob carmẽ, & hoc,
niſi deliberate deliquiſſet,ſicut ille,q̃ accuſat calũnioſe,vt d.
§.ijſdem,in illo enim,tenerã doctrinam Dyn.datam in d.c.vt
præſumatur talis, qualis vltimo reperitur,dic vt ibi.[Et hoc
in eo, qui deliquit,in alijs nõ,ſecundum Iac.Item dic,ꝙ vbi
reperitur æque bonus,ſicut malus,prǽſumitur bonus ſecun-
dum eum per l. omni modo.Et in hoc dicit ſtandum vulga-
ri opinioni, vt l.cum de lanionis.§.aſinam.ff.de fun.inſtru.
& facit ꝙ ſi licentiatus reſpondeat de aliquo bene,& de ali-
quo male,non debet reprobari,ſed debet ſuper diuerſa inter
rogari.] Item in ea.glo.cum dicit magiſtrum.i. cauſa laudis
eſt.C.de offi.ma.mil.cum propitia.de offi.recto.per iuſtiſsi-
mos.C.de poſtu.l.quiſquis.§.nemo.C.de ope.pu.l.fi.

In gloſ.in bonam partem.vel dic,ſuaſionibus.i.ſuggeſtio-
nibus, quæ permiſſæ ſunt in opere ordinato ad bonum. vt
not.ff.ſi quis aliquem teſt.l.fi.C.eo.l.iudicium.niſi fieret do-
loſe: vt ibi.ff.de dolo.l. ſi legatarius, & l.ſi quis affirmauerit
§.1.C.de apo.l. eum quicunque, & facit pro religioſis, qui
ſuggerunt pueris,ꝙ intrent religionem extra de conuer.cõ-
iu.c.ſi de eo, per Cyn.C.quæ ſit.lon. conſue.l2. q.3. Item in
tex.fabulis no.contra illos, qui delectantur in romantijs, &
fabulis, quos reprehendit Pau.Ad fabulas autem conuerten
tur, &c. & vide, quod dixi in prooemio ante rubricam. In
tex.ibi ſplendore.i.conſtitutionibus imperialibus,quæ ſplen
dere dicuntur.Et per hunc §.dicit Iacob.ꝙ non debent cau-
ſæ committi viris ignaris,& quod recuſari poſſunt,niſi prin
ceps ex certa ſcientia committeret, vt in auth.de iudicibus,
& vt nullate,cum iureiur.elig.col.6.§.1.de re iudi.l.quidam
conſulebant, ſed iudices ordinarij poſſunt eſſe. C. de iud. l.
5 certi. † Ego non credo, ꝙ ex hoc poſsint recuſari, ſi tamen
alias habeant factorum experientiam per d. l. certi, quia
poſſunt habere aſſeſſorem, extra de reſcript.ſtatutum.§.pe.
lib.6.quæ loquitur in delegato, & ignaro, qui indiget aſſeſ-
ſore. & in hac ſententia eſt Spec.tit. de delegat.§.excipi,ver
ſicu.item qui eſt illiteratus, quamuis non vidiſſet. d.capitu.
ſtatutum.

a Adnotatio. Deo. Vide de hoc Ang. Areti.hic, vbi ponit plures caſus, &
quæſtiones.
b Ordines.Vide hic Aret.melius iſtos ordines declarantem.

1 *Mandatum approbandum & cur.*
2 *Mandatarius quando non ſubſtituat.*

QVAS ex omnibus. Not. ſecundum Iac.quod in arduis
1 negotijs, non ſufficit † mandatum, niſi ille qui mandauit
a prius approbet, [a] quod per mandatarium factum eſt,& ra-
tum habeat. ff.de ri.nup.l. generali, ſed illa lex non probat
hoc: quia ibi non mandauit, quod matrimonium contrahe-
ret, ſed quod quæreret maritum, vnde ſi expreſſe mandaſ-
ſet, bene valeret,abſque alia ratificatione: vt patet hodie ex
preſſe extra de proc. c. fin. lib.6. Sed ſi Ia. dixiſſet quod in
2 arduis mandatarius†non poteſt alium ſubſtituere:tunc bene
dixiſſet, vt ibi patet: nec iſta lex facit ad propoſitum, quia
hæc non dicit,quin valuiſſet,ſi ita mandatum fuiſſet: ſed mã
datum fuit ꝙ opus facerent,& poſtea probaretur,ſicut ff.lo-
ca.l.opus.& l.maritus,cætera dic,vt in glo.

a Adnot. Prius approbet. Adde Bal.in l. ſi ex multis. C. de annua.excep.&
in ſi.in l.1.C.commo.Cardi.in cle. non poteſt de procu. & Io.And.in c.quæ
ad agendum.eo.tit.lib.6.

### *De iuſtitia & iure.* *Rubrica.*

*In gloſ.rubricæ. cùm dicit hoc iure probatur in auth. vt omnes obe. iudic. prouin. col.5 ibi cum dicit, quæ iura nobis diſtribuunt.*

1 *Iuſtitia qui accipienda.*
2 *Iuſtitia quomodo prior.cùrue ſumma dicta.*

IVSTITIA eſt conſtans.In 1.gl.cir. me.cũ al-
leg.§.vt autem.intellige, quòd illud verbũ eſt
tollatur a parte ſubiecti, & ponat a parte prǽ-
dicati vt dicamus,Iuſtitia cõſtans,& perpetua
voluntas eſt ius ſuum vnicuiq; &c. alias ſi tol
leres omnino,gloſ.repræhenderent textum qui ponit verba
alii

illa in diffinitione,& poſſe dici gl. Aurea. ſecundum Iac.In
2 fin.gl. vel diffinias. a ſecundum Ia.ſi vis eſſe prædicator. Iu-
ſtitia eſt habitus mentis bonus, ius ſuum vnicuiq; tribuens,
ſecundum ſuam dignitatem,maioribus reuerentiam : mino-
ribus, diſciplinam: Deo, religionem: parentibus, obedien-
tiam : partibus concordiam : ſibijpſi, caſtimoniam: miſeris,
ſeu pauperibus, compaſsionem : & ſecundum eum hoc to-
1 tum,quod ſcriptũ eſt in gl. eſt truffa : quia hic † loquitur de
iuſtitia,quæ cadit in hoïe & illa verba cõſtãs, & perpetua,in
telliguntur de conſtantia,& perpetuitate,quæ cadere põt in
homine,vnde nõ oportet,ad hoc ꝙ homo ſit iuſtus,ꝙ ſit ita
conſtans ſicut Bea. Pet.ſed prout cadit in homine, & huma-
na fragilitate &c. auth. qũo oportet Epiſ. & cle.§.igitur or-
dinandus.ff.de ædil.edic.l.ſi quid . Et ꝙ dicitur, ius ſuũ & c.
diſtribuit,pro generibus ſingulorum: non pro ſingulis gene
rũ ſecundũ eũ . Vult dicere, ꝙ gñale eſt,quod homo reddat
vnicuiq; ius ſuum, non tñ ſemper de facto ſit. Tu dic,ꝙ iuſti
tia,eſt vna de quatuor virtutibus cardinalibus, ſine qua aliæ
nihil poſſunt: vt patet in auth. vt omnes obe.iud. prouin.in
prin. & hic diffinitur prout eſt virtus in ſe : non autẽ prout
exercetur per hoïes: quia ſi hoïes nõ faciunt iuſtitiã,nõ pro
pter hoc iuſtitia,put eſt virtus,de ſuo eſſe mutatur:ſicut nec
ius,ſi iudex male iudicat.ff.eo.l.pen.§.1. In gl.põt recte, in
fi.quidã reprehendũt hãc gl.dicẽtes ꝙ iuſtitia nõ eſt ſummũ
bonũ:imò felicitas,quæ ex quatuor virtutib.perficitur . Itẽ,
quia iuris prudeutia,eſt ſcienita iuris, & maius bonũ eſt ha-
bere ſcientiã,quã libros in arca,in quibus eſt ius.ſecundũ Ia.
1 gl.eſt vera.† nam iuſtitia eſt prius quã ius. ſicut abſtractum,
ante cõcretũ,item ante prudentiã,ſicut ſcibile,ante ſcientiã.
& ſicut iuſtitia,eſt prima:& per conſequens, ſumma, nam ſi
ſummum dicitur primum:prima enim pars rei dicitur ſum-
mitas,ſecundũ eum infra de iur.per.in prin.infra de obl.§.1.
Et no.quod vocatur concretum.i. coaceruatum,ſeu conglo-
meratum : quia concretum, hoc proprie ſignificat.

Aduotatio. Vel diffinias. Not. hic Are. quod iſte text. loquitur etiam in iuſtitia creaturæ. Vide eum hic eo.§.

*Studioſis inimica quinque expugnanda.*
*Inconſtantia quando, an non, admiſſibilis.*

HIS IGITVR. In text. ſuper verbo leui. Vnde Prou.
12.Doctrina prudentium facilis, item Philoſophus 1.Ethi-
corum. ꝙ dicitur ſufficienter de morali negotio,ſi fiat mani
feſtatio,ſecundum ſubiectam materiam . Vnde Ambroſius.
Melius eſt,vt intelligant nos populi faciliter loquendo, quã
ſi commendent grammatice obſcure loquẽdo, & facit C.de
nudo iu.quiri.l.vnica. infra quod cum eo. circa princ. Sim-
plici. in bonam partem. infra de fideic.hær.§. ſed quia.le.2.
ſecundum Ia. Rudẽ.Loquitur pro iuuenibus : quia ſi ſit in-
troductus in alijs artibus, debet ſtatim ad omnia animũ ap-
plicare,ſecundũ Ia.caueat tamen de textib.præcipue,vt dixi
ſupra in princ. Multitudine. Multitudo enim oneroſa,nihil
habet honeſtum:vt in auth.vt determi. ſit nu. cle. in prin.§.
nouimus. Deſertorem. Quia videns tantam multitudinem,
ſperans non poſſe attingere,totum, quandoque dimittit . Et
caue,ꝙ non te terreant tot legum volumina:quia addiſcen-
do vnum,addiſcis alia. Hoſtes † autem ſcholaſticum impu-
gnantes,ſunt quatuor timor difficultatis,terror prolixitatis,
pauor aduerſitatis,tremor inſtabilitatis. Primũ hoſtem,im-
pugnat ſtudioſus,magnificentia & magnanimitate.Secundũ,
conterit fiducia,& ſecuritate. Tertium, ſuſtinet patientia,&
longanimitate. Quartum repellit perſeuerãtia, & firmitate.
Propter primũ dicitur Sap.8.Hanc amaui, & exquiſiui a iu-
uentute mea factus amator formæ illius . Propter ſecũdum,
dicit Hie. ſuper illo verb.nam & ego filius fui patris mei te-
nellus,&c.Prouer.4.nihil magis ad ſpẽ percipiendæ ſcientię
exigit, quam cum eos, quos in ſcientia clareſcere miramur ,
aliquando paruulos, indoctos fuiſſe meminimus . Auertit .
No. ſecundum glo.de inconſtantia,tene ſecure, quod vix va
gans, per ſcientias,erit perfectus: vnde Seneca. Illud autem
vide, ne tua lectio, ſit actorum multorum,& omnis generis
voluminum,aliquid vagum habeat,& inſtabile, certis inge-
nijs immorari,& nutriri oportet, ſi velis aliquid contrahere
2 quod in animo fideliter ſedeat. An autem † inconſtantia ad-
mittatur de iure,diſtinxit Dyn.quia aut eſt circa idẽ,vel con
nexum,& non admittitur.ff.de leg. 2.l.neminem.de dam.in-
fe.l.prætor.§.inde quæritur. Sed circa ſeparata, vel diuerſa,
ſic.ff.de act.empt.l.ſi ſterilis.§.fi. Et no. Dyn.ff.re. amo.l. de
rebus . Potuiſſet. Prudentia erudiendi, eſt ſecundum capaci
tatem recipientium,ſecundum Tullium . Et facit.C.de vete.
iur.enu.l. 2.ſed & ſi quid .

1 *Lædentis ſe pœna.*
2 *Cap. ſi quis ſuadente ſenſus.*

1 IVRIS præcepta. † Hic ſumitur ius pro arte,ſicut.ff.eo.
l.1.§.ius eſt ars. & vide 22. ſignificata huius verbi, extra de
re iu.in rub.per Io.An.in nouella.lib.6.&per Cardi.de elec.
c.cupientes.eod.titu.& lib. In glo.1.cum dicit punit.ff.&C.
de poe. Vetat.C. de agri.l. quemadmodum in fin. glo.C. de
ord.iud.l.adite. In glo.1.quantum.ff.de rit.nup.l.libertinus.
& l.adoptiuus.§.ſeruiles. in fi. In glo.vnde in fin.C. de ſol.l.
cum pro pecunia. In gloſ.vt non. cum alleg.c. non ſatis .&
legitur textualiter in feu.de for.fide.c.1.verſ. ſed quia.& fa-
cit.ff.de ri.nup.l.qui liberos. de reg.iur.qui non facit. In ea.
2 glo.ibi duo ſcilicet honeſte viuere.alterum non lædere. a Et
ratio (ſecundum Ia.) quia hic expreſſe ſunt:igitur non con-
tinentur ſub clauſula generali.ff.de verb.oblig.l. doli clauſu-
la.de poe.ſanctio legum. Ex iſto.§.ſumit Ia. quod ſi clericus
ſæuiat in ſeipſum non eſt excommunicatus.nam cum hic ius
prohibeat,alium lædere,videtur permittere de ſeipſo arg.ff.
de poe.l.ſed ſi damnum.§.ſi ipſe.ipſe tamen tenet contra per
l.omne delictum.§. qui ſe.ff. de re mili. pro quo.ff. de poe. ſi
quis aliquid.§.fin.ff.de bo. eo.l.fi.§. ſic autem . Credo, quod
ſit grauiter puniendus, per leges prædictas, non tamen cre-
do,quod incidat in canonem,cum verba canonis, hoc nõ pa
2 tiantur. Loquitur enim,vbi eſt † alter agens,alter recipiens.
17.q.4.c.ſi quis ſuadente . item in ea. glo. & no. &c. hic lo-
quitur, inutilia & remota. vnde Pileus verũ dicit, quòd hic
imperator non diffinit ius. Aliud enim eſt ius diffinire:aliud
iuris præcepta enarrare,vnde licet ex verbis poſsit extrahi:
non tamen ex diffinitione infra de teſta.in prin.

2 Adnotatio. Non lædere. Quærit hic Aret. an quis poſſit ſeipſum offendere impune. & concludit quod non . Item quærit,an quis poſſit alteri permittere offenſionem : & diſtinguit. vide eum hic .

1 *Species qui accipiendæ.*

HVIVS Studij . Simile de verbo ad verbum.ff.eo.l.1.§.
huius. Circa glo. id eſt ſpecies, dicas, quod legiſtæ alio mo-
do ſumunt ſpeciem, quam logici . Nam legiſtæ vocant ſpe-
cies quod logici vocant indiuidua: vt ſtichus,Pamphilus.ff.
1 ſi cer.petat.l.2.vnde Pla.hic † expoſuit poſitiones,id eſt,ſpe-
cies. Ioan. & Azo. voluerunt dicere, quòd ipſe intelligebat
ſpecies pro indiuiduis, & quòd eſſent tot ſpecies iuris quot
indiuidua,de quibus ius tractat,quod nihil eſt, nec ſcribi de
buit, nec ſcriptũ prodeſt,& vide glo.d.§.huius. quæ eſt ma-
gis clara, quam iſta. vtinam hęc & aliæ,quæ magis onerant,
quam proſint,& quæ forte factæ fuerunt, pro repræhenſio-
ne, eſſent deletæ . In glo.in iure. ibi nam natura. glo. vide-
tur dicere contra: quia cum iure naturali,omnia eſſent com
munia.ff. eod.l. ex hoc iure . hoc exemplum non conuenit
iuri naturali : niſi paliando dicas iure naturali, id eſt ratio-
ne naturali . & eſt ſimile ff.de condi. inde.l.ſi non ſortem §.
libertus .

## *De iure naturali gentium, & Ciuili.* *Rubrica.*

1 *Natura naturata quæ.*
2 *Animalium quæ rationalia.*
3 *Matrimonium quo iure, an non inductum.*
4 *Liberi a quibus alendi, & 5.*
6 *Alimentis renuntiari non poſſe.*

IVS NATVRALE. In 1.gloſ. quæ incipit,& nominatiue, alias id eſt Deus, ibi cum allegat ff.de minoribus.l.1. hæc exempla non ſunt conuenientia: quia ibi non loquitur de natura,ſed de ratione naturali ſecundum Iaco. in fi.gl.ſed
1 non videtur hic loqui de Deo,ſed de natura † naturata, quæ eſt quędam virtus inſita rebus,ex ſimilibus ſimilia procreās, ſecundū Iac. vnde iſtud ius, eſt quod prouenit cuilibet animatæ rei ex ſui ſenſualitate,ſine facto, & doctrina cuiuſquā & ex eo quòd res eſt ſine conſtitutione quacunq;,vt in prin. decre.c.ius autem.1.diſt. Et caue,quod non,omnia animalia
2 vtuntur eodem iure,& tamē eſt ius naturale. † Lepus enim fugere ſcit ſua natura: canis inſequi.Grues habent magiſtrā, & conſtituunt de nocte excubias,quod nō faciunt aliæ aues. Apes habent regem, cui prouident,& ſeruiunt, 7.quæſt.1.c. in apibus princeps, quod non reperitur de alijs, muſcis, ſeu auibus,vnde intellige hic, quòd omnia animalia &c. videlicet quodlibet in ſuo genere, & vide multos alios modos iuris naturalis d.§.ius.in glo.qui quaſi in idem recidunt.In gl.
2 1.effectum dic, quòd matrimonium[a] eſt † de iure naturali,
3 & diuino. vel naturali id eſt, ratione extra de biga.c.debitū. quia alias non videtur, quòd ſit de inſtinctu naturę matrimonium: ſed coniunctio corporū ſic, quia natura adeo prona eſt ad fornicationem,ſicut ad matrimonium. Nec decretalis dicit de matrimonio,ſed de coniunctione.Vnde gl.quę eſt ſupra proxi. ſuper verbo coniugatio, non videtur bona. Ratio enim naturalis ſic dictat, quod liberi per vtrunque parentem, ſimul educari debeant, & erudiri? & ideo ne parentes incerti ſint,ratio naturalis,& neceſſaria, dictat matrimonium,& per hoc dicitur eſſe de iure naturali,etiā prout diffinitur infra de pa.po.in prin. & adulterium eſſe natura improbum.ff.de verb.ſigni.l. probrū. & hoc patet in auth.qui. mo.na.effi. le. §.ſi quis ſane. ver.liceat. col.7. circa prin.collationis: & facit, ff.de agn.lib.l. ſi quis a liberis.§.ſi vel parens.Item op.quia vermes naſcuntur ſine coniunctione.Dicit Iaco.quòd hoc verbum omnia diſtribuit pro generibus ſingulorum habendo reſpectum ad vniuerſale omnium,quæ in cœlo, quæ in terra &c. non pro ſingulis generum: & de hoc etiam no.ff.eo.l.1.§. ius autem. [ Item dicit quod licet educatio liberorum ſit de iure naturali, vt hic, non tamen educatio parentum:ſed ratione naturali ff.de agn.lib.l.ſi quis
4 a liberis,§.ſi vel parens.] † Sed quis parentum debet liberos alere?[glo.dicit quòd mater, vſque ad triennium, poſt pater: vt no.C.de pa.po.l. nec filium quod non eſt indiſtinctè verum: ideo dic, quia aut quęris de naturalibus & legitimis filijs: & tunc aut matrimonium durat,& pater tenetur alere matrem, & liberos: vt ff.ſol.mat.l.ſi cum dotem §.ſinautem. de ven. in poſ.mit.l.1.§.idem ait.aut eſt ſeparatum, & tunc, ſi ſine culpa viri, obtinet gloſſ. alle.ſi propter culpam viri, nutriuntur penes vxorem,expenſis tamen viri,in auth.vt li. ma.& auiæ.§.illud quoque. quæ eſt C.de repu.auth.ſi pater. Aut de naturalibus tantum:& tunc tenet glo.alle.& ſic intellige in auth.qui.mo.na.effi.ſui §.pen.Aut de vulgo quæſitis, & illos alit mater, ſi habet,de quo.ff.de agnoſ.lib.l.ſi quis.§. 1.Aut de inceſtuoſis, & tunc nullus, de iure ciuili, vt auth. ex complexu. C. de ince. nup. de iure cano.contra. extra de
5 eo, qui du.in ma.quam pol.per adul.ca.cum haberet. † Sed quid, ſi quis habet patrem, & auum: videtur quod auus alat. ff.de iniu.l.ſed ſi vnius.§. quod deinde ait. de caſt. pec.l. dotem.fam.herc.l.ſi maritus. Quidam contra C.de infan.expo. l.1.Prima opi.indubitanter vera eſt, vbi pater & nepos ſunt in poteſtate, & auus omnia poſſidet.Et no.quòd pater tenetur alere filium, etiam infidelem:& ſorte magis quàm alium pauperem fidelem, & de hoc vide in Specu.qui fil.ſint legi.
6 verſ.quid ſi pater.Et per hunc §.poteſt dici, ꝙ ſi quis † quietauit patrem de alimentis præſtandis, forte recepto aliquo, vel non recepto, quòd non valet quietatio,quin pater teneatur filium alere,ſi indigeat:quia cum hæc educatio ſit de iure naturali: vt hic: non poteſt tolli pacto.ff.de pact.l.ius publicum.& hanc partem tenet Spec. in d.tit.ver.ſed quid ſi emancipatus.& de materia hac vide, quæ ego ſcripſi C.de alen.lib.l.1.

Vide Schmid. Matrimonium ciuis sit iuris? hoc tit. no.

a Adnotatio.Matrimonium, an matrimonium poſſit prohiberi per ſtatutū. vide hic Ang.Aret.

1 *Legatum eccleſiæ cui debitum.*
2 *Eccleſiæ nominatio qui accipienda.*

1 SED QVOTIES. † Ex hoc §.poteſt redargui ſententia doc.qui dicunt.C.de ſacroſ.eccl.l.1.ꝙ ſi legetur eccleſiæ,valet legatum, & intelligitur de propinqua.in auth.de ecc.tit. §.1.col.8.de condit.& demonſt.l. quæ conditio.§.fi.& ſi ſint duæ vitiabitur legatum propter incertitudinem ff.de leg.2. ſi quis ſeruum melius in l.ſi ſic legatū.§.1.ff. de leg.1.Ego dico,quod cum legatum ad pias cauſas, non vitietur ꝑꝑ incertitudinem.C.de epiſ.& cle.l.id quod.& l.ſi quis ad declinandam.ꝙ tale legatum non vitiatur: ſed intelligitur de maiori eccleſia,per hunc §.quin etiam inoleuit modus Romanæ curię,quo cauetur,ſi velis ſupplicare pro prębenda eccleſiæ cathedralis,ꝙ non nomines eam ſpecificādo,vel dicendo eccleſiam Aurel. quāuis ſint ibi plures eccleſię alioquin non valeret gratia: nec trāſiret in cancellaria.Mos eſt.n.Romanę cu-
2 riæ, ꝙ qñ nominatur † eccleſia Aurel.vel Pariſ.quod intelligitur de cathedrali,per hunc §.ſed magna eſt ceremonia,qđ expreſſio vitiet, ita tamen vidi ſeruari de facto.Item no.per hunc §.quod ſi cauſa committatur officiali, & ſint plures:intelligitur de principaliori.vt not.extra de reſcrip.c.& ſi principalis.& in cle.vel ſi Archidiaco.etſi ſint plures.

1 *Omnium vocis vis*
2 *Bellare quibus liceat.*
3 *L. hoſtes ſenſus.*
4 *Franciæ regi quis bellum indicere non poſſit.*
5 *Vis armis repellenda & quando.* 6.
7 *Defenſionis modus quibus conſtet.*
8 *Defendere ſe cuiuis licere.*
9 *Occidi potentior quandocunque poteſt.*
10 *Aggreſſum iuuantes non puniendi.*
11 *Iuris poſſeſſio armis tuenda.*
12 *Aggreſſor quis cenſendus.*
13 *Defenſio quo iure inducta.*
14 *Contractuum qui gentium: aut ciuilis iuris ſint.*
15 *Obligationis ius.*

IVS autem gentium.Iuxta tex.ſuper verb.contractus,ex quibus oriuntur iura in auth.qui mo.na.effic.le. in prin.hæc cōſt.inno.cōſt.quæ præ.c.an in prin.co.8.In gl.ſed nunquid. Glo.quęrit,& intēdit oppo.Iſte tex.innuit, quod plura ſunt
1 humana genera ex eo quod hic dicit † omnium quod ſignū tria exigit appellata, & reſponde, vt in gl.Vel dic,quod hoc verbum,omni ponitur pro toto:vt in prooe.ff. in prin.ſecundum Iac.Ego.vidi quæri, an hypocentauri,& plures alij,qui habent diuerſas effiges, ſeu hoīes ſylueſtres fuerunt de ſemine Adam?Et cōiter tenent doc.theologi,quod ſic.In glo.ſed
2 qūo.Si teneas[a] hanc gl.bella nō ſunt de iuregentiū: quia nō cōpeterent omni humano generi:ſed humanis tantum & ſic eſſent de iure Romanorū particulari non gentium.ſupra eo. tit.§.oēs,qđ eſt cōtra hunc tex.Vñ dic, quod nedū pop.Ro.
2 imo quicunq; † pōt facere licite bellū,pro ſuo recuperādo ſi per ſuperiorē alias recuperare non poſſit,ēt priuatus,de licētia tñ ſuperioris ſui,& nedum bona detinentis,ſuū occupare, & capere,imo & ipſum iuuantium,vt plene no.Inn.& Hoſt. de reſti.ſpo. in ca.olim. & hoc ſatis patet in feu. de mili.vaſ. qui cōtu.eſt.c.1.in fi.& facit ff.quę in frau.cre.l.ait prætor.§. ſi debitorē.in auth.vt iud.ſine quoq;.ſuffr.§. neceſſitatem.& ſic tex.eſt planus,qđ ēt bella ſunt, de iuregē.& antequā Roma fundata eſſet,bella plura fuerant,quam fuerint poſt.ante enim fuerat bellū Troianum:& de eius reſiduis aſſeritur Roma fuiſſe fundata. & Alexander fuerat ante tēpora Impera-
3 torum: vt patet per chronica.& † l.hoſtes, ff.de ver.ſign.loquitur, de ſubiectis Roma.Imperio,qui bellum non poſſunt indicere cū ſubiectis cū poſſint ius ſuū per ſuperiorē recupe-
4 rare.Et ꝑ hoc videt qđ Rex† Angliæ nō poſſit indicere bellū Regi Frāciæ,ꝑ rebus,quas tenet ab eod. ſi Rex Frāciæ velit ſibi ius facere in ſua curia: vt d.c.in fi.nec qđ eius vaſalli, qui ſunt de regno, debeant ipſū iuuare:vt no.in ſpe.de feud. ver.15.Sed alij nō ſubiecti bñ poſſunt alijs vt dixi.Quid ergo ſi ſuperior, q nō habet ſuperiorē indicat ſubiecto, certū

eſt

eſt quod ſunt hoſtes. Vel ſi ſubiectus ſuperiori, vt l.hoſtes.
ff. de capt. An autem poſſumus indicere bellum Saracenis
vel eorum bona occupare? vide plene de vo. & vo. re. cap.
quod ſuper. per Inno. & Hoſt. §. ius autem gentium. iunge
infra de re. di.§.item ea quæ ab hoſtibus. An autem duellum
ſit permiſſum, non eſt dubiũ in feud.de pa.§.ſi quis hominẽ.
& §.ſi quis alium.ſed de iur.ca.eſt in omni caſu prohibitum.
dic in Spe.de accuſ.§.ſequitur.verſic.quid ſi.[vide gloſ.infra
de hæred.quæ ab inteſt.defe.§.per contrarium quæ loquitur
de duello.in ver. perduellionis. Et an torneamenta permiſſa
ſint? dic, quòd non ſecundum no. Io. And. extra de tornea.
c.fi.hoc tenet. per tex. in authen.vt omnes ob.iudi.prouinc.
in princi. col. 5.] Item in fi.eiuſd. glo. Dic quòd hoc mo-
deramen attenditur circa tria, videlicet vt taliter quis ſe de-
fendat, ſicut inuaditur, ſi cum armis ſe defendat armis.item
incontinenti, item non ad vindictam. Circa primum dicunt
glo.quòd aggredientem etiam ſine armis, poſſum armis re-
pellere: vel alias meliori ingenio quo potero, ſi alias tute me
defendere non poſſum. vt l.1.C. vnde vi.not.quod doct.ap-
probant, in defenſione perſonæ: ſed ſecus in defenſione re-
rum, pro quibus extra de homici.c. ſuſcepimus.33.q.3.cap.
nullus chriſtianus. Ego vero indiſtincte cum gloſ. teneo. &
idem videtur tenere Innocen. in d.c. olim. & facit extra de
ſent.excommu. ca.dilecto.lib.6.C. quando lic.ſe ſine iu.vin.
6 l.1.C.ad l.Corn. de ſica.l.ſi quis percuſſorem. † Circa ſecun
dum dixeſſe, quod in defenſione perſonæ debet incontinen-
ti, ipſa actus flagrantia, ff.ad l.Aquil.ſcientiam.§. qui cum ali
ter.ff.eod.l.vt vim. Sed in defenſione, rerum, poteſt eſſe in-
teruallum, quod videtur expreſſum, extra.de reſtitu.ſpo.ca.
olim, id eſt, dum tamen non diuertat ad actus extraneos, vt
not.ff.de vi & vi arma.l.3.§. eum igitur. vnde poteſt quære-
re amicos, vel ire ad iudicem, ſecundum Iaco. de ra.qui hoc
not.ff.de acquir. poſſeſſ.l. clam poſsidere.§.qui ad nundinas.
7 † Circa tertium dic, quod attenditur modus facti, & quali-
tas perſonarum, & potentia, ex quibus bonus iudex poteſt
apprehendere, an ad defenſionem proceſſum fuerit, vel ad
vindictam: vt not. d.l.1. & caue, ne erres, poſt gloſ. vt ma-
gis attendas potentiam facti quam diuitiarum: quia glo.mi-
nus caute ibi tranſiuit, quid enim ſi pauper miles, fortis &
potens, ad talia conſuetus, burgenſem diuitem inuaderet,
minus potentem corpore, & ad talia non conſuetum, non-
ne bonus iudex, in talibus aduertere debet potius potentiam
corporalem, quam diuitiarum? non eſt dubitabile. Sed cur
in defenſione perſonę inſpicitur, an alias poſsit euadere: vt
§.qui cum aliter allega.eſt: de defenſione rerum vt in §.eum
igitur. allega. ratio patens eſt: quia res non tenetur relin-
quere ibi. Ideo ſatis poſſet dici, quod ſi eſſent res mobiles,
quas faciliter poſſet ſequeſtrare, quòd non deberet expecta-
re aggreſſorem, nec captare aggreſſum, per rationem.§.qui
cum aliter. Sed an tenetur fugere, in defenſione perſonę?
Doct. dicunt, quòd non.in d.l.1.quod ſatis admitto, ſi inua-
ſus ſit honeſta perſona, cui eſſet vituperium fugere, habito
maxime reſpectu, ad perſonam inuadentis, arg.ff.ex qui.cau.
ma.l.in eadem. in prin. Sed hęc ratio non videtur ſufficiens,
cum non reperiatur, quòd quis poſsit eſſe cauſa homicidij,
pro fama defendenda, imo contra ff.quod me.cau.l.nec timo
8 rem. & l.metum. † Item quia defenſio eſt de iure naturali,
quo iure nulla eſt differentia perſonarum, nec conditionum
earum, vt hic & ff.eo.l. manumiſsiones. & hęc ratio poſſet
impugnari: quia de iure gen. eſt hoc. in l.vt vim.ff.de iuſti.
& iur.vel dic vt infra dicam, vel ſi eſſet periculum: quia for-
te inuadens erat prope, qui forte poſſet a tergo percutere,
vel forte redderetur audacior, & facit.C. ad l.Cor. de ſica.l.
ſi quis percuſſorem. Vel dic, quòd nemo tenetur dimittere
plateam ſuam, vel iter per l.illam. & ſic nec fugere, ibi enim
expectabat venientem, & hoc placet mihi.nec §.qui cum ali
ter. facit ad contrarium. ibi enim a longe ſtabat proijciendo
lapides, & videbatur poſſe fugere ſine periculo: ſed quando
eſt prope, ſemper eſt, fugiendum periculum: aduerſarius ef-
ficiatur audacior: vt dixi. Item credo, quòd ſi inuaſus exceſ-
ſit modum in defenſione, quòd non debeat puniri vt dolo-
ſus: ſed vt culpabilis. argu.ff. de adulter.l.imperatores.& l.
ſi adulterium.§.imparator.ad turpil.l.1.§. & ſi quidem. non
enim deliquiſſet, niſi alius cauſam pręſtitiſſet.C. de rapto.l.
9 vnica.§.penult. † Sed quid dices, potens qui magnam ducit
comitiuam, continue eſt minatus mortem pauperi, qui co-
mitiuam non ducit: & eum forte diffidauit, pauper videns,
quòd ſi expectet, quòd diues inuadat eum, occidetur, nec ſe
poſſet defendere aduerſus tot: nec ſemper poteſt tenere co-
mitiuam, quę ipſum defendat, horam, & locum captans, oc-
cidit potentem, quęritur an debeat puniri? Videtur quòd, ſic
per §.qui cum aliter. Item quia conſtat eum aggreſſorem: &
ſic eſt in culpa.ff.ſi quadr.pau.fe.d.l.1.§.cum arietes. Ego cre
do, contrarium in caſu prędicto: certum eſt enim, ꝙ ille ſem
per erat in periculo mortis: quia alius ei mortẽ minatus fue-
rat, & poterat eũ interficere, vel facere interfici, quando vel-
let: & ſic videtur, ad defenſionem facere, quia metu mortis
facit, ff.ad l.Aquil.ſed & ſi quencunq; in princ. etenim odiũ,
& minę potentis, mortis periculum iudicant imminere: vt
patet extra de ſenten.& re iudi.c.paſtoralis, in cle. & ſic.cum
ei ſemper periculum immineat, iuſte ſemper & quacunq; ho
ra, ſe defendit: & totum debet ad defenſionem reputari, &
pro hoc facit, quod no.in d.l.1. ibi cum dicit gloſ. quòd non
habet expectare, quòd alius percutiat.& bene facit.C. quan-
do.li.ſine iu.l.1.ff.de dona.cau.mor.l.3.cum trib. ſeq.ff.quòd
met.cau.l.1.§.metus C.ad leg.Cor.de ſic.l.ſi vt allegas.& per
hoc videtur, quòd ſi toxico occidat eum in caſu prædicto ꝙ
non teneatur in conſcientia, nec in foro iudiciali. Sed quid
10 † de iuuantibus? Glo.variant, ff. eod.l. vt vim. & de vi & vi
ar.l.cum fundũ. Doct.iuris ciuilis dicunt, quòd iuuantes ex-
cuſantur a delicto, in defenſione perſonarum, ſed non rerũ,
Verius videtur quòd etiam in defenſione rerũ ſint excuſati.
vt extra de ſenten.excom.c.dilecto.lib.6. eod.tit.c.quantæ.in
antiquis.23.q.3.ca.omni. & c.ſi nulla.C.de meta.l.deuotum.
verſi.recteque.lib.12.nec incidunt in canonem, ſi percutiant
clericum, extra de ſenten.excom.ſi vero, & ibi per Innoc.&
eod.tit.c.olim.in glo.ſed forte ſunt irregulares, quanuis pars
inuaſa nõ efficiatur irregularis, extra de homi.c.1. dic vt ibi.
11 Quid ſi quis, habet quaſi poſſeſsionem † alicuius iuris incor
poralis, an poteſt eam armis defendere? Inno.videtur tene-
re quòd non, extra de cenſi.c. ſignificauit, de immuni.eccleſ.
cap.1.quod poteſt eſſe verum, vbi debitor contradicit ſolue-
re, annuam pręſtationem.Sed ſi alius, per vim leuet reditus,
quos mei coloni mihi præſtabant, vel in meis grangerijs &
manſis gagiat: ego non video, cur talem armis non poſsim
repellere: vel ſi me impediat in poſſeſsione ſeruitutis meæ,
nam nedum poſſeſsioone redituum priuaret me, imo & ipſo
rum fundorum, quos per colonos, ſeu emphyteutas ciuiliter
poſsidebam, extra de reſtit.ſpo.c.Piſanis. & c.cum veniſſent,
& c.olim. de reſcrip.ca.ad audientiam.ff. de acquir.poſſeſſ.l.
quamuis.§.1.& de hoc aliquantulum per Ioan.And. extra de
cenſi.c.2.in cle.cætera vide in d.l.1.C.vnde 6.vbi hæc.& alia
ſcripſi. vt ſupra no. licet quis teneatur ad damna. ſi exceſsit
in defenſione: non tamen propter exceſſum tenetur ad reſti
12 tutionem rei, vt d.c.olim. de reſtit. † Item not. quòd ſi duo
reperiantur, vnus viuus, & alter mortuus: nec conſtet quis
fuit aggreſſor, viuus abſoluẽdus eſt ff.ſi quad. pau. fe.d.l.1.§.
cum arietes. & ibi no. in ſimili. Vel dic, debere conſiderari
vitæ amborũ præcedentes actus.ff.de re mil.l. non omnes §.
a barbaris. Et no.caſum vbi dicitur, quòd violentiæ repulſio,
ſit de iure naturali primæuo, in decre.d.1.c.ius autem.ſed de
iure ciuili, videtur quòd ſit de iure gen.ff. de iuſti. & iure l.vt
13 vim. Sed potes dicere † quod defenſio perſonæ, ſit de pri-
mæuo iure naturali: defenſio rerũ de iure gen. quo fuerunt
diſtincta dominia.ff.de iuſti.& iu.l.ex hoc iure. Itẽ no. quod
de iure canonico non videtur licitũ occidere hominem, pro
defenſione rerum, per c.ſuſcepimus alleg. Vel dic, quod ibi
loquitur de perſonis eccleſiaſticis. In gloſ.Sed nunquid, dic
quod de iure natu.omnes naſcebantur liberi: nõ quod ius na
turale hoc diſponeret: quia illud ius nil diſpoſuit, ſed quia
non erat ſeruitus illo iure, nec meum, nec tuum, vtinam nec
adhuc eſſet. In gloſ. plene ibi de conſtituta, ille §.non pro-
bat, ſecundum Iac. quia ibi nil dicit, niſi quòd ciuiliter obli-
gatur, ita poſſet dici in mutuo, & alijs ff.de cond. indeb.l.ſi
fideiuſſor.

fideiuſſor.vnde ſecundũ eum, ſtipulatio dicitur de iure ciui. quia per ius ciuile fuit repoſita in contractus ſpeciem,& idẽ de alijs ſeq. Vult, (vt credo) dicere: [d] (& hanc credo intentionem text.) quòd contractus † dicuntur de iuregent.quos olim homines negotiando per ſe inierunt,abſq; conſtitutione iuris,ſeu legiſlatoris: ſed ex neceſsitate mercandi: vt emptio, & alij de contrahen.emp.l.1.ſed contractus, qui per legiſlatores fuerunt compoſiti,certam formam acceperunt:ſicut ſtipulatio, quam legiſlator introducit,ex interrogatione & reſponſione, vltra pactum ſimplex, & literarum obligat. contractus emphyteuticus donatio propter nupt.& colonarius, de quo in auth. de non alie.§. lex itaque. & feudum, & forte pactum legis commiſſorię,& ſi qui ſint ſimiles,ſunt de iure ciui. quaſi autem contractus, videntur eſſe de iure ciui. & prætorio. infra de obliga.quæ ex quaſi contract.§. hęres ff. de verbo.ſignific.l.obuenire. infra de tute. in princ.ff.de act. & oblig.l.ex maleficio.§.1.In gloſſ.dic quòd naturalis † obligatio, quæ oritur ex conſenſu, eſt de iuregent.quæ pacta ſeruari vult.ff.de ſolu.l. in his.§. imperator. Sed ciuiles. (large accipiendo ciuilem,& prætoriã) ſunt de iure ciuili,ff.ad maced.l.creditorem.l.ſi fideiuſſor.§.1.Item obligationes ex delictis, oriuntur de iuregen. in his delictis quæ iuregen.coercebantur infra de obliga.quæ ex delict.§.1.ff.de orig.iur.l.2. §.deinde Cornelius.ff.rerum amota.l.rerum quidam. ſed de iure ciuili,in his quæ iure ciuili coercentur, & vide infra de obligatio.in §.omnium.

a Adnotatio. Si teneas. Vide dominum Are.ponentem hic plura genera bellorum pro huius glo.confirmatione.
b Dimittere plateam. Vide hic Aret.prope fin.2.col. quomodo autẽ probari.
c Non debeat puniri,vt doloſus. Adde quod ſolum punitur pro ſolo exceſſu. caſus, eſt ſin.in l.adulterium,cum inceſtu.§.imperatoris. ſecundum Ang.ibi. ff.de adul.ſa.l.oratius.C.de adul.Ioan. An.ſing. in c.ſignificaſti. extra de pœ. & remiſſio.in l.ſcientiam.§.qui cum aliter.ff. ad l.Aquil. Angel. Aret. in ſuo tracta.male.in verſi.ſic defendendo.Bald.in l.vt vim.ff.de iuſ.& iur.& omnino Alexan.conſil.24.volum.2. & conſil.140.vbi plene.eod. volum.& conſi. 76.volum.1.
d Dicere. Vide hic Chriſto. Por.in §.ius autem ciuile.2. colum. poſt me.ver. in gloſſ. pene.

1 *Libellans probationi contrarium an obtineat?*
2 *Libellus alternatiuus an validus?*

a Lex eſt. [a] In gloſ. nam conſul. in fin.ff. de reli.l. oſſa. de admin.tuto.l.ita autem,§.geſsiſſe, ff.quod cuiuſque vniuer.l. item eorum.§.decuriones. Quid ergo ſi quis dicat in libello
1 quòd Sempronius ipſum † ſpoliauit poſſeſsione ſua, vel aliquid aliud egit,ex quo agit contra ipſum, & in proceſſu non probat hoc eum egiſſe: ſed alium eius mandato & nomine, an debeat obtinere? Videtur, quod ſic, per hunc,§.cui concordat.ff.de vi & vi arm.l.1.§.deieciſſe,ff.pro ſocio l.fin.quæ in frau.cre.l.ſi pater.quod crederem rationabile, tamen contrarium ſeruatur de facto. & vide glo.& Innoc. extra de do. inter dilectos. in glo.licitos [in antiq. iunge infra quod cum
2 eod.§. fin.] An autem † libellus admittatur, tu vel alius tuo nomine tale quid commiſiſti? Specu. dicit quod ſic, de lit. conteſt.§.iam nunc.verſic. item talis.& ſic de facto ſeruatur. [De hac quæſtione vide ff.de leg.1.l.talis ſcriptura vbi deciditur contrarium.] In glo.exemplificatiue, in fin.ſed nec hodie illa: vt ibi not.quòd verum eſt,de his qui habent ſalaria, ſecus,in delegatis,extra de reſcrip.c.ſtatutum.§.inſuper.li.6. In glo.eſt autem genus,hæc glo.accipit genus & ſpeciem,ſicut logici. Sed legiſtæ alio modo in multis locis, vt dixi ſupra de iuſt.& iu.§.huius.ff.de verb.ſign.l.2.

a Adnotatio. Lex eſt. An de eſſentia.l.ſit ſcriptura. vide per Ang. in §.conſtat autem. in 1.colum. ante me. in verſic. quæro an de eſſe legis vide etiam d.Felyn.in rubr.de conſt.in 3.colum.cir.prin.col.ver.tangunt hic ſcribentes.

1 *Clerici quo non ligentur.*
2 *Populus qui conſuetudinem inducat.*

Sed et plebiscita. Scire debes quod antequam princeps Romæ conſtitueretur, erat diſſentio inter nobiles, & plebeios, quilibet enim ſuas leges condebat & volebat per alios ſeruari, quæ tandem fuit ſopita per Hortenſium,qui ſtatuit vnum principem creandum, in quem fuit tota tranſlata poteſtas,& tunc plebs retinuit,quod ordinationes, quas iam fecerant, haberent vim legis,& hoc potes melius recolligere,ff.de orig.iur.l.2.§.deinde cum eſſet. Et facit iſte §.ſecun-
1 dum Iacob.quod ſtatuta † laicorum,non ligent clericos, dic
a extrà de conſti. c. quæ in eccleſiarum, [a] & dicam infra eo.§.
2 ex non ſcripto. Item facit ſecundùm † eum, quod populus non poſsit inducere conſuetudinem,ſine voluntate ſuperioris, ibi etiam dicam.

a Adnotatio. In eccleſiarum. Vbi vide, do. Fely. latiſſime de iſta quæſtione tractantem.

1 *Princeps, legiſlator ſolus.*
2 *Vlpiani tempora.*
3 *Legem ferre qui, quatenusque poſſint, 4.& 5.*

Sed & quod principi. Gloſſ. in verbo legis dicit, quod hanc legem regiam non habemus, de ea tamen fit mentio hic,ff.eodem,l.1.C.de teſtamen.l.ex in perfecto.de vete.iur. enuc.l.1.§.ſed in hoc ſtudium.verſicu. cùm enim ff. de orig. iur.l.2.§.deinde. Et eſt mirabile, quod de imperij,& imperatoris creatione, ita paucas leges habeamus: & parũ habeant canoniſtę antiquius de electione Papę,ſed hodie multum.vt patet titu.de electio.lib.6. & in cle. Et ex hoc quod hic dici-
1 tur,videtur quod † nullus poſsit hodie legem condere, niſi princeps, cum in ipſum, tota ſit tranſlata poteſtas, & videtur expreſſum,C.de legi.l.fina.Sed contra,ff.de leg.l.non ambigitur C. de offic. pręfect. pręto. l. formam. Ad hoc dicit Ioann. Andr.quod dict.l.non ambigitur. eſt hodie correcta, & ita not. ibi in gloſſ. ſed certe non eſt correcta per hunc §.
2 quia.l. illa fuit facta per † Vlpianum. qui fuit tempore Alexandri Seueri Imperatoris, qui cœpit poſt annos Domini 200.& 25.vel circa: vt patet per chronica,quo tempore ſine dubio, & ante erant Imperatores conſtituti, & in eos tranſlata poteſtas. Præterea Senatusconſul. Trebellian. fuit factum tempore Neronis Imperatoris, ff. ad Trebellia. leg.1. quod tamen lex eſt, vt ibi patet, ff. de dona. inter vir. & vxor.l. cum hic ſtatus, in princip. Sed ſi velis, illam opinio. tenere, dicere poſſes, quòd ſit correcta per l.fina. Melius tamen videtur, quod ſolus Imperator poſsit legem facere ge-
a neralem vniuerſo mundo, [a] vt dict.l.fina. Senatus autem,&
3 præfect. præto. poſſint etiam facere legem generalem † ex ui & poteſtate per legem, & principem attributa, ſed legem particularem poſſunt facere multi, ſicut legatus in prouincia ſua, extra de offic. legati ca. fina.& idem videtur de quolibet ordinario, quod poſsit facere legem, quo ad ſubiectos. vt not.ff.quod quiſque iur.l.1.§.hæc autem. verſic. pro nullo.ff.de cuſto. reo.l. diuus. la 2.ibi ſed caput &c. & patet de epiſcopo, extra de his, quæ fiunt a maiori parte ca. fina. de maior.& obedien.ca.2.extra de conſti.c. vt animarum. lib.6. Item quicunque rectores collegij approbati, vna cum collegio,de hiſq; ad collegium pertinent,extra de reſcrip.c.ex literis: & multomagis ipſum collegium,ff.de priuil.cred.l.Antiochenſium.ad municip.l.Lucius.§.fina. vel ibi de conſuetudine,tamen dic vt infra verſi. non autem. Quod autem dixi
4 ordinarios poſſe leges & ſtatuta † facere, intellige ſuper his quæ ad ſui iuriſdictionem pertinent: & ad ſui defenſionem, & ſine præiudicio iuris alieni, alias non: vt no. Inn.extra de loca. & condu.c.2.& ſic intellige,quòd not.ff.de verb.ſign.l. pronuntiatum.C.de ſenten.& interlo.l.nulli. Item intellige, quòd non obſtent iuribus,& conſtitutionibus ſuperioris, minor enim legem ſuperioris tollere non poteſt,extra de maio. & ob.c.cum inferior 21.diſt.ca.inferior.imo nec modificare, nec corrigere,nec mutare extra de elect.c.2. in cle. adiuuare poteſt,pœnę adiectione vt ibi no.& in facto ſingulari diſpenſare,extra de æta.& quali.cap.2.lib.6.ff. de his qui no. infa.l. quid ergo.§.pęna grauior.C.ex quib.cau.infam.irro.l.& ſi ſeuerior. An autem capitula, vel collegia poſsint facere ſtatu-
b ta, [b] ſine rectore vel epiſcopo, dic quod ſic, de minimis tantum extra de conſtit.c.cum omnes.C.de leg.l.fina. de decur.

l.ſi

l.ſi quos. & plene no. Arch.de verbo.ſig.ca.conſtitutionem.
5 li.6.intellige ergo, quod ſolus † Imperator,Senatus,& præ-
fec.præ.poſſunt legem generalem facere. alia potius dicũtur
ſtatuta. & ſuper hoc vide ff.de ori. iur.l.2.§.deinde.& §.no-
uiſsime.cum ſeq.& quod dicit text.ſolus, intellige, ꝙ nullus
alius,niſi ſenatus, & præfect.præto.qui inuicem ius faciunt,
& eius authoritate & poteſtate per legem ſibi attributam;
ſed collegium cardi. non poſſet facere legem , vt patet in d.
ca. 2.Poteſt ergo princeps omnia,vt patet hic,an poſsit con-
tra ius diuinum,natu.vel gen.vide infra §.Sed naturalia.

a Adnotatio generalem vniuerſo mundo. Tu dic, hoc eſſe verum ſi exiſtat
Romæ:quia ibi poteſt facere legem generalem, quæ vniuerſum orbem com-
prehendit in temporalibus,non autem in ſpiritualibus.vt no.Bal.in rub.impe
rator Lotharius. & Guil.de Cun. in l. cunctos populos. nu. 1. & ibi poſui in
apoſt.ad ipſum.C.de ſum.trini.
b Facere ſtatuta.De hoc vide per Bar.in l.omnes populi.ff. de leg. in 1. q.ibi
primo quæro, quis poteſt facere ſtatuta.& ibi etiam Alex. in ſuis addi.& per
do.Fel.in c.cum omnes.extra de conſti.

1 *Principis iuriſdictio & 2.*
3 *Papa quibus præſit.*
4 *Populo deiicere principem licere. & 5.*
6 *Populus cur legem non condat.*

1 Popvlvs Ei,& in eum. † Et ſic videtur hic,quod prin
ceps habet iuriſditionem a populo. & concor. d.l.2. §.dein-
de.& §.nouiſsime.C.de vet.iur.enu. l.1.§.hoc etiam nihilo-
minus:§.ſed in hoc.verſic.cum enim.Sed contra imo a Deo.
96.diſt.c.ſi Imperator.& l.1.in prin.C.de vete.iur.enu.quo-
modo opor.epi.& cle.in prin.gloſ.ibi dicit,quòd Imperium
proceſsit a Deo diſpoſitiue, quia eius diſpoſitione factum
a eſt. † Melius diceret gloſſ.ſi diceret quod proceſsit a Deo a
2 permiſsiue, ſed a populo diſpoſitiue, qui ita diſpoſuit,& vo-
luit, ex quadam neceſsitate.vt §.deinde, ſupra alleg.ſi enim
eſſet Dei diſpoſitione,non præfuiſſent prælati multi turpes,
luxurioſi, & fatui, multis ſapientibus ſanctis,continentibus,
& honeſtis. Nero enim incontinens, & inhoneſtus præfuit
Petro, Paulo, & Senecæ, quos biennio occidi fecit, ut patet
per chronica.Nec tot mali imperaſſent, qui ſanctos occide-
bant. ſicut patet in hiſtorijs eccleſiſticis, & in legendis ſan-
ctorum.imo,& ſi hiſtorias legas,reperies,quod poteſtas Ro
manorum, fuit per violentiam acquiſita.& maxime tempo-
re Iulij Cæſaris, qui multas prouincias debellauit.Sed de Pa
patu non dubium,quin a Deo proceſſerit:vt plene per Inno.
extra de for.compe.ca.licet,dic vt ibi.& ideo ille præeſt om-
3 nibus,† tam in ſpiritualibus,quam in temporalibus.vt plene
no.Hoſt.qui fil.ſint legit.ca. per venerabilem. non tamen de
temporali,debet ſe intromittere,niſi in caſibus,qui not.in d.
c.licet.ſed in illis caſibus poteſt & debet: & quicunque prin-
ceps deponatur, ſi male regat. & pro minori cauſa, quam a-
lius,vt patet extra de ſup.negl.prela.c.grandi.libro 6.de ſen.
& re iud.c.ad apoſtolicæ.eod.libr.extra de elect.c.venerabi-
lem.cum ibi not.90.diſtin.ca.Conſtantinus & 96.diſt.c.cum
ad verum.&c.extra de vo.& vo.redemp.ca.licet.in fi.Et hæc
negari non poſſunt,per fidem.nam cum ſit Vicarius Chriſti,
cuius eſt plenitudo orbis,&c.& qui eſt princeps principum,
& rex regum, ſecundum Apoſtolum. Et cui data eſt omnis
poteſtas &c. Mar. vlt. & omnis iuriſditio tranſeat in vica-
rium.extra de offi.6.c.ſua.C.de eo, qui vi.al.obti. Abſurdum
eſt dicere, quin habeat poteſtatem in temporalibus,& ſupe-
rioritatem, non tamen debet exercere, ſed tenere illum gla-
dium,in vagina.extra de appella.c.ſi duobus.de foro compe
ten.c.ex tenore.qui fil.ſint legit.c.cauſam quæ.de iudi.c.no-
uit.niſi in caſibus vt ibi dixi,& hoc ſcripſi plenius C.de ſum.
4 tri.l.1. Sed † an populus poſsit imperatorem deponere. b Vi
b detur quòd ſic, quia cum ad populum pertinet eius creatio,
vt hic,& per conſequens,& depoſitio,ſeu reſtitutio. ut C.de
off.præ.aug.l.2.extra de hære. c.cum ex iniuncto.de ſta.mo.
c.ea quæ.§.præcipimus.de capel.mo.c.presbyteri.lib.6.Præ
terea cum mandatum iuriſditionis,ſit reuocabile,de ſui natu
ra. ff.de iud.l.iudicium. §. ſoluitur. & imperator iuriſditio-
nem,& poteſtatem habeat a populo, vt hic.cum concor. vi-
detur, quod populus reuocare poſsit. Præterea conſtat hoc
factum fuiſſe antiquis temporibus. ff. de origi. iur. l.2. §. ex
actis.[ & §.quod ad magiſtratus.ea.l.2.quibus liquido oſten-
ditur a populo, reges Roma expulſos, cuius etiam rei locu-
pletiſsimus teſtis eſt Liuius. lib.1.ab vrbe condita. Præterea
eius eſt remouere, cuius eſt & inſtituere, textus eſt ca.vnico
de capel.mon.lib.6. Sed populus Imperatorem conſtituit.&
in eum omne imperium conſtituit.l.1.ff.de conſti. princ.er-
go & eum deponere poteſt. Sed deponendi imperatoris po-
teſtas non ad populum, ſed ad papam pertinere videtur, id-
que probatur argu.textus.in c.alius item Romanus.in fi.15.
q.6.& ibi hoc notat gloſ.ſuper verbo depoſuit, & allegat ca.
duo ſunt.96.diſt.qui tex.hoc videtur probare, ſi modo recte
inducatur. ] Sed contra, videtur per hunc §.qui dicit ei, &
in eum vnde plus ſonat, quam ſi diceret ei tantum. vnde ſe-
cũdum grammaticos,plus credit in eum, quam ei, vel eum.
& pro hoc facit, quia electores non poſſunt variare electio-
nem factam.extra de elect.c.in cauſis.& c. cum inter.& c.pu
blicato.& hanc partem tenet glo.ff.de legi.l.non ambigitur.
5 in fi. † Item, quia imperator maior eſt populo,& ad eum tan
quam ad maiorem habetur recurſus.in feu.ſi de inueſti.inter
do.& vaſa.lis ori.c.1.§.1.& ſic, per minorem non debet de-
poni, per iura ſupra allega.extra de maio.& obed.c.cum in-
ferior.& videtur expreſſum,quod populus antiquo iure ha-
bebat iuriſditionem, ſupponendo quòd hodie non.C.de pa.
po.l.2.in fin. [ Sed per d.c.videtur quòd populus adhuc ha-
beat iuriſditionem, ſed intellige, vt ǰ. ſequitur.] Nec obſt,
quod de iuriſdictione arguitur, quia iuriſditio reuocari non
poteſt, vbi tota tranſlata eſt, nec quicquam remanet penes
transferentem, & maxime ex eo quo illa eſt vſus.extra de offic.
delega.ca.quamuis.libro 6.& facit, quia conſtituentes non
poſſunt deſtruere dignitatem per eos conſtitutam. extra de
conſt.c.cum acceſsiſſent.Sed tamen ſatis poſſet dici, ꝙ popu
lus ex cauſa poſsit eam deſtruere,vt in contrarijs.ff.de excu-
ſa.tuto.l. ſed & reprobari. hoc tamen attentare periculoſum
6 eſt.Sed an populus,† poteſt hodie legẽ facere? gl.dicit quod
nõ,cum totam poteſtatem tranſtulerit, quod eſt uerum quo
ad generalem,ſed municipalem ſic.ſupra eod.§.omnes vero
populi.duntamen,habeant collegium approbatum,alias nõ,
cum tota iuriſditio ſit tranſlata,vt hoc.§.

a Adnot.Proceſſit.a Deo.Vnde imperium proceſſerit.& an fuerit ante prin-
cipatum, vide per do.Feli.in ca.non liceat de præſcri.4.col.in prin.ver.cæte-
rum.dum ſubdit Abb,cum ſex ſequen. & an imperator fundet intentionem
ſuam ſuper toto mundo,& fuerit quandoque in ſua pacifica poſſeſſione, ibi-
dem vide col.6.poſt me.ver.poſtremo pro iſta parte.
b Imperatorem deponere.Hanc quæſtionem ponit Are.& vide eum hic.

1 *Sententia quæ, & quando facit ius*
2 *Priuilegium quando an non tranſmiſſibile.3.4.*
5 *Fideiuſſorem quando ex ſe iuuet reus. & 6.*

Qvodcvnqve ergo imperator.Concor.ff.de conſti.
prin.l.1.C.de legi.l.2.Sed ob.C.eo.tit.l.3.ver. interlocutio-
a nibus.dic, ꝙ a aut princeps interloquitur,aut diffinit.Primo
1 caſu, eius † interlocutoria non facit ius in d. l. 2. & notatur
d. l. 1. & hoc niſi eſſet in corpore iuris redacta. C.de no. co.
compo.l.vna.§.fi.20.diſtinc.c.1.ff.quod met.cauſa.l.metum.
§.ſed quod prætor.C.de conſtit.pecu.l.fina. Et idem ſi prin-
ceps ad cõſultationem,vel ſupplicationem, cuiuſque reſpon
deat, vel reſcribat.nam non facit ius, niſi in illa cauſa reſpon
ſio eſſet in corpore iuris clauſa, vt not.C. de ſent.l.nemo.in
prima glo.Secundo caſu,quando diffinit,aut præſentibus par
tibus,& tunc ſecundum Iacob.nonfacit ius nouum.ſed quod
eſt, declarat.ff.de acquirendo rerum dominio.l.adeo.§.cum
quis.ǰ.de rer.diui.§. ſi quis. ff.de teſtam.l.hæredes palam.§.
ſed & ſi contra ius ita parum.vt infra.eo.§.C.de poe.ſi vendi
cari.ff.de arbi.l.Celſus.in authen.de iudi. §.omnes autem.Si
præter ius. tunc facit ius.vt hic,C.de legi.l.fin. Si vero parti
bus abſentibus, poteſt dici quod non facit ius. quia magis ex
contumacia &c.ff.de inoffi.teſt.l.qui repudiatis.de appel.l.ſi
proluſorio.§.1.de euic.l.ſi ideo.§.fi.
In gloſſ.generalem.l. leges. imo ſex modis vt ibi patet, &
ibi nota.In glo.ſ.non merenti ibi, maiorem.dic C.de poe.l.ſi
vendicari.

vendicari.In glo.vt clericis.in fi. dic vt dixi ſupra in diſt.In-
tellige tamen,quod in illo negotio,facit ius.vt l.2.C.de legi.
In gl.ff.quod quiſque iur.in fin.gloſ.ſed adhuc reſtat contra-
rium huius literæ, propter quod Pet. de Bel.perti.intelligit
l.illam fin.ſecundum ſecundam caſus poſitionem, quæ eſt
ibi in gl.& reprobat primam per hunc §.Sed hoc non eſt tu-
tum adſtruere: quia fieret violentia literæ.Præterea videtur
expreſſum, pro prima poſitione.C.de proxi.ſac.ſcri.l.in ſa-
cris.§.fi.Propter quod dicas, ꝙ eſt regula, quæ fallit in iudi-
cijs, ratione etiam inæqualitatis vitandæ vt in contrario.Itē
quando quis ad ſui poſtulationem impetrauit ius iniquum vt
2 d.l.1.& de hoc† Dy.extra de reg.iu.c.in iudicijs.li.6.Et intel
lige, hanc regulam.in priuilegio non clauſo in corpore iu-
ris.ff.de reg.iur.l.Neratius. Item vbi eſt conceſſum conſide-
ratione perſonæ tantum:nam ſi contemplatione rei,ſecus.vt
ff.de cen.l.3. ſed ſi concedatur contemplatione perſonæ, eſ-
ſet perſonale.ff.de ſerui.ruſti. prædio. & l.Lucius. In dubio
autem cenſetur reale, vbi dignitati vel rei conceditur vel
loco.extra de inſti.c.cum veniſſent.ff.qui. mod.vſusfr.amit.
l.ſi vſufructuarius.de relig.ca.cum loca.& no.in Spec.de in-
3 ſtru.edi.§.nunc autem.verſi.item quid fuit.† Item dic,quòd
vbi cōceditur perſonæ & eius hæredi, non excedit primum,
ſi hæredibus, tranſit ad omnes.C.de excuſ.mune.l.ſordido-
rum.dic vt ibi.Priuilegium autem in corpore iuris clauſum,
egreditur perſonam,vbi conceditur ratione naturali,& æqui
tate iuris attenta. C.ad velle.l. hæredes.Dic vt ibi per Cy.&
ff.de in integ.reſti.l.non ſolum de mino.l.interdum.C.ſi ad-
uer.tranſac.l.1.de repu. quæ in iudi. de in integ.reſti. min.l.
vna.& poteſt dici,vt nota.ff.de mino.l.quod ſi minor.ſed vbi
conceditur mere in fauorem perſonæ, & ea attenta tantum,
non tranſgreditur perſonam, vt ff.de admini.tuto.l.hæredi-
bus ex plur.eodem tit.l.a tutoribus.§.1. ff.de regu.iuris.l.in
omnibus cauſis, in fi.niſi caſu quo tranſit ad ſuum.ff.ſolu.ma
4 tri.l. maritum. & l. etiam. † Sed quid ſi debitor impetrauit
b dilationem, nunquid extenditur ad fideiuſſores? [b] Videtur
quod ſic.ſaltem per quandam conſequentiam. vt in auth.de
fideiuſſ.§.ſed neque, videtur contra.ff.de re iudi.l.& ſi fide-
iuſſor. Hanc quæſtionem plene proſequitur Cyn. in lect.C.
de preci.imper.offe.l.quoties.Et dicas, quod priuilegio,non
gaudet, nec ad ipſum extenditur directe:gaudere tamen poſ
ſet indirecte,vt ſi reus in mora non fuerat, & erat electa per
ſonæ induſtria,quo caſu fideiuſſor non poteſt conueniri,quo
uſque reus in mora fuerit.ff.de verb.obl.l. ſi pupillus.& non
poteſt eſſe in mora,propter dilationem,ex quo iuſtam exce-
ptionem habet l.nulla.ff.de reg.iur.ſed ſi non eſſet electa in-
duſtria, tunc ex ſua mora poſſet conueniri.Et idem, in qui-
buſcunque obligationibus dandi. ff.iudi.ſol.l.ſi reus.& d.l.ſi
5 pupillus.† Sed quid ſi fideiuſſore conuento,reus principalis,
qui habet priuilegium, defenſionem fideiuſſoris recipiat,
nunquid ex perſona ſua poteſt ſaltem allegare priuilegium,
& ita fideiuſ.defendere.?Non videtur,quia ita demum prin-
cipalis poteſt exceptiones ex ſua perſona competentes alle-
gare, ſi ſua interſit,ff.de fideiuſ.l.Marcellus.ff.manda.l.idem
que.& generaliter.ff.rem rat.ha.l.procurator ad exhibendū.
§.1.Hic autem nō videtur eius intereſſe: cum exceptionem
habiturus ſit contra fideiuſſorem,ſicut contra alios credito-
res.ſed hoc non eſt expeditum.nam actio mandati,incipit eſ
fectualiter competere a tempore quo ſoluit fideiuſſ.C.man-
da.l.ſi pro ea a contrario ſeuſu. & priuilegium non extendi-
tur ad futura.vt ſcripſi C.de ſerui.l.non modus.extra de cen.
6 c.cum ſit.§.fi.in cle.& ideo videtur intereſſe.†Præterea fide
iuſſor poſſet damna ſuſtinere, quæ decurſa dilatione,ab eo
repeteret,& propter interuſurium medij temporis.ideo dic,
quod ſemper poteſt ſubire defenſionem,& priuilegio ex per
ſona ſua vti, niſi in caſu quo fideiuſſor nullum haberet recur
ſum,cōtra eum.vt no. Dy.in d.l.& ſi fideiuſſor.ff. de re iudi.
Item dic, quod quamuis priuilegium nō excedat perſonam,
ex quo tamen ſemel conceſſum eſt,poteſt ab alijs impetrari.
ff.de ſena.l.fina. [& vide quod not.infra de replica.§.fin.]

a Adnotatio.Dic quod.Hanc diſt. approbant docto.hic,& maxime Aret.qui
recitat hanc diſt.& eſt pulchra declaratio.Et quando ſententia Papæ,vel prin
cipis,faciat ius generale,vide late per do.Felinum in ca.in cauſis.in fin.f.col.
vſque in fi.cap.& ibi ꝙ ſententia,contra ſententiam principis extrauagantem
& non notam,non eſt nulla,in fin.col.2.in ver.hinc ſequitur, quod ſententia
lata.

b Ad fideiuſſores.De hac quæſtione vide Bar.in l.fin.§.fin.C.de vſu.rei iud.
& idem Bar.in l.quoties.C.de prec.impe.offe.Bar.in l.cum filius.§.1. de ver-
bo.obliga.

1 *Princeps ſine proceribus legem fert.*

Aliae Autem. Sub. dum tamen appareat eas factas
pro lege, quod deprehenditur ex multis,vt dixi ſuprà in gl.
1 generalem.† Sed an princeps poteſt legem facere ſine conſi-
lio procerum? non videtur, vt C.de leg.l.humanum.ne fil.
pro patre.auth.habita.Dic contra.cum ei,& in eum ſit tranſ
lata poteſtas.ſuprà §.ſed & ꝙ principi.De Papa ſunt opi.Di
cunt quidam, ꝙ Papa debet. & tenetur conſulere cardinales
in arduis:& ita tenet Ioan.Mo.extra de hæret.c.ſuper eo.ſed
a Arch.contra [a] de offi.ordi.c.quamuis.lib.6.dic, vt ibi.

a Adnot. Archi.contra.Adde, quod iſta eſt verior, & communior opinio,
quam Panor.ſequitur in ca.ex geſt.col.2.extra de cleri.non reſi.vbi dicit car-
dinales non poſſe præſcribere,ꝙ Papa non faciat ardua,ſine eorum conſenſu.
vide eundem in c.quoniam.nu.1.& quod ibi addidi ad eum,in apoſt.in verſi.
vbi lex eſt multum dubia.extra de vſu.Feli.in c.cum nobis.in prin.de præſcr.
& Pau.de Caſt.conſi.180.inci.in facto præſumi.

Praetorum. Videlicet ea, quæ erant facta ante le-
gem regiam. hodie prætores non poſſunt legem facere dixi
ſupra §.ſed & ꝙ princip.In gloſ.vt de morbo.in fi.& vide ff.
de orig.iur.l.2.§.deinde cum placuiſſet.

1 *Doctoribus non ſtari.* 2.
3 *Doctores a quibus creandi.*

1 Responsa. † Nunquid ergo hodie ſtaretur reſpon-
ſis, & rationibus doctorum, vt habeantur pro lege, ſeu eo-
rum interpretationibus? Videtur ꝙ non,per hunc §.qui di-
cit hoc antiquitus fuiſſe.& ita ſupponit,ꝙ non hodie.& pro
hoc C.de legi.l.1. & hanc partem tenuit gl.ff. de legi.l.ſi de
interpretatione.Sed contra videtur ff.de iure fiſ.l.non puto.
2 & ibi not.Dic primam veram,vt hic.† De quo ergo operan-
tur illa verba, licentia docendi, regendi,interpretandi,&c.
quæ in licentijs baccalaureorum ponuntur. Dicas ꝙ ſolum-
modo, vt docere poſsint publice,quòd alias non poſſent. C.
de profeſ.qui in vrb.conſtan.l.1.de ſtu.lib. vrb. Ro l. vnica.
Sed tamen iudex bene facit,qui eorum opiniones ſequitur.ſi
ſint conſonæ rationi. ff.ſi ſerui.ven.l.ſi quando.§.1.de vulg.
3 ſubſti.l.in ſubſtitutione.§.fi.†Sed cum ad Imperatorem per-
tineat creatio doctorum: vt hic patet, cum dicit, a quibus a
cæſare &c.ff.de ori. iur.l.2.§.primus, diuus.quo iure docto-
res legum creantur,in regno Franciæ,vbi Imperator nullam
ſuperioritatem habet, ſaltem de facto vt ſcripſi. C.de ſum.
tri.l.1.?Item quomodo authoritate apoſtolica creantur, cū
hæc ſcientia ciuilis ſit ſecularis, nec ad eccleſiaſticos perti-
neat.extra ne cleri.vel mona.c.ſuper ſpecula.C.de teſtamen.
l.conſulta:Item quomodo iuris doctor creat doctorem,cum
hoc ad imperatorem pertineat: vt hic argu. C. de re mili.l.
neminem.vel ad ordinem ciuitatis.de profeſſ.& me.l. magi-
ſtros.Decretalis noua hoc debuiſſet declarare, quæ eſt extra
de mag.ca.1.in cle. & fuiſſet efficacior, quam in eo quod ibi
ſtatuitur.

1 *Conſuetudinis acceptiones.*
2 *Conſuetudo a quibus diſtet.* 3.5.
4 *Conſuetudo in vnum & ab vno inducibilis.*
6 *Conſuetudinis inducendæ modi.* 7.8.11.12.13.16.17.
9 *Conſuetudinis probatio.* 20.21.22.
10 *Conſuetudinem errore, non induci.*
14 *Conſuetudo irrationabilis quæ.*
15 *Conſuetudo ſeuera an valida.*
18 *Ius conſuetudine dari.*
19 *Condici conſuetudine non poſſe.*
23 *Conſuetudinem qui teſtes non probent.*
24 *Conſuetudinis virtus multiplex.* 25.26.
27 *Conſuetudo extendibilis.*
28 *Deciſiuorum iurium, ſeries.*

Ex

EX NON ſcripto. Circa materiam conſuetudinis, eſt inſiſtendum principaliter circa ſex.Primo, circa nomen.Secundo, circa diffinitionem.Tertio, circa introducendi modum.Quarto, circa modum agendi. Quinto, circa modum
1 probandi.Sexto, circa vires. † Circa primum, ſciendum eſt, quod conſuetudo, quandoque ſonat factum nudum, vt C.de epi.audi.l.3.§.fin.de ſerui.l.1.C.communia de ma.l.fi.de iur. fiſ.l.ſuper creandis.ff. de verbor.ſig.l. vt alphenus.eod.titu.l. anniculus.la 1. & ita non ſumitur hic. Sed quandoque ſonat ius. & ita ſumitur hic. & C.quæ ſit long.con.l.2. ff.de legi.l. de quibus.§.fin.& intellige,quòd ſonat ius, quia ius ex ea re
2 ſultat: ipſa tamen in facto eſt, vt patebit infra. † Sed,in quo
a differt ab vſu? a dic proprie ſumendo vſum, differt,tanquam cauſa a ſuo effectu: quia conſuetudo, per vſum inducitur:& vſus proprie dicit factum, conſuetudo ius. Sed tamen vſus pro conſuetudine quandoque ſumitur.extra de ver.ſig.c.ſæpe.in cle.ver.& quia.& in vſi.feud.ti.de feud.c.Obertus.ver. vſum tamen cogni.& multis alijs locis.& eodem modo communis obſeruantia tenet. de æta.& qua.c.2.de appel. quamuis.in cle.ff.de pœ.l.prægnantis, & etiam mos. C. de conſti.
3 princip.l.2.in fin.ff.de ſupel.leg.l. Labeo. † Item differt ſty
b lo: b quia ſtylus, propriæ dicitur circa illa quæ tangunt modum ordinandi acta, & ſententias, & alia quæ ſcribuntur. a ſtylo, quo ſcribitur, & facit.C.de vet.iur.enu.l.1.§. ſed & ſi quæ.& de ſacroſ.eccle.l.1.vnum pro altero ſæpe poni video: vt patet extra de fal. c. quam graui. & facit. C. de do.l.4. & de teſta.l.verba. ff.de actio.emp.l. veteres.Item differt a ſtatuto: quia illud expreſſo conſenſu introducitur, conſuetudo tacito, vt hic.ff.de legi.l.ſed ea.ſupra eo.§.omnes vero populi,& no.quòd conſuetudo,dicitur a con.quod eſt ſimul:qua
4 ſi communis vſus.in decre. diſt.1.c. conſuetudo. † Nunquid ergo, inter ſingulares, poteſt cadere conſuetudo? Hoſtien. dicit in ſumma eod.ti.§.qualiter.ver. quid ergo. quod multi poſſunt ponere conſuetudinem, contra ſingularem: vt ff. communia præd.venditor.§. ſi conſtat. ſed ſingularis contra ſingularem:vel ſingularis,contra multos, non poteſt niſi nomine vel ratione dignitatis,& ita intelligit extra.de offic. Archi.c.dilecti.& C.quæ ſit longa.con.l.fi.ſed Io. glo.decret.dicit contrarium quòd conſuetudo cadit inter ſingulares. 18. q.2.c.ſeruitium.& glo. extra.eod.c.fin.& Inno.extra de cauſa poſſ.cum eccleſia. Et pro eis d.c.cum eccleſia.C.de agri.& cenſi.l.litibus.& l.cum ſatis,§.2.& l.domini.extra de reli.do. c.quia contingit,§.nos autem.in clem.in vſib.qui feu.da.poſ. in princ.ne epiſc.dare poteſt.c.1.§. idem iuris, ff.de ſer.vrb. præd.l.ſeruitutes.quæ in ſuperficie. ff.de arbi.l.item ſi vnus. C.loca.l.excepto.ſatis poteſt dici, quòd in proteſtationibus, conſuetudo poſsit cadere inter ſingulares, & ex ea agi, per iura prædicta: & hoc in iuribus, ſed non in alijs. Item quòd ſingularis,poteſt conſuetudinem proponere,contra communitatem villæ vel patriæ,ff.de iniurijs.l.ſane. & ibi not. Hæc tamen non eſt proprie conſuetudo, de qua hic tractamus, quia per hanc ius acquiritur, per illam de qua ibi tractatur, ius conſtituitur vniuerſaliter.† quæritur ergo,in quo differt
5 conſuetudo, per quam ius acquiritur,a præſcriptione,ſi ſequamur opi.Hoſt.differentia de ſe patet, quia per conſuetudinem acquiritur multis.Et non magis,illi quam illi,per præſcriptionem poteſt acquiri, etiam ſingulari, ſi aliam opi.ſequeris.dicit Ioan.quòd non eſt differentia, vt no.in d.c.ſeruitium.Tu dicas, quòd imò:quia in conſuetudine non oportet cauſam proponere, in præſcriptione ſic,vt no.in d.c.fin.extra.de cen.c.peruenit.& c.ſuper eo.& d.c.cum eccleſia(quod autem de præſcriptione dixi,intellige niſi allegetur tempus 40.anno.vel maius.)dic vt extra de præſcrip.c.1.lib.6.Item, quia priuilegium,& conſuetudo poſſunt concurrere,ſed non præſcriptio: vt in ſumma Hoſt.eo.ti.ver.extra ſummam, dic vt ibi.Item conſuetudo ligat omnes, etiam contra quos non eſt vſitata, vt c. dilecto.extra de offi.Archid.ſed præſcriptio non. Item quia conſuetudo non admittitur in corporalibus, vt no.in d.§.fi.ver.extra ſummam. præſcriptio ſic.Illud not. quod per conſuetudinem ita demum acquiritur ius multis contra ſingularem: ſi ipſe quaſi conſenſit recipiendo forte aliquid; alias non: vt no.Innocen.extra eo.in rub. pro quo: quia cum populus hoc non poſſet expreſſe: multominus tacite,ff.qui & a quib.ſi priuatus.de polli.l.toties.§.fi.Intellige tamen, niſi eſſet tantum tempus elapſum, quod ſufficeret ad præſcriptionem,ff.de aqua plu.arc.l.1.§.fina.& l.ſi prius, §.1.& d.c.1.lib.6.C.de au.coro.l.1.lib.10.ff.de offic.procon.
c obſeruare.ver.magni.Circa ſecundum,quomodo diffinitur.c dic quòd tex.decreti diffinit vno modo,in d.c.conſuetudo,& Azo alio modo: vt not.ipſe in ſumma.C.quæ ſit long.conſu. in princ.l.1.dicendo,quòd conſuetudo eſt ius non ſcriptum, moribus populi diuturnis introductũ, & illam ſequitur Inn. extra eo. in rub. Hoſt.diffinit magis plene in ſumma eod.§. quid ſit, quælibet ſit tibi bona: quia per diffinitiones nihil mutatur in iure,nec obolum lucraberis.Circa tertium videli
d cet introducendi modum: d Primo quæritur,quæ requirun
6 tur † ad conſuetudinem inducendam? in hoc varij varia dixerunt:vt patet in multis ſcripturis gloſſarum,& doctorum. Tu autem concluſiones ipſorum, quæ veriores videntur, in ſumma recolligens,dic,ꝙ ſi quid vſitatum fuerit, per tãtum tempus,cuius non extat memoria de contrario, in caſibus qui contigerunt, quod eſt conſuetudo, dato ꝙ non probetur ſententia, nec aliud, & ita firmant ſe Inno.& Hoſt.extra eo. in rub. & Hoſt.in ſumma eo.tit.§.qualiter. verſi.quinto, pro quibus eſt C.de iuriſ.om.iud.l. magiſteriæ, & c. allega. quæ de obſeruantia loquuntur.C.de calum.l.1.& iſtud vult dicere.l.ſi ea.ff.de leg.aduerſando.l.præcedenti, nec eſt opus declarare actus,vt infra dicetur circa quartam partem,& is eſt
7 Vnus modus. Item † eſt alius, ſi libelli querimoniales non fuerint admiſsi,vel ſi fuit iudicatum pro conſuetudine,ſecundum gl.quæ eſt hic in verbo diuturni,in med.& l.de quibus, & l.de conſuetudine.Et idem Innoc.& Hoſt.in dictis locis al leg. Plus tamen hoc caſu eſt neceſſe, ſecundum Inno. quod iudex habeat animum inducendi conſuetudinem: & quòd hoc probetur,ſed Hoſt.in hoc contradicit, vt d.§.verſi.3.Vnde ſecundum eum ſufficit ita fuiſſe bis iudicatum,& concor. in hoc cum gloſ. quæ eſt hic, & l.de quibus, vt no.d.§.verſi. 2.Ioan.gloſ.decret.videtur ſequi opi. Innoc. & vltra ponit quod neceſſe eſt, quod maior pars populi vſa ſit animo inducendi conſuetudinem,& ex certa ſcientia,ſi ſit ſic,vix aliqua conſuetudo probabitur.Vnde ego credo poſt Iac. & Pe. & alios nouos doct. & in hac etiam videtur reſidere Hoſt. quod cum conſuetudo inducatur per tacitum conſenſum populi:vt ff.eod.l. ſed ea. quod qaandoque vnus actus ſufficit, quandoque requiruntur plures. Nam ſi vnus actus ita ſolennis fuerit, quod potuerit ad notitiam populi perueniſſe, vel
8 maioris partis, ſicut ſi † inter duos magnos comites,vel barones, ſit contentio de comitatu,vel baronia,quod per illum vnicum actum inducitur vna cum temporis tranſcurſu.in auth.qui.mo.na.effi. ſui.§. ſi quis igitur.l. 2. ſi autem vnum, vel modica negotia expediantur, oportet quod fuerint tot, & cum tanta frequentia,quod potuerunt ad notitiam maioris partis populi perueniſſe, & ideo text.dicit frequentiſsimus in d.§.ſed & ſi quis,& facit extra de teſtib.cogen.ca.cæterum, & iſta apparent ad ſenſum: quia ſi tacitus conſenſus populi conſuetudinem inducit: ergo oportet quod populus ſciat, alias ſequeretur, quod quilibet fatuus iudex, ſeu ignorans poſſet conſuetudinẽ inducere,& tollere legem.Nec credo,quod ſit neceſſe proponere,nec probare,quod ſit obtenta in contradictorio iudicio.[ Sed quod ita iudicatum fuit quæ ſit pri.cau.ben.ami.cap.1.§.denique. ] ſi tamen probari poſſet, bonum eſſet,nec quod maior pars populi vſa ſit, nec de animo vtentium, nec quod ex certa ſcientia.nam omnia iſta præſumuntur probata frequentia actuum, & tranſcurſu temporis per d.l.ſed ea.C.de ædi.pri. l.an in totum. & l.1.C.eo. & ad l.Iul.maie.l.fi.ibi cum dicit noſtro tempore ff.de teſt.l. 3.§.fi.ff.ad ſilley.l.1.§.hoc autem,in feu.quę ſit prima cauſa, beneſi.admit.c.1.§.deniq;.†Sed an neceſſe ſit ſaltẽ ponere, &
9 probare,quod virtute conſuetudinis fuerit negotium expeditum.Verbi gratia, probatur,quod cum duo fratres diuiderẽt hæreditatem, primogenitus habuit auantagium, & ita de duobus,vel pluribus, nunquid eſt neceſſe, probare quod tũc allegatur ſuper hoc conſuetudo,& quod virtute illius cõſuetudinis habuit: vel an ſufficit probare nudum factum: vide-

licet ꝙ ita fuit diuiſum? poteſt dici, quod ſi allegaretur tempus, cuius non extet memoria, vel præſcrip. 40. anno. de iure cano. ꝙ non ſit opus his, cum non quæratur ſibi titulus, vt de aqua plu. arc. l. 1. §. fi. & extra de præſcri. c. 1. lib. 6. Alias videtur ꝙ hoc ſit neceſſe, per iura prædicta, & hanc videtur tenere Hoſt. in d. §. in prin. & doct. moderni eam ſequuntur, vel dic, ꝙ ſufficit probare vſum per legẽ allega. ſuprà in princi.
10 verſi. ſed tamen. † Quid ergo ſi populus erret? Certe conſuetudo non inducitur ff. eo. quòd nõ ratione, & hoc tenent gl. vbique. & doct. vt no. in ſumma eiuſd. §. fin. ver. & ſexta, & §. qualiter. ver. quid ergo. Et hoc verum, niſi erraret circa cauſam impulſiuam ſecundum Iac. & Pet. ff. de condi. & demon. l. cũ tale. §. falſam. Sed nõ pręſumitur error in populo, vbi tot probati ſunt C. de teſt. l. omnium. Sed ob. ff. eo. l. quod nõ ratione, vbi ſupponitur, quòd erronea tenet: ſed nõ trahitur ad ſimilia. Dicas, ꝙ bene inducitur, ſi primo fuit error poſtea ſcientia. Sed quando ſemper fuit error, non: vt ibi cum primum &c. & ita potes intelligere. ff. de iniur. l. iniuriarũ. §. fin. ver. vſurpatum. Vel dic, ꝙ illa vſurpatio non erat præſcripta
11 plene. vt no. in l. 2. eo. tit. † Sed nunquid requiritur cõſenſus ſuperioris, in conſuetudine introducenda? gl. videtur dicere ꝙ ſic. C. eo. l. 1. & idem Inn. extra eo. in rub. & in c. pe. de fide inſtr. nec ſufficeret tolerantia: imo opus eſt expreſſo cõſenſu, ſecundum eũ. vt no. extra de præb. c. cum non ignores. de conceſ. præb. c. literas. probo: quia ſequeretur incõueniens, ꝙ lex inferioris tolleret legem ſuperioris, quod eſt abſonũ, & maxime cum hodie populus totã poteſtatem, & iuriſditionem tranſtulit, vt dixi ſupra eo. §. ſed & quod principi, ego credo contra poſt Iaco. Dyn. & Pe. quis enim conſenſus requiritur, ex quo per leges, data eſt popu. talis poteſtas: vt patet hic. & l. de quibus? Et eſt mirabile, quòd populus, poſsit tacite legem tollere, & nõ poſſet expreſſe. ſimile. ff. de proc. l. filiuſfa. §. veterani. extra de iura. calum. ca. 1. lib. 6. & pro hac parte, videtur expreſſum, extra de conſt. c. licet. lib. 6. de hoc etiã
12 dicetur infra circa ſextam partem. † Item requiritur, quòd ſit præſcripta vt l. de quibus. §. inueterata. ff. de legi. & hic, nã diuturni &c. & C. eo. l. 1. & 2. extra eo. c. fi. [Quæritur, quantum tempus requiritur ad conſuetudinem introducendam? potes reſpõdere, vt hic vides, vel dic aliter, ꝙ aut talis cõſuetudo eſt ſecundum ius, aut præter ius, aut contra ius commune. Primo, & ſecundo caſu ſufficiunt. 10. anni. Tertio 40. anni tenet Arch. c. 1. de conſue. lib. 6. quod eſt notandũ.] Quæritur quanto tempore duret? glo. poſt Ioan. dicit ꝙ 10. an. vt no. in d. §. inueterata. Inn. diſtinguit, aut ꝙ acquiritur, habet cauſam continuam: & tunc tenet cum gl. Aut diſcontinuam: & tunc tantum tempus, quod non ſit memoria, vt no. extra. eo. c. pe. Hoſt. tenet cum glo. de iure ciui. ſed de iure cano. requirit vniformiter 40. annos. & idem Bal. in c. fin. Iac. & Pet. tenent cum gl. noſtra indiſtinctè: quia hic, non agitur de iure alicuius in præſcribendo: ſed de conſenſu populi colligendo, qui præſumitur per lapſum 10. annor. ff. qui & a qui. l. ſi cum fideicommiſſaria. §. ariſt. Arch. diſtinguit an ſit ſecũdum ius commune, an contra extra eo. c. fi. lib. 6. per cap. 1. de pręſcri. eod. lib. mihi videtur vera opi. Hoſt. quę concor. cum opi. gl. & docto. quatenus tangit ius ciuile, & credo, quòd procedit in vera conſuetudine, per quam ius ſtatuitur: ſed in conſuetudine, per quã ius acquiritur ſingulari, vel contra ſingularem, videtur quòd debet ſeruari. l. cum de in rem verſo, ff. de vſu. & quę ibi not. & C. de pa. l. ſi certis annis, de iure ciui. & hoc inter liberos, quia quo ad colonos videtur ſufficere minus tempus. C. de agri. & cenſi. l. domini. no. in glo. ſed de iure cano. eſſet pręſcriptio vniformis 40. annor. & Hoſt. notat extra de cenſi. c. ſuper eo, & hoc in conſuetudine, per quam ius ſtatuitur, in alia diſt. an habeat tit. vel non: & an ſit contra ius
13 commune: quia tunc † requiritur, quòd ſit tanti temporis, quòd non extet memoria per d. c. 1. de pręſcri. & in hoc caſu poſſet procedere opi. Arch. Item requiritur, quòd ſit rationabilis, extra eo. c. fin. e Sed videtur quòd irrationabilis f teneat, ſaltem in terminis ſuis: licet ad conſequentias trahi nõ debeat, nec ad ſimilia: vt l. quod contra rationem, ff. de regu. iur. & in feudis. ſi de feud. contro. fue. c. vnico. §. ſi facta vero filij. Pręterea, tum ſit ius, videtur quòd tenere debeat, quam-
e
f
14 uis durum, ff. qui & a qui. l. proſpexit. † Ad hoc dicas, quòd ſi conſuetudo eſt irrationabilis, quæ eſt contra fidem, ius naturale, diuinum, vel quę inducit occaſionẽ peccandi, vel alias eſt contra bonos mores, non valet. vt plene not. Inn. & Hoſt. extra eo. in rub. & in ſumma Hoſt. d. tit. §. quid ſi cõſuetudo, & patet in auth. vt nulli iu. §. 1. Alias autem, quamuis ſit ſeuera, nec ita irrationabilis eſt, ſicut lex eſt, & nihilominus in ſuis terminis & terris ſeruanda: vt l. contrarij. Quandoq; valet cõtra inſtitutionem iuris diuini extra de cogna. ſpiri. c. ſu-
15 per eo. dic vt ibi. Item † ꝙ dicitur quòd ſeuera tenet, dic vel minus rationabilis dumtamen non ſit omnino irrationabilis valet, niſi per legem vel cõſuetudinem reprobetur expreſſe, vt C. de ſuis & legi. auth. omnes. de fur. auth. nauigia. in feu. de vaſal. qui cont. conſt. c. vnico. ſecundum Hoſt. hęc ſunt remittenda iudicis arbitrio, qui cõſideratis ſingulis circunſtantijs, videat an tendat ad noxã, vel non, vt no. d. §. quid ſit. vnde ſecundũ eum, non valet cõſuetudo, quę dat ius pignorandi authoritate propria, cum poſsit generare ſcandala, nec ꝙ delictorũ punitio reducatur ad emendas pecuniarias: nec illa, per quam interdicitur, ꝙ canonicus non habeat vocem in c. vſq; ad tempus, vt ipſe ibi not. videlicet in §. fin. verſi. quid ergo mediam credo veram, cum ſit cõtra bonum iuſtitię. de alijs videlicet prima, & vltima. non credo, cũ conſenſus partium hoc poſſet, C. de pig. l. 3. qui non conſuetudo? Item requiritur, bonafides, ſecundum Inn. in d. rub. quod poſſet eſſe verum in conſuetudine, per quam ius acquiritur, vt dixi: in alia non, in qua non agitur, niſi de conſenſu populi colligendo. Item nec in illa, per quã ius acquiritur ſingulari, vel contra ſingularem, de iure ciuili, ſi excedat 20. annos. ſicut in cor-
16 poralibus, vt plene dixi C. de ſerui. l. 1. † Sed quid, ſi maiore parte populi conſentiente, aliqui proteſtentur non conſentire? videtur quod maior populi pars eos liget, ff. ad muni. l. ꝙ maior. ſed illa in neceſſarijs: ſecus in voluntarijs extra de conſtit. c. cũ omnes. & c. cũ acceſsiſſent, & in c. dilecto. de offi. Arch. quod videtur obſtare. nam conſtabat de cõtradictione expreſſa, vt patet ibi cum dicit pacifica. Et facit l. cum de conſuetudine. ff. eod. de publi. l. licitatio. §. earum iuncto quod no. eo. tit. l. ſi publicanus. §. 1. in glo. magna. Ver. item expeditur, & not. in ſumma. verum eſt tamen ꝙ ſi poſt contradictionem illã, ſequeretur pacifica frequentia actuũ, tunc temporis tranſcurſu, poſſet introduci contraria infra, §. pe. extra de pręſcri. c. auditis, vel dic, ꝙ maior pars populi ligat minorem: vt
17 videtur no. in ſum. §. qualiter. ver. ſequitur. † Item g dic, quod
g ſi introducta conſuetudine, & præſcripta, fieret contra ſemel vel bis vel pluries quod non ex hoc tollitur conſuetudo, niſi tanta ſequeretur frequentia actuũ, & temporis curſus, quod poſsint nouam inducere: vt not. in Spe. de præſcrip. ver. quid ſi poſt completam: num. 20. & C. eod. l. 2. ff. de re iud. l. nemo
18 alieno. §. 1. arg. ff. de itinere actuq; pri. l. 1. §. fi. † Circa quartum videlicet modũ agendi ſciendum quod quandoq; cõſuetudo dat ius in re: quandoq; eſt ita introducta vt vides in aliquibus locis in quibus competit ius in re proximis de genere venditoris facta obligatioue emptori & cõſignatione pretij, domino feudi in re feudali per vaſallum alienata & tunc agi poteſt actione reali: vel confeſſoria, ſi ſit ius incorporale. Introductum dat ius ad rem, vel ad dandum, & tunc cõdi. ex conſuetudine, cum non ſit cautum quo genere: &c. ff. de condi. ex leg. l. vnica, vel imploratur officium iudicis: vbi conſuetudo tribuit tale ius, quod deberet de iure per officium iudicis expediri, vt alimentorũ, & ſimilium. Caueat tamen pars, quod ſemper commemoret conſuetudinem in libello: quia cnm ſit, in facto ponenda eſt, & probanda, extra de conſtitu. cap. 1. lib. 6. niſi eſſet notoria, quo caſu, iudex debet ſupplere extra de conſue. ca. cùm inter. in fin. de teſta. Raynal. de reli.
19 do. conſtitutus. † Sed quid, ſi quis agat condictione ex conſuetudine, de eo quod eſt iure ſcripto cautũ. Iaco. dicit, quod non procedit libellus, cum conſuetudo ſit ſubſidiaria, ſicut condi. ex lege. Et hanc opinionem videtur tenere Innoc. in c. cum eccleſia ſutrina. de cau. poſ. & propriet. ſed tu potes dicere contra, per illud. c. extra de iuſti. c. cum veniſſent. C. de vet. iu. l. 1. §. ſed & ſi quę. extra qui ma. accu. poſ. c. videtur. C. de decur. l. quibus extra de teſti. cogen. c. cæterum, & facit, ff. de act.

de act.& oblig.l.quoties. Circa quintum, videlicet modum
20 probandi quæritur † primo, an conſuetudo probari debeat
non eſt dubium quòd ſic: quia in facto eſt: vt ſuprà dixi,ſed
forte ſtatuta & conſtitutiones, non debent probari.[Debent
tamen exhiberi vt in auth.vt iud.ſi. quoquo ſuſ.§.quod autẽ
in prouincijs,]vel ſuperior conſuli,extra de fide inſtr.c.paſto
ralis, & hoc,niſi ſit notoria,quia forte quotidiana, ff.de pre-
ca.l.ante in fin.dic vt ſuprà in proœmio in materia notorij,
vel niſi tenderet ad litis ordinationem,quo caſu ſi iudex du-
bitet, ſe debet informare ſummatim,ff.ad exhi.l.3.§.ſciendũ
& §. ibidem, & ita ſeruat curia laicalis. Sed quid ſi iudex ſe
ita informauit ſummarie: nec in ſcriptis redigit, & pronun-
ciauit pro cõſuetudine,& fuit appellatum, quid faciet iudex
appellationis.Satis poteſt dici quod iudex appellationis, eo-
dem modo ſe informet:vt dixi in ſimili,in materia notorij.
Item quæritur,per quot teſtes probabitur? Poteſt dici per
duos,ff.de teſti.vbi numerus, curia tamen Fráciæ.10.recipit,
21 & in turba. Sed quot deponent pro ſolutione † huius,repe-
tas quæ circa modos introducendi,dixi, vnde ſi producan-
tur ad probandam conſuetutudinem temporis cuius non ex
tet memoria in contrarium, deponet ita ſe vidiſſe obſeruari
ſuis temporibus & a ſuis maioribus audiuiſſe ſic obſeruatũ.
nec vidiſſe nec audiuiſſe quemquam qui aliter viderit obſer
uari,vide ff.de probatio.l.ſi arbiter,extra de ver.ſigni.c. quid
per noualc.eod.tit.c.veniens.§.Illum locum,libr.6.Nec cre-
do quòd ſit neceſſe deponere, quibus caſibus,nec inter quos
viderit obſeruari. Nam leges quæ allegant conſuetudinem,
hoc non dicunt,ſed tãtummodo dicunt, fuiſſe ſic obſeruatũ.
nec dicunt inter quos,& tamen hoc tanquã efficax ad deciſio
nẽ adducunt:vt d.l.ſi.C.ad l.Iul.ma.ibi cum dicit.noſtro tem
pore,&c.de ver.ſig.c.ſæpe,& in cle.& in alijs iuribus, ſuprà
alleg.quæ de obſeruantia loquuntur, quandoque tamen ſpe-
cificant vt ff.ad l.Iul.maie.l.in quæſtionibus.Item, quia in tã
to tempore,non quæritur titulus, vt d.c.1.de præſcri.li.6.Si
vero producantur, ſuper conſuetudine minori tempore in-
ducta, oportet, quòd deponant tot, & tales actus, ꝙ præſu-
matur ſcientir populi: & decurſus ex quo præſumatur ani-
mus,& alia quæ neceſſaria dixi ad conſuetudinẽ inducẽdam
ſupra in tertia parte,& ideo hic videtur neceſſe, ꝙ ſpecificẽt
cauſas,caſus,& perſonas, inter quas hoc viderunt: alias non
poſſet ex eorũ depoſitionibus deprehendi,qui ſint ſufficien-
tes actus, ad conſenſum populi præſumendum.Si tamen illi
quàm producuntur eſſent ſapientes homines, & ſcirent quid
eſt conſuetudo, & dicant ſe non recordari, inter quas perſo-
nas viderunt obſeruari,nec in quibus caſibus,ſatis eſſent eo-
rũ depoſitiones admittẽdæ per d.l.fin.C.ad l.Iul.ma.cũ alijs.
22 quas pro concor.allegaui,ff.de pœ.l.prægnantis.†Quid ſi de
ponant conſuetudinem eſſe, videtur quòd non valet teſtimo
nium, nam videntur ſe potius iudices conſtituere quam te-
ſtes.Ipſi enim debent deponere ſuper actibus, & expletis,ex
curſu temporis,&poſt iudex ex hoc diſcernet,an ſit conſue-
tudo,alias non valet teſtimonium, & ita Inno.extra in ſimili
de teſti.c.cum cauſam,vel dic,ꝙ valeat eorum depoſitio,ſi vl
terius non fuerint interrogati,C.de teſti.l.ſolam,cum ibi no
tatis.Et idẽ ſi deponant eſſe conſuetudinem,& dicãt,cauſam
ſufficientem,deponendo de frequentia actuum, & tranſcur-
ſu,& hoc ſatis admittit Inno.in ſimili, in d.c.& facit de teſt.
23 cogen.c.ceterum.†Quid ſi ſint plures qui deponunt de fre-
quentia actuum, & temporis tranſcurſu.ſingulariter tamen:
quia vnus vidit vnum, alius alium do.Iac.& Pet.dicũt quòd
non valet teſtimonium. Nec ob. quod notatur.ff.de teſt.l.ob
carmen,§.fi.de aqua plu.ar.in ſumma.de prob.ſi arbiter,quia
ibi deponunt circa vnum factum: hic circa diuerſa,ſecũdum
eos.Ego enim hoc non credo: omnes enim hic inducuntur
ad probandũ præſcriptionem. Vnde ego admitterẽ tales de-
poſitiones,in omni conſuetudine, & per quã ius acquiritur,
& per quam cõſtituitur.Circa ſextum, quæ ſint eius virtutes
24 †ſeu vires? dicendum ꝙ multæ:nam per eam quandoque ius
conſtituitur,quandoque acquiritur, vt ſatis dixi in præcedẽtibus.
Item per eã derogatur iuri ſcripto, ſuper quo dic,quòd aut
conſuetudo præcedit, & ius ſubſequitur, & tunc ſi condens
ius ipſam non ignorat: quia forte generalis, vel alias conſtat
eam non ignorare,conſuetudo tollitur, C.de teſta.l.fin.alias
non,ff.de ſepul.vio.l.3.§.diuus,extra de conſtit.c.1.lib.6.niſi
condens ius expreſſe eam reuocaret,ſicut fit in multis locis,
extra de ſep.c.ſuper cathedram moyſi.in cle.cum concor.C.
de fur.auth.nauigia,de legi.hære.auth.omnes.vbi autem ius
præcedit,& conſuetudo ſubſequens tollit ipſum:dumtamen
ſi rationabilis,vt ſupra dixi, circa tertiam partem.Non tamẽ
omnino: ſed particulariter, in loco in quo ſeruatur, & hoc
vult dicere.l.2.C.eod.titu.ſecundum Ioan. Azo. & gloſſ.Vel
eſpone eam,vt extra eo.ca.fin.legitur & no.de hoc plene per
Hoſt.in ſumma, §.fi.non tamen teneas,quod ibi ſcribitur vſ-
25 que quaq;: quia dictum c.licet corrigitur in aliquibus.† Sed
K quæritur k an conſuetudo tollat legem,v.g.Nunquam fuit au
ditum in regno Franciæ,quòd adulter puniretur pœna iuris:
nunquid ſi hodie accuſetur,debebit, & poterit puniri pœna
iuris? doctor.dicunt quòd ſic,vnde ſecundum eos deſuetudo
non tollit legem, niſi quando habet factum implicitum: vt
quia adulter alia pœna punitus ſit:& hoc ſequitur Hoſt.in d.
§.fi.vel.nunquid ergo, & ideo reprobatur opi.Bul.C.de iud.
l.rem non nouam.Et pro eis facit,C.de iure do.impe.l.fi.ſed
ob. C.de la.lib.tol.l.1. de dedi.lib.tol.l.1. ff.de pub.iud.l.or-
do.in decre.diſ.4.cap.leges, ſed intellige eas,ſecundum mo-
dificationem prædictam, videlicet quod per deſuetudinem,
& factum contrarium. Quidam autem diſtinguunt, aut lex
diſponit,vel pœnam apponit, vt not.Io.Andr.poſt Hoſt.ex-
tra de treug.& pace.c.1.in nouel.& facit.infrà de iur.o. pœ-
na infrà per quas perſo.§.1.infrà de ſatiſda.§.1.ad l.Rho. de
26 iac.l.de precario.† Item conſuetudo conſtituit,ius & arctat
ſingulos,etiam illos qui non habent conſenſum, vt furioſos,
& pupillos,ff.de admi.tut.l.tutor ſiue.§.Lucius, ſed conſue-
tudo laicorum,non ligat clericos,nec eccleſiam,vt not.extra
de conſti.c.quæ in eccleſiarum,& in ſumma, d.§.fi.verſic.ſed
pone,niſi eſſet generalis, qua clerici, & laici vterentur, vt
no.Inn.extra eo.c. cum dilectus,in fi.Sed an liget fiſcum vel
dominum terræ, in qua conſuetudo obtinet? non videtur.cũ
lex inferioris non liget ſuperiorem,vt dixi ſupra.§.ſed quod
principi.de hoc fuit quæſitum in facto ducatus Britaniæ.Ta-
men poteſt dici ꝙ ſic,non enim inferior ligat,ſed ius conſue
tudine emanans, vt plene no.Archi.in ſimili extra de reſcri.
c.vt animarũ.lib.6.& facit bene.C.de fer.l.manifeſte,ff.quod
vi aut clam.l.4.§.plane.verſic.& ſi lege,ad municip.l.Lucius
§.fi.de pri.credi.l.antiochẽſium. Ac liget extra territorium?
Et quid vbi ſunt diuerſæ? Et quid ſi aliquis habet poſſeſſio-
nes in vno loco,& habitet alibi? dic plene vt dixi, C.de ſum.
27 trini.l.1.†An autem conſuetudo trahatur ad cauſas ſimiles?
gloſſ.dicunt,quòd ſic,vbi ratio conſuetudinis ſe extendit,vt
no.C.eo.l.1.ff.de legi.l.de quibus.Potes dicere, quòd conſue
tudo nõ extenditur ad caſus determinatos a iure,in eo quòd
exorbitaret a iure communi.l.quod vero contra ff.de legibus
& hoc niſi eſſet maior ratio dubitandi in caſu ad quem trahi
tur,quam in caſu conſuetudinis:vt ſi eſſet conſuetudo, quòd
bannitus poſſit impune interfici, & vulneretur:vel ſi conſue
tudo excludat filiam a ſucceſſione, & tractetur: an excludat
eius liberos, ff.de ſer.expor.l.cum pacto.in feud.de ſucc.feu.
in prin.ſed ad caſus non determinatos. poteſt extendi dum-
tamen conueniant in ratione vt dixi, & ſic intellige in feu.
quæ fuit pri.cau.benefi.amitten.§.prædictis.verſicu.ſed quia
28 natura. † Vbi ergo caſus determinandus occurrit. primo at-
tenditur conſuetudo, ſi qua ſit.Secundo,ius expreſſum,ſi ſit.
Tertio,ſimile iuris.Quarto,conſuetudo.Quinto, ſi præmiſ-
ſa deficiant, conſuet.metropoli.Sexto, locorum propinquo-
rum.Septimo, ciuitatis romanæ gradatim deſcendendo, ſic
intellige.d.l.de quibus.extra de cenſi.c. ſuper eo.de cog. ſpi.
c.ſuper eo.Io.tamen alio modo dicit in c.conſuetudo.1. diſt.

a Adnotatio.Vſu.Vide hic Chriſtoph.Porcum, bene loquentem.

b Stilo.Latius vide per Aret.quõ conſuetudo differt a ſtilo: & dicit, ꝙ ſtilus eſt ius,non ſcriptum,ab vnius iudicis voluntate ſæpius ſtillatum,& in hoc differt a conſuetudine, quia illa a tacita voluntate, & vſu plurium inducitur quia populi,vel maioris partis eiuſdem,& iſta eſt melior differentia,quam ponat hic Io.Fab.& hanc differentiam Ang. confirmat authoritate Pe. & Cyn.

c Diffinitur. Tu diffinias, ſecundum Barto.plenius ſcilicet, quod conſuetudo eſt ius non ſcriptum,moribus.& vſibus populi, vel maioris partis ipſius recte initiatum,& continuatim introductum,habens vim legis,& dicit hic Ang.ꝙ

hæc

hæc diffinitio Bar.communiter tenetur.

d Introducendi modum.Plenius vide hic, per Ange.in 2.col. circa fi.ver.no. quod conſuetudo.Chriſtoph.Porc.ſuccinctè ponit,quinque eſſe neceſſaria, ad inducendum conſuetudinem.vide eundem hic.

e Cap.fina.vbi per Abb.tractantem, vide, quando conſuetudo dicitur rationalis,vel non.

f Et rationabilis.An conſuetudo, inducatur per actus negatiuos.Fel.in ca.2. extra de conſti.& vtrum conſuetudo poſſit diſponere, ſuper probatione, per eundem in c.2.in 3.col.cum pluribus ſequen.extra de proba.& ibi quando faciat validam, & econuerſo per multa exempla, bene applicata.& ibi in 6.col. an damnata conſuetudine.intelligatur etiam de futura.

g Item.Vide ſuper hoc Abb.extra de conſue.c.fi.

h Circa quintum. Vide Cy.C.quæ ſit longa conſ.Are. hic in 7. col. poſt me. ver.quæro.an neceſſe ſit, quod probetur & c.Chriſtoph.Porc.hic in pen.col. Bar.in l.de quibus.ff.de leg.

i Per quot teſtes probabitur.Adde iſtum debere intelligi, loqui de conſuetu. particulari.nam conſuetudo generalis, non indiget probatione, vt no.Bal.in l.3.in 1.col.verſi.attende hic.C.de ſer.fug.

K Sed quæritur.Vide do.cardi.in c.1.de treug.& pace.

1 *Ius naturale non niſi ex cauſa,tolli & quatenus.*
2 *Dominium cuiuſuis non niſi ex cauſa tolli.3.4.*
5 *Priuilegium irreuocabile.*
6 *Principi quando non parendum.*

a SED NATVRALIA. a Iuxta text.reaſſumit tractatum
iuris naturalis,volens differentiam inter ius naturale,& ciui
le,aſsignare.In fin.gloſſ.magnæ, ſed tunc obſtant magis con
1 traria, nec aliquid eſt ſolutum. † Vnde (vt latius videas)dic
quod ius naturale,non poteſt tolli:nec obſtant contraria,vi-
delicet de ſeruitute, & libertate: quia de iure primæuo non
erat ſeruitus.ff.de iuſti.& iu.l.ex hoc iure.& per conſequens
nec libertas formalis. Vnde pro tanto dicuntur omnes naſci
liberi: quia nulli erant ſerui: & ſic non mutatur, quod non
fuit.Item nec,quod obijcitur de vſucap.quia cum rerum do-
minia ſint de iuregentium:vt d.l.conſtat,quòd ius illud non
loquitur de iure primæuo.Item, nec quod arguitur de cogn.
quia de iure gentium eſt. Vel dic, vt in gloſſ.videlicet quod
non tollitur cognatio, ſed ius ſuccedendi. Sed tunc obſtat,
quod dicitur de ſucceſsione filij: quæ eſt de iure naturali in
authentico de trien.& ſe.§.1.de hære.& fal. §.ſemper, ff. de
bo.dam.l.cum ratio.ſed expone ibi de iure naturali,id eſt,ra
tione naturali, ſecundum Iacob. vel dicas ſecundum eum,
2 † quòd ius naturale, non poteſt mutari, in ſui totalitate: ſed
in aliquo articulo ſic.vel dic, quod mutari non poteſt facili-
ter:mutatur tamen, ſicut dicitur vniuerſitas conſentire non
poteſt:quia difficile eſt, ff.de dolo.l. ſed ſi ex dolo.§.1. de ac-
quiren.poſſeſsio.l.3.§.penulti.de lib.vni.l.1.ſecundum eum.
Vel dic,quod deſtrui non poteſt, vt hic:ſed poteſt modifica-
ri,& declarari, vt hic, & prouiſionibus adiuuari,ſicut vides
in matrimonio, quod eſt de iure naturali. ſupra de iure na-
tu.in princip.& tamen modificatur ex cauſis, & impeditur,
& dirimitur, per iura ciuilia, & canonica, vt patet infra de
nup.C.& ff.per totum.Et idem de iure diuino,quod licet tol
li non poſsit,cum lex inferior &c.nihilominus tamen,in ſin
gularibus caſibus modificatur,declaratur,& prouiſionibus al
teratur,extra de conuer.coniu.ca.verum.& ca.ex publico.de
ſpon.cap.commiſſum.30.q.3.cap.quod Deus, extra de biga.
cap.ſuper eod.& de deci.cap.ex parte.vel dic,quod ius natu-
rale non mutatur: hominum tamen conſtitutiones, faciunt
perinde habere, ac ſi eſſet mutatum: & patet,ff. de vſufruct.
ea.re.quæ vſu conſu.l.3.Nunquid ergo princeps, poteſt tol-
b lere ius partis? b gloſſ. dicunt quod ſic, quantum ad act. ſed
non quantum ad dominia, vt no.C.de prec. imperato.offe.l.
quoties.extra de conſti.capitu.quæ in eccleſiarum.per Inno-
3 cen.Tu dic. † quòd imo ex cauſa, tollit dominium, ff. de rei
vendic.l.item ſi verberatum, §.2.de euict.l. Lucius. C.de ſa-
croſanct.eccleſ.iubemus.de quadri. præſcript.l.bene a zeno-
ne. Caue tamen quia princeps per reſcriptum, non videtur
velle tollere ius,vel dominium,niſi fiat mentio, de iure par-
tis,ff. ne quid in loco publi.l.2. §. ſi quis a principe. extra de
deci.cap.dudum.ſed ſi fiat mentio etiam de iure partis: tunc
tollitur etiam per verba generalia, ſi reſcriptum non poſſet
in alio operari,ff.de bon.liber.l.etiam.§.1.extra de donat.ca-
pit.cum dilectus per Innocen. Reſtringi tamen debent ver-
ba generalia,quantum poteſt fieri:ne præiudicent alij: dum-
tamen non fiat eis vis, vt not.extra de conſuetu.capitu.cum
olim.Quid ſi reſcribat in poſſeſſorio? dic idem quod in do-
minio,C.vnde vi.l.3.extra de priuileg.capitul.dudum,& ibi,
4 per Innocen.dico ergo, † quod princeps ex cauſa poſsit tol-
lere dominium: dumtamen faciat ex certa ſcientia, & ita in-
tellige.l.quoties,C.de precib.impe.offe.Et apparet,de bonis
damna, C.& ff.& in omnibus iuribus, pœnas confiſcatio-
num & commiſsionum imponentibus, & ſemper eſt cauſa
præſumenda,Caueat tamen de conſcientia,& forte ſciens,&
recipiens non haberet iuſtum titulum, quo ad Deum: niſi
ſubeſſet cauſa vera,& iuſta:& princeps male informatus,de-
bet reuocare facta informatione, ff.de iur. annu.l. diuus .de
nata.reſti.l.fina.Sed † an priuilegium,per ipſum, ſeu præde- 5
ceſſores conceſſum, poſsit reuocari, c non videtur:& maxi- c
me,ſi ſit alij ius quæſitum:niſi ex cauſa,vt dixi.Et ita not.Ho
ſtien.in ſumma de priui.§.qualiter.verſicu.ſed quid ſi ille.Et
in Specu.de inſtr.edit.§.nunc autem.verſicu.quid ſi Impera-
tor.Et ſic intellige,C.de interdi.& relega.l.iuſsio. imo forte
non poſſet,etiam cum cauſa, ſi dediſſet non ſubiecto,vel ſal-
tem oporteret cauſam probari,extra de iudi.capit.nouit per
Innocen. & Hoſtien. ſed iuri quærendo præiudicari poteſt,
etiam ſine cauſa: & reſcriptum per quod præiudicatur iuri
quærendo quamuis non probetur, ex certa ſcientia conceſ-
ſum valet,vt no.Hoſtien.in ſumma, qui filij ſint legit.§.qua-
liter.verſicul.per ſpecialem.Pro quo.C.de pact.l. pactum.§.
curatores.cum ſua gloſſ.ff.de iniur.l.ſed ſi vnus. §.1.& C.de
repu.hæredi.l.fina. & hoc in eo in quo priuilegium ſe exten
dit,& non in alio,vt in filio legitimato,per reſcriptum,cuius
priuilegium non extenditur ad ſucceſsionem aliorum: nec
præiudicatur alijs ſucceſſuris. in authent.quib. mod. na.effi.
ſui.§.filium.Sed an princeps, poſsit per reſcriptum, tollere
d quartam iur. naturæ debitam? Dyn.tenet quod ſic d extra de
regu.iur.cap.iura ſanguinis, & patet extra de teſtamen.cap.
6 raynutius.† Item not. quod princeps non poteſt præcipere
aliquid,omnino irrationale:vt ſi inhibeat,ne inuaſus ſe defen
dat, vt patet extra de ſenten.& re iudi.cap.paſtoralis.nec eſt
ei obediendum, ſi conſtat notorie.vt not. Innocen.extra de
ſenten.excommun.cap.inquiſitioni.8.diſtin.quæ contra mo-
res.32.q.7.cap.flagitia.In dubio tamen, nemini licet de hoc
iudicare,vt ibi not.Item not.quod princeps,non videtur tol
lere conſuetudinem per reſcriptum,niſi de ea faciat mentio-
nem,extra de conſtitu.cap.licet.libr.6.de eo qui mit.in poſſ.
capitu.cum veniſſent,§.fina.Illud autem not.quod princeps
condendo leges, vel faciendo ſtatuta iniqua, contra iuſti-
tiam, in oppreſsione populi peccat: vel concedendo ius ini-
quum: Ideo ſcribitur Eſa. 10. Væ qui condunt leges ini-
quas, etiam ſcribentes iuſtitiam ſcripſerunt vt opprimerent
&c.& de hoc Hoſtien.extra de cenſi.§.ex quibus.ver.ſed nun
quid.nu.9.

a Adnotatio. Sed naturalia. Ex hoc. §.in glo. not.Are.quod ius naturale,eſt immutabile,quod intelligitur in ſui totalitate,ſed in ſui ſpecialitate & in certis caſibus,aliter obſeruatur.

b Tollere ius partis. Adde,ꝙ iſta quæſtio eſt dubia, & in vtramq; partem habet doctores fautores.de qua vide Fely.in c.quæ in eccleſiarum. nu.28. 29.30. 31.extra de conſti.& dixi,in apoſtil.ad Panor.in c.admonet.nu.13.in apoſtil. in ver.non ſubſiſtente cauſa.de renunt.

c Reuocari. Priuilegium an poſſit reuocari: & an eius tenor, debet inſpici? Paul.de Caſt.conſi.284.incip.in facto præſenti, non intendo adulari reuerendiſſimo in Chriſto.& quod de priuilegio immunitatis, quod tranſiuit in contractum.per all.conſi.212.2.parte.& per Bart. & Alex.in l.omnes populi. ff.de iuſti.& iure.

d Tenet quod ſic.Sed an per ſtatutum poſſit minui, aut in totum tolli, quod ſic Paul.de Caſt.& doct.in auth.nouiſſima. C. de inoffi.teſt. cardi.in cle.2.in princ.q.7.de re iudi.

OMNE AVTEM. Iuxta text.nam parum &c.facit ff.de iure co.l.quidam referunt.de leg.2.l.non oportet.

*De iure perſonarum.* *Rubrica.*

*Continua,per notata ſupra eodem titulo primo,in fin.glo. fina.*

1 *Numeri reſolubiles.3.*
2 *Diſtinctiuæ naturæ.*

SVM-

SVMMA itaq; diuiſio. In fin.primæ gloſſ. nam
nulla breuior illa, quæ in duo membra diuidi-
tur,ff.de condi. inde.l. in ſumma, de eo, quòd
1 certo loco l.quòd ſi epheſi.§. fin. † In gloſ.ſed
a pone, dicas quòd plurale a reſoluitur in ſingu
lare, vbi non poteſt remanere in propria ſigni
ficatione quoniam ſequeretur iniquum,vel inconueniens: a-
lias non reſoluitur: vt legibus alleg.hincinde. Item,ſingula-
re in plurale: quando nomen eſt collectiuum, vt l.in vſu. de
verb.ſign.vel rationis paritas,ſeu connexitas hoc inducat.de
leg.3.l.ſi cui lana.alias non ff.de verb.ſign.l.ſciendum.Sed vi
detur ſecundum Iacob. & Pet.quod ſolutio gloſſ.non ſit ve-
ra : quia ad veritatem diſiunctiuæ, oportet quod altera pars
ſit vera : vt l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.ff.de re.du. de verbo.
oblig.ſi quis ſtipuletur. Si ergo ponas hic alteram veram:vt
omnis homo eſt liber. alia erit falſa, omnis homo eſt ſeruus,
conſtat autem, quod illa non eſt vera, omnis homo eſt liber,
& ſic videtur, quod alia ſit vera,omnis homo eſt ſernus,quę
eſt manifeſte falſa. Ad hoc dicas,quod vbi diſiunctiua habet
diuerſa prædicata,tunc procedit argumentum,ac ſi eſſet diſ-
iunctiua. Iſta verba ſunt Iacob.quæ videntur corrupta, vel
2 vitio reportatoris, vel ſcriptoris. † Vnde dic, quod ille,§.
b non probat, quod in diſiunctiua,b oporteat alteram eſſe ve-
ram. Sed dic quòd ſufficit ad hoc quod ſtipulatio commit-
tatur,vel legatum debeatur, quod altera ſit vera, quæ valde
ſunt diuerſa, nec hic de hoc agitur,ſed de diuiſione artis, in
qua quælibet vera eſt, vnde vbi verbum aut ponitur a lege,
& per modum artis ponit vnum verum,conſideratur diſtin-
cte, & diſiunctiue: & verificatur in vtroque membro, ff. de
aur.& arg.le.l.Quintus.& l.Titiæ.dumtamen verificari poſ-
ſit alias non ff.de fideiuſſo. vbicunque. iuncta.l. Valerianus.
de præto.ſti.Et per hęc, quæ hic notantur in gloſſ.Iacob.di-
cit,quod poteſt determinari quæſtio, de illis, qui dederunt
bona ſua eccleſiæ poſt mortem eorum,quod altero deceden-
3 te,.eccleſia recipit bona decedentis non ſuperſtitis:quia †plu
rale reſoluitur in ſingulare,& per Hoſt. probatur gloſſ.ff. ad
Trebell.l.Lucius.§. caio. Specu. videtur tenere contrarium.,
in titu. de loc. & cond.§. nunc aliqua. verſic.69. pro quo.ff.
de vſufr. le.l.codicillis.C.de impu.& ali. ſub.l.pen.ff. de vul.
l.qui duos. pro quo facit concluſio, quam ſupra poſui : quia
plurale, non reſoluitur in ſingulare vbi poteſt remanere in
propria ſignificatione. & §.caio. & §.cum ita. & l.hæredes,
eodem titu. loquuntur in fideicommiſſaria ſubſtitutione, in
qua videtur electa vniuſcuiuſque fides,ff.ad leg.fal.l.pater §.
fina.ſecus in directa, & vbicunque verba directa, proferun-
tur vt in contrarijs. Vel potes dicere, quod vbi mulier erat
ſucceſſura marito ex pacto, vel ſucceſſione, vel alias : obti-
neat vltima opinio : quia non præſumitur ſe poſtpoſuiſſe :
ſicut nec pater filium : vt dict.l. penult. ſic enim paciſcendo
videtur reſeruare ius ſuum, ff.de verbo. obliga.l. ſi ita ſtipu.
§. chryſogonus. alias prima valet opin. Iacob.§. caio. cum
concor.

a Adnotatio. Plurale. Vide gloſ. in c.omnes leges.1.diſtin.in princ.
b Diſiunctiua. De hac diſiunctiua,vide late per do.Felyn. in ca.inter cæteras
nume.3 ad fi.vſque 9.de reſcrip. Item iſte text. ſecundum Aret. inducitur ad
quæſtionem. Titius, & eius vxor ſimul donauerunt eius bona, poſt mortem
eorum Seio. vno moriente, debet Seius habere partem illius ſecundum Iaco.
de Aret. Adde Bald.in l.ea lege.num.19.verſic.vltimo quæritur.C. de condi.
ob cauſam Bart.in l.ſi quis ita.§.item vobis. & ibi Alexan. & doct.de ver.ob.
Panor.in c.cum inter. extra de reſcrip. & glo. & cradi. in cle.1. in ver. qui e-
tiam. de conceſ.præben.

1 *Hominum eadem natura : & quo iure.*
2 *Adſcriptitijs quæ non liceant.*
3 *Reuocari quæ, & a quibus poſſint.*
4 *Adſcriptitij qui fiant.*
5 *Domini probatio.*
6 *Operis quaterno locabiles.*
7 *Obſidem recte conſtitui, fallit in clerico.*

SERVITVS autem eſt conſtitutio. Super text. ibi con-
ſtitutio. Sed ob.infra aut iure ciuili. Sed dic, quòd prædicta
inuentio fuit de iuregen. vt hic. ciuile tamen in multis ad-
dit, prouidet : & declarat : vt dixi in ſimili.§.titu.1.§. ſed &
naturalia. Contra natura.no. quòd ſeruitus eſt contra natu-
1 ram,†quia omnes eſſe debemus pares:cum ab eodem proge-
niti,& traducti ſimus: & quo ad Deum nō eſt differentia,in-
ter liberos & ſeruos. in authen. de monach.§.hinc nobis.ex-
tra. de coniu. ſer.cap.1.1.q.1.c. corporalia ſacramenta.quod
male aduertunt, quidam domini, qui ſuæ naturæ immemo-
res, ſeruos tractant vt animalia, & eos in menſa, vel alias,re
cipere dedignantur. In gloſſ.ſed quid ibi : ſtatuliberum. &
l.ſtatuliberum. de verbor.ſigni.l.cedere.C. de fideicom.lib.l.
cum libertatem, quamuis quo ad aliqua, habeatur pro libe-
ro : vt ff.de queſtio.l.ſtatuliber. de pe.mores.§.fin. In eadem
a glo.cum allegat.l.quemadmodum hęc eſt vera a ſine dubio,
quòd liberi ſunt, & eſt expreſſum extra de Iudęis cap. 2. &
2 dic plenius in d. l. ne diutius, ſed non credo † quòd poſſint
teſtari inter extraneos, cum non poſſint alienare.C. in qui-
bus cauſis calum.dominos accu. poſ.l.fi.& dando, vel legan-
do extraneo in teſtamento: cenſetur alienare,ff.de leg.2.l.co
dicillis,§.in rem.de verbo.oblig.l.ſi ita quis,§.ea lege.ſed in-
ter ſuos poſſunt teſtari,& ita not.in dict.l.fin. & eſt ſimile in
feu.de ſuc. feud. in princ.C.de hæreti.l. cognouimus. de in-
ceſt.nup.l.ſi quis.& not.in ſpec.de inſtru. edi.§. compendio-
ſe. ver. quid ſi ſcripto, & ver. ſed quid. An autem poſſint
eſſe teſtes in iudicio ? glo. dicit quòd ſic C.de teſt. authen.ſi
ſeruus,& per hoc videtur,quòd poſſint eſſe contra omnes in
iudicio,preterquam contra dominum, & hoc ſupponit ſatis
d.l.fi.& videtur mirum, quod dominus de peculio teneatur:
cum ipſi poſſint eſſe in iudicio,& tamen gloſſ. dicunt, quòd
dominus eorum tenetur de peculio: in d.l.ne diutius,& l.fin.
Sed potes dicere, quòd ipſi aſcriptitij conueniuntur : & ſit
executio contra dominum in peculio, ad inſtar monachi: vt
C.de epiſ. & cle. authen. cauſa. In ead. gloſ.ibi : liberi ſunt,
quanuis monachatus diſtrictior dicatur ſeruitus, quam ſerui
tus ſeculi 54.diſt.ca. multos. Item in ea. glo. cum dicit, & c.
interdum. quod eſt verum,cū ſuperioris licentia : alias non:
vt in pecu.eod.titu.§.1.verſic.item excipitur,& ver.item eſt
ſeruus. In gloſſ.in quo facto ibi cum alleg.l.ſi miniſterium,
nec hoc eſt correctum hodie per §.fin.infra qui. ex cau. ma-
nu.quia loquitur in vltima voluntate : vt ibi no. In ea.gloſſ.
ibi,cum dicit qui ad li.procla.non licet l.1.ſed quomodo pre
tium participat,cum totū acquiritur domino?infra per quas
perſo.§.item vobis. Reſpondet Iac.quod participat fictione:
vel antequam ſit vere ſeruus. arg. pro eo.ff.de leg.1.l. ſi poſt
mortem, & vide ff.de ſta.ho.l.& ſeruorum. Item in fin.eod.
3 glo.Iacob.videtur dicere, quod poſſint † reuocare eum ff.de
li.cau.l.3.vel poteſt dici, quod patronus, habet maius ius in
liberto quam pater in filio,quod patet:quia patronus omnia
alienata,in ſui fraudem reuocat,pater non ff.de obſer. patro.
præſt.l.2.ſi quid in frau.pa.l.1.& 2.Pe. de Bel. perti. videtur
velle, quod de æquitate, poſſum reuocare per leges prædi-
ctas.opi.glo.pręualet de iure,ſatis tamen poſſet concedi,ꝙ ſi
cognati velint reſtituere pretiū: quod poſſint reuocare. arg.
C.de pa.qui fil.diſt.l.2.ff.de priuil.cre.l.1.in feu.ſi de feu.con
tro.fue.c.titius.C.de com.ſer.ma.l.1.ff.de capt.l.fin. Item an
hæc quæ hic in glo.dicuntur, requirantur in alijs conditioni
bus hominum conſtituendis: ſicut in aſcriptitijs: cenſitis, &
colonis,& alijs conditionibus hominum,quæ plures ſunt:vt
not.C.de agri.& cen.in rub. Dic quod non : imo tales fiunt:
per pactum,ſi cum ſcriptura ſe obligent,& hoc conſtet:ſcri-
4 ptura †tamen ſola nō probaret,niſi adminiculetur:veluti cur
ſu temporis:vel ſecunda cōfeſſione in actis facta: vel ſi fecit,
vel permiſit ſe tanquā talem aſcribi, in libris publicis cenſua
libus: vt hic patet C.de agri. & cenſi.l. cum ſcimus. & l.liti-
bus,nec ſcriptura adminicularetur teſtibus,qui cum ea depo
nerent,uedū de confeſſione, ſed etiam de conſtitutione con-
ditionis ſufficeret:niſi eſſet temporis tranſcurſus:vt ibi no.in
glo.quo accedente,nec ſolum tempus ſufficit,niſi titulus ſup
ponatur eod.tit.de agri.& cenſib.l.cum ſatis,§.1. & ibi no.&
vide plenius in ſumma Hoſt.de na.ex li.ven.§. ex quibus cau
ſis. in caſu tamen efficitur colonus inuitus,C.de mendi.va.l.
1.li.11.Sed illa eſt correcta vt ibi no. Sed an quis poſſit ſe ho
minem ligium ſub regimine alterius cōſtituere, ſolo pacto ?

Spe.diſputat & tenet quòd ſic:per c.grandi, extra de ſup.nego.præla.lib.6.ibi cum ad nos acceſſerit &c. C.de decu.& fil. eo.l.ſi quos ſpontaneos,quia nõ tantum infringitur libertas, ſicut ſeruitus.& ideo ſolo pacto obligari,etiam nulla alia cauſa adiecta poteſt. hoc ipſe diſputat, & tenet in titu. de feud.
5 verſic.1.& verſic. quarto quæritur, vide ibi plene. † Sed an per curſum temporis, probetur ius dominij, ſic quòd ſi vaſallus, & prædeceſſores ſui homagium per 30.ann.fecerunt, quòd perpetuo facere teneantur? Spec.videtur diſtinguere, an vaſal. prouocet de poſſeſsione homagij in libertatem an econtra: ſicut de ſeruo dicitur,C.de li.cauſa,l.eam quæ,ff.de liber.cauſ.l. liberis etiam, §.fin. tamen dic quod præſcriptio. 30.ann.ſufficit ſine titu.vel 10. vel 20.ſi titulus ſupponatur, per l.cum de in rem verſo,ff.de vſufru.& dict.titu. ver.quæritur,hoc ſatis videtur procedere etiam de iure feu.vt in feu. ſi de feud.contro.fue.ca.ſi quis de conſue.recti feu.ca.1.Item dic,quod ſunt alij modi ſeruitutem introducendi,vt C.quib. ad libe.procla.non lic.l.2.extra de iudæ.c. ita quorundam,& c.ad abolendam. Item alius modus ſatis extraneus,quia quilibet genitus, ab epiſcopo vſque ad ſubdiaconum, eſt ſeruus eccleſiæ,vt 15.quæſt.vltima,multæ. Deus meus, quot eſſent hodie ſerui, quia in multis locis, & prouincijs dominantur, canoniſtæ dicunt quod ſeruitus incepit ab ebrietate, 35.diſt. ſexto die, expone ibi ſeruitus, id eſt ſeruitium,non autem loquitur ibi de ſeruitute,quæ ius conſtituit in perſona, de qua hic, alias obſt. hic text. & de hoc notatur, ff.de his qui ſunt
6 ſui vel alie.iur.l.1. † Sed quid dices, de eo qui locauit operas ſuas in perpetuum? Videtur quod non valeat locatio: quia ſic priuaretur libertate, & ſeruitus induceretur, quod non poteſt fieri, niſi certis modis: vt hic ſatis apparet, & dictum eſt,& hoc tenuit glo.C.de liber.cauſa, l.poſt certi. Sed contra notauit de vſufruct. antiquitas infra de vſufruct.§. ne tamen,ff.de vſuf.l.imo. Doct.conſueuerunt diſtinguere, an ſit electa induſtria,vel non. Primo caſu dicunt,non valere. Secundo ſic. Vel dic,quod valet locatio indiſtincte, & poterit ſeruire,per ſubſtitutum, etiam illo caſu, quo eſſet electa induſtria, ne impediatur libertas, ſed ſi locaſſet vſque ad certum tempus, tunc non poſſet ſeruire, per ſubſtitutum, vt ff. de ope.no.nun.l.ſtipu.§.ſiue, & hanc tenet Specu. in titu.de loca.§.propter, verſic.quid ſi quis. Sed legatum ſic relictum non valeret, vt conditionem teneretur implere,ff. de condi. & demonſt. l. Titio, §. Titij. Sed quid ſi quis ſe obligauit ad
7 carcerem, vel ad tenendum oſtagia? Non videtur † valere per præmiſſa,pręſertim pro debito pecuniario, C. de act. & ob.l.ob ęs,ſed potes dicere contra,& maxime quando iuraui ff.de iure fiſci.l.diuus,23.q.8.c.ſuppliciter. [Sed an hęres illius, qui ſe obligauit ad oſtagia poſsit detineri, vel tenere debeat oſtagia? quidam dicunt,quod non,& alleg.C.de capti. l.fin.& C.de cohor.l.ſi cohortalis.]Si tamen ſit clericus,non poteſt ob hoc detineri inuitus, ſine nota excõmunicationis, extra de iureiuran. ex reſcripto,dic vt ibi in textus & gl.per Innocentium,& Hoſtien.

a Adnotatio. Eſt vera: An aſcriptitij ſint ſerui. vide in Spec. de libel. concep.§.nunc dicendum,ver.24.quando agitur.nume.16. idem Spec.de natis ex lib.ven.ver.aſcriptitio.nu.8.

In ſervorvm. Super textus cum dicit differentiam, hoc verum hodie: olim ſecus,C.de nu.iu.quiri. tol.dict.l.1. Item in glo. quidam ibi cum dicit duo tantum, videlicet de illo, qui ſecum erat. Item,de illo,qui manu ſe poterat adiuuare. Item de illo, qui voce. Item in eadem gloſſ. ibi cum dicit, dic ergo, quod quatuor ſunt: imo multę.vt dixi ſupra proxi.§.

## *De ingenuis.* *Rubrica.*

***Rubrica, ſeipſam continuat euidenter.***

1 *Proles quem ſequatur.4.*
2 *L.Paulus reſpondet ſenſus.*
3 *Parentum notæ quando, an non, filijs obſunt.*

Ingenvvs. Super text. ſuper verbo ingenuo quandoque tamen reperitur, quòd liber naſcitur ex duobus ſeruis:vt C.de fideicom.liber.l.cum inter,ſecundum Iaco. Item in alio caſu,ff.de fideicom. lib.l.cum vero,§.apparet, & l.ſi quis rogatus. Item ſuper verbo,vulgo cõceptus, quid ſit? dic ff.de ſta.ho.l.vulgo.In fin.glo.quia ventris ſtatus,&c. & hoc
1 intellige, † quo ad cõditiones,quo ad honores, & originem, ſemper ſequitur patrem,ff. de ſta. ho.l. cũ legitime ad muni. l.1.dum tamen, ſint de legitimo matrimonio procreati.ff.de ſta.homi.l.lex naturæ, & ideo filius Picardi,ex matre Gallica,debet ſequi nationem Picardorum,ſecundum Iaco. & facit, ff.de decu.l.2.§. in filijs, C. de decu.l. exemplo, & caue, quod hoc non oportet in filio coloni,vel inquilini: ſed in filio aſcriptitij ſic: vt no.C.de agri.l.cum ſatis,§.fin.& l.ſi.eod. titu. In text. in verb.ſufficit. Oppo.ff. de ſtat.homi.l.paulus
2 † reſpondit, vbi inſpicitur tempus conceptionis, ſed ibi agitur de nouo ſtatu quærendo, hic de naturali iure, & primæuo retinendo,quod eſt fauorabilius,ſecundum Iacob.& quia res de facili &c.ff. de pac.l. ſed ſi vnus, §. quod & in ſpecie.
3 † Super verbo calamitas,not.quod macula parentum,non debet nocere filijs verum eſt,natis ante,ſed natis poſt,ſic, C.de
a liber.& eorum [a] lib.l.2.ff.de ſena.l.emancipatum,ff. de decu. l.2.§. in filijs. Sed ſi auus viuit, macula patris,non nocet, vt d.l.emancipatum,ff.de interdict.& releg.l.3.dum tamen naſcantur in vita aui,ff.vnde cog.l.3.vel concepti ſint,vt hic,& ibi, facit, quod filij damnati non ſint nobiles, ſi poſt damnationem generentur,vt d.l.emancipatum,ff.de excu. tut.l.ſed & ſi milites,§. qui numero. ſed quo ad reum, peccata parentum,non obſunt,niſi filij eorum iniuſtitiam proſequerentur, vt patet in auth.vt omnes obe. iudic.prouin.§.plurimorum, ſed cum res debeat denominari,a principaliori, & ipſum ſequi,vt l.quæritur,ff.de ſta.ho.& ſemen hominis, ſit principalius in generatione, cur magis † conditionem matris, quam
4 patris partus ſequitur libertas? Præterea,cum libertas ſit res fauorabiliſsima,cur non ſequitur patrem, quem ſequi magis eſſet fauorabile,videlicet liberum? poteſt dici,quod cum partus coaguletur, & reuiuiſcat, & creatur in matre, quod matrem ſequitur, ad inſtar arboris quæ coaleſcit in terra, ff. de acqui.re.do.adeo,in fin.§.de re.diui.l.ſi titius.

a Adnotatio. Eorum. De hac materia vide plene diſtin.ff. de exhiben. lib.l. qui in ſeruitute. per Alanianum de Claris aquis.

1 *Scripturæ quæ non probent.*
2 *Treugis diffidationem ineſſe.*
3 *Treugæ cur fiant.*
4 *Abſolutionem petens an fateatur ſe excommunicatum.*

Cvm autem. In glo.id eſt,ingenuitati,ibi,cum dicit,niſi
1 tunc contradiceretur, hoc non videtur verum, vnde † tales ſcripturę,non plene probant & maxime inter alias perſonas, vt no.ff.de excu. tu. l.2.§. ętas, & facit quòd notatur, C. de contrah.& commi.ſtip.l.optime,ſed probat cum alijs & facit quod notatur,C.de liber.cau.l.nec omiſſa,ff.de ſtat.ho.l.Imperator. Et facit,is §.ſecundum Iaco.quòd in habenda treu-
2 ga non † præſumatur diffidatio,niſi præceſsiſſet, ipſe tamen tenet contra,quia cum treuga non poſsit eſſe ſine diffidatione, tacite videtur diffidatio poſt temporis lapſum, arg.ff. de procu.l.ad rem,& l.ad legatum, Et hic loquitur in actu, qui dependet,nec fieri poteſt ſimplici voluntate, ff. de lib. cau.l. nec ſi volens melius faceret pro eo.ff.de acquir. hær.l. illud, cum concor.ff.de rep.l.Iulianus. Dyn.tamen tenet cõtra per l.de condi.& dem.l.cum tale,§.fin.& ibi no.hęc opi.Iac.vide
3 tur melior. Treugæ † enim non ſemper fiunt,ad tollendam guerram,imo qnandoq;,ne incipiatur,& ex treugis videmus duriorem guerram quandoque inſurgere, & ſi conſideras bene,vix poſſunt iniri treugę, quin fiat mentio aliqua de guer
4 ra,ſeu debato.Item facit is,§.quòd † quis petendo abſolutionem,non videatur confiteri, ſe excommunicatum, pro quo, C.de ingenuis,l.2.quę huic cõcor. & hanc partem tenet Innoc.extra de ord.cog.c.cum dilectus,§.licet, & Spec. titu.de proba.

proba.§.fin.ſed Ber.contrà extra, de elect.c.venerabilem ſuper verbo poſtulauit.& ibi idem Hoſt. pro quibus d.l.Iul.de repu.hær.& bene facit.ff.de iu.au.annu.l.2.Poteſt dici,quod ſi petat abſolutionem pure, & ſimpliciter, quod ſit vera opinio Ber. ſi conditionaliter puta ſi in aliquo ſit ligatus. tunc opinio Innocentij valet. & potes inducere, quod notat Dynus in ſimili modo excipiendi extra de regulis iuris,ca.nullus.li.6.& caue, quòd non obeſt manumiſsio de facto: vt hic dicitur.Tamen credo, quòd manumiſſus, redeat in ſtatu, in quo erat, nam ſi ante erat in poſſeſsione ſeruitutis, ita & tunc, arg.l.1.ff.de natalibus reſtituen.C.de inge.l. penul.

*De libertinis.* *Rubrica.*

1 *Regulæ, nemo dat & c.ſenſus.*
2 *Libertas qui & a quo detur.*

LIBERTINI ſunt. In §.1.in gl.1.detectio,ibi cum dicit,abſurdum.ff.de acqui.re.do.l. traditio.Item in fi.eiuſ.gl.hæc ſol.non eſt bona.quę
1 multiplicat inconueniens: ſcilicet † quod quis dat,quod non habet.vnde dic, quod regula de ſe vera eſt: nemo dat quod non habet.ſed bene verum eſt ꝙ dat aliter quam habet: vt apparet in l.quod noſtrum.§.1.hic
2 allegato.creditor nõ transfert dñium, ſed lex † vnde hic dominus nõ dat ſuam libertatem,ſed remittit ſeruitutem:& ex hoc cauſatur libertas: vt ff.de ſerui.vt præſt.l.ſi ædes.§.libertas,ſic ſi remitto tibi.x.quæ debes, ego libero te. nam remittere, eſt dare:& ſic dare dicitur,ff.de condi.cauſa da.l.ſi mulier.ſecundum doc.Nec ob.ꝟ.§.ideoq; vbi dicitur,ꝙ eandem libertatem, & c.quia dicit eandem quia ipſe,& alij vtuntur, vel dic quamuis nõ ſit eadem numero, tamẽ eſt eadẽ ſpecie.

MVLTIS. In gl.Et in hoc.in fi.& hoc verum,vt valeat & inter viuos:ſed valet,vt ex vltima volũtate:vt ibi not.Vel dic verius in hac gl.ꝙ non valeat,vt ex vltima voluntate ſecundum doc. In gl.id eſt vocabũtur.in fi.Hoc nulla lege probatur: ſecundum Ia. tñ bene facit.C.de la.li.tol.l.vnica.§.illud.Quæ hic dicuntur,faciunt contra illos,qui faciunt ſe milites in mortis articulo, ff.de mi.teſta.l.fi.de vſufru.arg.l.Titio cũ morietur.In gl.ex quo contingit in fine.Vel dic, quod ibi loquitur,vbi remiſit ius patronatus C.de bo.liber.l.fin.alias nil vr̃ corrigi, imò omnia iura antiqua ſeruantur.C.de libe.& eorum libe.l.ſi manumiſſus,ſcđm doct.In gl.quas non habemus,in fi.Sed non vr̃ valere talis impoſitio libertatis: vt ff.de manu.teſta.l.ſi peculiũ,§.ſi ſeruus.in auth.de monachis §.ſancimus,in fi.in auth.de nup.§.ſi vero ab initio.colum.3.

*Quibus ex cauſis manumittere non licet.* *Rubrica.*

1 *Natalibus diſpenſatis, cætera non diſpenſari.*
2 *Paupertatem in multis obeſſe, & prodeſſe.*
3 *Paupertatis commoda.*
4 *Conceſſo antecedenti, conceſſum eſt conſequens.*

NON tamen.In gloſſ.ſcilicet vt noceat.in fi.Sed ob.ff.de contrah.emp. ſi ſciens in fin.Dic ſecus in libertate, quàm in alijs:quia difficilius reuocatur infra eo.§.ſemel ſecundum Iac.ff. de mino.l.ſi ex cauſa.§.fi.

In gl. ſcilicet vnum in fi. Et eſt ratio, perplexitas contingens ex teſtatoris voluntate.Si autem plures nominet, prior nominatus erit hæres.ff.qui & à qui.l.ſi quis habens,ſi tamẽ aliqua cauſa impediretur libertas, illa cauſa non tollitur per legem. Aliam ſententiam,ff.de hær.inſti.l.ſi non lex & d.l. 1.C.de ſeruis hær.inſti.l.1.& facit, quod ſi diſpenſetur cum
1 illegitimo ſuper † natalibus: nõ videatur diſpenſatum ſuper alio impedimento,ſi quod ſit:vt quia fortè erat minor.argu.
2 ff.de in ius vocan.l.ſi libertus ijs.
a †In gl.no.quod prodeſt paupertas,[a] quia fauetur paupertati.in fi. Dicit Iacob. quod aut tractatur de fide adhibenda: & tunc obſt.Magis enim creditur diuiti,quam pauperi,cæteris paribus in authen.de teſtib. circa princip.ff.de teſtib.l.3. §.1.Aut de honore adipiſcendo; & tunc idem, cæteris paribus.C.de decu.l.ad ſubeunda. ff. de mune. & hono.l.reſcripto.§.1.Aut tractatur de donatione facienda: & tunc magis pauperi,quam diuiti fauetur.C.de epiſco. & cler.l.ſi quis ad declinandam.§.penul.ſecundum Iacob.de Ra. Quod intellige,ſi detur cauſa pietatis:ſecus ſi cauſa honoris.ff.de legat.1. l.ſi ſeruus plurium.§.fina.Aut tractatur de remiſsione:& tũc aut pœnæ corporalis, vel pecuniariæ.Primo caſu & tunc nõ prodeſt.ff.de incen,rui.nau. Pedius.C.de ſumma trinita.l.3. ff.de iuriſdi.omnium iudi. ſi quis id quod.ff.de mino.l.quod ſi minor.§.ſi ſeruus.de pœn.l.1.§.generaliter.Alias prodeſt. ff.de offic.præſid.l.illicitas.§.penul.C. de mo.mul.l.eos. Aut de remiſsione ſatiſdationis: & tunc prodeſt.C.de aſſer.tol.l. 1.§.hoc procul.ff.ſi cui pluſquam per leg. fal.l.cum non facile.C.de epiſco.audi.l.de creationibus.de cura.fur.l.fi.§.ſi vero talis. Idem quo ad excuſationem munerum infra de excuſ.tuto.§.ſed & propter paupertatem, & ff.de excuſa.tuto.
3 l.paupertas, ſecundum Iac. † Et not.quod beatiſsima res,eſt paupertas voluntaria: & cui cum paupertate bene conuenit, diues eſt, ſecundum Senecam. Eſt enim læta,ſecura,non ſolicita,non litigioſa,ad omne [bonum] expedita ſecundum eũ. Caue tamen: quia poſſeſsio non facit pauperem, nec diuitem,ſed cupido.In tex.iniuria. Intereſt enim defunctorum hęredem habere.ff.interro.actio.l.& quia.Idemque iuris ſupra dixit,quando inſtituuntur cum libertate:hic ſine.In tex.
4 cum non eſt vero ſimile. † Not. quod cum conceditur aliquid, & omne id, ſine quo ſtare non poteſt, videtur conceſſum,ſecundum Iac.Pro quo facit.ff.de re iudi.l.quidam.ff.de excuſ.tutor.l.idem.Vlpianus. Et per hoc videtur poſſe dici, quod ſi Princeps committat iuriſdictionem alicui non capaci,ſciens ipſum eſſe talem,videtur ipſum habilitare:vt ſi cõmittat monacho.& hoc tenet Inno.extra.de priuil.c.cum olim.& extra.de reſcrip.ca. & ſi principalis.in cle. Archi.contra,extra.de reſcrip.c.ſtatutum.ſuper ver.audiatur.lib.6.Vel ſi Epiſcopus conferat beneficium illi, cum quo poterat diſpẽſare, conferendo diſpenſare videtur tacite, extra de fil.preſby.c.veniens.de cle.coniug.c.diuerſis.Quod eſt verum, ſi appareat per aliquas coniecturas de animo conferentis,eum diſpenſare velle:vt quia ante factus fuerat ſermo de diſpenſando:alias non ſecundum Spe.tit.de leg.§.qualiter.2.ver.quib. & verſi.dicunt.Caue tamen: quia nunquam cum indigno vi
b detur diſpenſatum:niſi expreſſe fiat.[b] Et ſic pręmiſſa procedunt, vbi perſona non eſt indigna: ſed alias eſt defectus ſine eius vitio proueniens. Et ſic intellige, quod ſcribitur. d. §.verſi.nunquid ergo.Et plures modos tacitę diſpenſationis vide in Spe.de ſent.§.vt autem.ver.poſtremo,& ſeq.

a Adnotatio.Prodeſt paupertas.Si vis videre priuilegia paupertatis.vide poſt omnes,per d.Fel.in c.ſi quis teſti.nu.10.vel extra gl.de teſti.

b Expreſſe fiat. Quando diſpenſatio extendatur. vide latiſſime per do. Feli. & ordinatiſſime vltra omnes in c.poſtulaſti. ver.circa.3.li.6.q.9. vſque ad nu. 14.de reſcrip.

1 *Libertatis directæ, & fideicom.diſcrimen.*
2 *Deceptus pretio ignorantiam ne probet.*

IN FRAVDEM. In glo.hic diligenter.in fi.Dic plene ibi: ꝙ inter viuos requiritur conſilium:ſed euentus in vltima voluntate:non niſi in directa libertate:vt ff.ſi quid in frau.pa.l. 1.§.1.ff.de proba.patronus.Sed oppo.ff. de inof.teſta.l.ſi nautem. vbi non pereunt fideicommiſſarię libertates, ſed directę,Ia.op.& non ſoluit.Sed dic, ꝙ ibi ideo directę pereunt,
1 quia † non poſſunt deberi: niſi ex teſtamento, quod ruptum eſt: ſed fideicommiſſarię poſſunt etiam ab inteſtato deberi. C.de fideicom.l.eam,quam.ff.de lega.3.l.1.§.fi. Et ideo ſi directę remanerent,eſſet ibi abſonum,non ſic de fideicommiſſarijs,hic autem alia ratio reformat pactum:vt hic,& ibi no. In gl.reſpondet.in fi.Sed ibi dicitur, ꝙ ſcire debent: ſed non ſequitur,quod propter hoc ſciant ſemper, & ideo dicit Spe. Odof.dicit eſſe,ꝙ hic loquitur in mercatoribus,qui non ha-

bent res determinatas:ibi in alijs, qui habẽt poſſeſsiones. vel
ibi de valore præſenti, hic in futuro, ideo hic dicit, ſperant.
Et facit iſte §.ad hoc, ꝙ qui vendidit rem,& fuit deceptus vl
tra mediam iuſti pretij,ignorans valorem,non teneatur pro
bare ignorantiam,ad finem, quod poſsit gaudere beneficio il
lius,l.rem maioris.C.de reſcin.vẽd. Quæ non habet locum,
vbi ſciens valorem rei, vendidit minoris. Nec lex quiſquis,
obſt.quia loquitur quando fuit in modico deceptus: non au-
tem,quando vltra medietatẽ iuſti pretij, vt ibi apparet quod
eſt notab.

1 *Dies cœptus quando, an non pro completo habendus.*
2 *Minores quibus actibus inhabiles, an non, & 3.*
4 *C. ſi annum ſenſus.*

1 Eadem lege. † In gl.ſufficit,in fi. In actibus, in qui-
bus fauor ampliatur, cõputando de momento ad momentũ.
[& odium reſtringitur: fit computatio de momento ad mo-
mentum.] alias dies incœpta habetur pro completa,ſi fauor
ex hoc amplietur. Hoc intellige, vt ff.de mino.l.3.§. mino-
rem.ff.de vaca.mu.l.3.de vſuca.l.in vſucapionibus.[ & ff.de
diuerſis & temp.præſcrip.l. in omnibus ] & hoc in tempore
per ius conſtituto: ſecus forte, ſi ab homine conditionaliter.
ff.de verb.ſig.l.inter illam.de condi. & demon.l.ſi in annos.
[alias ſi intra.]de lega.1. ſi cui. Annus autem incœptus non
habetur pro completo.ff.de condi. & demon.l.nõ putabam.
Niſi in caſibus ſpecialibus.ff.de mune. & hono.l. ad rempu-
blicam.ad Treb.l.qui filium.§.Sabinus.extra,de elec.licet ca
non.ff.de ma.teſta.l.ſi ita fuerit relicta,vel ibi fuit alius mo-
dus loquendi,quod eſt verum, & not.in lib.6. l.ſi cui.& l.in
2 ter illam. † In gl.fi.quæ incipit, ſed quomodo in fi.dicit Iac.
ꝙ minor 25.anno. non poteſt eſſe procurator ad iudicia: &
imputet ſibi,qui talem elegit.ff.de min.l.cum mandato.Ho-
die expeditum eſt, quia minor 25.ann. non poteſt eſſe pro-
curator ad iudicia:nec minor 17.ann.ad negotia: vt patet ex
tra de proc.c. qui generaliter.§.licet.libr.6.Cui non ob.ff.de
inſt.tor.ſed & ſi quis.§.fin.quia ibi non conſtituitur proprie
procurator. Vnde ſatis videtur, ꝙ per iura illa, ꝙ minor 17.
ann.poſsit ad vnum generale negotium præponi. Sed oppo
nit Iaco.quomodo poteſt eſſe iuſta hæc cauſa: cum ita bene
põt eſſe procurator ſeruus ad negotia:ſicut liber?ff.de proc.
l.ſeruum quoque.§.1.Sed ſecundum eum, non ita plene po-
teſt expedire negotia,ſicut liber. Vel dic,ꝙ ſeruus non poteſt
eſſe procurator etiam ad negotia. Vnde qui negotium gerit,
non procurat. & ſic non obſtat l. ſed & ſi quis ſupra allega.
3 † Sed cum procurator ad negotia poſsit agere:vt d.c.qui ge-
neraliter.in princ.nunquid minor 25.an.maior 17.an.poſsit
eſſe procurator in iudicio virtute conſtitutionis factæ ad ne
gotia?Videtur, ꝙ ſic:quia conſtitutio procuratoris valuit:vt
d.§.licet.Et hoc ideo videtur, ꝙ admitti debeat ad omne il-
4 lud,ad quod conſtitutionis effectus extendi poteſt. Et † eſt ſi
mile de iud.ca.ſi annum.lib.6. vbi minor pro beneficio agit,
quando collatio tenuit,quamuis agere alias non poſſet:vt ibi
patet,& facit extra, de hære.c.2.in cle.in eo,quod ibi loqui-
tur de ætate inquiſitoris & epiſcopi. Et per hoc poſſet dici,
ꝙ poteſt ſubſtituere procuratorem etiam ad iudicia, iuxta.c.
1.extra eo.ti.li.6.arg. de ſerui.vrba.prædio.l. cum eſſet.§.fi.
& facit.ff.de procu.l.mutus. & quod ſcripſi. infra qui da.tu.
poſſ.in prima gl.arg.contra extra,de proc.c.pe.in cle.Hæc ſa
tis noua ſunt,& ſuper his diſputet nouus lector.

1 *§.Semel explicatio, & locus.7.*
2 *Iudicis acta ex falſa cauſa quando, an non valeant. & 3.*
4 *Iudicis acta quando reuocabilia.9.10.*
5 *Sententiam reuocaturo quot & qui probanda. 6.8.*
9 *Sententia ex falſo, tertio non obeſſe.*
11 *Excommunicatio ex falſa cauſa an valeat.*
12 *Diſpenſationem falſitatem corruere.*

Semel. In fi.glo. quæ incipit.q.d.Ia.videtur improbare
hanc gl.dicendo tex. debere plane intellige de cauſa vere fal
ſa: nil tamen allega.ſed ita ſicco pede tranſit hunc §. Sed tu
oppo.ꝙ libertas ſit ipſo iure nulla.C.ſi ex fal.alleg.l.1.& 2.
ff.de min.l.verum.§.ex facto.ff.de tranſac.cũ hi.§.ſi prętori.
1 Glo.opp.de hoc §.contra illas leges.dic, † ꝙ hic loquitur de
falſa cauſa,ſed iniuſta:quam dicit non impedire actũ, quo mi
nus valeat contra minorẽ.Sed cauſa falſa impediret: vt in cõ
trarijs, & ita no.C.de præd.min.l.& ſi præſes.Sed in d.l.tu-
tores.C.ſi ex fal.alleg.videtur notari contra,ꝙ etiam iniuſta
cauſa impediat,ſeu reddat nullum, quod agitur.[Quare quæ
ro,quæ iſtarum ſit] verior?& ita intellectus huius §.reuoce-
tur in dubium,quaſi factus non eſſet.Et videtur,ꝙ cauſa iniu
ſta & falſa impediat: & ꝙ non ſit differentia. ff. de reb. eo.l.
magis puto.§.ſi ęs,& §.manet,qui loquuntur de falſa & iniu
ſta cauſa, & ita non ſit vnquam locus huic §. Ad hoc dicas,
quod §.intelligitur de falſa cauſa: vt ſatis patet.ff.de ma.vin.
l.iuſta: de fideicom.libe.l.cum vero.§.hic ſenatus, C.de ma.
2 vin.l.1. † Vnde ( vt plenius videas ) cum quęritur,an acta
a per iudicem reuocentur ex falſa vel iniuſta cauſa,diſtingue:
quia aut quęris in prohibitis per legem cum cauſa, tñ con-
b ceſsis,aut alijs.Primo caſu, b aut lex aliquid inhibet,& diſpẽ
ſationem ex cauſa committit iudici abſque cauſę limitatio-
ne,& tunc valet, ꝙ iudex facit, ſiue cauſa ſit, vera,ſiue falſa,
vel iniuſta,vt hic, cum concor. Lex.n. Aelia Sentia,prohibet
minorem manumittere,niſi ex cauſa.Et illam cauſam dimit-
tit iudicis arbitrio,vt patet,ff.de ma.vin.l.etiam,§.1.Et idcir
co quicquid iudex agit,tenet,vt ibi,cum concor. Vnde quam
uis per iuriſconſultos legem Aeliam Sentiam declarantes,
aliquę cauſę fuerint declaratę vt l.minor,eod.tit.cum legib.
ſeq.nunquam tñ fuit arbitrium iudicis ad illas reſtrictum,vt
patet d.l.etiam, §.1.Idcirco valet, duntamen minor fuerit
pręſens & conſentiens, vt hic,ſecus ſi abſens,vel nullus legi
timus pro eo, vt arg.l.verum, §.ex facto,ff.de mino.Et hoc,
niſi eſſet error expreſſus in declaratione iudicis,vel niſi cau-
ſa eſſet impoſsibilis, conſiderata qualitate & materia, vt eo.
tit.l.fin.& l.alumnos,in fi.de man.vin.ff.de tut.& cur.dat.ab
his.l.Seię. & l.ſi tutor petitus. Aut lex inhibet & cauſam ſpe
cificat & limitat, ex qua poſsint tantum diſpenſari, & tunc
ex alia non poteſt,& illa non ſubſiſtente non valet,ꝙ agitur:
vt in alienatione prędij minoris, quę inhibetur. Sed ex cau-
ſa ęris alieni tantum permittitur, vt ff.de reb.eo.l.1.§.1.vn-
de non valet, niſi illa ſubſit,vt d.§.ſi ęs. & §.manet.Idẽ vbi
certa forma datur per legem. ſuper modo decernendi,ſeu di
ſpenſandi,quia ſi non ſeruetur,non valet,quod agitur,ſed ip
ſa ſeruata tenet ipſo iure, quamuis cauſa non ſit vera,vel iu-
ſta.Et ſic intellige ff.de tranſa.l.cum hi.§.ſi prętor, & quod
ibi no.iuncto,§.vult ergo, C.de ſacroſ.eccl.aut.hoc ius.Con
cedo tamen, ꝙ reſcindi poſſet ex cauſa ſicut.j.videbis. Vide
ſuper hoc Inn de reb.eccl.non alie.c.dudum,li.6.& per Ar-
chi.in ca.hoc conſultiſsimo,ſuper verbo forma,de reb.eccle.
3 non alie.lib.6. Aut quęris † in alijs a legę non prohibitis,&
dic, ꝙ aut quęris in his in quibus requiritur certa & ſubſtan
tialis ſolennitas, & tunc ſi quid de ſubſtantialibus deficiat,
vel falſum ſit, non valet quod agitur, vt C.de fid.inſt.& iur.
ha.fiſc.l.2.li.10.de reſcind. vendi.l.ſi quos, ff.quib.ex cau. in
poſ.ea.l.Fulcinius.§.ſi quis poſsideat. Aut in alijs, & tũc,aut
in his,quę fiunt de ſui natura, & fieri poſſunt parte abſente,
& non vocata, tunc dic, ꝙ non valet ipſo iure in pręiudiciũ
minoris.Sic intellige.C.ſi ex fal. alle.l.1.& 2.ff.de min.l.ve-
rum.§.ex facto. Aut in his quę fiunt parte vocata, & tunc
valet de iure cõi, niſi error ſit expreſſus iu ſententia,vel de-
creto, vt ff.quę ſen.ſine appe.l.1.§.1.vel niſi appareat error
[expreſſus]ex actis,vel alias notoria ſit,extra de ſenten.& re
iud.c.cum Bertol.eod.tit.c. paſtoralis. in cle.Quibus caſibus
eſt nullũ ipſo iure,quod agitur,propter errorẽ & falſam cau
ſam.& ſic intellige C.de adul.l.ſi quis,extra de pur.vulg.ca.
2.Vel dic,ꝙ hoc caſu valeat, ſi ab initio non appareat error,
veruntamẽ retractatur.Sed vbi ab initio apparebat,eſt nulla
ipſo iure. Sic intellige extra, de ſent.excõ.venerabilib.§.idẽ
4 eſt.li.6. † Itẽ dic,ꝙ acta per iudicem ẽt ſolẽniter facta, qñq;
annullantur & retractantur per uiam reſtitutionis, & alias.
ut ſi falſum factum approbatũ fuerit per falſos teſtes, uel in
ſtrumẽta,& hoc ſiue interuenerit dolus aduerſarij,ſiue non,
ut not.ff.de rę iudi.l.Diuus.Sed Pla.dicit, ꝙ oportet proba-
ri dolum aduerſarij & corruptionẽ.ubi per falſos teſtes ſen-
tentia

tentia lata fuit,vt ibi no.pro quo facit extra de prob.c. licet.

Canoniſtæ dicunt poſt Inn.ꝙ ante ſententiam ſufficit probare teſtes falſum depoſuiſſe: quod probabitur indirecte. C.
5 de contrah.& cōmit.ſtip.l.optimam.Poſt ſententiam † oportet probare duo,videlicet, corruptionem,vel dolum aduerſarij:& ipſos falſum dixiſſe.Item & tertium,videlicet iudicem eorum dicta ſecutum fuiſſe.C.ſi ex fal. inſtr.l.2. & no.in d.c. licet. Sed Hoſt.dicit, ꝙ ſufficeret probare corruptionem tantum,ſeu dolum aduerſarij : vt ibi no. & idem videtur tenere Io.1.q.4.c.turbatur,§.item. Satis tamen innuit,ꝙ illā ſit probare neceſſe:Nec ſufficeret probare teſtes falſum dixiſſe poſt ſententiam ſecundum eos. Pro quo C.de ſent.ad fiſ. la.l.1.in vlt.dicto.& d.c.licet. Opi.glo.iuris ciuilis eſt ſatis bona,& videtur iuſta ſaltem vbi poſt ſententiam ſuperuenit copia probationis,ꝙ falſum depoſuerunt,vel peruenit de nouo ad notitiam. Iuxta illa,quæ notantur,C.de exce.l.fi. extra de elec. c.vt circa.lib.6.Alias videtur opi. Inn.& Hoſt.melior: ne li-
6 tes fiant immortales. † Sed quomodo probabitur iudicem eorum dicta ſecutum fuiſſe?Dic,ꝙ probabitur,ſi iudex aperuerit hoc in ſententia vel ante: vel ſimiles probationes aliæ fuerint productæ: vt no.in d.l. ſi prætor.§.1.in Spe.de ſen.§.qua
7 liter.ver.quid ſi peto decē.Sed† quęritur,an iſte,§.obtineat, ſi cauſa fuit per falſos teſtes probata,vel falſa inſtrumēta producta:vt nō retractetur data libertas ? Videtur,ꝙ ſic per hūc §.qui indiſtincte loquitur . Sed ſi tu exponas probata, id eſt, per iudicem approbata.iſte §.nihil facit.& ita exponit gl. Ad hoc autem videtur poſſe dici , quod quando aliquid factū eſt iudicialiter debita ſolennitate ſeruata: nō reuocatur, niſi per reſtitutionem.vt l.diuus,ff.de re iud. niſi aduerſarius dolum cōmiſerit quo caſu ipſo iure reuocatur,vt notatur in d.l.prætor.§.Marcellus,ff.de iud.vt patet extra de exce. cum venerabilis.& de prob.c.licet. Ideo videtur (cum minor reſtitui nō poſſet aduerſus libertatem,C.ſi aduer.lib.l.1.) ꝙ in primo caſu nō poſſet retractari:in ſecundo,ſit ipſo iure nulla, per prędicta. Item quæ in hoc §.dicuntur, intellige de minore, maiore,tamen 14.an.alias videtur, ꝙ ſit opus authoritate tutoris,ſi maior ſit infante : quia minor,non poteſt manumittere
8 ex quacunq; cauſa.ff.de ma.vind.l.pe.† Inſuper no.quod vbi agitur de retractanda ſentētia,prætextu falſitatis,ſolent multa quæri. Primo,an neceſſe ſit prius agi criminaliter.& gl.&
c doc.dicunt ꝙ non,per l.damus. c C.de falſis. & no.C.de fid. inſtr.l.fi.Sed contra.C.de aduo.di.iu.l.1.ſi ex fal.inſtr.l.2.de accuſat.l.ſi quis homicidij. de iure fiſ.l.eius de adul.l.denuntiaſſe, §. fi. quæ videntur concludere, ꝙ primo agi oporteat criminaliter. Et hoc mihi placet, vbi tertius commiſit falſitatem,non ille,qui obtinuit: alias opi.glo.procederet . Item conſueuit quæri an vbi quęſitum fuit de falſo in primo iudicio ciuili,poſſit poſtea de falſo quæri criminaliter. Di. tenet, quod ſic, ſiue ciuiliter,ſiue criminaliter quæſitum ſit : vt no. ff.de exce.l.qui agnitis. & idem Inno. extra de purg. ca.c.pe. de or.cogn.c.2.arg. C.de fid.inſtr.l.fi. ſed ibi non negat,quin
9 poſſit agi criminaliter: ſed ciuiliter,non. Item poteſt † quęri
d an ſentētia lata contra tertium, d qui forte falſum commiſit, pręiudicet illi,qui obtinuit per falſas probationes:& ille,qui ſuccubuit,reſtituatur abſq; alia probatione ? Inn.dicit,quòd non : extra qui fil.ſint leg.c.cauſamq;. Sed contra de ſimo. dilectus filius.12.di.perpetua. Item,an ſolutio prodeſſet? Videtur,ꝙ ſic,de adul.denuntiaſſe.de appel.l.ſi qui.§.fin. & quod no.ff.de exce. rei iudi.ſi cum vno. argu. contra.ff. de adul.l. adulter.§.fin. & quia res inter alios . &c. Et hæc videtur verior. & Spec. tenet in ſimili de aduo.§. vtriuſque. ver.illud .
10 † Item conſueuit quæri,an ſi iudex motus ex falſa cauſa, tulit ſententiam,cum tamen potuiſſet iuſte idem ſentētia re ex alijs cauſis forte propoſitis,& probatis: an valeat? Et glo.dicit,ꝙ debet retractari.vt no.ff.de acq.hęr.l.ſi is ad quem. Sed Inn.tenet contra,extra de renun.c.in præſentia . Videtur caſus pro glo.ff.de excu.tu.l.qui teſtamento.C.de decu.l.decurio fortunam. Sed tamen credo,ꝙ ſi appellatum fuerit,ꝙ iudex poſſit confirmare ſententiam ex cauſa vera,ff.ꝙ cum eo.
11 l.fi. † Sed quid de ſententia excommunicationis,an teneat,ſi feratur ex falſa cauſa , forte excommunicatur quis tanquam contumax,qui contumax non eſt? Videtur quòd non teneat, per l.1.C.ſi ex fal.alleg. Et hoc tenet.Hoſt.extra de teſt.cog. c.contra quem eſſet hodie caſus, in c. venerabilibus.§.idem de ſent.excom.lib.6. De hoc fuit dubitatum per Inno.de offi. dele.c.P.& G.& per gl.de teſt.cog.cum ſuper.Sed abſolutio ex falſa cauſa data,non tenet . Quę ſit ratio dic plene extra de offic.ord.c.ex parte. per Innoc.& per Henricum . Sed
12 an † diſpenſatio obtenta ex falſa teneat ? Dicas, quòd non : extra qui fil.ſint leg.c.transmiſſæ.argu.contra eod.titu.c.qui circa. Sed illa diſsimulatio,quę eſt ibi, eſt contra ius commune : vt ibi not.Inno. & ideo concordat. & facit extra de elec. c.dudum,ff.de fideicom.lib.l.cum vero.§.pen.& de nata.reſti.l.1.Nec obſt.iſte §.quia hic non decipitur in cauſa manumittens : ibi decipitur diſpenſans : & hic manumiſsio fit per minorem : ibi diſpenſatio per ſuperiorem .

a Adnotatio . An acta. An autem acta in vno iudicio faciant fidem in alio, Fely.in c.cauſam. el 1.a nu.1.vſque ad 27.de teſt. & in c.inter dilectos. nu.12. de fid. inſtru.

b Primo caſu. An decretum iudicis emanatum ex falſa cauſa ſit nullum.Ange.hic verſic.2.principaliter.num.2.

c L.damus. Vbi vide Sali.nu.2.ver.oppo. ad ſecundam .

d Contra tertium : Dicit hic Aret. ſingulariter , quod licet decretum iudicis interpoſitum ex falſa cauſa ſit ipſo iure nullum : hoc eſt verum in præiudiciū alterius : ſed in præiudicium impetrantis valet,per l.1.§.pen.ff.de ſepa.bo.Et facit, quod quando dolus dedit cauſam contractui . quod tamen valet in præiudicium. doloſi. per glo.in l.& eleganter. in princ. ff. de dolo. & in l.a Diuo Pio.ff.de re iudi.

1 *Minor cur citius ſit procurator quàm aduocatus .*
2 *Aduocatum niſi cogatur de imperitia teneri .*
3 *Doctorandi tempus .*

Cvm ergo in glo.vſque huc. in fi.glo.dic, quòd vbi ratio concludendi,ſeu determinādi ſe habet indifferēter ad quodlibet extremorū,& ſunt inter ſe compatibilia : obtinet, quod hic dicitur,ff.ad Treb.l.Titius rogatus,ff. de pe. hær.l. ſed &
1 ſi lege cōmiſſoria.§.quòd ſi.alias obtinent contraria. † In gl. id eſt,deſiderium.vnde non tenetur,ſi per imprudentiā cauſam amiſit:vt no.ff.de poſtu.l.1.§.pueritiam. in gloſ. quæ eſt in ver.compleuit . Et hanc rationem reddit ibi gl. quare non poteſt eſſe procurator ad iudicia:& tñ poteſt eſſe aduocatus: quia ſi eſſet procurator teneretur mandati: ſed aduocatus nō tenetur . Hæc ratio non eſt bona : quia procurator ad negotia tenetur mandati: & tñ eſt ſufficiens ætas 17.anno. vt dixi ſupra §.eadem. Dic ergo ꝙ in iudicio requiritur, quòd partes ſint legitimæ perſonæ quo ad ętatē, quod in minore 25. an.non eſt.C.qui legi.perſo.per totum. Sed aduocatus nō tenetur ad damnū partis:nec pars:nec perſona neceſſaria ad iu
2 dicium fundandū.† Sed cur aduocatus non teneatur ad damnum partis,ſi per imprudentiam cauſam perdidit, ſicut tenetur iudex,vt ff.de var.& extraor.cog. l.fi.ff. de iudi. filius. & medicus,ff.ad l.Aquil.l.qua actione.§.fi.cum l.ſeq.ff.loc.cum in plures.§.locator,maxime ſi dolum commiſit:quo caſu poteſt etiam criminaliter accuſari.C. de aduo.d.iu.l.1.extra de iureiu.c.fi.non video . Et ideo videtur ſequenda opi.Spe.qui tenet, ꝙ aduocatus teneatur de imperitia tit. de aduo.§. fin. ver.quid ſi per imprudentiam & hoc eſt verum, ſi ſe obtulit. Si aūt iudex eum coegit: poſſet dici gl.vera. In foro autē conſcientię,non dubiū,quin teneatur.Vt in ſumma Hoſ.de pęn. ſatis poteris videre:& in ti.de poſtul. Contra me loquor,qui aduocatus ſum,& fui per 14.an.diſtractus a ſtudio . Sed par-
3 cant ſocij:quia me iudico,ſicut ipſos. Et eſt arg.†ꝙ quis poſſit fieri doctor in 18.an.& de hoc fuit quęſitū propter quendam filiū Accurſij,qui voluit fieri doctor in 17.anno : ſecundum Iac.arg.contra,quia doctoratus eſt honor.extra de magi.c.2.in cle.& ſic requiritur.ętas 25.ann.ff.de mune.& hon. l.ad rem. & facit in prooem.ff.§.pen.

## *De Lege fuſia Caninia tollenda.* *Rubrica.*

1 *Arguere a contractibus ad vlt.vol.quando & liceat ?*
2 *Facere in alieno quando & an liceat ?*
3 *Probatio faciendi in alieno cui incumbat .*

LEGE FVSIA CANINIA. In gl.ſed quomodo.ibi,cū dicit:laborabāt in extremis. Nā tunc viuens eſt:ideo dicitur viuēs moritur.ff.de col. bo.l.1.§.ſi emancipato. In gl.no. in fi.arg.con
1 tra.ff.de re.iur.l.in teſtamētis.Dic,qđ †aut cōtractus

tractus & vltima voluntas in rationis identitate conueniunt:
a & argumentum de vno ad aliud, eſt bonum, [a] vt hic & ff. de
leg. 1. l. ſi ſeruum filij. §. eum qui. & Din. de leg. 3. l. eum, qui
chirographum. Aut diſconueniunt: & tunc ſi ſit maior ratio
in vltima voluntate, argumentatur de ea ad contractum ne-
gatiue, & de contractu ad vltimam voluntatem affirmatiue,
C. de leg. l. fi. ff. de actio. & oblig. l. obligationum fere. §. pla-
cet. Aut eſt minor ratio in contractu: & tunc ſemper negati-
ue, ff. de pac. l. pactum. & ff. vt leg. no. ca. l. ſi a te. In dubio ob
tinet regula, in teſtamentis, vt ar. de contractu affirmatiue,
& de vltima voluntate negatiue ſecundum Di. in d. §. eum,
qui. Et eſt arg. hoc cõtra conſuetudinem, quę in quibuſdam
locis obtinet, per quam poteſt quis dare inter viuos quicquid
habet: ſed in vltima voluntate non, niſi tertiam partem. Et
no. contra inuidos ſecundum gl. videlicet quod non debeant
2 ſubſtineri. † Quid ergo? pone, quod habes fontem in fundo
tuo, de quo nihil facis, ego ſine tuo damno volo ducere aquã
ad prata, vel fundos meos: quod poſſum facere cum modico
riuulo abſque tui lęſione, tu inhibes nullam cauſam prętendere volens, niſi, quod non placet tibi, nunquid iure poſsis
inhibere? Vel pone habes vacuam terrã iuxta domum meã,
de qua nihil facis, nunquid poſſum te iniuito animalia mea
immittere depaſcenda, cum te non lædant? argu. quod non,
ff. de ſer. ruſti. præd. l. diuus de iniu. l. iniuriarum, §. ſi quis.
b Dicas latius ponendo quatuor regulas. [b] Primam, quod ego
poſſum facere in tuo re inuito, quod mihi prodeſt, & te non
lædit. arg. hic, & ſatis probatur, ff. de aqua plu. ar. l. 2. §. 1. ſe-
cus ſi læderet. C. de ſer. & l. pręſes & aquam. Item ſecundam,
quod quis non poteſt facere in ſuo, quod alij noceat, & ſibi
non prodeſt imo tenetur de dolo ſi animo nocendi faciat, vt
ff. de aqua, plu. ar. l. 1. §. denique, & not. ff. de dam. infect. l. Pro
culus, & ſic intellige, ff. de regu. iu. l. domum, cum ibi no. nec
tamen poteſt agi iniuriarum, ff. de iniu. l. iniuriarũ, §. ſi quis
in honoribus. Item tertiam, quod quis non poſsit facere in
ſuo quod noceat alij, & ſibi non prodeſt, etiam ad vtilitatem
tertij, vt, ff. de leg. præſtan. l. virilis portio, §. ſed ſi adierit, &
hoc ſi facit animo nocendi alij, & cauſa inuidiæ. Si autem
principaliter, vt gratificet alij, videtur quod poſsit, ff. de iur.
do. l. cum in fundum, §. diuortio, in fi. Etenim animus facien-
di facit illicitum, quod de ſe alias eſt licitum, vt extra de ex-
ceſsibus præla. c. 1. in cle. & ibi no. de re. iur. locupletari, cum
ibi no. Item quartam, quod quis compellitur facere quod al
teri prodeſt, & ſibi non nocet, dum tamen contractus pręceſ
ſerit, ex quo agi poſsit, ad hoc, ff. de euict. l. in creditore ſolu.
ma. l. 2. alias non, ff. de aqua plu. arc. l. 2. §. item Varus. Nec ob.
C. de noua. l. 1. quia ibi intelligitur ſecundum hoc vt ibi no-
tant doct. quamuis glo. contra. Credo tamen, quòd cum quis
non pręſumatur dolo facere, qui ſuo iure vtitur, ff. de regul.
iur. l. non videtur, & ei non incumbat onus probandi, qui ne
gat, ſed ei, qui dicit, vt ff. de proba. l. ei incumbit, quod ſem-
per incumbat onus probandi ei, qui dicit inuidioſe & animo
nocendi alijs quid feciſſe, vel prohibere, quod ei non pro-
ſit, & ſic videtur tenere glo. ff. de dam. infect. l. fluminum, §. fi.
in gloſ. quę incipit, animus nocendi &c. Poſſet tamen dici,
quod ſatis probet eo ipſo, quòd oſtendit ſibi prodeſſe & alij
non nocere, per l. alleg. quę alias imponeretur verbis. Et per
has concluſiones prędictas multas alias quęſtiones ſolues,
quę quotidie occurrunt. Sicut vidi quandoque de illo, qui
homines ſuos prohibet venire ad molendinum vicini, & fa-
cit eos ire ad aliud, & etiam quęſtiones, quas gloſſ. mouet,
C. quando & a qui. quarta pars, l. 2. multa alia hic ſatis ſunt
notabilia, & multis occurrunt malitijs, vtinam bene ſerua-
rentur.

a Adnotatio. Eſt bonum. Ang. concluſiue ponit hanc q. vtrum licita ſit argumentatio de contractibus ad vltimas voluntates, & econtra: vide in l. ſi a ſubſtituto. §. fin. cum l. ſeq. & ibi doc. de leg. 1. & in l pactum inter hæredem. C. de pact. & in l. iure ciuili. ff. de condi. & demon.

b Quatuor regulas. Iſtas quatuor regulas ponit etiam hic Aret. Item not. hic, Chriſtoph. ſi ſtatuto caueatur, quod ſi quis portauerit frumentum extra territorium puniatur in decem: ſi aliquis reperiatur in via portare non debet puniri: ſicut nec ille, qui tendit ad mortem non dicitur mortuus: ita nec ille qui inuentus eſt portare, portaſſe dicitur. & ad hoc alleg. l. 1. in fi. ff. quod cuiuſque iur. & notata per glo. in l. arboribus. §. de illo. ſuper verb. admitti. ff. de vſufr. & quemadmo. quis vta. quæ id tritum allegat. Lupus exit ſyluam, non tamen exiuit. de quo habetur in l. fugitiui. C. de ſer. fugi.

## *De his qui ſui, vel alieni iuris ſunt.* *Rubrica.*

1 *Filium capti ab hoſtibus recte teſtari.*
2 *Seruum domino quærere.*
3 *Domino qui quærat maleficus.*

SEQVITVR de iure. Super text. alia diuiſio,
id eſt, ſubdiuiſio. Membrum enim liberarum
perſonarum ſubdiuiditur. In glo. hic reſtrin-
gitur. in fi. Hęc glo. poteſt tolerari ſumpto iu-
re ciuili largo modo, prout ſumitur ſexto mo-
do, ff. de iuſti. & iu. l. ius ciuile, ſupra de iure natura. §. ius au-
tem, ſed quo ad rei veritatem iuriſgen. eſt, cum hic tractetur
de poteſtate, quam in ſeruos habemus, quę eſt de iuregen-
tium, ſupra de iure perſonarum, §. ſeruitus. In gloſ. quędam
neutro iure. De hoc magis no. in d. §. ſi ab hoſtibus. Et dic
opi. glo. quę eſt hic, & ibi, veram, ff. de teſta. l. l. cornelia & le-
gi. l. in ſuis, §. 1. ff. de ca. l. retro. ff. de vſuca. l. ſi is, qui pro em-
1 ptore. Quid ergo † ſi faciat teſtamentum patre exiſtente pe-
nes hoſtes? Videtur, quod valeat, cum ſit liber in caſu quo
mortuus fuerit ante regreſſum patris, ff. de lega. 1. l. ſi tibi ho
mo, §. cum ſeruus, iuncta l. huic ſcripturę, ff. ad l. Aquil. Gloſ.
tamen tenet contra in d. l. fin. C. de ſen. paſ. ſed ſecus in teſta-
mento filii deportati. Dic plene, vt ibi: & tene opinio. Azo.
quam doct. ibi ſequuntur. In glo. nam vt in fi. & intellige, di-
ſciplina, id eſt, notitia ſeu doctrina: quia quod ponitur de
vno, negatur de alio. non tamen eſt eadem diſpoſitio, imo
contraria. vide quod notatur extra, de regu. iur. c. qui ſentit.
lib. 6. per Di. In glo. in animo in fi. vt ait Cato in prin. proœ.
lib. ſui. Cum animaduerterem quàm plurimos homines &c.
alias alio modo ſumitur. ff. de iur. omn. iu. l. imperium. In gl.
improprie. ibi cum allegat. ff. eo. l. 1. ſic alias pręſens pro prę
terito, ff. de verb. ſign. l. verbum erit. In fi. glo. Hodie non ſic:
ſi tamen peccat in patrem: dicitur ei ſententia, quam pater
vult eod. titu. l. 3. In glo. ſcilicet iuſte ibi: cum dicit. nam red
dere tenetur. Petr. de Bell. pert. videtur hoc improbare, qui
tenet quod ſi iniuſte acquiſiuerit, non acquirit domino igno
ranti, ſed ſcienti: ſicut patere dicit in d. l. quod ſeruus. Et aſ-
ſignat rationem: quia quod ſeruus acquirit, videtur acquire-
re ex voluntate domini: quia in dubio non videtur accom-
modare voluntatem ad illicita: vt l. ſi procurator. ff. de con-
di. inde. quę in frau. cre. l. ſi pater. Hęc ratio non videtur ſuf-
ficiens quia inuito acquirit. ff. de acqui. re. do. l. etiam inuitis.
infra per quas per. circa medium, ff. de ver. ob. l. ſi ſeruus. ve-
tante. Pręterea contra ipſum videtur, ff. de litig. l. ſi ſeruus.
Quid ergo dices? Glo. videtur contraria iſti, in d. l. quod ſer
uus. vbi expreſſe tenet, quod nulli quęritur. Sed contra illã
gl. & pro iſta videtur eod. tit. l. ſi de eo. Dicas. quod poſſeſsio
non acquiritur ex maleficio domino ignorãti: ſed ſcienti ſic:
vt d. l. quod ſeruus. Nec ob. d. l. ſi de eo. quia ibi dominus ſcie
bat: dominium autem bene acquiritur etiam ex cauſa iniu-
ſta, vbi tit. eſt aptus ad quærendum dominium: nec eſt aliud
quod impediat: vt §. Celſus, & d. l. quod ſeruus, ff. de li. cau-
ſa, leg. Imo eſt alia ratio, quia in poſſeſsione requiritur ani-
3 defectum.de bo.po.con.tab.l.quod vulgo.Et† eſt ratio diuerſitatis:quia hæreditatis aditio vno temporis momento acquiritur,& actu vnico,& ex ſola animi declaratione.ff.de aquir. hære.Paulus reſpondit.Igitur ex quo perfectionem recepit, ex ſuperuenienti actu.tolli nõ debet. ff.de ver.ob.l.pluribus. §.1.C.de contrah.emp.ſi Gaudentius. Non ſic in tutela:quia vno actu non perficitur: quia ſicut hodie gerit, ita cras, & ſunt actus ſucceſsiui:& multa impediunt contrahenda &c.vt l.patre furioſo,ff.de his qui ſunt ſui,vel ali.iu.de mi.l.Aemilius.ex qui.cau.in poſſ.ea.l.apud Iulianum.ſm Ia. & Pe. hæc opi.placet mihi,& videtur expreſſa pro eis.ff.de le.tu.l.legitimos, §.fi.ſed eorum ratio poſſet impugnari: quia tutela ſemel ab initio acquiritur, ſicut hæreditas. Et ideo excuſationes ſuperuenientes non proſunt,nec eam tollunt:niſi in caſibus vt patet ff.de excu.tu.l.2.& l.tutor.§.fi. & no.plene ff.de min.l.verum.§.facto. Præterea hæreditas acquiritur per ſucceſsiuos actus.quandoque,C.de pe.hę.l.filius.Ideo poſſes dicere, ꝙ citius perditur tutela quaſi minus damni perdenti cum non ſit,niſi onus,quam hæreditas,quæ eſt lucroſa com-
4 muniter.†Item in ea.glo.ibi,cum allegat.de hære.ab inte.§. ex his.Sed ille §.non tollit differentiam, niſi quo ad delationem tutelæ ab initio:ſed quo ad miſsionem,nõ loquitur.Vnde, cum hoc non reperiatur correctũ vr̃ ſtandũ iuribus antiquis:videlicet, ꝙ hodie agnati amittãt cap.di.per hunc §.& per l.tutelas.hic alle.Et ita vr̃ notari, ff.de le.tu.l.legitimos. Sed dicas cõtra,quia cũ ab initio nõ impediat inchoari;ſequitur vt recte inchoata nõ deſinat illa de cauſa,C.de confir.tu. l.ſi,vt proponis.& l.illi.§.fi. Et hanc opi.tenet Di.in d.l.2.Et credo,quod hoc voluit dicere hęc gl.quid ergo?Tu dic,ꝙ in quibuſdã partibus, in quibus de conſuetudine ſtatur iuribus
5 antiquis ꝙ†agnati præferuntur cognatis in hęreditatibus & tutelis, ſicut in partibus Pictauẽſibus.Xanctionẽſibus & Angoliſmẽ.videretur,ꝙ amittatur cap.di.cũ ſit eadẽ ratio.Sed l. tutelas. cogit ad contrarium. Non enim l.12.ta.deferuntur, ſed virtute cõſuetudinis,& ideo iudicandũ quaſi ex alia. l.noua.vel ſenatuſ.delatæ eſſent,quæ nõ admittũtur:vt ibi patet.

## *De capitis diminutione.* Rubrica.

*Is titulus, ponitur hic ad declarationem §.fi.præcedentis tit.alias inepte ſederet hic.*

1 *Matematicorum lapſus.*
2 *Libertate amiſſa ciuitatem retineri.*
3 *Culpæ leuis pœna.*

EST AVTEM capitis.In gl.hic ſtatus ibi,cum dicit:& duo vltima, videlicet ciuitatẽ: ſeruus enim ciuis non eſt, ſed per manumiſsionem incipit:vt ff.ad muni.l.eius, qui.§.1.In gloſſ.non ergo.ibi, cum ſuo definito ꝙ facere debet ff. de dolo ma.l. 1.In ea.gloſ.in fi.licet mori certum ſit Dei diſpoſitione,ff.de condi.& de.l.1.in auth. de hęre. & fal.§. ex his.Non autem
1 credas,ꝙ Dei diſpoſitione,ſeu fato vnicuique†ſit diſpoſitum & qñ & qũo morietur:quamuis quidam fantaſtici mathematici hoc adſtruere voluerũt,dicentes,ꝙ fatum & conſtellatio hoc ẽt neceſſario facere monſtretur: quos elegantiſsime reprehendit Gre.in Omel.ſuper euangelio Ma.quod legitur in die Epipha.& patet 26.q.4.c.igitur.ver.gentilitati. & q.2.c. illud.ver.neque ab hoc.In gl.eſt aũt ibi cum allegat §.pœnæ aũt melius de iu.enu.l.2.§.ſeptimus.In fi.glo.melius in §.qđ aũt prius. & eſt auth.ſignata,C.de do.inter vi.& vxo.l.res vxoris.[& vide, quod ibi no. quod eſt verũ de quibus non ſit ſtatus executio realis ſecus in alijs vt ibi no.] Quamuis autẽ
2 iſti†hodie retineant libertatem,nec hac diminutione capitis diminuantur, nihilominus tñ credo eos perdere ciuitatẽ: cũ (quo ad hoc)nõ ſit correctũ,& ideo crederem media capi.di
3 mi.diminutos.†In gl.ſcilicet in fi.hęc gl.eſt hic de bene eſſe, & eſt vera in ſe. Sed ob.quod pro leui culpa in faciendo non debeat redigi in ſeruitutẽ: ſed alias caſtigatur, C.de ope.li.l. 2.Sed dic,quod eſt in electione,vtrum malit caſtigare,vel in ſeruitutẽ reducere.Itẽ hãc gl.intellige in eo,qui ſpõte manu miſit:ſecus ſi coactus:quia tũc nõ redigitur in ſeruitutem:ſed alias caſtigatur. C.de ope.li.l.mater.C.de lib.& eo.lib.l.1.ff. de iu.pa.l.1.

1 *Excommunicati quibus pares.*

1 MINOR. In gl.hanc pœnam.ibi,cum dicit:†denegabantur ſed iure canonico æquiparantur excommunicati & relegati. extra de ap.c.paſtoralis & ibi no.in fi.eo.glo. vel melius dic vt ibi not.in glo.ſecus ſi in metallum:quia tunc vtrunque perdit.in fi.eo.gl.& ſic eſſet ibi ſpeciale:vt ibi no.

1 *Rationum vnam ſubſtare ſat eſſe*

1 MINIMA. In glo.alias.in fi.Nam vbi † duæ rationes circa idem concurrunt,vna ſublata remanet diſpoſitio alterius. ff.de iti.actuque pri.l.3.§.plane.in authen.de reſti.& ea quæ pa.§.quamob.

1 *Seruus quando liber habendus.*

SERVVS. In gloſſ.idem.ibi cum dicit, in libero capite.
1 Seruus enim † in capitalibus pro libero habetur: & ſicut liber.ff.de accuſ.l.hos incuſare,§.omnibus.de ædil.edict.l.quis ſit fugitiuus,§.quid autem.In glo.fi.eo.glo.§.ſi ſer.export.l. moueor.ff.loc.l.ſi quis ignorans.

1 *Statutum dignitate non mutari.*
2 *Tabellionatum adepta dignitate geri.*

1 QVIBVS. † Not.quod ex dignitate non mutatur ſtatus,
a honor enim auctus eſt, non conditio mutata, ff.de cond.& demon.l.falſa ver.ſed cui.Hoc male aduertunt nonnulli domini, qui prouecti in altius credentes ſe glorificatos non dignantur, poſt ſe reſpicere quoſdam ſocios atque pares, contra quos fuit dictum.

*De generis animo, cum qui prouehuntur in altum,*
*Hos nouiſſe negant quos habuere pares.*

2 Et præſtat ar.† ꝙ ſi tabellio efficiatur presbyter,vel iudex vel vocetur ad aliquã dignitatẽ:ꝙ nihilominus poſsit cõficere inſtrumẽta,C.de dig.l.maior.de magi.l.1.de decu.l.ſi quis decurio.non tamen compellitur, C.de decurio.l. vniuerſos.

a Adnotatio.Non mutatur ſtatus. Adde Iac.rebuffi.in l.nullius.la.2. nu.3.& quod ibi poſui in apoſti.ad ipſum,C.de dec.li.10.& in l.1. vbi etiam notaui in apoſtil.C.de digni.lib.12.

1 *Plurium vnus eligendus.*
2 *Legitimi tutoris periculum.*

1 QVOD AVTEM. In gl.aliud,ibi,cũ dicit.†& l.2.cõtra. ſed omnes loquuntur in reſtituto: ſecus ſi alias ex indulgẽtia ſola.dic ple.ſ.qui.mo. ius pat. pot.ſol.§.cum autem, & facit: in vſi.feu.de bene.feu.c.1.In ea.gl.ibi, cum dicit:de minima cap.dimi. vel dic ꝙ ibi loquitur de reſtituto: vt ibi not. per Ro.in fi.eo.gl.quidam hanc approbant, per l.1.in authen.vt decæ,in prin.col.6.gl.apporobat aliam:vt not.in l.contraria. ff.vnde cogn.l.hac parte & facit iſte §.ꝙ reſuſcitatus non recuperet bona, vel vxorem. de quo not. ff.de act. & obliga.l. ſeruus.& plenius 32.q.7.c.licite.dic,vt ibi.

CVM autem. Ver. ſed eiuſdem ſuper text.ibi , cùm dicit
pertinet vnum tamen teneretur eligere,qui gerat:quia,

*Segnius expediunt commiſſa negotia plures.*

Sed ſi non poſſunt concordare,prætor eliget, dic plene.ff.
de admi.tu.l.3.§.apparet. vſque ad fi. l. & ſic intelligite aut.
ſicut,C.de legi.tut. & facit,ff.de leg.tu.l. legitimos.§.in legi
2 timis.†Et in legitimis illud ſumme no.ꝙ ſtatim pertinet pe-
riculum ad legitimum:niſi adminiſtret , vel accedat ad iudi-
cē pro ſe excuſando:nec debet expectare,quod ſuper hoc re-
quiratur vt patet,C.qui da.tut.poſ.l.ſi ſororis.

### *De legitima patronorum tutela.* *Rubrica.*

1 *Tutor quando ſit manumiſſurus.*
2 *Tutor quando ſit dominus feudi.*
3 *Seruire per alium quibus liceat.*
4 *Mulierem per alium iudicare.*
5 *Furioſi cura a quo delata.*

EX EADEM lege 12.tab.In gl. quocunque mo
do.in fi.Intellige hanc gl. per legem illam.quia
quandoque libertas repræſentatur per legem:
& tamen eſt tutor qui manumittere debuit, vt
patet in d.l. §.ſed & ſi hac. Vnde hoc procedit
quando libertas repræſentatur per legem & fit orcinus, quo
caſu eſt tutor filius teſtatoris , ff.de fideicom. libe.l. filius. §.
erit.In gl.ſ.ex mente legis ibi:aut cauſa,quia forte non dilige
bat pupillum,ff.de tut.& cur.da.ab his.l.ſi impuberi.vel quia
ſe ingerebat,ff.de tut.l.in eos,ff.ad l.co1.de fal.l.vxori,§.1.de
proc.l.quæ omnia.In glo.vt ſupra de legi.agna.tut.in fi.vide
1 ſupra plene, qui.mo.ius pa.po.ſol.§.pari.† In gloſ.quare hic
dicit,in fi.arg.contra hoc,ff.eo.l.1.§.interdum commo.l.ſi is
cui.§.ſi quem quæſtum.infra.eo.§.fi.qn̄ circa commodum &
incommodum eſt eadem ratio & par & perſonæ ſuſpicien-
tis habilitas,ff.de peri.& commo.rei ven.l.ſerui,infra de con
trahen. emp.§.cum autem alias non ob.vt hic infra vel ſi ve-
niat ex diuerſis cauſis: tunc non obtinet regula vt l.is qui.§.
ſi quem quæſtum,& de hoc per Dyn.extra de regu.iur.c.qui
2 ſentit.Per hunc §.poſſet fundari,ꝙ ſi†vaſallus:qui nihil poſ-
ſidebat niſi feudum , moriatur relicto pupillo nullis agnatis
exiſtentibus,qui in feudum poſſunt ſuccedere , quod tutela
pupilli pertineat ad dominum feudi,qui ſucceſſurus eſt, per
hanc literam,ibi,cum dicit,eo enim ipſo.Item ꝙ ſi quis caſu
quo pupillus moreretur in pupillari ætate ſubſtituat , vel
quemquam alium , quòd tutela pupilli debeat pertinere ad
ſubſtitutum,ad quem eſt hæreditas deuentura.

Item no.in fi.huius tit. ꝙ licet non poſsit exercere , quod
nihilominus exercere non valens , priuetur iure ſibi debito
3 ex ſucceſsione alterius. Sed † reuera compelli & fieri debet
per alium.Et ideo videtur , ꝙ mulier & clericus poſſent ſuc-
cedere in feu.& per alium ſeruire,de contrah.emp.l.qui offi
cij,& tamen de iure feudi eſt ſecus, vt in feu.de ſucceſ.feu.c
1.§.filia, de mili.vaſal.qui ar.bel.depo.c.1.Præterea ſeruatur
de conſue.in regno Franciæ vbi feuda nobilium ſunt eorum
patrimonia & hæreditates & venduntur , & eſt magis ratio-
4 nabilis. † Et per iſta poteſt etiam dici, quod ſi mulier ſucce-
dat habenti merum imperium , ꝙ deuoluatur ad eam & fa-
ciet iudicare per alium extra ne cle.vel mo.c.fi.lib.6.Vel poſ
ſet ipſa iudicare, ſi hoc conſuetudo habeat,extra de arbi.c.di
lectus.Contra l.cum prætor,ff.de iudicijs.Sed quæritur cum
hæc tutela deferatur a lege prætoria alij,qui ſucceſſurus eſt.
5 vt habetur in alia lectura.Quid de cura † liberti furioſi , vel
prodigi?videtur enim quod illa deferatur a lege,ſicut tutela.
infrà de cura.§.furioſi,C.de epi.aud.l. de creationibus.

### *De legitima parentum tutela.* *Rubrica.*

*Quia hæc eſt legitima quo ad mentem, ideo de ea ſubiun-
gitur.*

EXEMPLO In glo.per interpretationem ibi, cum
dicit,cum deſinebat , vult dicere gloſſ.quare non
eſt legitimus ex verbis. Certe non quia deſinebat
&c.In fi.eiuſdem gl. non tamen ex l.12.tab.vt di
cetur infrà proxi.ti.in fi.magnæ glo.

### *De fiduciaria tutela.* *Rubrica.*

1 *Curator qualis.*
2 *Auth.presbyteros limitari.*
3 *Frater fiduciarius tutor. & cur.4.*
5 *Fratres , an tutores legitimi vocandi.*
6 *Legis corneliæ vis.*

EST & alia.In gloſ.nam ſi puberes.in fi.Sed dic,
ꝙ ibi loquitur extenſiue de curatore: hic pro-
1 prie. & ſic curator † adulti non eſt legitimus,
ſed datiuus , vt hic no. & idem not.ff.de tut.&
cur.datis ab his.l.uentri.§.1.C.de epiſ. audien.
l.de creationibus.Sed contra no.in d.§.Lucius.Sed hæ uerio
res ſunt,ut apparet in d.§.Lucius,ubi datus,eod.titu.l.ſed &
milites §.ſi autem. Verum eſt tamen,ꝙ pater debet dari cu-
2 rator , ſi non habet excuſationem:vt d.§.Lucius.Nec† ob.C.
de epiſ.& cle.auth.presbyteros. quia quod ibi dicitur de cu-
ratore,reſtringe ad caſus proximos , quales ſunt legitimi ſed
furioſo & prodigo datur a lege,infrà de cura.§.furioſi. Et po
teſt eſſe ratio , quia ſunt miſerabiles perſonæ , & pupillo
datur tutor in teſtamento,ſed curator puberi. In gloſ.qui re-
manſerunt.in fi.glo.Dic plenius, infrà in glo.ſed certe. Et ca
ue,quia hic glo.in ver.idem puto,loquitur quando emancipa
3 uit & extabant filiæ, & nepotes.& ſic ſatis plana eſt.†In glo.
ſed certe in fi.gloſſ.videtur contra intentionē literæ, in ver.
at qui.qui videtur dicere, quod frater non eſſet tutor legiti-
mus & ex mente in hoc differt a patrono , & a filio patroni,
vt euidenter apparet . Vnde dicas , quòd frater emancipa-
tus eſt fiduciarius tutor fratris ſui emancipati,vel in poteſta
te conſtituti,& nullo modo legitimus.Sed ſi per mortem pa
tris,fratres vel eorum alter efficeretur ſui iuris,tunc eſſet le-
gitimus. Et ſic intellige l.aduerſus.hic alleg. quæ vocat eum
legitimum.vt ff.ad velle.l.tutor,§.nec diſsimilem,C.de legi.
tut.l.fi.Et eſt ratio,quia quando per emancipationem exeunt
de patria poteſtate , vel eorum alter tunc capite diminuitur,
emancipatur & ius agnationis perdit, ff.de capit.dimi.l.tute
las.& apparet ſupra in ti.de legi.agna.tu. & de capi. dimi.&
eſt incognitus per legem 12. tab.& de iure ciuili , quantum
ad ſucceſsionem:ſed per prætorem vocatur tantum per bon.
poſ.vnde cognati,vt hic plenius videbis j.de leg.agn.ſucceſ.
§.fi.C.de leg.hær.l.fi.Et ideo cum nulla lege vocatur ad ſuc-
ceſsionem, nec ad tutelam ſed†quia conditores legum maio
4 rem fiduciam habuerunt de ipſo propter propinquitatem,
quā de alio,vocauerunt eū ad tutelam,quāuis emancipatum:
& vocauerunt eū fiduciarium.Sed qn̄ per mortem patris effi
ciuntur ſui iuris,tunc non minuūtur capite.ff.ad macedo.l.ſi
filiusfa.1.§.fi.nec deſinunt eſſe agnati: ideo ſunt legitimi. Et
pōt dici,ꝙ ex verbis & ex mente, ff.de leg.agna.tu.§.1.& ita
intellige eū,tit.l.3.§.fi.cum l.ſeq. De patre autem non poteſt
ita dici in caſu,quo emancipauit:quia ille vocatur, de iure ci
uili ad ſucceſsionem.ff. ad Tertulli.l. 2.§.obijcitur. Sed frater
emancipatus non erat cognitus de iure ciuili: ideo nullo mo
do poteſt vocari legitimus:vt prædixi. An aūt hodie ſit legi-
timus:dic infra in gloſſ.proxi.in fi. Et quod dixi de fratribus,
intellige de nepotibus:vt hic,in tex.& in glo.In glo.pro cer-
te: in fi.Hæc opi.non eſt vera.cū lege 12.tab.fratres emanci-
pati ſint incogniti,vt dictum eſt ſupra ſuper gloſſ. proxi.ſed
5 bene verū eſt,quod poſſunt dici legitimi,†quia cognati ſunt
vocati per leges nouas , non tn̄ per legem 12.Tab.hoc attri-
buendum eſt legi nouæ tollenti impedimentum, vt hic appa
ret:quia quamuis per legem 12.ta. hæreditas deferatur pro-
ximis agnatis:ſi tn̄ ſit impedimentū,quia forte ille,cuius erat
6 hæreditas moritur captiuus,lex † Cornelia tollit illud impe-
dimentum fingendo ipſum eſſe mortuum in patria hora ca-
ptiuitatis , & talis hæreditas non cenſetur deferri per legem
12.Ta.ſed per l.Cor.quæ impedimentum tollit , ff. de vul.&
pupi.lex cornelia in fi. & ſic eſt dicēdū in propoſito ſm doc.
& Iac.& Pet.quorum opi.vr̄ ſatis vera , quamuis non probe-
tur per l.quam alle.Imo.facit ad contrariū: ſed hoc ſatis pa-
tet.ff.ad l.fal.l. filiusfami. & no. ff.vnde li.l.2.§.pe.& ſecun-
dum hoc hodie frater emancipatus ſit legitimus. Patet C.de
leg.tu.l.pe.quæ corrigit.legem,fratres.de inoffi.teſta.

Iтем. Ita tamen in fi.ſuper tex.Sed quęritur quid ſi pro
a ximior propter minorem ætatem repellitur,[a] an admitte-
tur ſequens in gradu ? Videtur, ꝙ ſic, ff.de legi.tut.l.pe.Con
tra ff.de teſta.tu.l.idem fiet. Dicas, ꝙ ſi ſpes ſit alterum fieri
perfectæ ætatis ante, quam alter ad legitimam ætatem perue
nerit, tunc ſuccedit datiuus, non legitimus: alias legitimus.
ſic intellige, quod no.ff.de excu.tu.l.non ſolum, §.ſi libertus,
vbi de hoc.Sed an adulto facto perfectæ ætatis, datiuus deſi-
net ? videtur ꝙ ſic.ff.de tut.& ra.di.l.ſi tutor.2. §. 1. & vide
quod ibi.no.de hoc in Spe.de tu. §. 1. verſ. pe. & antepe. &
infra tit.proxi.ſuper gl.ex teſtamento.

a Adnotatio.Repellitur.Et eſt aduertendum. ſecundum Angel.quòd ſicut minor non poteſt eſſe tutor: ita non poteſt eſſe executor vltimarum voluntatum: quia æquiparantur.

## *De Attiliano tutore.* *Rubrica.*

***Hucuſque tractatum fuit de teſtamentaria & legitima: ſequitur de datiua tutela.***

1 *Tutelarum potiores.*
2 *Mater, & auia qui tutrices fiant.*
3 *Datiuo ſuccedit legitimus.*
4 *Iudicum quis tutorem det.5.*
6 *Epiſcopus tutorem dat.7.10.11.*
8 *Tutor a ſuperiore iudice vbi non dandus.*
9 *Pupillorum res qui & vbi recipiendæ.*

SI cui.Primo tractat, ius antiquius, vſque ad §.
ſed ex his, & ibi ius antiquum, vſque ad §. ſed
hoc iure. & ibi nouum ius, vſque ad §. nos.
autẽ vbi nouum ſupplet, quaſi ipſum de nouo
creando: & ſic ſunt quatuor iura, & quamuis
tex. longus ſit, breuis eſt tñ ſubſtantia & effectu. In glo.ſ.ex
teſtamento in fi.& hæc probantur, videlicet primum. ff. de
teſt.tu.l.tutor.§. 1.ſecundñ eund.tit.l.ſi quis ſub conditione.
1 † Et caue tibi: quia adeo teſtamentaria & legitima præcedũt
datiuam, quòd non valet datio facta per iudicem teſtamenta
rio, vel legitimo non excuſatis: vt patet in d.l.ſi ſororis. vn-
de bene caueant legitimi, ꝙ periculum adminiſtrationis ad
eos pertinet, ex quo pupillus tutore indiget: vt patet in C.
qui da.tu.poſ.l.ſororis.Et hoc eſt notabile: quia non omnes
hæc aduertunt, nec præuident periculum, quod eis imminet
ex negligentia adminiſtrandi, vel ſe excuſandi.Iſta autem nõ
2 obtinent † in matre & auia: quia ille non ſunt tutrices: niſi
hoc velint, & requirant: vt in auth.vt li.ma.& auiæ.Et ideo
dicunt gl. ꝙ valet datiua ante, quam requiantur, C.de confi.
tu.l.2.& no.in auth.matri & auiæ. C. qñ mulier tu. off.ſed
eis requirentibus datiuo deſinit. Et ſic intellige quod no. ff.
de tu.& cur.da ab his, l.tutor ſi petitus, vbi gl.tenet contra.
In gl.duobus, ideſt ibi cum alleg. de offi.præto.l.2. hæc lex
nihil facit ſecundum Ia.& Pet.quia loquitur de numero præ
torum, non tribunorum, ſecundum eos, Sed dic, ꝙ ſatis patet
per §.ijſdem temporibus, alleg.in gl.In gl.& hodie.in fi.hoc
verum in ijſdem tribus caſibus: ſed non per l. Attilij vel Ti-
tij: quia illæ ſublatæ ſunt infra.§.ſed ex his.ſed per d.l.ſi quis
ſub conditione, ſecundum eos.In gl.ſed quid ſi nullus, in fin.
de hoc plenius, ff.de teſt.tu.l.ſi nemo.vbi ſunt varia remedia.
Spe. tñ vr̃ tenere illud ꝙ detur per iudicem tutor ad adeun-
dum: vt in Spec.de tu.in prin.Quidam autẽ dicunt, ꝙ adeant
de facto, per l.mulier.§. 1. ff. de cond.inſti. Vel dic, quod ex
quo tutor non datur, niſi ſuo, ꝙ ſuitas habetur pro aditione.
ff.ad Treb.l.ita tamen.§.ſi pater.cum notatis, infra de hær.
quæ ab inte.§.poſthumi.In gl.hic tutor.in fi. Vel dic, ꝙ hoc
caſu poſſet expreſſe, quia cum hęc conditio intelligeretur in
datione, ſi exprimatur, non facit actum conditionalem, ff.de
leg.2.l.ſi ita.de cond.& demon.l.1.in fi.& l.cõditiones, quæ
extrinſecus, ſecundum doc.& hoc ſatis apparet, in l.muto.§.
ſi ſub conditione.ff.de tutel.Sed quid ſi conditio non euenit,
vel tutor teſtamentarius mortuus fuerit ante diei, vel condi
3 tionis euentum ? Videtur, † quòd etiam ſi datus deſinat, ꝙ
ſuccedat legitimus, cum nullæ remaneant reliquiæ, vt l. ſi
quis ſub cõditione.ff.de teſta.tu.& d.l.ſi tutor.§. 1.de tute.&
rationibus, de tu.& cur. da. ab his. l. ſi impuberi. Nec ob.ff.
de tu.l.quæſitum. quia ibi fuerat tutor ille, in cuius locum
datus fuerat: hic non.In gl.ſ.inquirendo, in fi. melius, ff. de
tut.& cu.da. ab his.l. ſcire. §. cum reliquis, de ſuſpe. tu.l. ſu-
ſpectus.In gl.ad pręfectum, in fi.Sed quomodo, cum ille, qui
habet cognitionem tantum de criminibus, de ciuilibus ſe in
tromittere, non poſsit.ff.de iud.l.ſolemus, §. latrunculator ?
Dicas, quòd præfectus vrbi etiam de ciuilibus non cognoſce
bat, vt patet in l.1.§.qui es, & §.cura.& in l.2.ff.de offic.præ-
4 fec.vrb. † In gl.ſcilicet eum.qui.in fin.Sed ad quem locum
reducetur ? Glo.hic nòn aperit, ſed tex.videtur hoc expedi-
re.C.vbi petãt.tutores.l.vnica.Vt tamen clarius materię no-
titiam habeas, in qua doc.& gl.variant diſtinguere, quia aut
pupillus habet domicilium & bona in eadem prouincia, &
tunc non dubium, quin iudex illius loci debeat prouidere de
tutore, vt d.l.vnica.C.vbi pe. tu. Aut habet in vna domiciliũ
tantum, & in alia bona, & tunc ſunt opin. Hu.dicit, quòd iu-
dex domicilij non dabit, ſed iudex bonorum, ff. de tu. & cu.
da.ab his.l.pupillo.Azo.dicit, quòd imo iudex domicilij, ff.
de tu.& cu.da.ab his.l.1.§. 1. ſecundum diuiſionem: & hanc
Dyn. tenet. Tu potes dicere vtrunque dare poſſe: ſi ta-
men alter pręuenerit, alter dare non poteſt, quia tutorem
habenti, &c.niſi in caſu, quo illa omnia gerere non poſſet vt
infra dicetur, ſed ſi non apparet, quis præuenerit, forte im-
pedient ſe in concurſu, vt l.duo ſunt Titij. de teſt.tu. Vel dic
melius, quòd ambo adminiſtrent, quilibet in iuriſditione ſui
iudicis.C.de teſta.tu.l.2.ff.de tu.& cu.da.ab his, l.filius, & in
l.duo ſunt Titij.vbi fuit mens teſtantis dare vnum, ſed non
conſtabat de quo.Hic conſtat, ꝙ duo fuerunt dati & de men
te dantium. Aut habet domicilium, & bona in vna prouin-
cia,, & in alia bona tantum, & tunc gloſ.variant. Verius ta-
men eſt, ꝙ datur tutor in loco domicilij poteſt vbique admi
niſtrare, ſiue datus fuerit a teſtatore, de quo non eſt dubium,
ſiue a iudice.C.de excu.tu.l.2.infra de excu.tu.§.datus.Sed ſi
excuſet ſe de his, quę ſunt extra prouinciam, tunc iudex il-
lius prouincię in qua ſunt bona, prouidebit de tutore. Et ſic
intellige.ff.de excu.tu.l.non ſolum, §. qui teſtamento. cum
ibi no.& l.propter, §.licet, & l.Iuriſperitos, §.cum oriundus.
de rebus eorum.l.magis puto.§.illud.Et ſic debet intelligi. l.
ex pupillo. Vbi autem moratur in vna prouincia in alia ha-
bet domicilium, & bona: debet reduci ad locum, vbi habet
domicilium & bona, vt hic no.& patet.in l.vnica, prædicta.
& fiet hæc redictio per officium iudicis.iuxta l.cum vnus. §.
is qui.ff.de bo.auth.iud.poſ.De hac materia no.in l.hic alle.
& in Spe.tit.de cu.§.generaliter.ver.item no.quod pupillus.
No. tamen quod hic voco locum domicilij, locum originis
vbi pater tenebat domicilium tempore mortis ſuę, non ori-
ginis patris: imo vere ſuum, ſi pater domicilium tranſtule-
rat. [Alij habent in alia lectura domini Pacaro, non origi-
nem patris, imo nec ſuam, ſi pater domicilium tranſtulerat.]
C.de munic.& orig.l. 1. ff.ad munic.l.aſſumptio.§. filius, &
5 ſic intellige.l.vnicam, C.vbi pe. tu. † Sed quæritur, nunquid
iudex eccleſiaſticus poſsit dare tutorẽ? & videtur quod non,
quia abſurdum eſt, &c.C.de teſta.l. conſulta diualia. 11. q. 1.
c.te quidẽ, de primo vr̃ expreſſum infra prox. §. Pręterea cũ
datio tutoris, nedum reſpiciat perſonam, imo etiam patrimo
nium, vt l.pupillo.& alijs ſupra alle.& iudex eccleſiaſticus de
hoc ſe intromittere non debeat, vt extra de iud. c. nouit. de
for.comp.c.ex tenore. Non vr̃, qđ poſsit, & ad hoc poſſunt
adduci omnia iura, quę conſueuerunt induci ad antiquã quę
ſtionem, an legitimatus per Papam ſit legitimus [alias legiti
matus] quo ad temporalia.extra qui fil.ſint leg.c. per venera
bilem, poteſt dici, quod pupillo clerico dabit tutorem cum
detur principaliter perſonę, vt ſupra qui da.tu.poſ. §. certę.
Et datus per eũ bona omnia adminiſtrabit, niſi ſe excuſet de
parte, quo caſu iudex territorii dabit in parte illa, quia tunc
datur rebus per l.pupillo.& alias leges allegatas ſupra.Secu-
laris aũt iudex dr̃, quod non poſſit dare clerico cũ non ſit de
iuriſditione ſua, per hunc §.C.de epi.& cle.auth.ſtatuimus,
ff.de tu.& cu.da.ab his.l.1. in fi. [Sed forte poteſt dari tutor
ad rem, quia ille principaliter datur rebus, vt d.§.certę, & iu
dex ſecularis videtur iudex rerũ, vt d. c. nouit. & ideo vr̃ qđ
iudex ſecularis poſsit interdicere bonis clerico, & dare ei
curatorem.]

6 curatorem.] † Sed an epiſcopus poſsit dare tutorē laicū? Nō
vr̄, cum non habeat iuriſditionem temporalem ſuper eum:
nec ius cogēdi.ff.de tu.& cu.da. ab his,ius dandi.Dabit cleri-
cos,p̄sbyteros, & monachos: & eos coget de iure canonico.
86.diſt.c.peruenit.16.q. 1.c.generaliter,licet de iure ciuili ſe
cus,C.de epi.& cle.auth.presbyteros. Et ſi tales non reperi-
riat,poterit nominare ſeculares,quos iudex ſecularis ad eius
requæſtam coget.ff.de tu.& cu.da.ab his.l.diuus Marcus.Lai
co non videtur, ꝙ poſsit dare per iura prædicta: niſi in defe
ctum ſecularis iudicis,quo caſu deuoluitur iuriſditio ad eccle
ſiaſticum iudicem:vt d.c.ex tenore,& c.cum ſit, & c. licet,&
hoc in terris,in quibus non obtinet temporalē iuriſditionē:
in illis enim poſſunt ſine dubio.extra de appell. c.ſi duobus.
7 † Sed quid dices de epiſcopis,qui de cōſuetudine cognoſcūt,
inter laicos indiſtincte de cauſis ciuilibus,vt videtur Engoliſ
men epiſcopus. Adhuc non vr̄ ꝙ poſsit q̄uis.n. conſuetudo
det ei cognitionem cauſarum ciuiliū:non tn̄ dat ei cognitio-
nē cauſarū mixti imperij: cum ſint articuli diuiſi.vnde ille,
qui habet de iure,vel de conſuetudine iuriſditionē ſimpl cē,
non pp hoc pōt dare tutorem: cum tutelæ datio ſit mixti
imperij.ff.de tute.l.muto §.tutoris datio.& hoc niſi facultas
eſſet j.quingentos aureos, & tūc poſſet vna cū mgr̄atu:vt j.
proxi.§.Si tn̄ conſuetudo aliud ei tribuat, ſpecialiter in hoc
caſu vr̄ tenenda.C. de man.li.l.vnica. Iudex autem ſecularis
nō pōt dare nec cogere clericum ſed requirere pōt epiſcopū
p dictas leges,niſi ſit clericus coniugatus,extra de cle.coniu.
c.1.lib.6. epiſcopus tamē nullo modo poteſt cogere, niſi pp
pietatem in caſu,quo alius non reperiretur.vt 21.q.3.c.3. C.
8 de epi.& cle.auth.presbyteros.† Sed,an ſuperior poſsit dare
tutorem in terra ſubiecti.V.g.Seneſcallus Regius dedit tuto
rem pupillo, qui eſt de terra Baronis ſibi ſubiecti: & in qua
baro habet omnimodam iuriſditionem,merum,& mixtū im
perium: nunquid tenet datio? videtur quod ſic:quia Præſes
poteſt dare in locis,in quibus eſt defenſor.in auth. de defen.
ciui.§ iuſiurandum,ver.valente.ff.de offi.proc.l. meminiſſe.
& facit bene.C.de don.l.in hac. Dic contra cum Seneſcallus
ſit iudex,& ſuperior in terra Baronis,in caſibus videlicet reſ
ſortij tantum: & ſic non pōt exercere iuriſdictionis actum,
niſi in defectum ipſius,ad inſtar Archiepiſcopi,qui eſt ſupe-
rior Epiſcopo: & tamen non poteſt exercere iuriſditionē in
diœceſi Epiſcopi: niſi in caſibus,vt apparet extra de offi.or.
c.paſto.& c.Romana.eo.ti.lib.6.ad hoc facit C.de of.præfec.
vrb.l.1.Nec ob.contraria: quia loquuntur in locis & in ter-
ris,in quibus omnimoda iuriſditio pertinebat ad vnum ſolū:
vt ad imperatorem,qui vtrunque inſtituebat, nec erat alicu-
ius officialiū propria.Hic autem eſt propria Baronis, & hæc
ſatis declarant ſtatuta Regia, quæ inhibent,quod gentes Re
giæ non expletent in terris Baronum, niſi in caſu reſſortij.
9 † Præmiſſa obtinent in datiuis, de quib. loquitur hæc mate-
ria.Sed quid dices de legitimis & teſtamentarijs? Dic, quod
debent venire coram iudice & iurare,vt in auth.vt hi qui res
mi.obli.ha.per §.fi.& de mandato iudicis, vel eius authorita
te res recipere.C.arb.tu.l.fi.de admi.tu.l.fi.de tu.qui ſatiſ.nō
de.l.fi.Coram quo iudice hoc facere debent? Dic, quod co-
ram illo,qui dare deberet,ſi non eſſent teſtamētarij.vel legi-
timi.arg.l.in hac.& d.l.conſulta.iuncta infra.gl. prox. In gl.
ergo delegatur,ibi,cum dicit.dicitur.Sed adhuc ob.quia lega
tus proconſulis dat tutores,ff.de tu.& cu.da.ab his.l. 1. Glo.
variat,quia in d.l.1.in glo.abſente. dicit, quod præſes poteſt
committere propter ſui abſentiam.& in l.1.ff.de offi.eius cui
man.eſt iuriſ.vr̄ dicere contrariū.Din.eas concordat,quia co
gnitio,ſeu inquiſitio poteſt committi, ſed non datio, vt vr̄
10 notari ead.l. 1. §. huius rei. † Sed dic clarius,& latius, quod
quicunque habet regimen prouinciæ, vel territorij, & in eo
omne imperium,poteſt dare tutores,per l.1.Alij qui nō ha-
bēt omne imperium,non p̄nt,niſi facultas &c.vt §.ſeq.Et ſic
intelligo.d.l. 1.ff.de tu.& cu.da.ab his, & eod.tit.in princ.&
hoc ſi habet ex vi dignitatis,& quaſi inſtituti. Sed ſunt non-
nulli,qui nō inſtituuntur,ſed loco defuncti ponuntur per il-
lū,qui poſſet inſtituere, vel quibus officiū commendatur ad
tp̄s,vel committitur a tali qui poſſet inſtituere & dare titulū
dignitatis,vel officij,& tales p̄nt ēt dare tutores,& de talibus
loquitur ēt d.l.1.C.de eo,qui vi.obt.alle. l. vnica. Illi.n.p̄nt
oīa,quæ ordinarij poſſunt,vt ibi patet,nec de illis meruit fie
ri contrarium. Sunt autem alij,quibus committitur non per
illos, qui intitulare p̄nt in officio, ſed per intitulatos, ſicut
per præſides & alios officiales intitulatos. Et de his non repe
rio,ꝙ poſsint dare tutorē,niſi delegatus proconſulis, in quo
vr̄ ſpeciale,vt in d.l. 1.de tut.& cu. Et ſic videtur,quòd tuto-
ris datio delegari non poſsit nec cum vniuerſitate: nec alias
ſpecialiter.ff.eo.nec mandante. Sed an hodie poſsit delegari,
ſaltem in caſu quo competit iure magiſtratus, infra prox. §.
ff.eo.l.ius dandi,& tamen non poterat delegari,vt l.ius dan-
di,gl. videtur dicere,quòd non,in d.l. 1.de off. eius cui man.
eſt iur. Quod ſatis videtur verum, quia ſpecialiter per legem
cōmittitur,& ſic non pōt delegari per d.l. 1. Item ēt de iure
florum,iure magiſtratus competebat,vt d.l. ius dandi, & tn̄
non poterat delegari,vt l.nec mandante,de iure canonico vr̄
cōtra,extra de off.deleg.c.venerabilis,extra de offi.vica.c. 2.
lib.6.Sed quare poteſt iuberi ſaltem,vbi non ſunt magnæ fa-
cultates,& non pōt mandari? Reſpondeo, lex quæ tendit ad
vtilitatem pupillorum,magis confidit de officialibus, ēt mi-
noribus quam de priuatis,quia magis ſunt electi. & cum ma
iori maturitate ideo permiſit illud iuberi nō alijs committi.
Quid ergo dices de officiali Epiſcopi,vel iudice Balliuo, vel
Seneſcallo,Baronis? Non videtur,quod poſſint dare tutores:
quia loco alterius ſunt intitulati tanquam in officio,quod ap
paret: quia vnum,& idem auditorium eſt ipſorum,& domi-
norum ſuorum extra de conſue.c.non putamus,li.6. Præter
ea in tales non tranſit niſi ſimplex iuriſditio, niſi largior de-
11 tur poteſtas,extra de offi.vica.c. 2.lib.6. † Sed contrarium
eſt expreſſum extra de iud.c. ſi annum,lib. 6. & quamuis ibi
loquatur de curatore ad litem: nihilominus loquitur de ge-
nerali,non ad certam litem:ſed in ver. ſeq. loquitur quando
ad certas lites,quæ dixi de datione tutorū,intellige in datio-
ne curatorum,infra de curat.§. 1. Sed forte legati poſſunt da
re curatorem ad litem: quia ille non inſtituitur cum tanta
ſolennitate: nec eſt tantum periculum, vt C.arbit. tut.l.fin.
quod verū eſt delegatis à principe.Secus ſi ab alio, & ita pa-
tet in c.ſi annum,alleg.lib.6.& ibi no.per Arch.Inno.tamen
notabat alio modo,extra de procu. ca. petitio. cuius opi. eſt
adhuc vera in alijs,delegatis quam à Principe.

1 *Libra argenti & auri quanti ſit.& 2.3.*

Nos autem. In gl.quam nos habemus. Sed quo modo ſi
bi blanditur Iuſtinianus: quia de iure Digeſtorum videbatur
idem,vt l.ius dandi.ff.de tut.& cur.da.ab ijs. Sed dic,quòd l.
illa intelligatur ſecundum §.ſed hoc iure,alleg. ſupra proxi.
1 vt ibi not.ideo iſte.§.addit ad illā,ſicut ad d.§.† In gl. 1.lege
l.aureos,in fi. Quinque autem valent libram argenti.C.de ar
gen.pretio quod theſau.infer.l. 1.lib. 10. & ita libra auri va-
let quinquaginta,alias valebat 12.libras argēti, & vltra duos
aureos.Et tamen mercatores regni dicunt, quod marca auri
non debet valere niſi 12.marcas argenti, ſed tunc forte erat
aurum charius, quam nunc ſit,vnde hodie in regno eſt ma-
2 gna abundantia auri,& ideo vilius.†Sed quantum valent ho
die quinque ſolidi,vt ſciamus vim huius § Gloſſ.videtur di-
cere,quòd ſeptuagintaduo aurei valeant libram auri, vt no.
gl.in aut.de defen.ciu.§. 1.& iudicare,ponendo libram auri,
pro ſex libris argenti. Sed certe,vel moneta de qua loquitur,
3 erat nimis fortis,vel aurum nimis vile.† Vnde ſcias,quòd in
libra ſunt 12.vnciæ,& in marca 8.ex quo ſcias quòd 72. au-
a rei faciunt libram [a] auri. Et quot vnciæ faciunt libram ſatis
cito cum campſoribus ſcire potes, quantum autem valent,
regula ſeu doctrina certa dari non poteſt: propter diuerſos
valores monetæ auri,& argenti,quæ in diuerſis temporibus,
contractibus, regnis & regionibus ponuntur aſcendunt &
deſcendunt pro voto regentium. In gloſſ.ſcilicet tabellionū,
in fi.ibi videbitis,ff.de ma.con.l.magiſtratus.

a Adnotatio.Septuagintaduo aurei faciunt libram.l.quoties.C.de ſubſcep.&
arca.lib.10.Sed aduerte quòd licet Bar.in auth.ſed nouo iure. C. ſi cer.pe.di-
cat librā auri conſtare ex centū aureis.hodie,libra auri conſtat ex 96.ducatis
Venetis.vt no.idem Bar.in allegata.l. quoties, de quo vide per Fel. in c. con
querente.col.1.extra de offi.ord.

IMPV-

IMPVBERES. In hoc,§.reddi rationem quare impuberes debent eſſe in tutela,& eſt planus.

1 *Obligationis ortus.*
2 *Agi de dolo in tutorem poſſe.*
3 *Actio de ra.diſt.qualis.*
4 *Dolus quando probandus.*
5 *Actionum fur.& ra.diſt.concurſus & differentiæ 6.*
7 *Actiones fur.& rat.diſt.cur ſe tollant.*

CVM ergo. In gl.ſed ſi ibi,cum dicit, non naſcitur actio
1 tutelæ.† Sed obligatio naſcitur ex qualibet mala adminiſtratione,ff.de admi.tut.l.tutorem, qui tutelam gerit.Obligatio autem bonorum cenſetur eſſe nata a tempore delatæ & ſuſceptæ tutelæ,vt C.de admi.tut.l.pro officio. C. de bon.quæ libe.cum oportet.§,fi.de epiſ.au. l. de creationibus , quando mulier tu.off.fun.po.l.fi.de ſec.nup.l.hac edictali.§.his illud. Cōtra de priui.fiſ.l.ſi debitor. Sed in caſu iſto præceſſit quaſi contractus,ibi non.Sed in eo,quod ſubiicitur , quòd aliæ nō intentatur.ob infra tit.1.§.fi.ibi videbis plenius.In gl.id eſt , actione.in ver.eſt & alia,ibi propter dolum.Dicunt.do.Ia.&
2 Pe. qui parum, aut nihil dixerunt hic † quod gl. quandoque dicit quòd hæc actio datur ex dolo,videlicet,quòd tutor male & doloſe verſatus eſt in adminiſtratione.Sed qñque dicūt, ꝙ datur ſiue doloſe ſiue non: quod eſt verius ſecundum eos,
3 & ſic tranſeunt. Scias ,† ꝙ hæc actio de rationib. diſtrahendis,eſt proprium nomen actionis, & ponitur inter ciuiles in arbore,vt ibi videbis,& oritur ex interceptione rerū pupillarium,vt no.ff.de tu.& ra.diſt.l.1.§.conſiderandum,ver.hunc tamen ſuper verbo,eiuſdem facti,vult dicere, interceptione alicuius.i.amotione alicuius,vel aliquarum rerum,de illis rebus pupillaribus , forte ponendo inter ſuas , vel in vſus ſuos conuertendo,vel ſicut de propriis negotiādo.Et in iſta actione ſufficit probare rem interceptam , nec oportet probare
4 dolum . † Item,nec quòd inuito domino.Sed in actione furti oportet probare dolum , vt nota.in d. gloſ. Si tamen ille , qui agit hac actione velit proponere,& probare dolum, bene poteſt : & in hoc caſu concurrit cum actione furti. Et ſic intellige.ff.de adminiſtra.tut.l.tres tutores, & l. non exiſtimo.in fi.& actio non tollit actionem furti,nec econtra , ſed actio tutelæ & hæc adinuicem ſe tollunt,vt not.& ibi patet.
5 In hoc eſt mirum,† quare hæc actio de rationibus diſtrahendis & furti non ſe tollunt niſi ſaltem in eo, quod excedunt , iuxta regulam,ff.de act.& obl.l.qui ſeruum,vi bo.ra.l.1. cōmo.l.vnde quæritur.Sed text.reſpondet in d.§.pe.Nec enim eadem obligatio eſt furti,& tutelæ, vt quis dicat plures eſſe actiones eiuſdem facti , ſed plures obligationes. Nam & tutor,& fur, obligantur , hæc ſunt verba text. & ſunt multum obſcura.vnde gl.dicit ibi,quòd diuerſæ ſunt, quia vna ex ſola interceptione non doloſa, alia ex doloſa. Item vna quando per fidem,altera quando domino inuito.Sed hoc non videtur poſſe ſuſtineri,in caſu ſaltem quo concurrunt,quia tūc vtrobique dolus & voluntas domini . Sed dic , quòd adſunt diuerſæ obligationes,quia quamuis actio de ra.diſ. extendatur ad caſum illum,non mutet ſuam originem, nec naturā , nec in caſu quo currit ille,qui agit actione de ra.diſt. probat dolum, nec voluntatem domini . Vnde ibi nihil tangitur de materia act.furti, niſi de ſola interceptione , ſed in act. furti oportet probare dolum , quòd animo lucrandi , ſibi & forte voluntatem proprer ius adminiſtrandi , quod habet tutor , quod eum excuſat a furto,vt dicta lege merito. ff.pro ſocio, & dicta lege tres tutores , & ita diuerſæ ſunt obligationes .
6 † Item datur actio furti, quaſi contra extraneum , nec habet dicere,nec probare eum tutorem in actione de ra.diſtr.oportet,quòd dicat & probet tutorem fuiſſe , qui vellet dicere ꝙ hæc actio de ra.diſtr.oritur ex quaſi contractu,ſicut tutelæ , ſed ex interceptionibus tutor obligatur, ſicut ex ſingulis malis adminiſtrationibus , in act. tut. vt dixi ſupra in princ. §. Tunc apparent magis diuerſæ obligationes huius actionis & fur.& tex.ſatis hoc innuit d.§.penult.verſic.in tutela ex vna obl.&c.vnde act.tu.& de ra.diſt.quaſi eædem ſunt. Nam vna non poteſt intentari niſi finita tutela,ſicut nec alia,vt l. 1. §. fi.de tut. ra.diſtr. Item eſt aliud mirabile,quare act. tu.tollit hāc ſaltē in eo,qđ excedit,cōtra dictas ll.quia ſi dicas ꝙ ſint ex vna obligatione,ſicut tex.dicit in d.verſi.in tutela,non vr̃
7 bona ratio : † quia condictio furti eam in totum tollit , quæ tamen non ex eadem obligatione , vt ſupra dictum eſt , vt l. actione.ff.de tu.& ra.diſtr.Sed poteſt dici, quòd ideo condictio furtiua illam tollit, quia ambæ continent rei perſecutionē. Sed cur tollit in eo,quod eſt pœna quia forte fuit viſum legiſlatori,quod ſufficiebat actio furti,& videtur ſpeciale in iſta actione, quia forte nimis rigoroſa.punit enim tutorem, de cuius malo animo non conſtat,quod fuerit contra rationem fauore pupillorum.

## *De authoritate tutorum.* *Rubrica.*

*Poſtquam ſupra dixit qualiter tutores creantur, ſubiungit qualiter creati ſe regere debeant.*

1 *Infantem non obligari.*
1 *Pubertati proximus obligabilis & qui.*

AVTHORITAS. In tex.ibi, cum dicit , non eſt neceſſaria . tunc autem eſt neceſſaria ſi ſit maior infante,ff.de verb.oblig. mulier. ff. rem pu.ſal.for.l.2.& l.ſeruum pupilli.In gloſſ.quia tunc ibi,cum dicit,de pac.contra iur. Et intelli
a ge,quòd valet authoritas in contractibus, a ex quibus poteſt vtilitatem reportare,quia donare non poſſet,etiam cum autoritate,C. de admi.tu.l.non omni ſecundum do.Iac. & Pet. in l.fi.C.ſi ma.fac.ſine decreto ali.ra.ha. In ead.gl.ibi,cum dicit,quid ergo in excommunicato.eſt econtra, quia pōt facere damnum ſuum,& ſe obligare, ſed non acquirere ſecundum Hoſt. in ſum.de pœ.§.fi.ver.ꝙ ſi is.Sed Inn.dicit, quòd poteſt ſibi acquirere,vt no.de dol.& contu.c.veritatis.In gl. & ſic nota. ibi. §. proſpeximus, hoc ſpeciali fauore pupilli ,
b b ius commune contra.C.de reſcin.ven.l.ratas,& eſt ar.quòd ſi quis maior.& habilis contrahit matrimonium cum pupilla,ꝙ maior ſit ligatio , Sed dic , quòd non eſt ligatus vinculo matrimonij,ſed promiſſionis,extra de deſpon.imp.c.de il
1 lis,& ibi no.† In ea.gl.fi.In hac materia ſunt diuerſæ opi. gl. & doc.Vnde recolligēdo dicas,quòd aut pupillus eſt infans, & dic,quod nullo modo obligatur.ff.de cōd.inde.l. quod pupillus,de act.& obl.l.pupillus.Aut maior infante,& tūc ſi ſit proximus infantiæ,vr̃ gl.dicere,ꝙ ſit idem,ac ſi eſſet proximus pubertati,vt no.ff.de noua.l.1.Quidam dicunt,quod eſt idem ſicut de infante,& ſic vr̃ tenere. Dy.in l.impuberes, in fi.ff.e.& gl.C.de inut.ſtip.l.1.Et hęc ſatis eſt conſona rationi. Cum enim obligatio contrahatur per conſenſum,ff.de pact. l.1.vix poſſet dici,quòd pupillus proximus infantiæ conſenſum habeat qui omnia daret pro vno pomo,vel pro vna burſa. Et ad hoc facit,quia nō delinquit antequam ſit proximus pubertati,& conſenſus procedit ex animo ſicut delictum,vt ff.de reg.iu.l.popillum,& l.pupillus,de fur.l.impuberem,ad l.aquil.l.ſed & ſi quemcunque,§.ſed etſi infans,&c.Hoc caſu
2 † poteſt dici proximus pubertati,non ex annis,ſed ex capacitate intellectus,& ita forte volunt leges proxime alleg. Plerique enim reperiuntur magis doli capaces in nono,vel decimo anno,quam alij in 14.Vnde multum aduertendum eſſet, an ſit malitioſus,vel capax doli & conſenſus,vt tunc obligetur.& hoc vr̃ bene probari.ff.de ſpon.l.in ſponſalibus contrahendis ætas ſecundum vnum intellectum,tamen in omni dubio ex quo eſt 7.annorum iura pręſumunt ipſum hr̃e conſenſum,vt patet extra de deſpon. imp. per tot. de iud.ſi annum lib.6.ff.de admi.tu.l.1.§.ſufficit.Et ideo, niſi euidenter appareret ipſum nihil ſentire,dic,ꝙ obligat̃, ſicut pubertati proximus. In quo dic,ꝙ aut habet tutorē, & tūc aut cōtrahit cū tutore,& refert an clam,vel palam,& an cum tutoris autho. vel non,ff.eo.pupillus,§.1.& §.ſane.de adm.tu.l. non exiſtimo.an cum extraneo,& tunc ſi cum authoritate tutoris rite adhibita,obligatur naturaliter,& ciuiliter , ſed reſtituitur ſi ſit læſus,vt plene no.in d.l.1.de noua.ff.eo.l.impuberes,Si ſine authoritate gl.dicunt.quòd obligatur naturaliter, vt not. in d.l.1.& vtrobique.& hoc ſequitur Dy.ſed Ia.& Pe.ꝙ nullo modo per l.ſi curatorē.C.de in integ.reſt. imo æquiparatur prodigo & furioſo,vt ibi.& ſic poteſt intelligi.l. 1. C. de inuti. ſtipu.ſi non habet tutorem , obligatur naturaliter , vt

d.l.1.

d.l.1.de noua.ad l.fal.ſi pupillus.quando di.le.ced.l.cum il-
lud.§.hæres.& ciuiliter & naturaliter, ſi ſit factus locuple-
c tior,c vel dolum commiſit.ff.de do.l.1.§.an in pupillum. in
gl.hic alle.in glo.ff.de exce.do.l.apud Celſum.§.ſi quis tuto
rẽ.Et hoc in caſib.& in quib.obligatur naturaliter, ſed nullo
modo obligatur, ẽt factus locupletior: ſed agitur ad exhibẽ
dũ,vel rei vẽdicatione vt no.ff.commo.l.ſed mihi.dic,vt ibi.
ex quaſi contracto extra iudicium obligatur: ſi ſit ſibi vtile,
alias nõ:vt patet.ff.de neg.geſt.ſi pupilli.& l.4.§.curatoris.
in iudicialibus qualiter obliget:videbis j.proxi.§.dic,vt ibi.

a Adnotatio.In contractibus. Pupillus in delictis cadentibus in eo. obliga-
tur.l.pupillus.in prin.ff.de reg.iur.§.fi.cum ſi. infra de ob.ex de. Item ad fi-
nem,vt liberet per acceptilationem.quia tunc efficitur locupletior: vt per gl.
ſing.in l.2.ff.de accep.Item poteſt ſine tutore ea,quæ ſunt facti, vt l. poſſ. ff.
de acq.re.do.& l.quamuis.ff.de acq.poſ.his caſibus obligatur pupillus ſine tu
to.authoritate,vt per Iaſonem Mayn.

b Fauore pupilli.An & quando contractus poteſt claudicare? Vide plene
per Cy in l.1.C.ſi ſeruus exter.

c Locupletior.Quando pupillus ſit factus locupletior.Vide hic.per do. Are.
Item cui incubat onus probandi, an pupillus ſit factus locupletior,vel non.
Item quid ſi pupillus,nec meliorem nec deteriorem cõditionem ſuam facit.
Item hic vide diſtinctionem pulchram per eundem Are. quando pupillus ſi
ne tutore obligetur.

1 *Iudice autore,quæ,an & fieri queant.*
2 *Tutorem ſolum non quærere.*
3 *Pupillum ſolum non adire.*
4 *Sententia quando in pupillum,vel pro eo valida?*
6 *Pupillus quando,an & ſine tutore litiget?*
7 *Minorum quis continuo puniendus?*

NEQVE Tamen. In glo. ex teſtamento. ibi cum dicit:
cum pupillus non habet tutorem, ergo a contrario ſenſu, ſi
haberet,non poſſet iudex authorizare:vt videtur expreſſum
extra de iud.c.ſi annum,lib.6.C.de iud.deli.l.ſi infanti.in fi.
1 Et hoc intellige in hoc caſu: quia † in alienatione rerum im-
mobilium,nõ ſufficeret iudicis authoritas,C.ſi propter pub.
pe.l.fi.& videtur notari de fideiuſ.min.l.2.ſed in alienatione
rerum mobilium,forte ſufficeret.Et ita poſſet intelligi quòd
no.ff.de min.l.ait prætor.§.permittitur.vbi videtur gl.con-
traria,quòd ſi iudex & tutor authorizarunt eum, nõ videtur
valere: vt no.in Spe.eo.§.generaliter verſ.quòd ſi pupillus.
Quod poteſt eſſe verum, ſi iudex crederet eũ verum tutorẽ:
vt C.qui admi.ad bo.poſ.prima.In fi.eiuſd. gl. de hoc dubi-
tat in l.ſi impuberi.ff.de tu.& cu.da.ab his. Dyn. videtur te-
nere opi.primam,quæ eſt ibi,ſecũdum quoſdam. Sed hoc nõ
eſt in meo Dyn.Vnde videtur hęc verior per l. ſi infanti. in
fi.alleg.ſupra.Itẽ dic alios caſus,in quibus fallit infra de hęr.
2 ab inte.§.ſui item.C.de bo.quæ lib.l.fi.§.ſinautẽ patre.†Sed
poſſet dubitari,an tutor ſine pupillo poſsit bonorum poſſeſ-
ſionem acquirere.Et gl.quandoque dicit,quòd non ſi pupil-
lus ſit maior infante ſicut nec hęreditatem. C. de iur.deli.l.
potuit.& ita no. C.qui admit.ad bo. poſſ. bonorum,ſed in l.
potuit.no.contra.& d.l.impu.quod eſt verius ſecundũ Dyn.
quia in bo.poſ.interueniunt. iudex & tutor, quod non eſt in
aditione ſecundũ eũ.ff.de bo.poſ.in pupillo.& l.tut. Nũquid
ergo iudex & tutor poſſent adire? non. quia non cõmittitur
iudici aditio,qñ pupillus non habet tutorẽ: vt l.ſi infanti. in
fi.ſicut datio bo.poſ.C.qui admi.ad bo.po.l.fi.In gl. vt per ſe
natuſconſultũ.cum allegat.§.ſed quia.& hoc vbi maior eſt in
a fante: alias fit reſtitutio ſoli tutori.a ff.ad Tre.l.reſtituta.§.1.
C.ad Treb.ſancimus,in fi.gl.infra de eo.cui bo.li. cauſa ad id
eſt,§.1.In gl.adminiſtratoris,ibi cum alle.ff.eo.l.4.hoc verũ,
b ſi non adminiſtrat: quia non poteſt: b quia forte, prohibi-
tus,vel omnes,iuſsi ſunt:ff.de admi.tu.l.Titium & Mæuium.
ſi autem non adminiſtrat,quia non vult, ſecus.ff.de acq.hær.
l. pupillum.In dubio autẽ omnes poſſunt: niſi teſtator aliud
diſpoſuerit,vel iudex,C.de auth.præſt.l.fi.ſi vnus ex pluri.l.
1.ff.eo.l.quod dicimus,§.1.vide in d.l.4. ff. eo. In fi.eiuſdem
c gloſſ.quidam habent, hoc in adulto ſufficit, c C. de admini.
tu.l.cũ quidã,ſi non habes,ſuppleas. & vide quod no. in d.l.
cum in vna.§.1.alle.in gl.eſt & alia, ibi eum alleg.l. minori-
3 bus.25. an. Sed hæc ratio non vr̃ perpetua: quia † poſſet eſ-
ſe adeo lucroſa,ꝙ expediret talia & plura ſuſtinere: vel for-
te nullos habet creditores. Odofr.reddit(vt fertur)aliam ra-
tionem: quia pupillus obligatur adeundo. ff.de acq. hære. l.
more.qui.ex cau.in poſ.ea.l.apud Iulianum,§.fi.quem cõſtat
non poſſe obligari ſine tutore:vt dixi s̃.ff.eo.l.& ii conditio
nalis,§.1.Ideo adire non poteſt ſine tutore,etiam lucroſam.
Sed quare non ſaltem,vt alios obligaret,& ipſe obligaretur:
ſicut in d.prox.§.dicũt Ia.& pe.quòd in proximo caſu proui
detur contrahentibus cum eo.quia habet exceptionem, ff.de
reſcin.ven.l.ſi id quod,§.pupilli. quia nõ ſic creditoribus hę
reditarijs. Non enim debitores hæreditarij poſſent excipere
ad vtilitatem creditoris cum nil eorum interſit ſecundũ eos.
Vel dic,quòd contrahenti poteſt imputari,ꝙ cũ minore con
traxit.ff.de min.l.cum mandato.non ſi creditoribus hęredita
ri.In ea.gl.cum allegat l.clarum.Doc.& maxime Di.conſue-
uerunt hic diſtinguere, quia aut pupillus ſeu minor fuit ſem
d per ſine tutore vel cura. in iudicio: & non valet: d vt l. cum
& minores,alleg.in gl.quod verum eſt contra ipſos: ſed pro
eis ſic.l.non eo minus,C.de proc.Sed Ia.contra, quod indi-
4 ſtincte non † valet,vbi ſcripſi.quod poteſt eſſe verum de dif
finitiua,ſecus de interlocutoria.ff.de bo.auth.iu.poſ.l. ſi mi-
nor.qui.ex cau.in poſ.ea.l.hæc autem. Aut fuit ab initio tu-
tor.& curator, ſed non in fin. & tunc ſi vſque ad concluſio-
nem,vel cauſam plene examinatam, valet ſñia,& proceſſus,
ſi quis ſecutus ſit.C. de adul.quamuis.i. Quod poſſet proce-
dere,ſi tutor vel curator eſſet legitime contumax, alias non
valeret ſententia,vt C.quomodo & quando iudex.l.ſi vt pro
ponis.Aut fuit ex poſt facto,ſed nõ ab initio,tunc non valet,
vt l.momentaneæ,C.qui li.perſo.ſecundũ doc. Sed ſecũdum
gl.valet quæ non eſſet vera, ſi non fuit in conteſtatione, &
in aliis ſubſtãtialibus,ſine quibus iudicium redditur nullum,
C.de lit.cont.l.1.& l.prolatam.de ſen.& interl. Hoc autem
fallit in quatuor caſibus,qui ſunt hic,in quibus minor poteſt
eſſe in iudicio ſine tu.& cur. & valet proceſſus & ſententia.
ſecundum glo.Et caue, quia primus & vltimus poſſunt habe
re locũ in pupillo,ſed medij non,vt patet in gl. Multos alios
caſus ponunt gl.& doc.extra de reſt.ſpo.c. ex parte.vt in cau
ſa matrimonij beneficiali,ſeu eccleſiaſtica, in voto,morte pa
5 tris,&c.de quibus 20.q.3.c.de crimine. Sed † hoc non vide-
tur verum per l.clarum,C.auth. præſt. Vnde credo, quòd in
beneficialibus & ſpiritualibus,dependentibus ab eiſdem, poſ
e ſint eſſe in iudicio ſine curatoribus minores 25.annis,e maio
res 14. & in caſu quo veniam ætatis impetrauerunt, in aliis
non,niſi habeant curatorem,per c.ſi annum,extra de iud.li.
6. Ex quo enim ibi ſpecialiter in illis permittit. inhibet de
alijs,vt l.maritus, C. de proc. & hoc ibi videtur tenere Azo
in ſumma.§.eſt autem,ad medium. Pupillus autem non po-
teſt eſſe in iudicio in aliqua cauſa ſine tu. authoritate, vt pa-
tet,ff.de accu.l.2.§.pupillis,vbi eſt caſus, quo proſequendo
mortem patris, opus eſt tutore niſi in caſu momentaneæ,
poſ.vbi etiam ſeruus agere poſſet. & ſic intelligo.l. momen
6 taneæ,& C.ſi per vim,vel alio modo l.1. † Quid ergo ſi agã
contra minorem,& non vult comparere? Reſpon. ſi ſit ma-
ior 14.an.& ſit contumax,poteſt condemnari, ſi talis ſit cau
ſa, vel in tali ſtatu, quòd poſsit ferri ſententia in abſentem,
ff.de min.l.minor.et amſi quaſi contumax,vel poteſt excom
municari etiam pupillus,ſi ſit doli capax. etiam propter con
tumaciam tu.vel cu.niſi purget cum poſsit,vt no. in Spe. de
contu.§.nunc dicamus,ver.ſi.de ſen.exc.§. ſequitur, ver. ſed
pone.Et poteſt fieri miſſio contra tales, imo & contra infan-
tem,vt l.hæc autem,ex qui. cau. in poſ. ea. Nec doli capaces
reſtituentur aduerſus contumaciam, quin ſoluantur expen-
ſę.ff.de mi.l. cum mandato, ſinautem ipſi, aut tutor & cu. ſi
quos habeat tenentur,vt in l.properandum,§.fi. C. de iu. In
f gl.fi.ſ.in fi.ff.mand.l. hæreditatis, ſed quamuis non ſubeſſet,
nihilominus idem eſſet,vt hic apparet.

a Adnotatio. Soli tutori. Idem Ang.& Iaſ.hic. Idem poteſt ſolus bo.poſ.
agnoſcere: quia in facto conſiſtit ſecundum eoſdem hic.

b Non poteſt.Item nec gerere poteſt: quia nondum eſt decreta adminiſtra
tio.alias ſecus:vt per glo.in l.4.ff.eo.Ang.

c Adulto ſufficit.Idem tenet Iaſ. dicens, quod bene ſufficit in curatore adul
ti.l.cum quidam,C.de admi.tu.& eſt ratio,vt ibi not.gl. quia adulto datur iu
re ordinario: pupillo vero extraordinario,ſecundum eundem Iaſ.

d Non valet.Et quoniam iudicium cum minore agitatum teneat, vide ple-
ne hic per Ang.

e Minores 25.an.Ponit hic Are.quæſtionem,an iudicium agitatum cum mi
nore valeat: & diſtinguit per multa membra:vide eum hic:

f In gl.fi.Vide hic Ang.latius circa fin.

1 *Curator, quando & ad quæ cogendus?*
2 *Pupillus iubente prius patre, adeat.*
3 *Iudicem poſt actum rectè decernere.*
4 *§. Tutor ſenſus.*

1 TVTOR. † In glo.non enim compellitur. in fi.dic vt ibi:
quia in iudicialibus compellitur, qñ pupillus eſt reus, C. de
admi.tu.l.fi.§.pe. Et idem, vbicunq; eſt euidens & indubita-
tum damnũ pupilli, vel tertij, quod cõmode reſarciri nõ poſ-
ſet, melius etenim eſt, & c.C.in qui.cau.in inte.reſt.nõ eſt ne.
l.fi.& ita videtur ſentire Di.in ſolutione dictæ l.fi. quãuis gl.
ibi alias. quis enim compellitur de proprio facere vtilitatem
alterius ſine damno ſuo? vt plene dixi ſupra l.fuſia Cani.cur
a non tutor pro euidenti pupilli vtilitate compellitur? [a] † In
2 gl.non modicũ.in fi. ſed cur iuſſus patris debet præcedere in
aditione. ſed authoritas tutorum ſufficit ſi ſequatur inconti-
nenti? Quidã dicunt, ꝙ filius non eſt integra perſona iuſſu
non præcedente: ideo oportet præcedere: ſed ita parũ pupil-
lus ſupra prox.§. Alij dicunt ꝙ aditio debet eſſe certa: vt pa-
tet per tot.tit.de acq.hær.& maxime in l.ſi dubitet.& l.ſed ſi
de ſua. Ideo mandatum præcedere oportet, ne aditio filij de-
pendeat ex voluntate patris.& idẽ per omnia in pupillo ante
authoritatem præſtitam adeunti. Poteſt dici, ꝙ non eſt idẽ:
quia penes filium non remanet hæreditas etiam per momen
tum, ff.de acq.hær.l.placet. Ideo oportet præcedere volunta
riantur extra aciem,quod non proſint,vt ff.eo.l.bello amiſsi.
1 †Quid ergo ſi extra aciem moriantur ex ictibus ibi receptis?
non videtur,quod proſint,arg.contra. ff.de incend. rui.nauf.
l.ſi quis ex naufragio.de dam.infec.l. damni.§. Sabini.ad leg.
Aquil.l.ita vulneratus , & forte poſſet hoc probabiliter dici,
& per hoc poſſet dici, qđ equus ſoldatarij percuſſus in acie,
videtur ibi mortuus,& facit extra de præb.c.prēſenti.lib.6.

1 Admini-

1 *Adminiſtrantes qua tutela immunes .*

Item diuus. In glo.qui dicitur procurator.in fi.ſed quid
1 de adminiſtrantibus† res aliorum principum? dic idem vt ff.
eod.l.adminiſtrantes.& l.athletæ.§. gentium præſidatus, &
dic a tutela, quæ tunc defertur,ſed non a delata:vt d.l.admi-
niſtrantes.

1 *Tutela immunem ab futurum qui accipiendum.& 2.*

Item qui reipub.In gloſſ.vel abſfuturi.in fi.doct.Iaco.&
1 Pet.dicunt,hoc verũ,† vbi de proximo eſt abſfuturus & parat
ſe ad eundum : vel ſi de magno tempore eſſet nominatus ad
legationem, non poteſt ſe excuſare,antequam recedat,vel ſe
paret ad eundum,ff.ex quib.cau.ma.l.qui mittuntur,§.ſi mu
lier.ſecundum eos,melius, ff.de leg.l.legato. de vaca.mun.l.
2 tempus. Item†debent hoc obtinere in abſfuturo longa abſen
tia.C.de leg.l.transmarina ego credo,idem in breui ſi voca-
ri non poſſit ad adminiſtrandum , cum ſit eadem ratio. imo
non compellitur gerere,niſi in caſu neceſſitatis. ff.de legati.
l.ſi abſenti.§.1.in tex. nã nec anni , quem habuerunt reuerſi
de legatione,de quo C,ſi tutor vel cur.cauſa.reipub.l.ab alijs
muneribus,habent biennium.ff.de leg.l.filius.& l.ſeq.Et no,
quod hic antiphorizat,

1 *§.Gentium , explicari.*

Et qui in gloſ.vt quia ibi , cum allegat l.adminiſtrantes,
1 melius eod.ti.l.athletæ, § gentium.† & hoc in poteſtatibus
magnarum ciuitatum.ſecus ſi municipiorum.ff.eod.propter
magiſtratum : vt not.in l.athletæ.§.remittuntur.Item in gl.
vt ſupra proxi. §. vbi eſt contraria quia excuſantur a ſuſpe-
cta,ſaltem ad tempus,quia maior occupatio,

Item propter litem.In glo.imo & ſine.in fin.dicitur ibi
in authen.minor debitor. vt dixi ſupra de author.tuto.§.fi.
& hæc faciunt ad id quod not. C.de teſtib.auth.ſi vero odio
ſus,extra de reſtitu.ſpol.c.frequens, §.illum autem. lib.6.

1 *Collecta vna quando ſit pluribus imponenda.*

Item tria onera. Super text. ibi vel curæ præſtant. arg,
1 ꝙ pluribus exiſtentibus in vna domo † communibus, & pro
indiuiſo,non ſit imponenda , niſi vna collecta. C. de ſi.ſa.&
quemad.pa.pro eis te.l.ſi hi qui,de mulier. & in quo loco.l.
1.lib. 10. Sed cum omnia bona æſtimabuntur quomodo ſit
pro ſolido & libra, C.de ope.pub.l. omnes. Item dic , quod
q̃nque vna tutela præſtat excuſationem,ff.eo.l.ſi is, qui.§.fi.

1 *Pauper tutor ne ſit, fallit.& 2.*

Sed & propter paupertatem.In gloſſ.l. ſi non. in fin.illa
loquitur in munere, quod in mero obſequio perſonæ conſi-
ſtit: quod de tutore non poteſt dici.Vnde dic,ꝙ pauper non
1 poteſt†dari,& ſi datus ſit , poteſt ſe excuſare:vt hic , ff.eo.l.
paupertas, non enim eſſet rationabile , ꝙ pauper operarius
eſſet tutor magnatis , qui tota die haberet agere cum magi-
ſtratibus: & hoc vult dicere imperator:magna enim impari-
tas eſſet,ſi vnus pauper teneret locum vnius baronis, & pro
hoc.ff.de mune.& hon.l.reſcripto.in prin.C.de cur.fur.l.fi.
§.ſi vero.& ſuper hoc iudex debet arbitrari , ſi tamen datus
2 † ſit,& ſe non excuſauit,non debet remoueri: ſi alias ſit fide-
lis,ff.de ſuſpect.tuto.l.ſuſpectum, & videbis infra tit.1.§.fi.
non tamen permittẽdus eſt ſolus adminiſtrare. C.de ſuſpec.
tuto.l.1.

1 *Morbus quatenus excuſet .*

Item propter aduerſam.In gloſſ.ibi cum dicit, ſed qui-
1 dam.Illud autem † aduertendum eſt, an ſit ſpes,vel dubium
de ſanitate: & tunc excuſatur ad tempus , an non: & tunc in
perpetuum : vt ibi patet, & not.& tamen in milite videtur,
quod ſæpe excuſetur perpetuo , niſi iterum vocetur.C,de re
milita.l.ſemel.quia ibi ſtatim loco illius alius ſubrogetur,ne
deficiat numerus,ff,de cura.l. 2.ſi iudex incidat in infirmita-
tem:videtur diſtinctio adhibenda quam hic vide ff. de vaca.
mu.l.pen.§.fin.non ſic in prælato.no.7 q. 1.c. paſtoralis.in fi.
[vel vide de cler.ægrot.1.& 3. per glo.& Hen.]

1 *Illiteratus an recte tutor iudexue ſit.*
2 *Illiteratus quando recte ius dicat 3.*

a Similiter.[a] In fi.gloſ.hoc notabile,non bene ſumi-
1 tur hic:quia † admittitur illiteratus, ſi ſit expertus negotio-
rum.l.athletæ,§.pen.ſed videtur probari in l.2.de poſtul.C.
ſecundum quod text.iacet de adminiſtra. tut.l.nemini, §.iu-
riſperitos,in authent.de iudic.circa princip. vnde in actibus
qui non poſſunt expediri ſine literis, non admittitur illitera
2 tus. † Et ideo credo,quod illiteratus nõ poſſit iudicare:quia
cum ſententia habeat in ſcriptis recitatione proferri, & per
ſe, non per alium, C.de ſen.ex breui.recit.l.fin.Et eſt expreſ-
ſum hodie extra de ſenten.& re iudi.ca.fin.libr.6. & illitera-
tus hoc non poſſet facere ; indubitate non poſſet eſſe iudex,
Nec obſt.l. certi iuris. C. de iudi. quia ego non credo , quin
ignarus iuris poſſit iudicare: vt militares & tales, ſed de illi-
terato nego , de quo loquitur illa lex. Vnde miles poteſt eſ-
ſe illiteratus , vnde in aliquibus cauſis opus eſt , quod ſit iu-
riſperitus, extra de conſang.& affinita.c.1. Vel dic quod bo-
num eſt,quod ſit.& ita eſſe debet:ſi tamen non ſit nihilomi-
nus eſt capax iuriſditionis , ſecundum Hoſtien.ibi , & ſic in-
tellige dictam authen. de iudi. Specu. & nonnulli alij dixe-
runt contra, adſtruendo quod ſufficit,quod ſententiam reci-
tent verbo, & concluſionem legant,vt not.in Specu. de ſen-
ten.§.iuxta ver. & no,cum ſequen. Sed ego non video quo-
3 modo leget concluſionem,†ſi neſcit literas : ideo non credo
eorum opinionem procedere , niſi in caſibus ex quibus pro
non ſcripto pronunciari poteſt,de iure, vel conſuetudine,ſi-
cut dicitur de cæco.ff.de iudi.l. cæcus , cum not. Quid ſi ne-
ſcit legere latinum,ſed bene gallicũ,ſicut ſunt multi in Fran
cia hodie : & ſperatur quod erunt plures (prohdolor) vide-
b tur quod non poſſunt iudicare , [b] cum debeant ſcribi in lati-
no, ff.de re iudi.l.decreta, niſi in partibus,vbi omnes literati
ſciunt gallicum legere,& intelligere,in authen.vt præpo.no
men Imper.§.fina.C.de ſent.l.iudices,quod hodie nimis vi-
get in Francia , vnde quandoque fuerunt ( vt dicitur) Aure-
lianenſes lectores qui partim latinum, & partim gallicum in
cathedra loquebantur , quibus melius eſſet , quod haberent
groſſum idioma Engoliſmen. vel Pictauien. & ſcirent loqui
latinum , & intelligere ſcripturas , quam latinum ſpernere,
& falſa opinione , gallicum iudicarent ſupremum eloquij
obtinere.

a Adnot,Similiter. Dicit hic Ang.quod nobiles,& alij negotiorum,ac rerum
experti licet ſint ignari literarum poſſunt eſſe rectores terrarum , & habere
adminiſtrationem officiorum,per tex.in l.certi iuris.C.de iudi.

b Poſſunt iudicare. An autem illiterati poſſint eſſe delegati, iſtam quæſtio-
nem ponit hic Ang.quam vide ibi in ver.quæro, an ignarus literarum.

1 *Inimicitiæ quando remiſſæ cenſeantur.*
2 *§.Item ſi.ſenſus.*

Item ſi propter.In glo.vt quia ibi,cum dixit,vt dixit.&
hoc ſemper præſumitur, ſi reconciliatio non interueniat: vt
§.dat remiſsionem,vel propter hoc autem,& hoc obtinet ſe
cundum doct.quando eſt grauis:ſecus, ſi leuis, ff de adimen.
leg.l.3.§.fi.cum l.ſeq.In ea.glo.ibi,cum dicit,poſt teſtamen-
tum,hoc ſi ſit grauis,vt ſupra proxi.In ea.glo.ibi:quia vide-
tur remiſiſſe, hæc opinio videtur indubitate vera,vbi offen-
a ſa[a] venit ex parte dantis,quia†dans remiſiſſe videtur:ſecus ſi
1 ex parte teſtamentotum ; vt d.§.dat.Sed glo.ibi videtur ſen-
tire idem, a quacunque parte veniat: quia ex eo, quod datus
tutor ſe excuſat, non videtur reconciliationem recipere,nec
forte deponere animum iratum : vnde Seneca , Nemo cum
inuito tutus in gratiam redit, vnde melius eſt excuſationem
admitti.prima tamen eſt magis amica literæ illius §.Sed ego
teneo ſecundam,ff.de ſuſpect.tuto,l.3,§.ſuſpectus.In fi.eod.
gloſſ.quod hic dicit de capitali , intellige idem,ſi ſit grauis,
2 per d.l.3.§.fin.& not.†quod totus iſte §.& gloſſ.loquitur de
teſtamentario : de datiuo videbis infra eod.§. item propter.
dic vt ibi.Item quamuis alias diſtinguatur cuius culpa inimi
citiæ interuenerint , ff.ſolu.matrimo.l.in his.ff.loca.l.ſi mer
ces.§, culpæ. Hic tamen non diſtinguitur , quia quamuis ex
parte creati ſit culpa,magis eſt ſuſpectus,vnde dato,quod ſe

non excuſaret,non deberet admitti,tanquam ſuſpectus:vt d.
l.3.§.ſuſpectus,hoc indubitate in datiuo.

a Adnotatio.Vbi offenſa. Nō. hic Ange. quod inimicitia excuſat arbitrum a
laudando,item excuſat iudicem, a iudicando procuratorem a proſequendo, le
gatarium excludit a legato. item repellit teſtem a teſtimonio, item donata-
rium ingratum a donatione, item quæ dicatur inimicitia capitalis,& qualiter
probetur,vide per eundem Ang.hic.

1 *Extraneus quando dandus tutor.*
2 *Teſtine noti eſſe debent contrahentes.*

a NON eſſe autem.a In fin. gloſſ. hæc gloſ.& §. quem alle-
gat procedunt in teſtamentario, nam dari non poteſt extra-
1 neus.† niſi in ſubſidium,& tunc ſuo requiſito iudice,quo ca-
ſu, propter excuſationem non perdit,ff.de tuto.& curat.da.
ab his.l.diuus,& facit extra de iudi.c.cum deputati,ſed ſecus
2 in teſtibus,qui † debent cognoſcere contrahentes,in authen.
de hære.& fal.§.ſi vero abſunt,in auth.de teſt.§.ſi vero igno
ti, in feu.de po.te.§.ſi tres,dic per Inn.extra de accu.c.inqui
ſitionis, & de teſt.c.cum cauſam, & ibi per Henr.plene con-
ſueuit dici, ꝙ vbi deponit de facto perſonæ debet eam co-
gnoſcere,alias non eſt opus, vt ſi deponatur aliquid ſic fuiſſe
aliquo tempore, de hoc ſcripſi C.de iur. delib.l. fin.§.ſi au-
tem,verſi. teſtibus.

a Adnotatio.Non eſſe autem.Iſte.§.ſecundum Ange.facit, quod ſit neceſſe
quod teſtis cognoſcat contrahentes,tamen contrarium tenet glo.in l.fi.§.ſin
autem dubius.C.de iur.deli. vide hic Ang qui dicit, quod ſi teſtis deponit fa-
ctum contrahentis,debet eum cognoſcere,alias non.

1 *Inimicitiæ capitales quæ.& 2.*
3 *Teſtis inimicus quouſque repellendus.*

1 INIMICITIAE, quas. † In gloſ.capitales. in authen.
de teſtib.§.ſi vero odioſus,In ea.glo.ibi cum dicit ſecundum
Azo.argu.C.quando lic.vni ſine iu. ſe vind.l.1.de extraord.
cri.l.ſaccularij,§.ſunt quædam.in feu.quot teſtes ſunt neceſ.
ad proban.inueſtituram.c. 1. Idem ſi infamauit de turpi cri-
mine,ff.de arb.l.licet.quia hoc capitale reputatur, ff.de ma-
nu.vin.l.iuſta.vel ſi habent quæſtionem inter ſe, debent cen
ſeri capitales.dum tamen de omnibus bonis, vel maiori par-
te, ff.eo.l.propter.ſupra eo.§.item propter.vel ſi forte alter
alterum,atroci iniuria afficit,C.de reuo.do.l.fi.vel dic ꝙ his
caſibus ſunt graues,non capitales:quia in l.diffamatio,diſtin
guitur, tanquam diuerſa ſpecies a capitalibus inimicitijs.Fa-
teor tamen, quod diffamatio, & etiam minor cauſa, vel nul-
la,poſſet eſſe cā inimicitiarum capitalium:vt infra dicetur.&
vide in feud.quæ fuit prima cauſa benefic. amit. §. porro. Et
vbicunque tale quid commiſit vnus erga alium, quod veroſi
mile eſt, quod vnus mortem alterius appetat: vel ſi appetat
2 etiam ſine cauſa, & ſi hoc conſtet,poſſunt † dici capitales.in
feu. quæ fuit prima cauſa benefic.amitt. §. porro. talia enim
non poſſunt ſub regula tradi. in feud. quæ fuit prima cauſa
benefi amit.c. 1.§.ſed quia natura,imo quamuis nulla fuiſſet
offenſa, ſi tamen alter ſe teneret pro offenſo, & hoc diceret,
viderentur inimicitię:vt infra §.proxi.vnde Seneca.Et ſi nul
los cauſauerit inimicos iniuria:multos tamen pręparabit in-
uidia.Et idem credo, ſi haberet amicitias, cum inimicis pa-
tris,vel cum ipſis cohabitaret:vt extra de accuſ.repellantur.
& c.cum P.& d.titulo, quot teſtes ſunt neceſ.vel forte,ſit va
ſallus domini, cum quo habeat inimicitias: vt d.tit.quot te-
ſtes ſunt nec.& ex hoc quod dicitur, niſi reconciliatio &c.vi
detur quod ſi teſtis ſit odioſus propter accuſationem:quam-
3 uis accuſatio facta non fuerit, quod nihilominus † remanet
inimicus, & odioſus,& tanquam inimicus poſſit repelli a te
ſtimonio,quouſque reconciliatio interuenerit. 3.q.5.c.accu-
ſatores,cum ibi notatis.in contrarium facit tex.in authen.de
teſtib. §. ſi vero odioſus. ibi, cum dicit, non ante auditur,
quam de crimine iudicetur: ſupponit ergo, quod poſt audi-
tur:ſed ſub.ſi reconciliatio interuenerit,de hoc videtur nota
re gloſ.ff.de teſtib.l.3. Sed pro prima parte facit in feud. quę
fuit prima cauſa.§.ſed & qui.& dictum c.cum Pe.

1 *Iudicis teſtiſque ætates.*

ITEM maior.In gloſſ.ſcilicet iam completis, ibi cum al-
leg.l.fin.lib.10.idcirco, cum iudicatura ſit munus perſonale
1 maior 70.ann. non poteſt compelli†eſſe iudex, ff.de mun.&
hono.l.fi.§.iudicandi quia maior labor eſt in iudice,qui plu-
res habet regere,quam in tutore ſecundum Iac.& Pet.idem
videtur in aſſeſſore.C.de proxi.ſa.ſcrinio.l. 2. lib. 12.& iudi-
ce de legato,C.de aduoc.di.iud.l.ſcimus.ſed de teſte videtur
ꝙ debeat habere 70.annor.ſicut tutor, ad hoc quod propter
ſenium excuſetur, quia non eſt magnus labor.ſecundum eo-
ſdem.de hoc no.ff.de teſt.l.inuiti.

1 *Miles tutor non ſit.*
2 *Militis iura quibus competant.*
3 *Eccleſiaſtici tutores recte dantur.*

MINORES. In gloſſ.C.de leg.tut.l.fi.dic vt ibi, idem in
milite. In gloſſ.id eſt, in militia exiſtente, ibi qui reipu.dic
plenius,ff.eo.l.ſed & ſi milites, per totam l.& l.propter ma-
1 giſtratum, §.1.dic vt ibi quia† ſi non detur in caſtris a præ-
ſidente, nulla eſt datio non propter priuilegia militum, ſed
propter defectum iuriſdictionis dantis, vt ibi plene not.
2 † In fin.gloſſ.ff.ex quib.cau.maio.l. pe. de militibus noſtri
a temporis a non eſt dubium, ꝙ non gaudent huiuſmodi priui
legio, cum non gaudeant niſi militantes, vel veterani, vt l.
ſed & milites, §.quanquam, cum §.ſeq.dic vt ibi, niſi eſſent
in acie, vel caſtris, quia tunc eſt eadem cauſa dandi priuile-
gia, quæ antiquitus, & ſic gaudent, & conſueuerunt notare
doct.C.de iur.& fac.igno.l.1.& ibi ſcripſi.In glo.& ita,in fi.
doct.Iac. & Petr. dicunt quod nulla lege probatur quod hic
dicitur,de quarto:quia in l.preſbyteros.de epiſ. & cleri. non
fit mentio de hoc. Sed dicunt quod poteſt probari argumen-
tatiue, per §.interdicimus, in authen.de eccle.tit.quæ eſt ſi-
gnata,C.de epi.& cle.authen.licentiam vbi dicitur,quod de
his,quæ obuenerunt epiſcopis a cognatis: vſque ad quartum
gradum, poſſunt teſtari epiſcopi.Certe verum dicunt, quod
illa verba non ſunt in corpore.Inn.tamen poſuit ea de burſa
ſua,in authen.preſbyteros.quæ hic allegatur,hodie vero mu
tatum eſt, de iure canonico, vt ibi ſcripſi,& ſcripſi ſupra de
3 atti.tut.§.ſed hoc iure. Vnde poſſunt † hodie omnes clerici,
& prouecti monachi, & epiſcopi ſuſcipere tutelam, ex cau-
ſa pietatis.86.diſt.c.peruenit.16.q.1.cap.generaliter, tamen
non coguntur, niſi pro miſerabilibus perſonis, qui alias tu-
torem non reperiunt,vt d.c.peruenit,& ſic intellige 21.q.3.
c.Cyprianus.

a Adnotatio.Militibus noſtri temporis. Adde Spe.ita tenere in terminis, in
tit.de proc.§.1. ver. item quod eſt miles. & Io. An.in c.cum deſideres, extra
de ſen.excom.de quo notaui in apoſtil.ad deci.capel. Tholoſa. deci. 131.in c.
item fuit quæſitum.

1 *Iuriſperitos recte tutores dari.*

a ITEM Romæ. a In gloſ. 1. magiſtri.ibi cum allegat l.iu-
1 riſperitos,& eſt† mirabile: quia cum excuſentur ab alijs mu-
neribus etiam patrimonialibus:vt C.de profe.& me.l.medi-
cos.non tamen excuſentur ab iſto. Sed forte eſt ratio pupil-
lorum, fauor:quia propter peritiam, pupilli per eos melius
defendentur & regentur: & not. ꝙ regentes actu videntur
gaudere illis priuilegijs:vt l.medicos. & d.§.fin.& hæc mate
ria clare liquet in tota.l. ſi duas.cum l.ſeq.

a Adnotat. Item Romæ.Ang.ponit hic decem priuilegia, quæ habent doct.
quæ vide per eum hic.

1 *Excuſationis tempora.*
2 *Excuſandi tempus quando currat.*
3 *Tempus ignoranti non currere.*
4 *Contraria ſimul proponenda.*
5 *Probanda ne plura poſita.*

1 QVI autem.†Pro euidentia huius §.ſcire debes,quod ex
quo tutor ſcit ſe nominatum, debet venire ad iudicem intra
quinquaginta dies, & excuſationes ſi quas habet propone-
re: alias non auditur, ff.eo.l.ſcire, §.quinquaginta, & intra
quatuor menſes proſequi:vt videbis infra prox.§.& videbis,
ff.eod.l.5.& iudex debet vocare amicos pupilli, & alios, qui
defendere velint,vel dare ad hoc curatorem,vel per ſe adire

C.ſi

C.ſi ex fal.alleg.l.1. Op. ad hunc §. quod quinquaginta dies
non currant,ex quo alteram proſequerentur.C. de inoff.teſt.
l.contra maiores,ff.de bo.poſ.l.cum quidam,ff. de adul.l.de-
nuntiaſſe.§.quæritur.& l.quinquenniū. Dicas quòd vbi tem
2 pus præfixum eſt,ad faciendum aliquid, ſi plurima † ſunt re
media defenſionis,ſeu iura cōpatibilia, & quæ poſſunt ſimul
ab aliquo intentari,ſeu proſequi: ei tempus currit: niſi proſe
quatur,vt hic. Si autem non poteſt proſequi ſimul,non cur-
rit: vt in contrarijs,& hoc niſi ſcienter,vel calumnioſe proſe
queretur,primo ius quod non cōpetebat ſibi: quia tunc cur-
rit: vt d.l.cum quidam,ff.quod vi aut clam.l. ſeruus. & ſem-
per videtur quòd calumnioſe, ex quo ſuccumbit.ff. de admi.
tut.l.tutor vel curator.ff.de app.l. negotiorum. niſi alias de
3 bona fide appareat.ff.eo.l.qui teſtamento.§.fin. † Sed quid,ſi
in primo caſu ignorauit ius ſibi competere? Videtur quod
debeat admitti: non obſtante lapſu temporis.ff.de pet.hęr.l.
Lucius.& ita videtur,quod hoc caſu debet admitti poſt quin
quaginta dies:vt not.in ſimili.C.de excep.& videtur expreſ-
ſum extra de excep.c.paſtoralis. Sed hoc non videtur verum
in iſtis §§. quia ſi de nouo poſt lapſum temporis, excuſatio
nata eſſet,non poſſet proponi,vt ff.eo.l.2.§.pen. Ergo ita pa
rum,imo multominus,ſi perueniat ad notitiam de nouo.Et-
enim hi duo caſus æquiparantur in c.paſtoralis. & hoc totū
videtur dicendum fauore pupilli; quia alias crederem quòd
ſemper deberet admitti,ſiue tempus eſſet præfixum ab homi
ne,ſiue a iure: vt not.Inno.& Hoſt.in d.c.ſed glo.ibi contra:
& in Spec.tit.de excep. §.nunc videndum.in tempore præfi-
xo ab homine. Sed quid,ſi certum tempus fuit præfixum,ad
omnes exceptiones proponendas,& ſunt contrariæ? Glo.di-
cit,quòd nihilominus poſt tempus poteſt proponere: vt no.
extra de reli.do.c.cum dilectus.Sed hoc non credo,per hunc
4 §.cum plures exceptiones,etiā † contrarię poſsint ſimul pro
poni,ſaltem conditionaliter.ff.de excep.l.nemo. & no. Dyn.
extra de reg.iur.c.nullus. Et idem dicerem de eo: qui perſe-
quebatur nullitatem ſententię quod poſt non poſsit appella-
re. Secus crederem in eo, qui dicebat rem venditam per co-
gnatum ad ſe pertinere,& ſuccubuit: quia poteſt petere tan-
quam proximus,& retrahere virtute cōſuetudinis, quamuis
annus ſit elapſus,niſi ſciens &c.l. cum quidam. ſupra alleg.
Quęrunt doct. & Iacob. & Pet.qui hic nihil aliud dixerunt.
5 Quid † ſi quis plures excuſationes propoſuit, vnam proba-
uit aliam non?Et dicunt quòd ſufficit illa enim clauſula,quę
tota die apponitur in libellis, proteſtans, quod non adſtrin-
git ſe ad omnia &c. apponitur ſuperfluo ſecundum ipſos: &
nihil allegat: tu autem pro illis alleg.ff. de appel.l.appellan-
ti.§.1.Sed certe non ſuperflue apponitur: quia euitatur op-
poſitio, de decretali.c.licet. extra de proba. quę videtur eſſe
contraria,ſed illa intelligitur, vbi ſe adſtrinxerat ad hoc, vt
ſatis not.extra de reſcrip.c.ex parte.

1 *Excuſationis, & appellationis differentiæ.* 3
2 *Nominare qui debeant.*
4 *Excuſatio ſcribenda.*
5 *Tempus lo gius remotioribus dandum.*
6 *Dieta legitima.*

2 QVI autem excu. a † In gloſ.ſed contra. in fin. quęrunt
1 doc.quis eſt effectus,an ſe excuſet,an appellet,certe magnus,
quia appellando cōqueritur de iniquitate iudicis: & ideo nō
ipſe,ſed alius cognoſcit.C.de app.l. eos. nō ſic quando ſe ex-
cuſat. Item quando appellat habet 10.dies tantum ad appel-
landum,ſed tutor habet quinquaginta,ad ſe excuſandum.Sed
quare diuerſum in tutore nominato, quam in alio? Dicunt
quidam,quòd in nominatione aliorum, interponitur decre-
tum,quod imitatur ſententiam.C.de app.l.nominationes. in
nominatione tutorum,non. Sed ipſi reprobant per l.natura-
li.ff.de confir.tut.& dicunt, ꝙ in nominatione aliorū ſit ple-
na deliberatio,& inquiſitio: ideo ſi male nominent,appella-
tur ab eis,vt eorū iniquitas detegatur.ff.de appel.l.1. In crea
tione autem tutorum non tanta, & eſt ratio, quia ibi non de
tanto agitur pręiudicio, ſicut in creatione magiſtratus, qui
multos habet regere,ſecundum eos. Sed hęc ratio non vide-
tur perpetua. Quid ergo,ſi cum magna inquiſitione creetur,
ſeu nominetur tutor? quod fit quandoq;: vt vidiſti ſupra de
ſatiſd.tu.& C.de auth.pręſt.l.fi. Pręterea, non requiritur, ꝙ
maior fiat inquiſitio in vno,quam in alio. Item poſsibile eſt,
ꝙ nominatus ad munus publicum, nominetur ad minus ne-
gotium,& minus periculoſum quam tutor: vt ſi nominetur
2 ad faciendum aliquod modicū opus reip. Propter † quod po
tes dicere ꝙ vbi quis nominatur ad aliquod munus,nomina-
tur per illos de ciuitate: vel per illos, quibus reipu. admini-
ſtratio commiſſa eſt:vt §.ſolent.& in auth. de defen.ci.§. in-
terim.C.de decur.l.nominationum.de leg.1.l. pen. vnde ille
appellare poteſt,& debet,& hoc merito:quia ſi haberet pro-
ponere excuſationes ſuas corā nominatoribus, ipſi eſſent iu-
dices in cauſa ſua,quod non eſſet iuſtum. Ideo lex ſtatuit, ꝙ
deuoluatur ad ſuperiorem per appellationem. Non ſic in no
minatione tutoris: quia nominanti nullum generatur pręiu
dicium,nec vtilitas emergit, ſit vel non ſit tutor. Ideo ipſe-
met excuſationē audit. Sed alias emergeret vtilitas, vel dam
num,ſi nominatus munus non acceptaret,vel eo oneraretur,
quia referretur ad eos, ideo non audiunt excuſationes, quia
3 ipſi ſunt pars. Pręterea † ſi tutor appellaret,nō eſſet,qui pro
ſequeretur appellationem pro pupillo,ideo melius eſt,quòd
ſe directo excuſet, & iudex qui dedit ſuper hoc videat ſum-
marie vocatis amicis.C.ſi ex fal.alle.l.1.in alio tamen caſu ip
ſa reſpu.proſequitur. In veterano autem eſt ſpeciale. ꝙ non
tenetur appellare.C.quando prouoc. non eſt ne.l.veteranus.
In gl.ita tamen in fi.hęc eſt opin.Azo. quę approbatur vbi-
que,& per omnes,& maxime in l.quinquaginta.ff.eo.vbi ple
nius de hoc no.in alijs autē muneribus,cauſa, non durat,niſi
per duos menſes.C.de temp.& rep. ap.l.1. dic vt ibi. In glo.
ſed nunquid.in fi. hęc vera. & vide quod no. in l.hoc autem.
& in §.fi.de l.pręcedenti.In glo.ſ.dando. in fi. quidam dicūt,
quod hęc quę hic ſcribuntur & per d.§.oportet. quod excu-
ſatio eſt danda in ſcriptis & per hoc,quia omnia acta in ſcri-
ptis redigēda ſunt.C.de appel.l. cauſas & l.a proconſulibus.
extra de prob.c.quoniam contra. Sed hoc argumentum non
eſt neceſſarium, quia non ſequitur, redigendū eſt in ſcriptis,
ergo pars debet in ſcriptis dare ſecundum doc.Iac.& Pe.qui
4 ſic tranſeunt. Quid † ergo dices? Ber.dicit, quid debet dari
in ſcriptis,extra de offi.dele.c.prudentiam. in gl. ex hoc lo-
co,& ita ſeruatur de facto. Credo tamen, quod ſi non detur,
non vitiatur proceſſus,cum hoc nō reperiatur iure cautum,
niſi in vna.C.de non nu.pe.auth.hoc autem.In gl.caueas. in
fi.hic non eſt difficultas, imo eſt facillimum ſecundum doc.
ſed adhuc remanet iniquitas,non obſtante prouiſione Scæuo
læ.nam ille qui eſt intra centeſimū lapidem, non habet tan-
5 tum † quantū ille,qui eſt in ciuitate, qui habet integros quin
quaginta dies,& illi detrahitur,quantū diſtat.Item,illi qui di
ſtant vltra 20. dietas,vel per 20.vel minus,non habent tantū
tempus,ſicut propinqui,quia rediguntur ad 30. dies ſi diſtēt
vltra 20.dietas.& ſi minus in diebus, computatur eis tēpus,
intra quod veniunt. Sed dic quod quanuis hoc verum ſit.ra-
tus eſt legiſlator,ꝙ habet tempus ſufficiens ad proponendas
excuſationes ſuas, & ideo ita vniformiter ſtatuit. Simile vi-
des,in eo qui habet teſtes vltra mare, & in prouincia, primo
dantur nouē menſes, alij tres,& tamen citius,& facilius, po-
terit habere in tribus menſibus de prouincia, quam forte de
duobus annis de vltra mare. Item nō fit differentia inter O-
rientales, Occidentales, & Mediterraneos, & tamen conſtat
ꝙ Mediterranei facilius poſſent habere,quam Occidentales,
vel de Oriente. Vel poſſes ponere aliud exemplum,ſecundū
doc. Nam vides, quod vbi partes ſunt de eadem prouincia,
præſcribunt adinuicem 10.annos, ſed de alia ſunt neceſſarij
20.anni. Pone ergo quod duo ſunt vicini, in confinio duarū
prouinciarum,habent tempus 20.annorū,& tamen ſunt pro
pinquiores ſibi,quam ſi alter eſſet in alio cornu eiuſdem pro
uinciæ. Sed hoc exemplum non bene placet eis,quia ibi po-
teſt dari alia ratio, quia forte in alia prouincia nō eſt quis ita
ſtipulatus conſilio,ſicut in ſua,& ita paratus ad litigandum.
Hoc exemplum eſt notabile, & quandoque de hoc dubita-
ui. Et poſſet argui,quod vbi ſunt ita vicini, ſecundū eos,ceſ-
ſat ratio legis, & per conſequens ipſum ius, & facit ff.ad Sil-
6 la. l.fin. de adul. ſi maritus,§.1. & ſcripſi.C.de præſcri.long.
b temp.l. fi. † Et no. quod legitima dieta b eſt 20. miliaria per

diem.ff.ſi quis cau.l.1.& ita debet computari dieta in decretali, quæ inhibet, quod quis non trahatur vltra dietam, ſecundum Iac.& Pet.Sed doc.iuris cano.dicunt quod debet intelligi de vulgari: vt no. extra de reſcrip.c. ſtatutum.§. cum autem. lib.6.& ibi Arch. [& vide extra eo.c. nonnulli, & quod ibi no. in antiq. poteſt dici, quod in Italia, & alijs locis, vbi ſunt miliaria.ſit vera opi.Ia.in alijs vbi non ſunt miliaria.: vt in Francia, opi. canoniſtarum.]

a Adnotatio. Qui autem excu. Vide hic Ang.
b Legitima dieta. Adde Fely.in c.olim.col.2.ver.etiam quod ſtantibus.extra de reſcrip.& in c.nonnulli.col.23.ver.collige etiam.eod.tit. & ibi, qua via debet attendi ſi ſunt multæ, an vſitatior vel breuior. vbi etiam ponit 11. caſus, in quibus non allegatur exce.de tractu vltra vnam dietam, & qualiter computetur, vide eundem in c. dilectus.col.8.ver..computentur dietæ. eod.tit.

1 *Procurator quando ad omnia datus.*
2 *L. ſi procurator. ſenſus.*

a DATVS.ᵃ Doc.Ia.& Pet.intelligunt hunc §.ſi bona ſint in eadem prouincia: alias quilibet iudex dabit in territorio ſuo per l.cum vnus.§.pen.dic plenius ſupra de attil. tut.§.1.
1 Per hunc.§. poteſt dici † quod procurator ſimpliciter conſtitutus videatur conſtitutus ad omnes cauſas:vt ff.de tut.l.qui habet.§.fi.contra.ff.de procu.l. ſi procuratorem. vbi alia forma datur. Et hoc videntur tenere Iac.& Pet. Dicunt tamen, quod qui vellet tenere cõtrarium, poſſet bene reſpondere ad
2 l.illam. & ſic tranſeunt. Sed dic,quod illa loquitur † quando ad certam cauſam datur procurator: quia ſi generaliter non poſſet habere locum: & ita vſus approbat: vt no. in Spe. de proc.§.ratione autem formę. ver. ſed quid ſi procuratoriũ? & videtur hodie expreſſum extra de proc.ca.1. in cle.

a Adnotatio. Datus autem. Summatur, vt ſecundum Aret. hic.

1 *Idem reſcripſerunt. ratio, & ſenſus.*

IIDEM reſcripſerunt. Ad hunc §.concor.l.maritus. hic allegata.ff.de cu.fu.l.virũ. ſed poteſt eſſe procurator, vt hic
1 not. Et eſt ratio: quia non de tanto † præiudicio agitur,cum poſsit faciliter reuocari: & per hoc videtur, quod poſsit eſſe procurator ad vnam litem,& forte hoc caſu loquitur.l. licet. & iſte §.in hoc,quod dicunt de excuſatione: niſi intelligas cum glo.quod hic excuſatio accipiatur improprie, quod videtur verius: quia alias nocuiſſet immiſtio: vt ff.eo.l. non tantum.§.vacare.& l.3.C.ſi ex fal.alleg. hanc opi. quod poſſit eſſe ad vnam litem,tenet Spe.ti.de tu.§.viro.ver. ſed nunquid vir.Sed vitricus poteſt eſſe priuignæ tutor, vel curator. C.de contra.iudic.tute.l.fin.vel ſocer,vel nurus.l.licet.C.de excuſatio.tuto.

1 *Sententiam erroneam tenere.*

SI QVIS autem. De materia huius.§.dixi. ſupra qui.ex cau.ma.§.ſemel.tñ quantũ tangit materiam hanc tutorũ po-
1 tes dicere, † quod leges quæ dicunt,quod ſentẽtia lata ex falſa cauſa,& quæ eſt contra ius partis,vel erronea errore nõ expreſſo,tenet: quod fallit in hac materia: vt hic & ff.eod. qui teſtamento de min.l.verum.§.ex facto.nec diſtinguo,an fuerit defenſus,vel non,quamuis tex. innuat contra.C. ſi ex fal. alle.l.1.& hoc totum fauore pupilli, vel minoris. Nam quoquomodo erratũ fuerit.etiam in facti cauſa,nullum eſt,quod agitur.ff.de tu.& cur.da.ab his.l.tutor ſi petitus.

## De ſuſpectis tutoribus. Rubrica.

1 *Actiones famoſæ.*
2 *Suſpecti accuſans quando ſe inſcribat.*
3 *Turpillianum quando ceſſet.*

a SCIENDVM.ᵃ Primo ponit dictum generale. Secũdo per quos. Tertio,qui remoueri. Quarto,qui hoc poſſunt requirere. Quinto,ex quibus cauſis. Partes patent in litera. In gloſ. ex quo.in fi.dicunt doct. quod propterea non bene probatur: quia licet condemnatus ſit infamis,non propter hoc ſequitur, quod actor debeat ſe inſcribe-
b re:ᵇ nam ſicut videmus,in actione mandati † depoſiti, & in-
1 iuriarum,in quibus reus efficitur infamis,ſi condemnetur,tamen nullus diceret, quod agens debeat ſe inſcribere: & ideo videntur in hoc remanere,quod non ſit opus inſcriptione;& idem tenet C.eod.tit.l.vlt.ſed ipſi non euadunt ſecundam rationem glo. quæ eſt,quod pœna corporalis imponitur.ff.eo.
2 l.3.§.ſolent.de of.præfe. vrb.l.1. † Sed potes dicere,quod cũ ex omni crimine: poſsit agi criminaliter, & ciuiliter:vt ff.de priua. delic.l.fi. quod ſi quis agat ciuiliter ad finem quod remoueatur pro vtilitate pupilli: tunc non ſit locus inſcriptioni: alias ſi concludat quod remoueatur,& puniatur, videtur quod ſit locus,per d.l.fi. & ff. ad Turp.l. & in priuatis. de iniur.l.qui iniuriarum.C.de accu.l.fi. & punitur arbitrio iudicis: vt not.d.l.priuatis.& ſcripſi in d.l.fi. Vnde cum reperiatur iſtud exceptum,quomodo excipiemus? bene tamen repe-
3 ritur in iſto ſpeciale, quod † deſiſtens non incidit in Turpillianum.ff.ad Turpil.l.2.§. ſuſpecti. per quam l.doct. fuerunt moti: ad prædicta dicenda.

a Adnotatio. Sciendum. Diuide iſtum titu. ſecundum Aret. Et pone caſum, vt idem hic.
b Se inſcribere. Iſtam quæſtionem,ponit hic Aret.in 1.colum.in ver. in glo. ex l.Item,quod ſi accuſator,deficit in probatione, an in eadem ſententia qua reus abſoluitur,poſſit accuſator damnari de calumnia? & dicit Ang. & Chriſtoph.quod ſic. ſed pone,quod iudex in ſententia abſolutoria,facta de tutore, non condemnauit accuſatorem de calumnia, vtrum poſſit ex nouo proceſſu condemnari? Vide de hoc Ang. hic.

1 *Delegatorum datio & poteſtas.*

DATVM EST. In gl.1.delegato.in fi.gl.infert hic,quod hi duo poſſunt cognoſcere,& remouere? alij,nec cognoſcere,nec remouere, & idem.ff. eo.l.1.§.1. ſed in l.ſolent.ff. de
1 of.præfe.vr.dicit quòd alij † poſſunt cognoſcere,ſed non remouere.nihil ad te: quia hodie omnes ordinarij, cum ipſos abeſſe contigerit: poſſunt facere vicarios, quia omnia poſſunt,quæ ipſi poſſunt,præter mortis illationem, vel membri abſciſsionem: vt in authen. vt nulli iudi.§. ad hoc prohibemus,vt no.de offic.proconſ.l.aliquando.

1 *Patronus qui ſuſpecti accuſandus.*
2 *Infamiam per ſententiam non tolli.*

OSTENDIMVS. In glo.ſed qualiter.in fi. hoc non placet doc.Ia.& Pet.quia obiectus doli facit infamem:vt no.infra eo.§.ſuſpectus,propter quod dicunt ipſi parcẽdum: quia
1 actio verbis temperabitur:quia ſi † petens patronum,a tutela remoueri,dicat,patronum dolum commiſiſſe,iudex ipſum non audiet: ſed ſi alias dicat,eum male adminiſtrare, ſed per aliam actionem admittetur.ff. de dolo.l.non debet, pro ipſis facit ff. de obſeq.l.ſi parent. in fi. Vel poteſt dici ſecundũ Iac. quod patronus condemnatus ex cauſa famoſa,nõ ſit infamis. ff.de pub.iud.l.fi. Sed huic non obſtarent.l.non debet.& l.parens.§.fi.quæ ſupponunt,ꝙ eſſet infamis. & l.illa finalis habet cauſam ſingularem,propter iuſtum dolorem. Forte poſſet dici,ꝙ famæ ſuæ parcatur, propter l.quæ ſibi parcit. Vel poſſet dici,ꝙ ſi dolus probetur non remoueatur,ſed curator
2 adiungitur,vt l.ſi tutor.ff.de ſuſpec.tu.& ita ei parcitur.†Sed quid ſi remouetur vt ſuſpectus,forte dolo probato, iudex tñ in ſententia reſeruauit ei famam,nunquid eſſet infamis? Videtur quod non,per hunc §.ff.de tut.l.generaliter. de leg.3. l.ſi quis.§.miles.de bo.li.l.ſi pater exhæredatus. In contrarium.ff.de fur.l.nõ poteſt.ad Tur.l.1.§.1.de diuer.offi.l.quicunq; & videtur expreſſum.ff.de iniur.l.diuus. & per hoc videtur,quod ſi iudex pronunciet notariũ falſarium,quod non poſsit ei famã reſeruare: nec quod poſsit facere inſtrumẽta.

CONSEQVENS. In glo. ideo, in fi.non eſt proprie publica: nec deſiſtens incidit in Turpillianum.ff.ad Turpil.l.1. §.ſuſpecti.iuncta l.ſi quis repetere.§.1. In glo.etiam in publico,in fi. hoc contrarium meruit ſignari, non tamen decipiat te glo.ſed intellige eam,vt no.ff.de in litem iur.l. in actionibus. ſuper verbo, ex magna cauſa.

SED & ſi qua. Sed an debet, ſe inſcribere hoc caſu: quia de patre non eſt dubium,quod non,vt l.de criminine.C. qui accuſ.nõ poſ.ſed in hoc caſu,videtur quod ſic, per ea quę ibi no.iuncto eo,quod ſcripſi ſupra in prin.& illam glo. ſequuntur doc.iuris ciuilis.Sed doc.iuris canonici tenent,quod non vt in ſum.Hoſt.de accu.§.ſi quis poſsit,& vide in Spe. de accu.§.item ver.& quod mulier,vbi plene enumerantur caſus, quibus mulier admittit.inter quos eſt vnus,iſte qui eſt hic.ff. ad l.Iul.maie.l.in quæſtion.ff.de accu.l.2.& l.mulierẽ.2.q.1.

prohi

c.prohibentur,§.mulierem,dic vt ibi.

Svspectvs autem eſt.Quid ſi nullo modo gerit, expreſſum,eſt,ff.eod.l.hæ enim, §.fin.Poſſunt enim remoueri, ſed non accuſari, vt ibi patet. Et not ꝙ peius facit qui gerit & male,quam qui nullo modo gerit,ff. de actio.emp.l.ſi iteri lis,§.cum per venditorem,ſecundum doct.Iac.& Pet.melius hoc probatur,ex his quæ no.& ſcripſi ſuprà de ſatiſda.tut.§. ſciendum,& hoc tangit glo.ſatis hic.

1 §.*Suſpectus ſenſus.*
2 *Iudicis officium quatenus infamet.*
3 *Culpam infamare, quatenus verum.*

Svspectvs autem remotus.In glo.exceptio,in fi.melius, ff.de pęn.l.ſi præſes, ſecundum doct. Iac.Pet.& caue: quia hæc gloſ.procedit ſecundum primam opi.Azo. quæ eſt infrà gloſſ.proxi.de qua ibi dices. Quia ſecundum opin.quæ eſt in d.gloſ.eſſet diſtinguendum, an obleuem, an ob(quod hic)latam, & iunge hoc quod no.j.in gloſſ.1. non ſimiliter. Sed contra hanc glo.& opi.doct.qui eum ſequuntur op.de l. milites agrum,§.miſsionum,ff.de re mili. Sed illam intellige ſecundum hanc diſtinctionem, vt no. ff.de his qui no.infa.l. 2.§.eſt enim,in glo.no.quamuis videatur fieri calumnia textui,&c.Item dic,ꝙ ea quę hic dicuntur,†non procedunt vbi tutor remouetur officio iudicis, quia officium iudicis non
1 infamat:a vt no.ff.eo.l.3.§.tutor,qui,C.de mo.mul.l.1.quam Din.ſequitur per l.quam gloſſ.alleg.in d.§.præterea,C.ſi tu.
2 non geſ.l.1. Sed Spe. dicit quòd † iudicis officium infamat, vbi propter delictum pęna infligitur, in Spec.de ſen. §. ſpecies, ver.eſt autem, & verſi.quid ergo.Credo ꝙ infamet ſaltem infamia facti, C.de his qui no. infa.l.verbum.Et poteſt probari, quia aduocatio, quæ fit officio iudicis, ff.de requir. re.l.infamat. C. de requi.re.l.3.& ibi not. & videtur expreſſum, ff.vbi pup. edu.deb.l.fi.ibi cum dicit: tali not.&c.Et ſic potes intelligere has opi.ſ.ut non infamet, infamia iuris,ſed facti,& facit quod no.infrà in gloſſ.1.non ſimiliter,in fin.In glo.ſ.leuem, ibi cum dicit leuiſsima,hæc gloſſ.non eſt bona, quia tutor de leuiſsima non tenetur. argu. C. de arbit. tut.l. quicquid,& ibi no.in gloſ.quæ eſt huic contraria.In ea.gloſ. cum dicit,vt non fiat infamis,cum famæ amiſsio morti cum paretur,ff.de ma.vin.l.iuſta & hoc videtur probari in l.in actionibus.§.ſed in his, ff.de in li.iur.Sed obſt.d.l.fin.vbi pup. edu.deb.Sed ſaluando glo. potes dicere,ꝙ loquatur de infamia facti:vt ſ.dixi.Et ſi hanc opin.teneas reſtringas, & ſubaudias tex. C.de tu.qui non ſa.de l.2. & hæc ſatis vera. C.de tu.l.fi.& hic.In gloſ.non ſimiliter,tota hæc glo.procedit ſecundum opi.illorum, qui dicebant ꝙ lata culpa infamat, de quo ſupra gloſſ. proxi.ſed tenendo opi. Az.non eſt differentia inter latam, & leuem: vt ibi dixi.In ea glo.ibi cum alleg.
3 l.latæ,ſed ſecundum† hoc omnes de mundo ſunt in lata culpa, quia nullus omnia iura ſcit, maxime ex improuiſo. Sed doct.intelligunt, quòd ſit hoc verum,de iuribus vulgaribus, & communibus, & quæ frequentantur ſatis in facto. ſecus forte de materia, de manumiſsio, & de vulga.In ea.gloſſ.ibi cum alle.§.notatur.vult dicere, quòd quis per ſententiam infamatur,damnatus ex lata culpa,non infamatur:ſed vbi ipſo facto,tunc ex lata culpa fit infamis,& in illo caſu loquitur §.contrarius, qui non meruit ſignari, ſecundum doct.In fin. eiuſdem gloſſ. poteſt addi quartus in criminibus priuatis. nam d.l.loquitur de publicis: vt no.ff.de ver.ſignifi.l.magna & patet C.de iniur.l.ſi nõ conuitij, & hoc quo ad infamiam ſed quo ad dandam actionem de dolo æquiparantur,ff.de incen.rui.nauf.l.qui ædes,& l.ſi fortuito,ſi quis teſta.li.eſſe iuſſus.l.1.§.non autem.

a Adnotatio.Non infamat. De hoc vide hic, per Angel.finali quæſtione latius.Item dicit hic Ang.quod a principio,in annis poteſt dari tutor,ad ſimilitudinem procuratoris,& etiam poteſt eſſe tutor legitimus,quod not.

a Si quis autem.a In glo.ar.in fi.doc.diſtinguunt an accuſetur de mala adminiſtratione, & tunc interdicitur. Si de alio crimine non: vt ff.de ſolu.l.quamuis. De iure vero canonico non interdicitur, etiam in primo caſu, niſi demum facta informatione de dilapidatione: vt extra de ſimon.c.licet Hely.& ibi Inn. de offi.deleg.c.venerabili,& ibi per glo.

a Adnot.Si quis autem.Pendente accuſatione, interdicitur accuſato adminiſtratio. quod ſi deceſſerit. extinguitur accuſ.h.d. ſecundum Areti. Sed a quo tempore interdicatur ei adminiſtratio,vide hic per Are.

1 *Suſpecti lis quatenus duret.*
2 *Actionem, ceſſante cauſa, ceſſare.*

Sed ſi ſuſpecti.In gloſ.quia non niſi,in fi.quidam tamen
1 dicunt,†quòd durat lis propter expenſas. quamuis extinguatur,quo ad principale, C.ſi reus vel accuſ.mor.fue.l.3.ſed ſecundum Iac.& Pe.illa facit magis ad contrarium: quia obtinet vbi ſuper bonis erat expreſſa quæſtio. Si autem acceſſorie non durat, etiam propter bona:vt ibi patet.& l.2.eo.tit. ff.de iure fiſci.l.Lucius, ſed melius facit ff.de rei vend.l.vbique,ſed illa non dicit,quòd duret propter expenſas,ſed propter fructus, & partus, & ſtipulationem de euictione,ſed an propter expen.non aperit. Vnde non videtur ꝙ propter expen.debeat durare per hunc tex. vbi extinguitur, & ff. eo.l. poſt finitam, vbi dicit,ſoluitur, vnde poſt dimiſſum negotiũ nefas eſt,&c.C.de fruc.& lit.expen.l.terminato,& hæc procedunt,quando agitur de re, quæ nullum habet intereſſe cauſa finita, vt de accuſatione, quia non agitur ad dandum ſibi aliquid, ſed ad meram vindictam,& in re non tranſmiſsibili ad hæredem. Sed ſi agatur inter duos, de cauſa beneficiali, vel ſi ſit contentio de aliquo officio, non videtur ꝙ hæredes teneantur, nec poſsint proſequi: imo quo ad defunctum ex-
2 tinguitur cognitio:extra,vt lite pend.c.2.lib.6.Et ideo†videtur ꝙ ſi mulier agat ad dotem, quia vergit ad inopiam: ꝙ ſi pendente lite, efficiatur locuples, quod ceſſat actio.ff. ſolu. mat.l.ſi conſtante,§.fi. In rebus autem acquiſibilibus agenti, & tranſmiſsibilibus,non puto quòd extinguatur actio ſemel quęſita,quamuis deſierit intereſſe,ff.ſi quis cau.l.qui autem. §.1.cum multis alijs concord. quæ ſunt ibi.

1 *Tutoris fugientis compulſiones.*
2 *Pupillus, patre mortuo, a quibus alendus.*

1 Si qvis tutor.† In text.ibi cum dixit,vt alimenta pupillo,&c.eo enim quod ſubterfugit præſumitur contra eum. ff. de ſuſpec.tut.l.impuberibus.§.fi. & l.ſeq.& no quod præſumitur contra fugientem. ff. de lib. cau.l. quod autem diximus.C.vt omnes tam ciu. quam mil.l.1. de aſſeſ. l. conſiliarios,de omni agro deſerto.l.locorum.in authen. de exhib.& intro.re.§.ſi vero ſemel.ver.ſi vero etiam, vſqueadeo, quod poteſt ſupponi quæſtionibus, vel indici duellum: vt not.in Spe.de accuſ.§.ſequitur.ver.quid autem.ſi non tamen habetur pro conuicto:vt no.C.de requi.reis.l.1.de fal.l. vbi. Et ſi qñ reperias haberi pro conuicto, dic ſpeciale.Et põt dici per hunc.§.quod vbi proceditur ex officio,poteſt procedi ad ſententiam lite non conteſt.ſecundum doct. ff.eo.l.ſi. hoc eſt expeditum de iure cano.extra vt lit.non conteſt.c.quoniam fre
2 quenter.§.in alijs.†In glo.quid ſi non.in fi glo.videtur velle. ff.eod.l.fi. quod mater nutriet intra triennium.Tu potes dicere ꝙ in caſu iſto, quando non habent patrem: neç habent, de quo viuant: ꝙ mater & ſuperiores tenentur alere:vt ff.de alẽdis lib.l.ſi quis a liberis,§.1.dic vt ibi.vide plenius vbi ſcripſi,C.de pat.po.l.nec filium.extra de conuerſio.in fide.c.fin.

1 *Tutorum qui magis delinquat.*

Libertvs quoque.In gloſſ. ob hoc.in fi.hæc gloſ.videtur ſentire quod ob hoc reuocetur in ſeruitutem,ff.eo.l.2. diſtinguitur,aut nil geſsit: & tunc reuocatur: aut geſsit, & male: & tunc non, per l. ingratus. ff. de iure pa. vbi tenet idem. Contra quia magis delinquit, qui male gerit, quam qui nullo modo, vt ſcripſi ſupra de ſatiſda.tu.§.ſciendum.ſu
1 pra eod.§.ſuſpectus autem.Sed dic, † quòd magis delinquit quantum ad arguendam perfidiam:ſed non quantum ad contumaciam & ingratitudinem, quæ ex ea peruenit. Vel dic, ꝙ non reuocatur in ſeruitutem, niſi quando denegat alimenta.Et videtur notari in d.l.ingratus.tunc enim eſt impius,& homicida.ff.de lib.agn.l.necare. Super tex.ibi cum dicit,puniendus.hoc verum in vrbe, ſed in prouincijs ad præſides ſupra de Atti.tu.§.ſed hoc iure.ff.ad Turpil.l.1.§. ſuſpecti.

1 *Venditori quid ſufficiat.*
2 *Pretium poteſt retineri.*

NOVISSIME. In gloſſ. 1. nominandi, in fin. vel dic. i.
1 malitioſe, & inſidioſe. ff. eod. l. 3. §. nunc videamus. † In gloſſ.
facit in fi. doct. dicunt, ꝙ ſufficit venditori, ſi de euictione ca
ueat, & cauebit cum fideiuſſoribus, C. de euic. l. fi. poſt perfe
ctam, ff. de peri. & con. rei vend. l. habitationum, §. fin. de ex-
cep. doli, l. fin. §. ex quadrante, & cauebit nedum de apparen
ti euictione in limine contractus, imo & de alia, ff. de reſcin.
ven. l. fin. & ibi de hoc. Idem dico, de vitio ſi ſit dubium: ſi ta
2 men† ſit notorium & euidens, poteſt pretium retineri, ff. vt
in poſ. leg. l. ſi is a quo, ſecundum eos. Satis poſſet dici idem,
ſi euincens haberet ius notorie: & hoc forte vult dicere glo.
hic de act. emp. l. emptor.

SVSPECTVM. Vide hic, quæ ſcripſi s̃. de excu. tut. §.
ſed & propter paupertatem, dic vt ibi, &c.

# INCIPIT LIBER SECVNDVS INSTITVTIONVM, DO. IOANNIS FABRI. I. V. D.

### *De rerum diuiſione.* *Rubrica.*

1 *Seruitutes ſint, aut non conſtantes.*
2 *Tranſmiſſibilia cum omnibus bonis transferri.*
3 *Decima cum bonis tranſmiſſibilis.*
4 *Feudum qui alienabile.*

1 SVPERIORI libro de. † In glo. talis diui-
ſio, in fi. gloſ. vult dicere ꝙ non poteſt cen
ſeri tanquam per ſe ſtans, & hoc bene ve-
rum, in cauſali ſeruitute, quæ formata nõ
eſt: quia quamuis fundum habeas, in quo
poſſes conſtituere alijs ſeruitutem, non ta
men habes ſeruitutem formalem, nec ius
ſeruitutis formatum, quod ſit in bonis, vel extra bona, Vel
dic, quòd etiam poteſt intelligi in forma reali, quia illa per ſe
non cenſentur, cum non poſſint acquiri, nec transferri ſine
re ipſa, & multo minus perſonales. Vnde per ſe non cenſen-
tur, cũ non poſſint ſtare, ſed cum re, vel perſona cuius ſunt,
ff. de vſucap. l. ſi aliena, §. hoc iure, ff. de contrahen. emp. l. ſi
aquæductus. Quicquid ſit, lex illa loquitur de vſu vel vſufru
2 ctu alterius ſeruitutis legato. † Quid ergo ſiquis dedit omnia
bona ſua, vel totum patrimonium ſuum, nunquid veniunt
homagia, reditus, & alia iura incorporalia? videtur ꝙ non,
quia ſunt in bonis, vel in patrimonio per l. prędictam, & pro
hoc in feu. ſi de feu. contro. fue. c. in generali, de capi. qui cur.
ven. c. 1. Dic ꝙ tranſeunt bona, quæ transferri, debent etiam
de ſe: alias ſingulariter non poſſent transferri: vt l. quædam,
ff. de acqui. re. domi. ff. ſi ſerui. vend. l. teſtatrix §. 1. de ſerui.
ruſti. prædio. l. vna eſt via, de contrah. emp. l. in modicis, &
ff. de actio. emp. l. creditor, §. fi. extrauag. de iure patrona. ca.
ex literis. & hoc de illis quę tranſlatione non committeren-
tur, quia de illis non eſt veroſimile, ꝙ transferri vellet, vt in
3 c. in generali. ſupra alleg. Et ideo† credo, ꝙ ſi quis daret om-
nia bona laico, quod non videtur dare decimam, quæ non ac
quiritur per tranſlationem, ſecus ſi eccleſię cui acquiri poſ-
4 ſet, & vide quod no. in d. c. ex literis. † Itẽ credo etiam, quod
cum hodie de conſuetudine regni Francię, feuda alienari
poſſint etiam ſine voluntate domini, licet dominus habeat
ius retinendi pro pretio, quod veniant in generali alienatio-
ne per leges prędictas, cum ceſſet ratio dictorum capitulo-
rum, & idem de mero imperio, & no. in quadam a deditio-
ne, ff. de offi. pręfe. vrb. l. 1. §. initio.
QVAEDAM enim. In quo differat, commune, a publico:
vide infra, §. littorum.

1 *Communia quæ durauerint.*
2 *Maris occidentalis natura.*
a ET quidem. a In gloſ. 1. iure gentium, vel potes dicere, ꝙ
1 cum omnia eſſent de iure† naturali cõia, & poſt iuſgen. domi
nia repererit, in alijs rebus, quam in his quibus nihil immu-
tauit, ꝙ primęuo iure naturali, hęc remanent cõia, j. eo. §. fe
rę. & vide diſt. 8. c. quo iure, alias non eſſet differentia, inter
publicũ, & cõe, ſicut j. ſubiungetur. In gl. 1. de cęlo, hęc expo
ſitio, videtur ſatis extranea vnde poſſet dici ꝙ ipſa aqua, quæ
currit, eſt elementum. In glo. 1. per conſequens in fi. non no-
2 uit naturam maris† occidentalis, quę in plenilunio equino-
ctiorum creſcit, in tm̃ quod qñque cooperit prata, & ripas,
vnde eſt dicendum, quod illud ſit commune, ff. de flu. l. 1. §. ri
pa. Vnde tene primam rationem, quæ eſt in prin. glo. & vide
infra eo. §. eſt autem littus.

a Adnot. Et quidem. Quærit hic Ang. & Chri. ſi contractus eſt celebratus in
mari, vel delictum commiſſum, quis ſit iudex. video eos hic.

1 *Maris littori non ædificandum.*
2 *Mare quo iure commune.*

NEMO igitur. In glo. 1. cõia, in fi. hęc glo. videtur contra
hunc tex. duntamen villis, &c. qui uidetur prohibere, uillas,
monumenta, & cętera ędificia. Præterea, ſi intelligas ſicut
gl. intelligit hunc uer. quia non ſint iuriſgen. &c. in ędificijs
factis inferretur, quod mare ſit cõe de iuregent. quod tex. ne
1 gauit s̃. proxi. §. Vnde † potes dicere, ꝙ nullus poteſt facere
uillas, monumenta, ædificia perpetua in littore maris, ex qui
bus incommodetur uſus, & hoc vult dicere iſte. §. ff. de acq.
rer. do. l. quamuis, & l. quod in littore, ne quid in loco pub. l.
littora. & l. in littore. ſed caſulas modicas, ſic. j. eo. §. littorũ.
& tunc ſequitur, quia non ſunt ſub littore iuriſgen. vt cadat
2 in domino. Sicut† & mare, ſub. non eſt iuriſg. quo diſtinguun
tur dominia: ſed commune de primęuo iure naturali. vnde
quamuis ponens caſellam ſit dominus materię ſuppoſitę,
nunquam tamen litoris, vt legibus ſupradictis. & d. l. intan-
tum, & ſic intellige ff. eod. l. nemo. vbi eſt iſtę §. de uerbo ad
uerbum, & propter hoc in d. l. quamuis. dicitur quod debet
interponi decretum, & debent uocari uicini, alias poteſt pro
hiberi, uide ut ibi.

1 *Flumen publicum, qui accipiendum.*
2 *Piſcator quouſque cæteros vetet.*
3 *Domum altius tolli vetari ne poſſit.*
4 *Piſcari ne vetent barones.*
a FLVMINA. a In glo. ſcilicet perpetua. in fi. † Caue, quia
1 publicum eſt, ſiue fluat continuo, ſiue non, dumtamen ſit pe
renne, ſed priuatum, quando nõ eſt perenne, ſi forte de quin
que, uel de ſex annis, uel de pluribus non contingit, quod
fluat. & ideo torrens qui fluit tantum in hyeme, & qualibet
hyeme, eſt publicus, vt poteſt colligi ex d. l. 1. ff. eod. §. item
fluminum. cum §. ſeq. cum notatis ibidem. Quid ergo de ri-
uis perennibus? Videtur quod ſint publici, in §. item flumi-
num. quamuis diſtinguatur a fluminibus, vt in §. 1. ead. l. In
glo. nec qui fuit primo, in fi. Quidam intelligunt opinionem
Ioan. And. quod loquitur quando ille qui piſcabatur, erat in
2 † actu piſcandi, quia quandiu eſt, poteſt alios prohibere. Sed
iſte intellectus, non videtur ſufficiens, quia ſic nihil faceret
præſcriptio, vt l. quod in littore. ff. de acq. re. do. Iac. & Pe.
intelligunt, quod ſi quis pluribus annis piſcatus fuerit, &
alios prohibuerit, quod quærit ſibi ius, & poteſt alios prohi-
bere, ſed ſi non prohibuiſſet, quamuis frequentiſſime &
quod tot annis ſolus piſcatus fuiſſet, non quærit ſibi ius alios
3 prohibendi. † Simile in illo, qui tenuit domum depreſſam,
qui non poteſt prohiberi eleuare, niſi alias prohibitus fue-
rit, vt C. de ſer. & aqua. l. 1. ſecundum eos, ff. de ſer. ruſt. præd.
l. qui luminibus: & ibi no. bene dicunt, ſed non reſpondet ad
l. fin. de vſuca. quæ de nihilo ſeruiet, ſi hæc opi. eſſet vera,
quia hoc eſt regulare, in rebus etiam priuatis, quod nun-
quam quis quærit ſibi ius in iuribus, quibus fas eſt uti omni-
bus, niſi a tempore, quo alios prohibuit, ut ff. de aqua quo. l.
fi. & uidebis magis late in materia de ſerui. & aqua. ſic in re-
bus publicis nihil inducitur ſpeciale. & illa lex finalis facta
eſt pro

eſt pro nihilo. Tu potes dicere, quod nunquam præſcri-
bantur talia iura: vt d.l.fin. ſed tamen de conſuetudine poſ-
ſunt acquiri, vnde ſi pluribus annis piſcatus ſolus fuerit quis,
& alios prohibuerit, ſciente populo, & non contradicente,
vr̃ ꝙ poſsit ſibi ius quærere ex tacito conſenſu populi, &
ſic intelligo.ff.de iniur.l.iniuriarũ.§.fi.cum l.ſeq. Et videtur
expreſſum, ff.quod vi aut clam.l.3.& 2.ver. hoc ita verum.
Vnde aliud eſt conſuetudo: aliud eſt præſcriptio, vt dixi in
§.ex non ſcripto.ſupra de iure nat. Et ita vides obtinere ho-
die de conſuetudine regni Franciæ vbi ſunt piſcariæ, & de-
4 fenſæ in multis locis fluminum. † Quid ergo de baroni-
bus, qui prohibent piſcari in fluminibus? dicunt doct. ꝙ nõ
poſſunt de iure prohibere, ſed eodem errore, quo dicũt ſe do
minos, & imperatores in terra ſua: vt C.de ſtud.lib.vrb.Ro.
in rub. videtur quòd poſſunt in hoc facere: quia Imperator
hoc poſſet. ff. de ſerui. l. ſeruitutes, & tamen ibi dicitur, ſine
incommodo. Ego credo, ꝙ barones qui ſuperiores habẽt hoc
non poſſunt facere, ſicut nec præſides, vt d.l.3.§.plane.ff.qđ
vi aut clã.niſi conſuetudo pinguius ius eis tribuat, & ita ſer-
uat curia Franciæ. In gl.in communi.in fi.vult dicere ꝙ ius
piſcandi, non ſit publicum, licet ipſum flumen ſit publicum,
ſed contra infra.§.riparum.& vide infra §.littorum.

4 tale ſignum,cum † tali charactere appoſui, quo vtor,non vr̃ adhuc ſufficere,quo ad fidem faciendam:niſi alias adminiculetur,vt dictũ eſt: quia quicũque ſcriptor poſſet hoc apponere,& alio ſigillo:vt dictũ eſt ſigillare,& eſſet aperta via fraudibus patenter.Sed quid ſi alieno ſigillo ſigillauit.& hoc exprimatur in litera?Videtur hic expreſſum, quod valeat lite-
5 ra.Et faciat fidem.Sed poteſt dici contra:† quia nõ facit fidẽ: niſi probaretur per teſtes.quos apponi fecerit,& hoc dico ratione,qua ſupra,quinimo poſſet dici,ꝙ quamuis probaretur, ꝙ feciſſet apponi,ꝙ non faciat fidem niſi contra ſeipſum.nã ad hoc,quod ſcriptura ſit authentica,& faciat fidem,requiritur quod habeat formam:videlicet ſubſcriptionis,& ſignũ tabellionis:vel ſigillũ authenticum:& quo ad hoc parificantur inſtrumentũ publicũ, & litera ſigillata:vt patet d.c.1.de fide inſtr.ſed inſtrumentũ de manu,vel ſigno alterius conſignatũ non valeret:vt patet in authen. de tabel.§. nos autem. ergo ſigillũ alienũ non facit fidem.vt §.ſignũ.ſuprà alleg.& iſte §. ver.ſed alieno, loquitur in alio caſu quem prædixi.Imo plus credo,ꝙ quamuis credatur literæ ſigillatæ , vel de conſuetudine, vel de iure,ꝙ non crederetur ipſi ſigillifero:niſi oſtendatur litera ſigillata,extra de probat.c.cum a nobis.C.de ar-
6 bitr.l.ne in arbitris.Vel forte † poſſet dici,ꝙ ſi habens ſigillũ authenticũ,faciat apponi aliud ſigillũ authenticũ in abſentia proprij,qđ facit fidem:ſecus ſi priuatũ:vt auth.de tabel.§.vt tamen,& facit quod ſcripſi de Attil.tu.§.nos autem.& ſic poteſt intelligi extra de offic.ordi.c.2.lib.6. & vide ibi per Archi.quamuis poſſet dici, ꝙ ibi facit fidem in facto illorũ, qui faciunt apponi, quo caſu, ſine dubio facit fidem.Sed in facto
7 mere extraneo, poſſet eſſe vera opinio, quam prædixi. † Et not.ꝙ creditur ſigillo , ſeu literæ ſigillatæ.Super hoc tamen dic,ꝙ aut eſt puiuatũ:& tunc non creditur, niſi contra priuatum.C.de re.alie.l.2. de proba.l.inſtrumenta.ff.de procu.l.ſi procuratorem abſentem,aut eſt authenticũ,& fuerũt opinio. Nonnulli dicunt,ꝙ vni nõ creditur,ſed pluribus,& pro hoc Arch.extra de elect.c.vt circa.lib.6. Alij,ꝙ vni ſoli creditur, & de hoc in Spe.de proba.§.ſi.ver.10.Verius vr̃,ꝙ vni credatur,dũ tñ ſit authenticũ,quia iura,quæ de hoc loquũtur,non dicũt ſigilla in plurali, ſed ſigillo in ſingulari,vt patet d.§.2. extra de fide inſtr.de offi.ordi.ca.2.de ſen.excõ.c.cũ medici-
8 nalis.li.6.de prob.c.poſt ceſsionẽ.in antiquis. Sed † quid ſi litera continet,ꝙ duo ſigilla debeant apponi,& non fuerit appoſitũ,niſi vnum,illud tamẽ eſt authenticũ,an faciat fidem? Non videtur ex quo contrahentes vtrunque apponi voluerunt,ad hoc ſe quodammodo aſtringentes,extra de proba.c. licet.Sed dicas contra.C.de teſta.l.teſtamentum.& in c.licet
9 aſtrinxerat ſe expreſſe, vt ibi notatur extra de reſcr.c. 2.†Sed quid vocas authenticum ? Satis poteſt dici,ꝙ ſit authenticũ
a ſigillum cuiuſlibet ordinarij. a Etenim acta facta coram ipſis faciunt fidem, ſicut ſi coram tabellionibus in forma publica redacta eſſent , C.de ſacroſanct.eccleſ.l.iubemus.§. his quoque iudicibus.de ma.vin.l.1.de pac.l. pacta nouiſsima.de teſta.l.omnium.& l.ſancimus.Sed ob.extra de fide inſtrum.ca. cum dilectus.vbi videtur ſigillum regis demum fidem facere,ſi conſuetudo terre hoc habeat,innuendo,quòd non alias ſed poteſt dici,quòd ibi loquitur de inſtrumentis,non de literis ſigillatis,vnde iudex ordinarius non poſſet creare tabelliones publicos,& tamen habet ſigillũ authenticũ,vt præmi
10 ſi.Item† dic,quod ſigillo cuiuſlibet perſonæ creditur,in his quæ ad eius officium ſpectant , & ideo creditur ſigillo exequentis citationem , & cuiuſlibet commiſſarij in negotio ei commiſſo, & cuiuſlibet dñi ruralis , ſi aſſerant ſe emptorem inueſtiuiſſe de rebus cenſualibus venditis, & ita notant doc. maxime Innoc.licet talia non ponant exempla. extra de fide inſtr.c. 1. de proba.c.qm̃ contra falſam.Sed nunquid opus eſt ſubſcriptione nominum teſtiũ in literis ſigillatis,ſicut in inſtrumentis publicis?Videtur expreſſum,quod ſic,vt in ca.cũ a nobis.extra de teſti.videtur contra.C.de dona.l.in donatio
11 nibus.ſi bene inſpicias decretalem cũ † a nobis.parum facit, quia ibi non dicitur, quod non facit fidem,ſed quod tale ſcriptum non eſt tantæ authoritatis,quin duorum,vel trium bonorũ teſtiũ, debeat teſtimoniũ præualere , in his tamen ſunt conſuetudines patriarum potiſsimum attendendæ,vt c.cum dilectus.de fide inſtr.Sed poſſet dubitari, an literæ factæ ſub ſigillo faciant fidem,ſi non ſint factæ, & requiſitæ de conſenſu vtriuſq; partis? Verbi gratia ſi petij literam mihi fieri ſub ſigillo,de aliquo verbo emiſſo, vel de aliqua obligatione,vel alio negotio,in quo vtraque pars non conſentit,an debet fieri,& an facta fidem faciat?de inſtumento publico,non videtur dubium,tamen idem de litera ſigillata , & ita videtur tenere Inn.extra de fide inſtr.c.1.& in rub.pro quo.c. cum medicinalis.de ſent. excom.lib.6.de offi.ordi.c.2.Item no.quod
12 in fide facienda,& exhibenda ſigillo ſunt multum†attendendæ perſonæ ſigilliferorum, & illorum, ad quorum relationẽ ſigillatur. Vnde ſi ſint perſonæ faciles , & quæ indiſtincte ſignant,& ſigillant, quæ adferuntur eis, non eſt adhibenda fides omnino,vt ca.cum dilectus. de fide inſtr.& facit extra de iureiur.in c.Romani.in cle.ibi,cum dicit,magno ſigillo &c. Vbi innuitur,quod magis creditur magno ſigillo, quam mi-
13 nori , quia diligentius obſeruatur. Sed quid † ſi ſigillum ſit ignotũ,forte es in partibus alienis? Inn. videtur dicere,quod nõ facit fidem in arduis negotijs, niſi informetur ſuper hoc, ſed in modicis ſic.Spe.non admittit tales opiniones, niſi producens eſſet perſona ſuſpecta vide quod ſcripſi. C.de epiſco. & cle.l.ſi qua per calumniam.& quod not.extra de procu.c. 1.hæc de ſigillo dixiſſe ſufficiant.In gloſſ.hac ratione. in fin. horum opinio non videtur rationabilis, ſed tamen hoc dicebant adhærendo textui.In gloſſ. etiam linteum. in fin. debes ſcire,quod nonnulli teſtantur,& nolũt quod quiſquam ſciat,
14 quod in teſtamento † continetur. vt l.hac conſultiſsima.C. eod.Et eſt valde cautum propter duo.Primo , ne illi qui ſperant habere emolumentum ex teſtamento , prouocentur ad odium,ſi nullum emolumentum ibidem capiant,vel ſi exhæredentur.Secundo , ne illi , quibus datur legatum, vel inſtituuntur, captent, vel procurent mortem teſtantis,ad finem, quod non mutet teſtamentum, vel vt citius capiant, quod ſe habituros ſperant , ſicut de quodam vicino meo fuiſſe dudũ factum,audiui,modus aũt iſte teſtandi, traditur C.eod.l.hac conſultiſsima. Dic tamen apertius. nam primo ſcribes teſtamentum,per te, ſi velis quod nullus ſciat , vel per ſecretariũ tuum , ſi magis velis , nam in hoc eſt correcta l. iubemus.C. eod.per authen.ibi poſitam,deinde vocabis teſtes,& dices in eorum præſentia , quòd hoc uis fore teſtamentum tuum , & rogabis quod ſint tibi teſtes,& ſi per te & manu propria ſcripſeris , & hoc contineatur in ſchedula, non eſt opus. quod plus ſubſcribas,ſin autem oportet,quod ſubſcribas,ſi ſcribere ſcis,ſi neſcis, notarium adhibeas,qui ſubſcribat,& in hoc corrigitur l.hac conſultiſsima, in parte,per leg.cum antiquitus. in fi.C.eod.& in parte ſtat,& poſt facies teſtes ſubſcribere,in eodem tempore , & inſtanti, & poterit talis eſſe ſubſcriptio, ubi per te ſubſcribes, Ego talis uolo eſſe huiuſmodi chartam teſtamentum meum,& ſicut in ea eſt ſcriptum, teſtatus ſum.

& ſubſcriptio teſtium poteſt eſſe talis. ego talis vocatus, & rogatus in teſtem, ad teſtamentum talis, ꝙ hac ſchedula continetur, mea propria manu me ſubſcripſi, & tali ſigno ſignaui. Et hoc ſatis patet in l. hac conſultiſsima, & melius ff. eod. l. penul. Et fiet ſic: quia recipies ſatis de pergameno: & in prima parte ſcribes totam ordinationem tuam: & plicabis in rotulo, & plicato rotulo remanebit tantum de pergameno, ꝙ poſsint fieri ſubſcriptiones, & quando fuerint factæ publicabis totam chartam: & in quadro ſicut plicantur bullæ Romanæ curiæ: & inuolues in panno ſeu lintheo: & illud lintheum ſuetur, ita large quod poſsint poni chordę ad latera, & de ſubtus, quæ tranſibunt per lintheum, & illis chordis pendebunt ſigilla. & erit bonum, ſi ponuntur duo ſigilla, ad quolibet latus & de ſubtus tria, ſi non habeas lintheum, ponas in rotulo totum, & recipe chordas, vel liceas de pergameno, quas perforato pergameno, figas per vltimam ſuperficiem rotuli, & claudas cum ſigillis, & ſic de conſuetudine clauduntur atteſtationes teſtium. Et quamuis iure non caueatur, bonum erit ſubſcribere, diem & locum. de hoc not. Azo. in ſumma. ſed non ita clare. vide ibi. Sed an debeat fieri mentio in ſubſcriptione, vbi alieno ſigillo ſigillatur, non reperitur iure cautum tutum tamen erit, ſi fiat.

a Adnotatio Ordinarij. Vtrum autem ſigillum epiſcopi, probet, vide do. Feli. in c. poſt ceſsionem nu. 3. 4. & 5. extra de proba.

1 *Teſtamentarij teſtes qui. 6.*
2 *Mulier quorum & an teſtis. 4.*
3 *Mulieris & minoris differentia.*
5 *Cœnobitæ an teſtes eſſe queant.*
7 *Infames teſtes ne ſint.*

Testes autem. In glo. paſsiue, in fi. vult dicere gloſſ. ꝙ iſte text. vult dicere, quod illi poſſunt eſſe teſtes, qui poſſunt
1 † facere teſtamentum, vt bona ſit exceptio &c. ſed certe hic nulla videtur exceptio: imo eſt additio diuerſorum caſuum: vt patet ex ſerie text. Item patet, quia aliqui ſunt caſus, qui concordant cum rubrica, quia impubes non dicitur facere teſtamentum: nec ipſe dicit, & idem de furioſo. Præterea non cures, an actiue, vel paſsiue recipiatur, de his tamen videbis plenius, ff. eod. l. cum lege. In gloſſ. in alijs. ibi, timor falſita-
a tis. a Eſt enim mulier † corruptibilis, & varia, vt not. dicto §.
2 mulier, Pro quo C. de inoffic. teſta. l. filia in orbitate. & de inſtitu. & ſubſtit. ſub condi. fact. l. repræhendenda. Item quia varium, & mutabile ſemper profert. extra de verbo. ſigni. c. forus. §. fin. Sed ille §. videtur expreſſe contra glo. hanc, quia ibi videtur concludi expreſſe, quod mulier non poſſit eſſe teſtis, in aliquo negotio, glo. ibi dicit, quòd poteſt eſſe teſtis in ciuili, niſi in teſtamento: ſed in criminali non, per dictum c. de iure canonico: ſed de iure ciuili conceditur quod poſſit in criminali. Sed videtur quod etiam de iure ciuili poſſit repelli in criminali, quia ſi non poteſt eſſe teſtis in teſtamento propter grauitatem negotij: vt hic, multominus in cauſa criminali, vbi de grauiori negotio agitur. ff. de pęn. l. in ſeruorum. §. fi. quia corpora &c. C. de ſacroſanct. eccle. l. ſancimus. la 1. Et hoc fortificat, quia nos videmus, quod pubes quicunque poteſt eſſe teſtis in teſtamento: & tamen in criminali non poteſt, niſi ſit maior annis 20. ff. de teſtib. l. in teſtimonium. in fi. & enim in criminalibus probationes debent eſſe luce clariores. C. de proba. l. ſciant. Satis poſſet dici, quod poſſit eſſe teſtis in criminalibus de iure ciuili, ff. de accuſa. l. 2. de adul. l. ſi poſtulauerit. §. haberi, & tamen in teſtamento non poteſt eſſe teſtis, vt hic. Et eſt ratio, quia in teſtamento poſſunt bene alij pro voto haberi: & reperiri, & eſt in ipſo teſtante, quos adhibeat, non ſic in maleficio, vbi delinquens non vocat teſtes, quando delinquit, ideo ne probationum facultas auguſtetur,
3 mulier admittitur. Sed cur non ita pubes minor 20. ann. † admittitur in criminali, ſicut mulier, & quare admittitur in teſtamento, melius quam mulier? Reſpondeo ad primum, quia minor non ita perfecte de vno negotio. & eius circunſtantijs iudicat, ſicut mulier perfectæ ætatis, vt ff. ex qui. cau. ma. l. ſi quis. 2. §. eadem. Ad ſecundum reſpondeo, quod mulier eſt vaga, & inſtabilis: vt ſupra dictum eſt in teſtamentis autem (vt plurimum) plures articuli continentur, quos ſenſus mulieris vagus & mutabilis, capere non poſsit faciliter, & ſi caperet faciliter narraret, quare non admittitur in teſtamento. Præterea, teſtificari in teſtamento eſt quoddam officium, & fere publicum. ff. de teſtib. l. curent. & ff. quemad. teſta. aper. l. ſi quis ex ſignatoribus, quę officia mulieribus non bene conueniunt. ff. de regu. iur. l. fœminæ. & ex hoc ſe haberent conſortijs hominum voluntarie iungere, quod non conuenit. C. de offi. diuer. iud. l. 1. extra de iudi. c. mulieres lib. 6. Quidam
4 vero canoniſtæ videntur velle quod mulier † poſsit eſſe teſtis in cauſa criminali, etiam de iure canonico. vide in Specu. de teſt. §. 1. verſi. item quod eſt mulier. Sed an mulier poſsit eſſe teſtis in codicillis? gloſ. & doct. tenent ꝙ ſic, vt d. c. mulieres. C. de codi. l. fi. not. Et ideo dicunt Iac. & Pet. ꝙ cū hodie pauca fiant teſtamenta, ſeu inſtitutiones hæredum, quod mulieres poſsint vocari ad teſtamentum ſm eos. Item no. quod eſt dare caſum ciuilem in quo repellitur, vt in caſu feudorum, in feud. quot teſtes ſunt neceſſ. ad proban. inueſt. c. 1. In gloſ. quid. eo. in fin. Similis gl. eſt ff. de teſta. l. 3. §. 1. doct. Ia. & Pe. dicunt quod quidam eorum dñi tenuerunt contra gl. nec eſt bonum ar. de l. notionem. §. 1. quia ſeruus erat diſcretus, ſicut ſi liber eſſet. & ideo factus liber teſtificatur: non ſic de pupillo. ar. ff. de ſer. expor. l. ſi minor. Sed ipſi dicunt, ꝙ de his quæ vidit proximus pubertati pōt ferre teſtimoniū, de his quæ vidit proximus infantiæ non. ff. ad Syll. l. excipiuntur. illa lex bene facit, & eſt de legibus quas gl. allegat in §. 1. ſ. alleg. Super tex. Neq; ſeruus, vide ff. eodē. l. qui teſtamentū. §. ſeruus.
5 Quid de monachis, & alijs † religioſis præſertim mendicantibus, qui ad hoc libenter ſe ingerunt? Scis, quod gloſſ. tenet, quod religioſi poſſunt eſſe teſtes in iudicialibus. C. de teſti. authen. ſi teſtis, quod eſt verum, cum licentia ſuperioris ſui, vt not. in Spec. de teſtib. §. 1. verſic. item excipitur. ſed in teſtamentis non bene: quia ex hoc ſecundo ingererent ſecularibus, & oporteret eos venire coram iudice, & ſe immiſcere ſecularibus diſcreptationibus. C. eod. l. hac conſultiſsima. Et hæc eſt vna de rationibus, quare mulier prohibetur eſſe teſtis in teſtamento, vt dixi ſupra proxime. Satis poteſt dici, quod poſsint eſſe teſtes cum licentia; alias non: & facit, quia poſſunt eſſe executores vltimæ voluntatis, extrà eod. ca. 1. in cle. multa ergo teſtamenta impugnare poteris, in quibus religioſi ſunt teſtes inſcripti, ſine licentia. Quid de adſcriptitijs? Dic, quòd illi poſſunt eſſe teſtes, cum teſtari poſsint, vt dixi. & no. ſ. de iure per. in princ. In gloſſ. qui nihil. in fin. ſed quid ſi alterum habeat vitium a caſu, & ſcit literas? Videtur, quod poſsit eſſe teſtis, cum teſtari poſsit. C. eod. l. diſcretis, & hæc ſunt conuertibilia teſtari, & teſtificari, vt in fine huius. §. ff. e. l. cum l. Satis poteſt dici, ꝙ non poſsit eſſe teſtis, vt hic. etenim teſtis debet deponere verbo, quod mutus facere non poteſt. ff. quemadmod. teſta. ape. l. cum ab initio. Item teſtes debent audire, ꝙ ſurdus facere non poteſt. ff. eo. l. hæredes palam. §. 1. Præterea, credo, quod teſtimonium quod redditur in ſcriptis ſicut vidi qñque fieri non valet, vt not. in Spec. de teſte. §. nunc tractandum. verſic. quid de muto. etenim plurimum in excutienda veritate, vox ipſa &c. ff. de queſt. l. de minore. & facit C. de teſti. l. nullum, ibi, cum dicit, verborū &c.

In gl. vel a lege. in fi. vide quod ſcripſi ſ. de cura. § furioſi.
6 In gl. de crimine. in fi. per leges hic alle. vr̄ probari † ꝙ qui non pōt eſſe teſtis, non pōt teſtari: & econtra: vt bene patet in l. is cui, quod aperte falſum eſt. quia mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento, & tamē poteſt teſtari. & econtrà filius nō pōt teſtari, & tamen poteſt eſſe teſtis infra. §. pater. vnde
b intellige hanc regulam, in eo qui propter improbitates b efficitur inteſtabilis. vt dictis legib. hic allegatis. in gl. etiam per dictas leges videtur, quod infamis infamia iuris non poſsit teſtari: cum repellatur a teſtimonio, ff. de teſti. l. 3. §. in lege. & hæc videtur intentio gloſſ. in l. ob carmen. ff. de iniur. l. lex Cor. §. ſi quis li. ſed in hoc obſtat aperte. C. de ſecund. nupt. l. 1. vbi ſupponit. l. ꝙ mulier ſecundo nubens intra tempus luctus teſtatur. & tamen licet teſtetur eam infamen eſſe.
7 C. de inceſt. nup. l. ſi quis inceſti. Poteſt dici quod † infamis poteſt teſtari, niſi in caſu quo leges expreſſe dicunt eum inteſtabilem, ſicut quando diffamatur ob carmen famoſum

vt l.

vt l.ob carmen.ſupra allega.ibi enim datur intelligi,qđ ſecus
eſſet,ſi propter aliam iniuriam damnaretur : quamuis ad ve-
ritatem ſcientia infamaret. Et ſic intelligas C. de hære.auth.
credentes . & hoc vult dicere d.l.cum l.ſeq. quam ſic intelli-
ge & reſtringe : & hoc apparet, quia relegati propter crimẽ
teſtantur,non diſtincto quod ob crimen damnati ſint.ff.eo.l.
eius qui. §. ſed relegati. ſupponendo quòd relegati propter
crimen famoſum teſtentur, condemnati vero ad mortem nõ
teſtantur,etiam hodie,vt d.l.ſi cui.& ibi.no. De bannitis po-
tes reſpondere per ea quæ ſcripſi ſupra quib.mo.ius pat. po.
ſol.§.cum autem.Quid de excommunicatis?Inn.videtur vel
le,quod poſsint teſtari.extra de ſen.excom.c.cum voluntate.
de dolo & contu.c.veritatis . Alij contra. vide per Archi.de
excep.c.pia.

a Adnotatio.Falſitatis.In teſtamento tamen militis, vel pagani facto inter liberos,vel ad pias cauſas.item in codicillis,& donatione cauſa mortis,poteſt eſſe teſtis,quod no.pro teſtamentis,in quibus hodie ponitur clauſula codicillaris ſecundum Ang.

b Improbitates.Tales teſtes repelluntur,propter improbitatem , alias ſecus : vt hic,per Ang.quid autem in infamibus infamia iuris,relegatis,damnatis ad mortem,bannitis,excommunicatis,& cæcis an iſti poſſunt eſſe teſtis in teſtamento? vide eundem.

1 *Teſtamentorum genera.2.& 3.*
3 *Teſtamenta,qui probentur. 5.*
4 *Teſtamentum ſcriptum probare.*
6 *Serui teſtimonio an corruat teſtamentum .*
7 *Teſtis teſtamentarij officium .*
8 *§.Sed cum aliquis.explicari,& limitari. 17.24.*
9 *Teſtamenta quibus ſcriptis non probentur .*
10 *Teſtamenta ſigillo probari.*
11 *L. omnium ſenſus .*
12 *Solennia moribus non tolli.*
13 *Teſtamentum quot teſtibus probatur. 15.*
14 *Teſtamentum quis probet .*
16 *§.Conditionem enucleari.*
18 *Seruum creditum liberum probare.fallit 19.20.*
21 *Notario negato, actum corruere.*
22 *Inhabilis geſta publica valere.fallit 23 .*

SED Cum aliquis . In gloſ. ſcilicet putatiua in fin. dic
ibi,quòd aut veritas patens eſt,& attenditur : aut occulta, &
tunc non,vel dic,ꝙ aut attendendo opin.fauor ampliatur,&
attenditur,vt hic & ibi,aut non,& tunc non. dic vt ibi. In
glo.quidam hoc intelligunt.vt hæc gl.quę eſt hic ſit,varia il
li quæ eſt C.eo.l.1.de bo.poſ.ſecundum tab. vnde vt intelli-
1 g as,debes præmittere, quod eſt quoddam † teſtamentum in
ſcriptis,quod fit cum ſolennitate contenta in hoc ti.& ſupra
proxi.§.& quoddam nuncupatiuum,de quo infra.§.fi. Et vt
bene videas, primo quæritur , quomodo ſcitur an quis velit
teſtari nuncupatiue , an in ſcriptis ? Dicunt antiqui doctor.
vt Io.de Bleuoſco,quod apparet,ſi teſtator hoc dixerit, ſicut
dr̃ in contractibus.C.fid.inſtr.l.contractus. vel ſi fecit ſigilla
ri . & ſubſcribi chartam clauſam , vel apertam, vt ſcripſi ſu-
pra proxi.§.alias autem,quamuis fiat inde ſcriptura,non prę
ſumitur ꝙ fiat,niſi ad memoriam,vel ad probandum, per d.
l.contractus . cũ ibi no.Iac.aũt & Pet.dñt j̃.§.fi.quod in du-
bio teſtamentum valet,vt in ſcriptis,& ſine ſcriptis . non ꝙ
2 † ſint duo teſtamenta,ſed vnum,quod valet,quaſi cũ ſcriptis:
& ſine ſcriptis : ſicut ex eodem contractu reſultant duo vin-
cula,vt ſi mihi vendenti & interroganti promittas pretium,
quia oritur ex venditione,& ſtipulatione,ſecundum eos.Sed
contra hoc facit ff.de noua.l.cum enim, ſed pro hoc facit de
act.emp.l.non eſt nouũ . & ita hæres non habet eligere , ſm̃
eos.Vel dic primam veram.Et eſt indubitatum,ſi non poſſet
valere vt teſtamentum in ſcriptis,quia non eſt præſumendũ,
teſtatorẽ voluiſſe teſtari in ſcriptis,ſi ex hoc eius iudiciũ poſ
ſet impugnari.ff.de mili.teſta.l.miles,extra de præb.c.niſi.&
3 facit.C.eo.l.in teſtamento.in fi.†Secundo quæritur,nunquid
ſcriptum teſtamentum,faciat fidem ? glo.hic vr̃ diſtinguere
teſtamentum in ſcriptis,a nuncupatiuo,vt primum probetur
per ſcripturam,ſm̃ non,niſi teſtes deponant.Contrarium vr̃
notari C.eo.l.1.vbi parificat vtrunq;.Ad hoc dicas, ꝙ qñ te-
ſtamentũ fit in ſcriptura priuata coram priuatis,qñque in pu
blica,& in formã publicã redacta,& corã publica perſona:vt
4 fit in priuata,& corã priuatis.Si quæratur † an illa ſcriptura
fidẽ faciat,vr̃ ꝙ ſic per hunc §.quia cum ſeruus detectus,te-
ſtificari non poſsit, vt hic not.teſtamentũ non poſſet proba-
ri,niſi illa ſcriptura faceret fidem, & tamẽ per hunc §.teſta-
mento ſubuenitur,vt hic tenet Azo.Præterea pro hoc vide-
tur, quia talis charta dicitur authentica. ff. quemad.teſtam.
aper.l.fi.de ſecun.tab.l.1.§.ſed ſi vnum gl.ſentit contra in d.
l.1.vbi dicit ꝙ teſtamẽtum deficit probatione, niſi probetur
per ſcripturam redactã in formam publicam , vel per partis
5 cõfeſsionem.Dicas ꝙ teſtamentũ in ſcriptis †probatur per il
lam chartã : & illi ſtatur,hoc tamen addito, ꝙ teſtes debeãt
venire corã iudice,& ſua ſigilla recognoſcere, & ſubſcriptio
nes,& iudex in eadem charta,vel in alia, debet hoc referre ,
& diſcernere,an illa charta faciat fidem,vel alia, tranſlatũ ſit
corã iudice & teſtibus.& hoc eſt quod vult dicere.C.eo.l.pu
blicati.alias aũt illa charta fidem non faceret,imo ſi alter te-
ſtium eſſet mortuus,ante recognitionẽ.deficeret teſtamentũ
probatione.& hoc volunt dicere iura.ff.quemad.teſt.aper.l.
cum ab initio.& l.ſi quis.in fi.& no. C.quemad.teſt.ape. per
l.2.niſi probaretur per cõfeſsionem, vel per ſcripturã.C.eo.
l.1.ſed in hoc obſt.iſte.§.& C.eo.l.1. quia certũ eſt ꝙ ſeruus
non admittitur ad teſtimonium.ff.eo.l.qui teſtamento.§. ſer
uus.ſi ergo alter de teſtibus , detectus ſit ſeruus , quomodo
† veniet pro recognoſcendo ſigno,& ſubſcriptione, tunc ſuũ
videatur ferre teſtimonium , & tempus teſtamenti eſt inſpi-
ciendum,ff.de teſt.l.3.§.l.Iulia.de verb.ſig.l.notionem. §.1.
Timore huius oppoſitionis gloſſ.ſic variauit, vt dictum eſt .
Ad hoc dicũt quidam quòd ſi tp̃e teſtamenti,& tp̃e recogni
tionis ſigillorum credebatur liber,ꝙ teſtamentũ valet, & ſic
poteſt intelligi iſte §. pro quo facit l. Barbarius, ff. de offic.
præt. & ſic ſupponunt ꝙ conditio eius eſt detecta tempore
quo teſtamẽtum aperitur,qđ non valeret, & ita intelligebat
quidam doctor meus.Sed hoc vr̃ contra mentẽ huius §.& ff.
eo.l.ad teſtium.§.1.vbi dr̃ ꝙ inſpicitur conditio. cum teſta-
mentum fiebat,non tempus mortis:& multominus, tempus
quod poſt mortem cõcurrit, vnde vr̃ melius dicendum teſta
mentum valere , dato ꝙ ſtatus ſit detectus ante aperturam .
Nec obſt.contrarium,quia hoc eſt ſpeciale,propter fauorem
teſtamenti.& hoc dicit iſte tex.ſubuenire ſe ex ſua liberalita-
te teſtamẽtis de iure ſpeciali contra iuris communis rigorẽ .
Et in hoc eſt liberalitas,& ſubuentio innuendo ꝙ de iure cõi
ſecus eſſet.Vnde non habeas hic in tex.libertate.ſicut gl.ha-
buit, & male, ſed liberalitate . nam ſi habes libertate non eſt
propria , nec bona ſententia, & hoc etiam apparet C.eo.l.1.
ibi cum dicit,in hac cauſa.quaſi dicat non in alijs.Et eſt ratio
quare ſpecialiter ſic ſtatuitur hic fauore teſtamẽtorum, quæ
emendari ſeu retractari non poſſunt poſt exitum.Item iuſta
ignorantia,quia ab omnibus credebatur talis . Item quia nil
contra tertium deponit,ſed pro teſtamento,niſi in caſu, quo
inſtituit talem,qui non eſſet ſucceſſurus ab inteſtato,nã tunc
deponeret contra tertium:ſed leges nõ reſpiciunt ad ea,quæ
raro accidunt , &c. Item nec illi tertio erat ius quæſitum
iure ſpeciali : vel dic,ꝙ non ſit ſpeciale : vt infra dicam in fi.
huius notæ . Et hæc procedunt in teſtamento in ſcriptis: de
quo loquitur is titulus,vſque in §.fi.Quid ſi fuerit adhibitus
in nuncupatiuo : an ſit locus huic §.glo.tenet hic quod non,
contrarium tenet C.eo.l.1.pro hac glo.videtur quia in teſta
7 mento in ſcriptis , † teſtes nihil habent facere,niſi recogno-
ſcere ſigilla,& ſubſcriptiones. nec de neceſsitate habẽt depo
nere de ſubſtantia teſtamenti,vnde vr̃ nudum factum,ſeu mi
niſterium : ſed in teſtamento nuncupatiuo oportet ꝙ depo-
nant de ſubſtantia teſtamenti.infra §.fi.ideo videtur aliud,&
quòd magis eorum conditio indaganda ſit. Et hanc ſñiam te
8 net Iac.& Pet.infra §.fin. † Poteſt dici, quòd poſsit loqui in
nuncupatiuo , cum omnes prædictæ rationes concurrant ,
quamuis ad veritatem,hi tex.omnes loquantur in teſtamen-
to in ſcriptis : quia dicunt,cum ſignaretur , vel ſignabatur :
ſed ſi bene cogites tantum periculum eſt ſeruum admittere
in teſtamento in ſcriptis , ſicut in teſtamento nuncupatiuo :
ideo ſemper ſequendo fauorem,potes idem dicere . hæc au-
tem procedunt vbi teſtamentum fit in ſcriptura priuata .
Quid ſi fiat in publica? certe habet locũ iſte §. multomagis .
Sed an ſcriptura publica , & in formam publicam redacta ,
pro-

probet teſtamentum, abſque alia depoſitione teſtium, vel recognitione ſigillorum? Fuerunt opi. Io. An. dicit quòd ſic. & hanc opin. approbat conſuetudo: Et iſtud eſt ꝙ gl. vult hic dicere. Azo. tenuit contra: vt no. plene C. de fideicom. l. fin. tñ opi. Azo. videtur verior de iure ſecundum gl. & doct. & iuxta tacta hic. Vt autem bene intelligas, pone quòd inſtrumentum dicit, quòd talis ſic teſtatus fuit: & præſentibus talibus teſtibus. Si quæras † an talis ſcriptura fidem faciat, & valeat
9 vt teſtamentum in ſcriptis? certum eſt, quòd non, quia non facit mentionem ꝙ ſolénitas iuris fuerit adhibita, vt de ſigillis & ſubſcriptionibus teſtium, ſed qũo procedit in caſu, quo inſtrumentum facit mentionem de hoc videlicet ꝙ talis ſic fuit teſtatus: in præſentia talium, qui ſubſcripſerunt, & ſigilla ſua appoſuerunt videlicet talis, tale, & talis, tale. Et pone ꝙ de facto fuerunt appoſita, & ſubſcriptio facta, & non vr̃ de hoc dubium quia de iure requiritur ſolennitas in teſtaméto in ſcriptis, quod teſtes recognoſcãt ſigilla, & ſubſcriptiones, vt ſupra dictum eſt alias ad quid opponerentur? vnde lex ſic voluit prouidere: & in tanto numero, & tali modo ne quid falſitatis. &c. C. de fideic. l. fi. ideo non videtur, quod talis ſcriptura probet teſtamétum in ſcriptis: imo nec nuncupatiuũ, quia & ibi oportet quod teſtes deponant de ſubſtantia teſtamenti coram iudice, nec ſufficeret fieri coram notario ſimpli
10 ci. C. eo. l. teſtamenta omnia. † Quid ergo dices de teſtamentis, quæ transeunt ſub ſigillis authenticis, ad relationem adiutorum ſigilli, vel ſigilliferi? Certe creditur de conſuetudine, & poſſet probari de iure: quia de ſtylo iudex committit talibus auditorib. vices ſuas, ſuper poteſtate audiendi, & in actis redigendi contractus, & vltimas volũtates. Sed ſi conſtat qđ iudex eſſet præſens, & in actis redigeret, nõ oporteret aliam publicationem fieri, vt C. eo. l. omnium. ergo nec in pręſenti propoſito. Notarius vero publicus habet officium a lege, ſeu intitulatum, ex quo creatus eſt: nec vtitur vice iudicis cuiuſquam. ſecus ergo de iure, in litera ſigillata: & ſecus in litera redacta in formam publicam per notarium, quamuis ad veritatem tantũ, vel maius periculũ falſitatis poſſit eſſe in ſimplici auditore, ſicut in notario. Vnde in hoc multũ atten
11 derem conditionem perſonæ vt dixi ſupra §. poſſunt. † Vel dic, ꝙ lex omniũ loquitur, qñ iudex in propria perſona fuit præſens, nec poteſt committere, vt l. teſtamenta. C. eo. tit. ibi, nec vſquam permittatur. Item dic quod hæ ſolennitates
12 † pñt toli conſuetudine. vt no. in Spe. de inſtr. edi. §. compendioſe. ver. ſed præmiſſæ. Caue tamen, qđ ꝗ̃s credatur de cõſuetudine, literis ſigillatis in patria conſuetudinaria: nihilo minus conſuetudo non tollit: quin debeant in teſtamentis ſeptem teſtes apponi. Et credo, quod ſi ſtetur in ſcriptis, qđ tota ſolennitas ſubſcriptionum, & ſigillorum, debeat ſeruari: & vix poſſet conſuetudo in tali caſu probari ad contrarium. Et hæc indubitate procedunt, qđ litera non facit fidem: niſi ſeptem teſtes deponant: vbi quæritur de viribus teſtamenti, & voluntate teſtantis: ſed ſi dubitetur de ſolennitate dicunt Azo. & G. quod ſufficiunt duo teſtes: vt no. in d. l. 2. de bo. poſ. ſecundum tab. & per conſequens videretur, quod ſufficeret inſtrumentũ quod vicem duorũ teſtium obtinet: vt l. in exercendis, C. de fide inſtru. vbi conſueuit notari: ſed illa opinio reprobatur, ibi in glo. & per doct. Vnde videntur ſeptem teſtes requiri, & eorum depoſitiones, per modum ſupra tactum ſiue de voluntate, ſiue de ſolennitate ſit quæſtio. Sed vbi eſſet quæſtio, an factum eſſet teſtamentum, tunc ſuffice-
13 rent duo: vt ibi not. † Quid ergo dices, epiſcopi in aliquibus locis, & in alijs, collegia vendicant ſibi bona clericorum inteſtatorum de conſuetudine, ſicut Aureliæ fit. Pone ergo, quod bona alicuius clerici petuntur tanquam inteſtati, excipitur quod teſtatus fuit, per quod teſtes probabitur huiuſmodi exceptio? Satis poteſt dici, quod per duos, per d. gloſſ. & etiam per alios teſtes, quam per illos qui fuerunt per teſtatorem ad teſtamentnm vocati: quia quæritur tantum, an
14 teſtamentum factum ſit. † Sed quid, ſi replicetur quòd fuit minus ſolenne: & ideo præſupponit inteſtatus. infra de hæred. quæ ab inteſt. verſic. aut non iure. circa prin. tunc videtur quòd poſterior quadruplicans, debeat probare ſolenne, per ſeptem teſtes, quia ibi quæritur de ſolennitate, in qua ſeptem ſunt neceſſarij, per d. gloſ. quamuis probabiliter poſſet dici ꝙ ex quo reus probauit teſtamentum factum, quod dicenti minus ſolenne, incumſiat probatio, ſicut dicimus in ſimili, ſi dicam te excommunicatum, quia non ſoluiſti intra tẽpus, incumbit mihi onus probandi, vt not. Iac. extra de accuſ. c. ſuper his. & glo. iuris ciuilis videtur concordare. C. de cond. ob turp. cau. l. 1. Item dic, quòd pręmiſſa procedũt vbi eſt quæſtio de ſubſtantialibus teſtamenti, quia ſi ſit quæſtio de aliqua declaratione facta poſt teſtamentum, ſufficiunt duo teſtes, vt ff. de ſta. l. hæredes palam. §. ſed ſi quid poſt factum teſtamẽtum & iunge ff. de leg. 2. l. cum proponebatur. Hæc quæ dixi, quod inſtrumentum non probat teſtamentũ, procedunt de iure ciuili. Sed quid de iure canonico? videtur
15 contra, † quia de iure canonico ſufficiunt duo teſtes, ſaltem in legatis ad pias cauſas, vt omnium opiniones includam, extra de teſt. c. cum eſſent. & c. relatum, & ſic cum inſtrumentũ obtineat vicem duorum teſtium, vt ſupra dictum eſt, videtur quòd probet in foro eccleſiaſtico, & idem videtur in foro ſeculari, in patria in qua duo teſtes ſufficiunt de conſuetudine. In his autem eſt multum conſuetudo attendenda. extra de fide inſtr. c. cum dilect. C. eo. l. ſi non ſpeciali. Inſpicitur ergo in teſtamenris conditio teſtantis, quam habebat tempore teſtamenti, quantum ad notam ſeruilem. Sed quid in alijs notis, vt quia infamis, vel alia nota notatus, quod teſtificare nõ
16 poſſet? Videtur idẽ, cum ſit in eadem ratio. † Pręterea §. conditionem, ff. eo. l. ad teſtium, loquitur generaliter, non diſtinguendo, nec ſpecificando notam ſeruilem ab alia. & ideo ſi adhiberetur mulier, quæ crederetur vir: quia forte erat in habitu virili, vel minor 14. annis. qui crederetur maior, videretur valere teſtamentum per hunc §. Eſt ergo hoc ſpeciale in teſtamento, quia in alijs inſpicitur conditio, quam habet teſtis tempore quo recipitur, vt ſupra dixi. Sed quid, ſi tempore receptionis non poterat reprobari, ſed tempore depoſitionis poteſt? Videretur qđ non poſſit reprobari, quia tempus receptionis inſpicitur, vt l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſti. & illo tẽpore eſt facienda proteſtatio, de dicendo. extra de teſt. c. præſentatata. C. eo. l. ſi quis teſtibus. In contrarium facit, quia tales ideo repelluntur, quia præſumuntur propter vtilitatem, cito a veritate deuiare, vt d. l. 3. §. 1. & ſic etiam tempus, quo deponunt eſt aduertendum, quia tunc agitur de veritate, ſciẽda, & extorquenda, & in hoc poſſet eſſe læſio, non in alio tẽpore. & hæc eſt veritas. & hoc tenet Spec. in tit. de teſt. §. 1. ver. quid ſi teſtes. & verſi. itẽ opponitur quod eſt criminoſus. Sed quid ſi ſeruus, vel infamis fuerit adhibitus teſtis in inſtrumento publico? non videtur idem quod in teſtamento, cum ſit ſpeciale in teſtamento, vt dixi Spe. vr̃ tenere idem, dicit tñ quod ſi inſtrumentum vertitur in dubium, quod non poteſt verificari per tales teſtes: vt in Spe. de fide inſtr. §. poſtremo ver. quid ſi teſtis. & facit quod no. extra de tranſa. ca. ex literis. per Inn. de hoc vide plene, extra de reg. iur. c. factũ legitime. lib. 6. in nouel. Io. An. Vel poſſet dici, quod in omni caſu, & actu, in quo propter ſolennitatem, plures teſtes,
17 quam duo requiruntur † iſte §. obtineat, & quod ſtatur depoſitioni illius, qui nunc repelli põt, vna cũ depoſitionibus aliorum, & ſic intellige in feud. an re. de teſt. qui pat. eſſe deſi. c. 1. etenim lex voluit qđ introductio ſolennitatis eſſet iuſta cauſa deſtruendi actum, vt eſt iuſta ignorantia, vt hic, & ſic iſte §. non continet ſpecialitatem, quo ad actus ſolennes, ſed
18 quo ad alios ſic. † In gl. no. errorem. in fi. hæc gloſſ. ſupponit qđ is tex. intendit loqui de conſenſu omnium de populo. & hoc apparet per ea ꝗ alleg. Sed quid ſi probetur aliquos de populo ſcire conditionẽ teſtis: aliquos non? Videretur ſufficere probari qđ maior pars credat liberũ: quia in popularibus talibus, minor pars cedit maiori. ff. ad mu. l. qđ maior. de re. iu. l. aliud. §. refertur. & hoc vr̃ ſentire Spe. in ti. de teſte. §. 1. verſ. item quod eſt ſeruus. Sed obſt. is tex. quia dicit omniũ. ſed maior pars reputatur oẽs per prædicta. & facit. ff. ad Mace. l. ſi quis patrem. ibi cũ dicit, pleriq;. de ædil. edi. l. quis fu-
19 gitiuus. l. apud Celſum. Sed quid ſi credebatur cõiter † liber teſtator tñ ſciebat vel credebat eũ ſeruũ, vel aliqui de teſtibus? Vr̃ quod ſcientia teſtatoris debeat ei nocer[illegible]uia eſt qđ ei imputari poſſit, cur alios teſtes nõ vocauit, ex quo ſciebat.

& ceſſat

& ceſſat ratio ignorantiæ, quæ ſ.allegata eſt.& facit ff.de ac
quir.hær.l.cũ quidam.§.quod dicitur. qui.ad lib.procla.non
20 licet.l.fi.§.fi. † Sed quid ſi teſtator, & cõmunis opinio, cre-
debant eum liberum: quidam tamen de conteſtibus,ſciebant
ſeruum? Videtur ꝙ nocet. quia cõteſtes ſunt de membris ſo-
lẽnitatis actus:& ſic eorum ſcientia videtur nocere,ſicut re-
uocatio procuratoris:mandato:ſcientia iudicis nocet,quãuis
pars ignoret reuocationẽ.C.de ſatiſd.l.vnica.§.1. & conſue-
uit dici, & notari extra de procu.c. mandato:ſed põt dici cõ
tra.& hæc ſolennitas huius actus, non tñ dependet a conte-
ſte:ſicut iudicium a iudice. Et ideo cum lex aduertat iuſtam
ignorantiam,& cõem opinionem: ſufficit in hoc caſu publi-
cus error,& ignorantia teſtantis.Et idẽ crederem, ſi oẽs con
teſtes crederent, ſeu ſcirent ipſum ſeruum, dum tñ teſtator
crederet contrarium, & maior pars populi, per prædicta.Et
iſte §.facit ad multa.Primo ad illud: ſi inſtrumentũ profera-
21 tur, † & negetur conficientem fuiſſe tabellionem: an ſuffi-
ciat probari,ꝙ pro tali publice haberetur? de quo per Dyn.
ff.decur.l.Herennius,vbi videtur tenere, ꝙ non ſufficit pro
quo.ff.de reb. eo.l.qui neque de eo qui pro tut.vel.cur.neg.
geſt.l.ſi is qui.C.ſi a non competẽ.iud.l.fin. & facit l.Barba-
rius.de offi.præt. quia ibi habuit titulũ,& ſic ſupponit quòd
ſi non habuiſſet,non obtineret l.illa.Inn.videtur tenere con
trarium,extra de fide inſtr.ca.1.& Spec.in tit. de proba.§.1.
Concedunt tñ ꝙ ſi ipſe tabellio viueret,& ſe tabellionem di
ceret tunc non crederetur ei, niſi doceret.vt ibi no.pro qui-
bus facit ff.qui & a quib.l.competit.prout iacet C. de ſent.&
interl.omn.iud.l.2.de fideicõm.lib.l.2.ff.de ma.teſt.l.cum ex
falſis.de iurepat.l.pen.§.fin.Sed ſi bene aduertas, in l.Barba-
rius non attenditur tñ titulus, quantum vtilitas publica: &
ꝙ pro tali publicè habebatur. Vnde poteſt dici ꝙ in officijs
22 publicis authoritate † & vtilitate, geſta iudicialia,& alia ſta
tum reipub.concernentia,etiam per non capacem officij,dũ
tñ publice pro tali haberetur, valent: nec oportet doceri de
intitulatione, ex quo pro tali publice habebatur:per iura ad
hanc partem allegata, imò plus, quod ſi ſibi aliqua nota op-
ponetur,ipſo exiſtẽte in officio,veluti infamia,vel excõmu-
nicatio, vel factum ex quo eſſet ipſo iure priuatus, quod ni-
hilominus acta per ipſum valent, nec talis oppoſitio eſſet ad
mittenda,ſiue opponatur poſt actum,ſiue ante.& hoc vide-
tur notare Inn.extra de offi.deleg.c.cum ſuper.& hoc in or-
dinario.ſecus in delegato: vt ibi not.& not.Io. Andr. magis
plene extra de reg.iur.ca.mora.in nouel.lib.6.In alijs autem
quæ non concernunt ſtatum reipub. forte quia contraxerũt,
vel receperunt fructus, vel ſolutiones debitorum, ad digni-
tatem pertinentium. Satis poſſet dici quod ſi fuerint intitu-
lati,& appareat,ꝙ etiam facta per ipſos teneant: dumtamen
haberent bonam fidem: & ſic potes intelligere quæ. Inno.&
Hoſtien.no.extra de reſtitu.ſpol.ca. in literis de cauſa poſ.c.
cũ olim. Et hæc indubitate procedũt in his quæ poſſent per
tinere ad eos, ſi eſſent vere & legitime intitulati: ſicut fru-
ctus,& ius preſentãdi. extra de iurepatro.c.cõſultationibus.
& c.ex literis, & in illis adminiſtratoribus, qui faciunt fru-
ctus ſuos, ſicut adminiſtratores eccleſiarum: ſecus diceré in
alijs qui non faciunt fructus ſuos: ſicut tutores.& ſic intelli-
ge l.qui neque & l.ſi is ſ.allegatam.ff.de ſol.l.debitores.& l.
23 filiæ.Item & in dictis † adminiſtratoribus dicerem. ſecus in
his, quæ tangunt proprietatem rei, per l.qui neq; niſi in li-
bertate,in qua eſt ſpeciale per l.alleg.nec credo additionem,
quæ eſt in l.competit.eſſe veram.Sed quid, ſi tali ſeruo eſſet
mota quæſtio ſtatus,teſtator tñ, & populus nihilominus cre
debant liberum: nunquid obtinet iſte §? Videtur, quod ſic:
quia propter hoc ab officio non remoueretur.ff.de ſol.l.Caſ
ſius.§.1. videtur diſtingui an de poſſeſsione libertatis, pro-
uocetur in ſeruitutẽ, vel econtra.C.de ord.cog.l.fi.& l.cum
ſtatus.ff. de lib.cau.l. ordinata. Item videretur dicendum ꝙ
deponeret ex euẽtu.C.de teſt.auth.ſi teſtis quod videtur ve-
rius,& hoc ſatis apparet hic in fi.nõ enim eſt iuſta ignoran-
tia,vbi ſtatus quæſtio eſſet mota,vt hic patet.& hoc ſi teſta-
tor ſciuit.Quid ſi teſtator ignorauit motam, & populus il-
lius loci:q[illegible]forte alibi erat mota, vel ſecretè? Dic ꝙ habet
24 locum rat[illegible] huius §. Sed quid † ſi appareat omnes teſtes
fuiſſe ſeruos:nũquid obtinet iſte §? Non videtur cum hic di
cat:ſed cum aliquis,quaſi diceret.ſecus ſi omnes.ſed ff.de te-
ſta.l.ad teſtium.§.1.C. de teſt.l.1. videtur loqui generaliter
de omnibus.quod poteſt concedi.arg.l. Barbarius.ſ.alleg.

1 *Teſtes domeſtici an adhibendi.*

a PATER a † Ratio dubitandi fuit in hoc §. quia ſuſpicio
1 videri poterat, ꝙ plures de eadem domo cõferrent inter ſe,
& præmeditatos,& forte falſo compoſitos ſermones profer-
rent.ff.de teſti.l.3.§.tu magis. ſed hoc non obſtante, nihilo-
minus admittuntur: quia nõ ſequitur quod ſi ſic fieri poſsit,
quod propter hoc fiat: quid ergo ſi ſe adinuicem inſtruxe-
rint teſtes,nunquid valet teſtimonium? Spec. videtur dicere
quod non,in titu.de teſt.§.1.verſi.item opponitur. ſed illud
poteſt intelligi:cum pars eos inſtruxit.

a Adnotatio. Pater.Si vis plene ſcire, an pater ſit idoneus teſtis pro filio: &
econtra.vide hic per Aret.in 1.col.poſt prin.in verſic.in gl.alieno.Item vide
hic per ordinem Ange.quid in matre:quid in ſubdito regis:quid in ſacro.quid
de tutore:quid de proxeneta: quid in procuratore. vide per ordinem hic An-
ge.vſque ad finem.§.

1 *Pater an filio teſtis.*
2 *Talliabiles teſtes ne ſint.*
3 *Actus ſcriptor an recte teſtis.*
4 *Seruitorum quis, an non teſtis.*

IN teſtibus.In tex.ſuper verbo, Qui in poteſtate. in text.
Quid ſi ſit emancipatus? Non videtur idem,vt hic a contra-
rio ſenſu.& facit ff.ad leg.Fal.l. ſi pater.gl. tenent.contra C.
de teſti. l.parentes. nam affectio per emancipationem non
tollitur.In gl.aliud ſi ante.in fi.quę ſit ratio,ibi nota,quia an
te miſsionem etiam cum nullo teſte valeret,ſed illa ratio nõ
eſt vera,vt ff.de mi.teſt l.Lucius.eſt ergo ratio.quia ante re-
miſsionem,quinque teſtes ſufficiunt ſine ſolennitate,ẽt non
rogati.C.eo.l.milites,ff.de mil.teſt.l.1.Itẽ dic,quod quæ di-
cuntur in hoc §. obtinent indiſtincte, ſiue recipiant vtilita-
1 tem, ſiue non, quia nec pater † filio, nec filius patri poſſunt
eſſe teſtes,in teſtamentis, in alijs negotijs,pater nullo modo
filio,nec mater,niſi in caſibus, quos ſcripſi.C.eo.l.parentes.
ſed filius poteſt patri, ſi nihil filio acquiratur.ff.eo.qui teſta-
mento.§.quæ aũt.dic ibi plene.In gl.idem & in alijs ibi cum
allegat.l.pridem intellige quod hic dicitur de colonis condi
2 tionatis in perſona, non de ſimplici colono.Quid ergo † di-
ces de hominibus? Et certe ſi ſint de corpore vel talliabiles
ad voluntatem, & videtur idem, quia imperari eis poteſt.ff.
de teſtib.l.teſtis idoneus: & de alijs hominibus, non videtur
idẽ,nec de ſubiectis ratione iuriſdition. quicquid ibi notetur
illos credo poſſe teſtificari extra de offic.delega.c.cauſam.2.
cum notatis.niſi eſſent tales, qui non auderent aliquid domi
no diſplicens aſtruere,attentis auſteritate domini, & eorum
paupertate, & impotentia, vt ſcripſi.C.eod.l.2.hic alleg. In
ea. ibi cum allegat.§.item cum his pro hoc facit C.de re mi.
l.quicunque ſed contra facit ff.de fal.l.vxori.in princip.iun-
cta l.Domitius.ff.eod.ſed hæc verior. ſecundum Dyn.& ta-
3 lis poteſt † aſcribere qui non poteſt eſſe teſtis.eo.tit.l.impu-
berem. §.1. & idem videtur in quolibet alio negotio, quod
non admittantur, niſi pars hoc requirat, tunc enim debent
admitti,& cogi ſecũdum Spe.de teſte.§.1.verſ.quid ſi aduer
ſarius.In ea glo.in fi.hanc glo.ſequitur Dyn. in d.l.qui teſta-
mento.§.1.Docto.tamen iuris canonici. videntur in hoc va-
rij, quia Inno.videtur velle quod ſeruitores admittantur in
teſtimonium, niſi ſint in poteſtate, vt videtur notari, extra
de teſt.ca.in literis, eo.tit.& c.cum nuntius.Alij dicunt con-
tra,quod non admittuntur,vt no.in Spe.eo.ti.§.1. verſ.item
quod eſt domeſticus, quod gloſſ.iuris ciuilis ſequitur.hic &
d.l.2.de teſti. & conſuetudo approbat. Hoc tamen intellige
4 † de ſeruitore commenſali. nam ſi non eſſet commenſalis,
crederem contra ſicut de illis,qui teſtes recipiunt, ſtando in
domibus ſuis, non in expenſis domini, ad hoc facit extra de
verbor.ſignifi.cap.fin.de priuil.ca.licet.lib.6.do.Iac.& Petr.
qui parum loquuti ſunt in hoc ti.dicunt quod dominus eo-
rum dabat conſilium, quod ſi quis vult probare per ſerui-
tores tales,vel familiã, quod det eis licentiã,& tunc poterũt
teſtificari

teſtificari:quia tẽpus quo producuntur, & deponunt inſpici
tur.ff.de teſt.l.3.§.1.nec facit dolum dominus, quia parat ſi
bi probationes: ſed dicunt ipſum dicere ꝙ ſi poſſet conteſta
ri,ꝙ eſſet data illi licentia,ſub ſpe lato teſtimonio reuerten-
di,ꝙ non admitteretur in teſtem.ff.ad leg.iul.de adul.l.ſi po
ſtulauerit.§.iubet. quod ipſi ſequuntur. & facit pro eis ff. de
ædil.edi.l.quis ſit fugitiuus.circa prin. de rit.nup.l.plurimi.
de do.inter vi.& vxo.l.vir vxori. ſed nunquid familiares ſeu
ſeruitores poſſunt eſſe teſtes filio, vel illi filij patri? Videtur
ꝙ ſic : quia non prohibentur.ff. de teſt.l.ex eo . Forte poteſt
dici eos ſuſpectos: & videtur notari in ſimili extra de offi.de
leg.c.inſinuante.per Inn.& gl. & hoc indubitatè verum,vbi
in ſimul morarentur. & videtur notari in ca. in literis.extra
de teſti.per Inno.

1 *Filius patri ne teſtis.2.*
3 *Cœnobitas cœnobio non teſtificari.*

SED Neque.In gl. quia eorum. in fi.& hoc apparet quia
1 per filium acquireretur patri , & per conſequens † ipſi om-
nes poſſent habere vtilitatem,videlicet pater,cui acquiritur,
& fratres propter prouiſionem, quæ debetur eis in bonis pa
tris.Item propter ſucceſsionem, imo quodammodo ſunt do
mini , in vita patris. infra de hæred. qual. & differen.§. ſui.
Quid ergo hodie quando nõ quæritur patri, quo ad proprie
a tatem?videtur idem propter vſumfruc. Sed quid, [a] in caſibus
quibus nihil quæritur patri , qui notantur C.de bon. quæ li.
auth.excipitur? Videtur hæc ratio ceſſare: & ita prohibitio.
ſed cum iure cautum ſit, ꝙ parentes non poſsint dicere teſti
monium filio,nec filij eis:vt l.parentes.vt l.teſtis idoneus.de
teſti.C. & ff. propter affectionem quam habent ad inuicem:
2 credo,ꝙ hodie † non poſsint,ſicut nec antiquis temporibus,
& in teſtamentis non attenditur, an quæratur vel non, vt di
xi ſupra in §. in teſtibus. ſed de fratribus eſt maius dubium:
quia alias conſueuit dici , ꝙ poſſunt eſſe teſtes vnus alij , vt
no.in l.perentes.Sed ſatis poteſt dici ꝙ non poſsint eſſe ſibi
teſtes in aliquo negotio,vbi ſimul morantur, & ſunt in eadẽ
poteſtate. Et ſic intellige quod ibi not. & per hoc videtur ꝙ
3 † ſi inſtituatur monaſterium,quod religioſi illius monaſterij
b non poſsint eſſe teſtes: ſed hoc caſu non concederent, [b] qui
dicunt quod religioſi eſſe poſſunt teſtes in factis monaſterij,
extra de teſti.c.inſuper. Super text.quoniam. & c.inter teſta
torem , & c. vult dicere quod ſicut in alio negotio perſonæ
hic contentæ, non poſſunt eſſe ſibi teſtes.ſic nec in hoc,quia
quoddam negotium agitur inter hæredes,& teſtantem, non
tamen tale , quod deſcendat in ſpecie contractus , vel quaſi:
ideo dicit agi.In gl. nam olim , in primis duobus generibus
de quibus ſupra eo.tit.in prin.

a Adnotatio. Sed quid.Hanc quæſtionem,etiam ponit hic Ang.& determi
nat eam ſicut Ioan.Fab.
b Non concedentem. Item tenet hic Ang.cum Ioann.Fab. Item quærit hic
Ang.ſi villa,vel caſtrum,vel vniuerſitas,inſtituatur hæres:an illi de villa vel
vniuerſitate poterunt eſſe teſtes?vide eum hic.

1 *Legatarius rectè ne teſtis.2.5.*
3 *§.Legatarijs ſenſus.*
4 *L.Dictantibus explicari.*
6 *Scribenti non rectè legari.*

LEGATARIIS. In gl. diſcrepant.in fi dic ibi de leg.1.
l.per omnia.In gloſſ.ſed melius C. de hær.inſti.l.quoties.de
dona.l.æris.ff.ad Treb. ſi hæres. & per hoc apparet ꝙ fidei-
com.vniuerſalis non poſsit eſſe teſtis: quia habetur loco hæ
redis.⁊ de fideicom.hæred.§.reſtituta.In glo.græca.in fi.vel
1 forte vult dicere de leg.dictantibus.C.eo.2.dicto. † In gloſ.
C.de teſt.ibi alij.hęc gl.videtur velle ꝙ ſi agatur inter duos,
de viribus teſtamẽti: quia forte vendicatur hæreditas,ab hæ
rede ſcripto,ꝙ legatarius poſsit eſſe teſtis:ſed ſi petatur lega
tũ,nullus legatarius poſsit eſſe teſtis, nec in cauſa, quam age
ret,nec in cauſa collegatarij,ſed alio modo videtur dicere ff.
de reb. dub.l. ſi quis ita. vbi videtur dicere gl. ꝙ principali-
ter nõ teſtis in re ſua, ſed ſecundario, & ita vult concludere
ꝙ valet legatũ.Et per conſequens eius atteſtatio ? quia alias
nõ valeret, cũ oporteat probare per ſeptẽ teſtes.C.de fideic.
l.fi.ver.cum enim.Dyn.ff.l.qui teſtamento.videtur dicere,ꝙ
2 teſtamentum valet,& legatarius poſsit eſſe † teſtis,quia non
ſequitur:valet teſtamentum:& valet inſtitutio, ergo & lega
tũ.& ita ſupponit ꝙ legatum probari non poterit,& ſic non
valebit.Iaco.& Pet. dicunt ꝙ pro teſtamento poteſt eſſe te-
ſtis,ſed non pro legato ſuo,ſed de cõtentis in teſtamento ſic,
licet tunc videatur eſſe teſtis indirecte pro commodo ſuo ,
arg.ff.de aut.tu.l.2.hæc verba fuerunt male reportata,& vi-
dentur implicare cõtrarietatem.potes dicere ꝙ iſte §.loqui-
3 tur in † teſtamento in ſcriptis in quo non eſt dubiũ, quin le-
gatarius poſsit eſſe teſtis, quia non teſtificatur , nec deponit
de legato ſuo, nec de contentis in teſtamẽto, ſed ſolum reco
gnoſcit ſigillũ ſuũ , imo poſsibile eſt qđ ignoret an ſit ſibi le
gatum,vt dixi in ſuperioribus. ſed cur hæres non poſsit eſſe
teſtis , qui ita poteſt ignorare contenta in teſtamento, ſicut
legatarius? Reſponde, quia quicquid eſt in teſtamento, tan-
git hæredem,vel ad ſuum cõmodum, vel incommodũ,ideo
lex prouiſionẽ maiorem adhibuit in eo prohibendo , quam
legatarium , quia totum negotium hæredis eſt ſupra §. ſed
nec.Quid ergo in teſtamento nuncupatiuo,nunquid obtinet
iſte §. Videtur quod non. quia ibi deponit teſtis de ſubſtan-
tialibus,& de toto tenore,vt dixi ſ.circa prin.& §.ſed cũ ali-
4 quis.Ego credo contra.& eſt expreſſum † in l.dictantibus.2.
reſpon.C. de teſta. etenim lex illa nedum loquitur de teſta-
mento,imo de qualibet voluntate.vnde continuando primũ
& ſecundum reſponſum,videtur ibi expeditum,& quicquid
ſit in locis , vbi teſtamentum probatur per literas ſigillatas,
caſus non eſt dubitabilis , ſicut nec in teſtamento in ſcriptis.
Et ad l.in omnibus.reſpondere potes , vt not.d.l. ſi quis ita.
quia non principaliter dicit teſtamentum re ſua : ſed ſecun-
dario.Sed hæc ſol.non videtur bona, quia habens cauſam cõ
ſimilẽ,non fert teſtimonium principaliter in cauſa ſua,& tñ
repellitur extra de teſti. ca.perſonas.Potes dicere quod hoc
5 ſit ſpeciale in teſtamento,quod licet poſsit † ad legatarium,
ex conſequentia , commodum vel incommodum pertinere,
ꝙ nihilominus poſsit eſſe teſtis . & idem in alijs caſibus vbi
eſt magnus numerus teſtium : ſed vbi non eſt tantus nume-
rus teſtium,& duo ſufficerent , tunc haberet locum lex con-
traria.& c.perſonas.ſed vbi ſunt tot teſtes, poteſt dici, ꝙ illi
quos ſecundario tangit , admittantur propter adminicula a-
liorum.Quid ergo, ſi omnes ſint legatarij ? dic idem , vt eſt
expreſſum in l.ſi quis ita,etiam ſi omnibus eſſet vnum lega-
tum factum. cum ſit eadem ratio. Sed cur non poteſt ita be-
6 ne † legari ſcribenti , ſicut teſti.C.de his qui ſibi in teſt.ſcri.
l.2.& per totum ? Reſpondeo , quia ſcriptor poſſet falſitatẽ
maiorem committere,& hoc in teſtamento in ſcriptis,cuius
tenorem teſtes ignorant. in alijs videtur ꝙ legari poſsit etiã
ſcribenti,cum ceſſet ratio: & hoc ſcripſi C.eo.l.dictantibus,
& per hoc videtur , quod ſi fideiuſſor velit probare reũ prin
cipalem eſſe ſoluendo, vel eſſe præſentem , quod poſsit per
cõfideiuſſorem.vt hic ſcripſi. item quod beneficiati per præ
latum , poſsint ei eſſe teſtes de creatione ſeu in titulo. In ea
gl.ibi,quod erat dictum,ſed ad illud ſolum quod de expenſis
ſibi ſubiungitur.In ea.gl.in fi.& hoc niſi eſſent eędem defen
ſiones vtriuſq; ſimile,ꝑ d.c.perſonas.ff. de lib.cau.l.duobus.

1 *Chartarum inuolutio.*

NIHIL Autem in gl. ſic ſupra.in fi.ſed an poſsit fieri in
tabulis cereis?dic quod ſic, vt ff.de bo.poſ.ſecundum tabu.l.
1 chartæ † quæ inuoluerentur pãno.vt dixi ſ.circa princ.& ẽt
in pergameno raſo,vt not.in d.l.chartæ.nõ ſic de inſtrumen
to.in auth.de tabel.§.illud. quãuis notetur cõtra.d.l.chartę.

1 *Actus vnius rectène fiant inſtrumenta duo .*
2 *Teſtamenta duorum an vna charta ſcribi queant.*

a SED Et vnum. [a] In gloſſ. ſic in auth.in fin. hic in fin. de
bet eſſe additio,quæ dicit: ſed hæc ambo ſunt principalia,q̃a
in quolibet ſeruatur ſolennitas ſubſcriptionum , & aliorum
ſupradictorum. & facit quod notarius, vel au[illegible]r literarũ,
1 poſsit † cõficere duo inſtrumenta,vel duas lit[illegible] de eodem
contra-

contractu & vtrunque ſit originale,& de conſuetudine,non audent conficere de debitis ſemel ſoluendis: ſed de perpetuis ſic. Et eſt ratio, quia literæ talium debitorũ conſueuerũt reddi: nec recipitur alia litera de ſolutione. & ita ſi creditor haberet duas, poſſet fraudari debitor: verum eſt tamen ꝙ ſi vnam ſemel reddiderit, quòd non poteſt conficere aliam niſi parte vocata.de hoc C.de diſcuſ.l.ne caſu.lib.10.vide in
a Spe.de inſtru.edic.§.poſtquam.ver.ſed nunquid. † Sed quid econtra. nunquid duo teſtamenta poſſunt ſcribi in eadem charta? videtur quòd ſic.C.de annal.exce.l.fin.ff.de euict.l. cum plures.de hæred.inſti.l.duo ſocij. Caue tamen ꝙ teſtes pro vtraque parte rogentur:& aliæ ſolennitates obſeruẽtur, ff.de vulg.ſubſt.l.patris.eo.tit.l.ex pupillari.

a Adnotatio. Vnum hic tractat Ang.an literæ antiquæ in muris faciant fidem Item an raſura,& cancellatio noceat. Item an exemplum probet originale,vide hic per Ang.in 2.col.

1 *Teſtes a quibus rogandi.*

SI Quis autem. In glo.quandoque nullus. ibi cum alleg.l.milites.ibi no.contra, quòd imo ſunt neceſſarij duo ad minus:dic infra proxi.ti.§.1. In gl.idest rogatus.in fi.ſed per
1 quem † rogabuntur? videtur ꝙ ſufficiat per quemcunque, cum lex non dicat per quem.ff.eo.l.hæredes.§.pen. ſed contra,in auth.rogati,videtur ꝙ ſic, ſicut dicitur de tabellione: vt no.in auth.de tabel.§.1. Dyn.tenet contra, per l. quicunque.ff.de publiciana.& not.in Spe. de inſtru. edi.§.nunc autem.& videtur expreſſum in d.§.licet.ibi cum dicit,per teſtatorem demonſtrare. An autem præſumatur nuncupatiuum: vel in ſcriptis: dic ſupra §.ſed cum aliquis.

### *De militari teſtamento.* Rubrica.

1 *Libertini, negotiatoresque ne militent.*
2 *Miles a quo creandus.*
3 *Militiam dignitatem non eſſe.*
4 *Militis priuilegijs hodie locum eſſe.*
5 *Militem quæ faciant.*

In gl.rubricæ ibi cum allegat:ex quib.cau.ma.l.pen. Et de
1 hoc in aut.de man.prin.§.titulos.† An autem requiratur. ꝙ ſit de genere militari,non videtur,quia libertini poſſunt eſſe milites,C.de lib.& eorum lib.l.fin.ff.de mili.teſt.l.ſi duobus. C.qui mil. poſ. l. pen.de bon.poſſeſ.quæ ex teſt.mili.lege 1. Contra in feud.de cler.viol.pac.§.ſi miles.C.neg.ne mil.l.1. lib.12.ſed ad primam poſſet reſponderi, quia in illa non prohibetur fieri miles, qui non eſt de genere militum: ſed ad actum duelli non admittitur,niſi ſit de genere.imo facit pro prima parte, quia ſupponit quod aliqui ſunt, qui non ſunt, ex genere,quos prohibet duellare.Item ad alium reſpondet: quia ibi non ob defectum generis prohibentur, imo propter negotiationem,quæ non pertinet ad milites.C.de loc.l.milites. de re mili.l. milites. ſed de conſuetudine,debent eſſe de genere militari, multi tamen his diebus conſuetudinem in-
2 terrumpunt. † Sed quis poteſt creare militem? videtur quod ſolus princeps.C.de re mili.l.neminem.ſed de conſuetudine miles creat militem,vt tota die videmus. ſed an miles eſt in dignitate? videtur expreſſum quod ſic.C. qui mil.
3 poſſ.l.fin.de equeſ.dig.in rubro,† & nigro.lib. 12. ſed gloſſ. dicit ibi contra,pro qua facit, quia condemnatus de crimine publico,& capitali,efficitur infamis.ff. de pub.iud.l.infamẽ. & tamen miles cõdemnatus,miles remanet.ff.de iniuſt. rup. & irrit.teſt.l.ſi quis exheredato.§. irritum, & tamen ſi eſſet dignitas amitteretur per infamiam. C. de dig.l.neque.vnde legitur, quod non eſt liber a laqueis diaboli, qui mundanæ militiæ ſe voluit implicare.de pœn.diſti.5.cap.contrarium.
4 & cap.falſas. † An autem milites noſtri temporis,iſto priuilegio gaudeant? poteſt dici quod ſic: quia hoc priuilegio non gaudent, niſi illi qui ſunt in procinctu,vt infra in prin. tit.& propter rationem quæ redditur ff.eo.l.diuus.& l.1.quę habet locum in militibus noſtri temporis,ſicut in illis, cum hoc caſu, defendant rempub. ſicut illi. & ideo priuilegium idem hab[illegible]Nam ſecundum doc. milites noſtri temporis,
a eiſdem gau[illegible]nt priuilegijs,quibus antiqui a quando ad hoc eadem ratio ſe extendit,vt ſcripſi C.de iur.& fac.ign.l.1. Et hoc notant Iac. & Pet.qui dicunt quòd milites noſtri temporis,qui vadunt ad bellum licitum, gaudent huiuſmodi priuilegio,ſed ſi in iudicio omiſiſſent aliquam exceptionẽ peremptoriam,non gauderent,quia hodie non continue ſtant in caſtris,ſicut antiquitus,imo vadunt ad aſsiſias,& litigia, ſecundum eos,verum dicunt,maxime in Normania, & Pictauia,
5 vbi ſunt, vt plurimum aduocati. Et no.† quòd nedum gaudent hoc priuilegio teſtandi milites,imo quicunque alij,qui ad bellum iuerunt. duo tamen ſunt neceſſaria, quòd ſint in loco hoſtili: & ibi moriantur,vt patet ff. de bo. poſſ.quæ ex teſt.mil.l.1.ff.eo. l. fin. Item tertium eſt,quòd ad bellum licitũ vadant vide quo ſcripſi ſupra.de rer.diui.§.itẽ ea. Item videtur quod vxores & familiares militum prædictis concurrentibus,gaudeant illorum priuilegiis.C.de vxo. mili.& eorum qui reipub.cauſa.l.1.vide quod ibi ſcripſi. Et hoc priuilegium conſiſtit in tribus,vt d.l. & no. ff. de bo. poſ. quæ ex teſt.mili.l.1.In fi.ea.gl.Iac.& Pet. dicunt quod milites dicuntur a malo,non quod nobis mala faciant,ſed quia a malo nos ſeruare debent. C. de offic. præt. Afri.l.2.& facit, quia milites defenſores,eſſe oportet,non dominos.C.de cap.l.ab hoſtibus.in fi.Ioan.Fabr.

a Adnotatio.Quibus antiqui.Adde Spec.contrarium tenuiſſe in ti. de proc. §.1.ver.item quod eſt miles.nu.21.Io.And.in c.cum deſideres,in prin.extra de ſen.excom.Pan.in c.in noſtra.nu.8.vbi dixi in apoſt.ver.quia milites. extra de procu.& dixi etiam in apoſt.ad illud deciſio, capel. tholo.deciſio.131. incipien.item fuit quæſitum.

1 *Præbendæ cur dentur.*
2 *Querelæ quod,& an peculium ſubiaceant.*
3 *Querelæ vis.*

a SVPRADICTA. a Tex.ſeipſum continuat eui
1 denter. † In gl.arg.quòd ceſſante,&c.in fin. vult dicere quod cauſa finalis, propter quam præbenda datur,eſt ſeruitiũ Dei,igitur ceſſante ſeruitio,ceſſare debet præbenda,videlicet ꝙ non debeat ea gaudere. & hoc eſt expreſſum in auth. de cle. qui reced.col.5.in rubro & nigro.extra de cle.non reſi.quaſi per totũ nec valet conſuetudo,ſeu ſtatutum ad contrarium. ſaltem in diſtributionibus in eo.tit.c.1. lib.6. In † gloſſ.ſ.
2 quantũ ad ſolennitatem.ibi.cũ allegat gl.l. Papinia. §. ſi quis in militia. vt hanc gloſſ. rectè intelligas dic quod peculium quaſi caſtrenſe, nunquam ſubiacet querelæ. quandiu eſt peculiũ.vt d.l.fi.§.fi.C.de inoffic.teſt.Sed in caſtrenſi.eſt diuerſitas in gloſſ. Vnde dic, quod caſtrenſia bona non ſubiacent
b b querelæ ſi teſtamẽtũ fiat in caſtris,vt l.ſi inſtituta §.de inof
* ficioſo.ff.de inoff.teſt. * Sed ſi alia bona ſint non caſtrenſia, illa ſubiacent,vt ff.eo.l.ſi a milite.§.fi. & in hoc differt filiuſfam.a patreſa.quia filiusfam. non poteſt habere alia bona,de quibus teſtari poſsit.& ita nunquam eius teſtamentum ſubiacet querelæ,ſed patrisfam.ſic,& ideo quandoque ſubiacet. Si vero teſtamentum fiat extra caſtra a veterano,tunc eſt differentia inter filiumfa. quia illius teſtamẽtum non ſubiacet, ſed patrisfa.ſic,vt hic no.in gl.quæ eſt verior, quam illa quæ eſt in d.l.fin.vbi contra notatur. hodie vero debet ſemper relinquere legitimam: in auth.vt cũ de ap.cog.§.ſed hoc de parentũ.Sed ſi non relinquat,conſueuit quæri, q̃o expugnabiť
3 † teſtamentũ?Et aliquę gl.dñt qđ per querelam, vt no.d.l.fi. C.de inoffi.teſt.l. Papinia.§.1. ſi quis a par. fue. ma.in rubr. Alibi dicunt,per condi.ex le.C.de epiſ.& cler.auth. presbyteros.ff.de inoffi. teſt. l. aduerſus. Et hæc conſueuerunt per doc. approbari. & eſt magnus effectus, quia querela rumpit omnem inſtitutionem, ſed condictionem non, vt ſcripſi C. de inoffi.teſt.l. de inofficioſo teſtamento, & ibi de hoc, & doct.iunge infra de exhæ.lib.§.ſed ſi in expeditione.

a Adnotatio.Supradicta. Diuide hunc tit.ſecundum Ang. Item ſecundum eundem, ſic pone caſum, miles in expeditione poteſt facere teſtamentum iure militari,quomodo vult extra expeditionem, non habet priuilegium, niſi quod filiusfam.etiam teſtari poteſt.
b Non ſubiacent.Hodie tamen,ſecundum communem opi.in filiofa.milite per præteritionem factam ſine cauſa,annullatur eius teſtamentum quantum ad inſtitutionem,vt in auth.ex cauſa.C.de lib.præt.Si vero cum cauſa,habentur per exhæredatione,ſubiacet querelæ,vide per Ang.hic poſt me.col.1.

1 §.plane

1 §.*Plane.& l.1.ff.de teſta.mil.conciliari.*
2 *Donatio quibus coniecturis arguatur.*
3 *Verbis ſolis non teſtari.& 5.*
4 *Verbis recte obligari.*
6 *Relinquo, verbi vis & acceptio.*

PLANE de teſtamentis.In gloſ ſaltem ibi cum alleg. C. eo.l.milites,hęc gl.habet ſimilem ſupra ti.1.§.fin.ſed contra no.in d.l.milites,& ff.eo.l.1. ſed dic, ꝙ † nulla eſt contrarie-
1 tas.Hæ enim dicunt,quod nullo teſte vocato, valet teſtamen tũ: ſed non negant,quin oporteat poſt probari, quod miles ſic voluit: vt in contrarijs,in hoc tamen bene aduerte, quia ſi miles in conflictu ſcripſit teſtamentum ſuum, in quacunq; materia, & de quocunque nullo teſte vocato, nullo præſente,nec ſciente,quid ſcribitur valeat teſtamentum oportet ta-
a men,quod probetur [a],uel per teſtes,qui cognoſcant manum ſuam,vel per comparationem literarum, vel per teſtes, qui eum viderunt ſcribere, quod hoc ſit de manu ſua: vel de vo luntate eius per alium ſcriptam. Et hoc eſt probatio, de qua ſit mentio in d.l.Lucins,& hoc voluit dicere hæc gl. In gl. forte.in fi.& pro hoc facit,quod not.C.in quibus cau.do. ac-
2 quir.poſ.l.2.libro 11. † Sed quid ſi aliquis dedit bona ſua, nunc dicit donationem non valere,quia cauſa ioci dixit,quid præſumetur in dubio. Do. Ia. de Rauen. & Pe. poſt eum dicunt, quod præſumitur quod ſit vera donatio.ff.de pact.l.iu riſgentium,§.quod fere: nouiſsima parte,niſi coniecturas ap pareat de contrario. Coniecturæ autem poſſunt eſſe modus, & conſuetudo loquendi: puta,ille qui protulit verba, conſueuit dicere: quicquid habeo, veſtrum eſt, vt ex conditionibus hominum dicta penſemus, C.ſi quis impera. maledi.l. 1.ff.de pig.l.vel vniuerſorum.item dictum præcedens. ff. de mino.l.denique.§.1.melius allegarent ff. de teſta. l. hæredes palam,§.ſed & ſi notam de leg.1.l.ſi ſeruus plurium.§.fi. Itẽ mos regionis. ff. de fun. inſtr. l. cum delanionis.§.Labeo.&
b §.aſinam melius ff.de ver.ſign.l. anniculus. Ego credo [b],
3 quod nulla verba operentur † teſtamentum, & præſertim inſtitutionem; niſi expreſſe appareat, quod teſtator volebat teſtamentum facere. & ad hoc ſe diſpoſuiſſet. ſed per hanc literam in ver. is ergo,& d. l. diuus. & facit quod not. ff.de hæred.inſtit.l.1.§.ſi autem. & hoc niſi in diſcrimine vi tę poſitus,verba proferret ſapientia vltimam voluntatem.ff. de lega.3.l.Pamphilo.§.propoſitum. In contractibus cre-
4 do contra, quod quamuis nulla verba † præceſſerint alia, nec contractus, quod ſi verba proferantur contractum ſapientia, quod præſumantur obligatoria, niſi ex coniecturis aliud appareret,per prędicta.& hęc faciunt,quod verba quę cunque proferantur inter maſculos, & fœmellas, quæ matrimonium ſapiunt, ſint matrimonialia, niſi ex coniecturis aliud appareret. Domini Iacob. & Petr.quærunt quid ſi quis dicat: relinquo tali omnia bona mea, an ſit teſtamentum? Et dicunt, quòd hæc lex inducit quod ſic. & ff. ad Treb.l. cogi. C. de ſacroſan. eccl. l. fin. Sed illa nihil facit, quia ibi verbum relinquendum pertinet ad inſtitutionem, & legatum. Ipſi dicunt quod vltima voluntas in qua talia
5 † verba proferuntur non poteſt valere vt teſtamentum, quia forte non ſunt niſi quinque teſtes & tunc vt res potius valeat quam pereat,erit codicillus, ff. de reb. dub.l. quoties ſi poteſt valere vt teſtamentum: tunc aut reperitur in aliqua parte inſtitutio directa, & operatur legatum,ſi non reperiatur,operatur inſtitutionẽ,ff.de hæred.inſti.l.1.§.ſi ex fundo. C.de hęre.inſti.l.quoties ſecundum eos hic,hęc lex nihil facit ad hoc: quia hic non ideo reprobatur talis ordinatio: quia vſus eſt miles hic verbis, relinquo: ſed quia voluntas non probatur, & ita not.in auth.de hęred. & falc. §. ſi vero nulla. vbi de hoc. Vnde circa hoc dic plenius: quia aut per
6 verbum,relinquo,† dimittitur, vel relinquitur aliquid ſingu lare,tunc operetur legatum,ſeu fideicommiſſum indiſtincte, ſiue alius eſſet inſtitutus, ſiue non. ff. de leg.3. l. Pamphilo. §.propoſitum.de vulg.l. paterfamil. aut aliquid vniuerſitatẽ importans,de quibus in d.l.cogi.ff.ad Treb.& tunc aut alius eſt inſtitutus ſine parte,per verba directa, & tunc eſt fideicõ miſſum.Verbi gratia,hęrede inſtituto dicit, bona mea relinquo tali, videtur fideicommittere inſtituto, quòd reſtituat. & ita not.ff.de hęred.inſtit.l.his verbis.pro quo ff.ad Treb.l. Lucius,§.filiam. ſecus, ſi per verba directa inſtitueret: quia tunc videretur vocare in alium aſſem.ff.de hęred.inſtit.l.Lu cius.ſi autem alius eſſet inſtitutus in partem,poſtea diceret: bona mea relinquo tali.videretur quod deberet venire in par tem vacantem, quia operatur inſtitutionem: vt no. d. l. his verbis. Sed quid,ſi primus,eſſet inſtitutus ex fundo,& poſt dicit: tali omnia bona mea relinquo. per præmiſſa videtur inſtitutio.arg.C.de teſtamen.l. quoniam indignum. & facit ff.de tab.exhib.l.1.§.fi.

a Adnot.Quod probetur.Idem tenet Ang.hic. Item quærit hic Ang.an mi lites noſtri temporis, gaudeant hoc priuilegio. & poſt diſputatam materiam vr̃ tenere ꝙ nõ,vide eum hic in 1.col.ver. quęro an milites noſtri temporis.
b Ego credo.Ang.hic tenet.cum allegando pro hoc dicto in verſ.in gl.ſermo nibus.item Ang.in fi.1.colum.in ver.iſte tex,ibi ponit vulgatam quæſtionẽ: an ſufficiat,quod teſtes audiant vocem teſtatoris,licet cortina ſit in medio.vi de eum hic.

1 *Corporis caſum teſtaturo non obeſſe.*

QVINIMO. In gl.habet priuilegium,hæc gl. vult continuare hunc §. præcedentibus qui male, & inepte videtur
1 hic ſedere,ſed continua,prout gloſ.dicit hic. † Sed mirandum: ſi ſit ſurdus & mutus a natura, quomodo facit teſtamẽ tum cum ignoret quid ſit teſtamentum, & omnia idiomata, nec quicquam intelligat, niſi quæ ratio naturalis miniſtrat? Forte poteſt dici, quòd ſignis intelligat: vnde hoc probare oporteret,quod eſſet talis,qui intelligere poſſet per ſigna:& quòd talia ſigna facta eſſent,per quæ appareret ipſum voluiſ ſe ſic teſtari.arg.ſupra prox.§.

1 §.*Sed hactenus ſenſus.*
2 §.*Quinimo,limitari.*
3 *Conditio an retrotrahatur.*

SED hactenus. In gl. quidam dicunt.in fin. hanc gloſ. approbant doct. Iac. & Pet.quicquid ſic recitant, & non reprobant,ſed pro primis facit multum l. iure militari. vbi dicit cauſariam miſsionem. Supponit ergo,quòd non poſt. dicas,quod hęc gloſ. bene dicit faciendo hic §. quia ad veri-
1 tatem † hic loquitur generaliter de quolibet milite.quod ap paret in eo quod ſubijcit: poſt miſsionem vero, &c. vbi non debet eſſe §.ſed verſus.vnde hęc eſt veritas indubitata.quòd filiusfamilias veteranus teſtatur communi iure. & eſt expreſ ſum ſupra eodem, circa principium. verſic. ſed & teſtari ſed de ſurdo, & muto a natura: quia de illis loquimur: alias nul lum eſſet priuilegium: vt l.diſcretis.C. qui teſtamenta facere poſſunt, non eſt verum: quia cum poſt miſsionem teſtari oporteat iure communi,vt hic in dicto verſic.ſed & teſtari,& impoſsibile ſit,quod tales teſtentur iure communi.cum nomina omnium rerum ignorent: nec ſcribere poſsint:cum nullam doctrinam literarum recipere potuerunt quę per au ditum ingreditur: nec ſciant, quid eſt inſtitutio, nec legatũ
2 ſequitur quod dicta lex, & §. proximus ſupra † non habeant locum,poſt miſsionem,intelligendo eas de muto, & ſurdo a natura: ideo ſignanter text.dicit ibi in l.ante cauſariam, &
a ſi ſic in gloſſ.intelligeret,mala eſſet gloſſ. [a] tamen non loqui tur niſi de muto: ſed in illo nullum eſt priuilegium: dum tamen ſcribere ſciat: vt dicta l.diſcretis. in fi. alias, non poteſt facere teſtamentum poſt cauſariam: cum iure communi teſtari oporteat, & de iure communi teſtator debet expri mere nomen hęredis.C.de teſtamentis.l.iubemus. In gloſſ. honeſtam.ſcilicet ibi cum dicit. finito tempore militię. ſcilicet viginti annorum,vide ff. de excuſa.tutor. l. ſed & milites maxime in §.qui infra.ſuper tex.ibi: vel extra caſtra com meatu accepto.ff.quibus ex cauſ.man.lege qui mittuntur. §. fina. In gloſſ.quia conditio.in fine.contra extra de reſcrip. capit.ſi pro te.de ſponſ.capit.1.libro 6. ff. de leg. ſecundo.l.
3 Licinius Locuſta.Solutio: conditio † non retrotrahitur.quo ad fructus: nec quo ad hoc. quod mora contrahatur, niſi a tempore exiſtentis conditionis:vt l. Lucius. alleg. item nec retrohatur in caſu irreuocabili, per apponen[illegible] conditionem,ſi alium actum pendente conditione fe[illegible] non compatibilem, primo: vel ex quo poſſet pr[illegible]cari ſecundo

do actui,ſi retrotraheretur,vt d.c.1.ſed non eſſet reuocabile, per celebrantem actum ſecundum, ſecus.& partem huius ſolutionis potes colligere ex dictis Dyn.extra de reg.iur.c.qui prior.lib.6. & facit.C.de teſta.ma.l. ſtatuliberis. Et hæc faciunt ad illud quod ibi ſcripſi. Et ſi quis excommunicetur ſub conditione, & ante conditionis euentum,deſinat eſſe ſubiectus,an ligetur ſnīa,in quo ſunt diuerſæ opi.vt ibi ſcripſi.

a Adnot. Mala eſſet gl. Ang. tenet hic contrarium, dicens etiam ſi ſit ſurdus & mutus a natura q̄d poſſit teſtari: intelligendo tñ. vt ſupra in §.proxi.

1 *§.Sed & ſi quis.& l in fraudem conciliari.*
2 *Detrahens vnum, reliquum firmat.*

Sed eſt ſi quis.In gl. videtur in fi.Quid ſi nihil addidit, nec detraxit: nec alias apparet eius voluntas: nec contraria, videtur quod non valeat:vt hic a contrario ſenſu.ff.eo.l.tribunus §.1.& l.Titius.Sed contra eſt eo.tit.l.in fraudem.§.1.
1 Solue vt in d.l.tribunus:quia in l.in fraudem † teſtamentum fuit factum a milite: non tamen militante: ſed hic quando a pagano,ſed quomodo intelligis, a milite non militante? Forte ſicut ff.de bon.poſ.quæ ex teſta.milit.l.1.§.fi. ſed ibi valet iure militari propter quod intelligas de milite non militante.quia miſſo ob cauſam.ſ.§.poſt miſsionem. Et not. ex hoc
2 quod hic dicit:detraxit: quod quid detrahit † in vno articulo,videtur in alijs confirmare, vt hic & dicta l.tribunus.§.1. & ita illud quod fit ad diminutionem videtur operari augmentum, contra de condi.& demon.l.cum tale.§.fi.Et facit, quod per inſtrumentum emphyteuticum probetur dominium.ff.de diuor. & repud.l.Iulianus.

Sciendum. Ad materiã huius §. vide ſupra per quas perſonas nobis acquir. circa princip.vbi ſcripſi.In gl.ſcilicet caſtrenſi.in fi.dic infra.titul.1.§.1.In gloſ.niſi ſit in fine, dic ſupra eo.§.1.

## *Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. Rubrica.*

Supra dicit de modo ordinandi teſtamenta, ſequitur de perſonis, quæ ordinare poſſunt: declarando.n.quæ non poſſunt declarantur quæ poſſunt.ff.de accuſ.l. qui accuſare. Ordo tñ vr̄ præpoſterus, quia prius debebat inquirere de perſonis, quã de rebus.ff.de leg.2.l.non oportet. de iure codicil.l. quidã referunt.§.1.ſed non eſt vis, quia fit in eodẽ cõtextu.

1 *Teſtamentum publici iuris eſſe qui accipiendum.*
2 *Donationis cauſa mortis natura.*
3 *Filiusfamilias an recte donet.*
4 *Religioſo quæ liceant.*
5 *Filij bona pro patre capi.*
6 *Inſtitutionis tempora ſpectanda.*

a Non tamen.[a] Super text. ibi cum dicit ſubiecti.ratione filiationis.de illis enim qui ſubiecti ſunt,alias dixi ſupra de teſtamen.§.teſtes.de iure perſon.§.ſeruitus.C.de ſacroſanc.eccle. authen.ingreſsi. In gl.ſed cau.mor.in fi.Alia ratio redditur.C.qui teſta.fac.poſ.l.ſenium.videlicet, quia teſtamenti factio publici iuris eſt: & in his quæ ad ius publicum pertinent, non curatur de patria poteſtate, vt l.ille a quo.§.fin.cum l.ſeq.ff.ad Treb.l. nam quod.Sed ex hoc poſſet opponi. quia ſi publici iuris eſt.ergo filiusfa.poteſt teſta-
1 ri.Sed ad hoc poteſt † reſponderi, quod ſolennitas introducta in teſtamentis, eſt publici iuris, id eſt, pro publica vtilitate reperta, quæ non eſt pro voto cuiuſlibet imutanda:non autem eſt alias publica, ſed ſecundum hæc, prædicta ratio non remanet ratio, propter quod tene hanc quæ hic no.ſed cum iſta donatio cauſa mort. ſapiat naturam vltimæ voluntatis, vt l. Marcellus. §. fina. & l. omnibus. ff. de do. cauſa
2 mor.C.eo[illegible] cur iſta † donatio magis poteſt dependere ex arbitrio p[illegible], quam legatum? Dicas quod donatio cauſa mortis plus accedit contractui, quam vltimæ voluntati, vt dixi ſupra de dona.§.1. & not.ff.de dot.præl.l.2. de donat.l. Ariſto. ideo ſicut contractus poteſt dependere ex alieno arbitrio, vt C.de contrahend.empt.l.fina. ſic & donatio cauſa mortis.Iacob.& Petr.dicunt, quod actus teſtandi eſt ſolemnior, quam donandi cauſa mortis: ſed certe actus legandi, vel codicillandi, non videtur ſolemnior. cum vtrobique re-
3 quirantur quinque teſtes, vt d.l.fina.Quid † ergo ſi filius de
b voluntate patris legat, & dicit quod ſi non valeat[b] vt legatum,quod valeat iure cuiuſlibet vltimæ voluntatis,nunquid ſaltem valebit,vt donatio cauſa mortis? Spec.videtur dicere, quod non in Specu.de inſtru.edi.§.compendioſe.verſi.quid ſi filius.Sed obſt.ff.de dona.cauſ.mortis.l. vbi ita.extra de de ſpon.impub.c.1.lib.6.C. de codic.l.fi. Quid ſi donauit cauſa mortis, de voluntate patris:nunquid ſolus pater poteſt reuocare?argu.quod ſic.ff.de pecu.l.non ſtatim.de ſponſa.l.in poteſtate.Hodie videtur, quod poſsit legare pro anima ſua de conſenſu patris. extra de ſepul. c.licet. §. quamuis li. 6. Sed an ipſi patri poſsit donare cauſa mortis de voluntate ipſius? Non videtur, ff.de autho.tuto.l.1.& ibi not.Et hæc faciunt,
4 † quod religioſus non poſsit teſtari, etiam cum licentia ſuperioris, ſed forte poteſt dare cauſa mortis,vel bona diuidere. C.de ſacroſanct.eccleſ.auth. ſi qua mulier.in fine.& ibi ſcripſi.In gl.nam liberi.in fi.& ſi non ſint liberi, pater admittitur, cum fratribus.vt eodem ti.§.ſi vero.Et hoc, ſi caſtrenſe peculium deuoluatur tanquam hæreditas: de quo infra proxi.§.In gloſſ.non hæreditario.idem no.in dicta authent.circa princi.dic vt ibi & idem in aduentitio, vt ibi not.in Spec. de ſucceſ.ab inteſt.verſi.quid ſi filius ſed tamen propter hoc filius non poteſt teſtari, etiam in caſibus, quibus nil quæritur patri, vt not.ff.ad Treb.l.1.§. in filij. & eſt expreſſum C. qui teſtamenta facere poſſ.l.nemo. & hoc eſt niſi haberet caſtrenſe vel quaſi, vt infra ſequitur.vel niſi ſit clericus: illi enim poſſunt de bonis vndecunque quæſitis, vt C.de epiſc.& clericis,auth.presbyteros.Sequitur text.ibi, vel aliter inquie-
5 tare.ſed quid in aduentitio † & profectitio? videretur idem. ff.de min.l.3.§.ſed vtrum.ſed is tex.facit ad contrarium.Vnde poteſt dici, quod propter debita patris poſsit fieri executio, in profectitio peculio per hunc §.& etiam in fructibus aduentitijs, quatenus ad patrem pertinent, deducto tamen, quod ei neceſſarium eſt in prouiſione filij, & rerum, oneribus ſupportandis, quia illud non videtur fuiſſe in bonis patris.C.de bon. quæ liberis.l.cum non ſolum.§.ſi autem.facit ff.de re iudica.l.a diuo Pio.§. quod ſi res. Sed filio condemnato, an fiat executio in bonis paternis?vide infra de noxal. §.fina.& ſcripſi in l.cum non ſolum.§. neceſsitatem.In gloſ. idem de ſeruo. in fine. Et eſt ratio, quia actus codicillandi, non eſt ita ſolemnis ſicut teſtandi, quia in codicillis non fit inſtitutio,ideo non eſt tantum periculum, & vide in ſimili,
6 quod in inſtitutione tria † requiruntur tempora.ff. de hære. inſtituen.l.ſi alienum.§.in extraneis. in legato tempus mortis.ff. de iure fiſci.l. non intelligitur. §. quando. & de rebus dub.l.ſi cognatis.& dic, quod etiam in codicillis, opus eſt, quod appareant aliqua ſigna retentionis voluntatis:arg.l.tribunus.§.1.ff.de milita.teſtamen.& dixi ſupra titul.1.§.ſed ſi quis dic vt ibi, ſed opponitur.ff.de bon.poſſeſsio.ſecundum tabul.l.qui ex liberis.§.teſtamento dic vt ibi,& videbis infra quibus modis teſta.infr.§.alio, & concord. huic ff. de teſtamen.l.ſi filius.

a Adnota.Non tamen.Diuide hunc titulum ſecundum do.Areti.& pone ſic caſum ſecundum eum.Qui alieno iuri ſubiectus eſt: non poteſt facere teſtamentum,etiam patre conſentiente:niſi de caſtrenſi peculio,vel quaſi, de quo teſtari poteſt, ſiue ſit miles,ſiue veteranus,etiam patre inuito.

b Non valeat.Quid in aduentitijs, in quibus patri non quæritur vſusfructus, an teſtari poſſit,patre conſentiente?& dicit Ang.quod non.Item quo ad pias cauſas:an in talibus aduentitijs, poſſit permittere teſtari.vide Ange.hic in 3. col.poſt pri.in ver.quo ad pias cauſas.

1 *Solutionis dies qui computentur.*
2 *Mentecaptorum differentia.*

1 Praeterea. † In gloſſ. ſed ex quo. in fin. Et ideo ſi quis promiſit ſoluere ſub pœna intra certos dies,fit compu-
2 tatio de momento ad momentum [a] ſecundum Iac.& Pet.ſed

computatio

computatio menſis ſit alio modo, ut ſcripſi C.de temp. appel.l.cum anterioribus.& uide per Hoſtié. extra de ſupplen. neg. præla.ca.licet.& per Arch.extra de reſcrip.c.ſi propter. lib.6.Et facit ꝙ ſi pupillus ſit canonicus, ꝙ non habeat uocem in capitulo.uide extra de elec.ca. ex eo.lib.6.In glo.hac eadem.in fin. quia æquiparatur ſupra de cura.§.ſed & mente
2 capto.& hoc † intelligo de tali, qui non intelligit perfecte, nec habet iudicium, ſecus dicerem in fatuo, qui iudicium rei recipit, ad inſtar diſcretorum, ſurdi, & muti, qui intellectum capiunt C.eo.l.diſcretis.

a Adnotatio.Momentum.Dic quod in contractibus, ſemper ſit computatio de momento ad momentum, ſiue tempus imponatur ad inchoandam, ſiue ad finiendam obligationem.l.eum qui.calen.ff.de verbo.oblig. alias vero dic idem, ſi tempus ponitur a l.ad excludendum beneficium : ſecus ad inchoandum.Sed quid, ſi ponitur per iudicem, & qualiter dilatio menſis computetur; vide hic per Ang.

1 *§.item ſenſus.*
2 *Ius poſſibilitatem non obligare.*

ITEM Prodigus.In gl.ſi dicas in fi. dic plenius infra §.ſi.
1 in fi.magnæ glo.Hæc autem litera † non poteſt loqui de illa interdictione:ſed de facto prodigo, vt euidéter apparet hic: & illi interdicitur a lege, quando eſt notorium, vt ſcripſi ſupra §.furioſi.In gl.quid ſi fiat.Iac.& Pet.primam approbát,
2 † quia impoſſibile præceptum non tenet, dato ꝙ non exprimatur error in ſententia. Vnde ſi cōdemnetur ad hominem mortuum reddendum, non valet.dato, quòd non exprimatur, quod ſit mortuus ſecundum eos. vide de hoc plenius in d.§.furioſi.

1 *Captiuitatis hora qui accipienda.*
2 *Obſides recténe teſtentur.*
3 *Poſtliminium circa quæ non fingat.*
4 *Alienationem vetari qui accipiendum.*

EIVS, Qui.In glo.quæ fingit.ibi præambula hora.credo quod do.Iacob.& Petr. habeant hic prima. dicunt enim, ſi verum ſit, quod gl.dicit, quod fingatur mortuus.prima ho
1 ra captiuitatis, ergo † mortuus fuit ſeruus: ergo teſtamentū non valet, ſed ipſa prima hora, id eſt quo incepit venire in captiuitatem, & de libertate in ſeruitutem.vnde non eſt ſeruus, tunc quouſque vere captiuus ſit, ſicut ſi de albo velis facere nigrum, ſemper eſt album, quamuis cœperit denigrare, quouſque denigratum ſit, ſecundum eos, ſi habes præambu
2 la, ſicut ego habeo, non eſt opus his. † Sed quid dices de ob
a ſidibus, a qui teſtari non poſſunt.ff.eod.l.obſides? Non videtur, quod eorum teſtamenta confirmentur, per l.Cor. cum hoc non caueatur, ſed ſi bene aduertas l. loquitur de omnibus, qui apud hoſtes deceſſerunt. Et ideo videtur idem in illis, quia æquiparantur ff.de iure fiſci.l.diuus. & hoc intelligas, de captiuis vel obſidibus datis a veris hoſtibus. ſecus ſi de vna ciuitate alij.ff. de capt.l.ſi quis ingenuam.§.ſi.ff. eo.l. qui a latronibus.qui autem ſunt veri hoſtes, vide ſupra de iure na.gen.& ciuili.§.bella. Item quæro, cur in caſu, quo captiuus redit, teſtamentum eius non valet, cum fingatur ſem
3 per in ciuitate fuiſſe.ff.de capt.l.retro? Dicas † ꝙ ius poſtliminij, nil fingit in his, quæ apud hoſtes geſta fuerunt vel acquiſita, niſi haberent præiacentem materiam, vt C.de cap.l.1.ff.de capt.l.diuus.ſed quid de codicillis? videtur, ꝙ valeát, ſi redeat, vt ff.eo.l.in bello.§.codicilli.ſed ibi propter confirmationem præcedentem. Sed quid ſi nulla fuerit confirmatio præcedens? Videtur idem ff.de leg.3.l.1.§.1.In ea gl.ibi cum dicit ff.eo.l.ſi filius.dic ibi in prin.tit.In ea glo.cum allegat.l.cum lege. dic vt ſcripſi ſupra tit.2.§.teſtes.In ea.glo. ibi cum allega.auth. ſi qua mulier.dic vt ibi ſcripſi, quia ibi non teſtatur:ſed diuidit inter liberos.& ſcripſi plenius in auth.ingreſſi.eo.ti.In ea.glo.in fi.hoc eſt verum & indubitatū: vbi ſequitur condemnatio in vita, vel poſt mortem.ff.de do.l.poſt cōtractum.ſed vbi ſequitur abſolutio, eſt perquam durum.gl. tñ videtur velle hoc ſupra eo.§. item prodigus.ff.de don.l.donationes.& l.donans.§.fin.ſed hoc eſt iniquum, ꝙ ſi
4 abſoluatur, ꝙ non valuerit teſtamentū. vnde tex. † qui interdicunt alienationem, loquuntur a tēpore, quo contraxit crimen vt l.ex iudiciorum.ff.de accu. & d.l.ſi.ad l.Iul.maie.ſupponendo, ꝙ ſi non cōtraxit, ꝙ non interdicitur alienatio, ſed in hoc eſt differentia, inter hæc, & alia crimina, quia in criminibus exceptuatis, dependet teſtamentum ab euentu ſcientiæ, ſi ante moriatur in his valet, vt l.qui a latronibus.§.ſi.ff. de iniuſto rup.& irrit.teſt.l.ſi quis.§.irritum.cum ſeq.§.alias poſſent fieri multæ fraudes.nam ſi quis vellet impedire, quo minus aliquis teſtaretur, poſſet eum accuſare, vel facere falſo accuſari de crimine exceptuato: & non poſſet teſtari, quo nihil iniquius.Itē no.aliquot caſus, & cauſas impugnandi teſtamenta, in Spe.de fide.inſtr.§.compendioſe.&c.

a Adnot.Obſidibus.Item, quid de bannitis noſtri temporis.vide hic Ang.in 2.col.poſt prin. in ver.quid de bannitis noſtri temporis. item quid de monachis: & canonicis regularibus, quid de excommunicato, infame, aſcriptitio, cenſito:homine alieno, vaſallo inter, ſuos, de familia vſurario manifeſto. vide hic Ang.per ordinem in 3.col.

## *De exhæredatione liberorum.* *Rubrica.*

1 *Teſtamentum pars potior.*
2 *Teſtamentum qui rumpatur.*

Quia inter cætera, quæ teſtamentis inſeruntur, principa
1 lior † pars eſt hæredis inſtitutio, a qua omnia alia dependēt. ℑ.de legatis. §. ante hæredis.idcirco, primo de inſtitutione
2 ponit.verum † quia teſtamentum nullum eſt, niſi de liberis ſit prouiſum, inſtituendo, vel exhæredando.ℑ.§.1.igitur de ea præponit. quia hoc principale ius eſt.ff.de lib. & poſth.l. inter cætera.Vel continua ſecundum tex.Supra dixit, de ſolennitate, quæ in teſtamēto requiritur, ſequitur de alijs, quæ etiam requiruntur, ad hoc vt teſtamentum valeat.

1 *Teſtamentum præteritione nullum.*
2 *Poſthumi & nati communia.*
3 *Teſtamentum abſtinentia confirmari.*
4 *L.filio.locus.*
5 *§.ſi.l.ſi poſt mortem.ſenſus.*

a NON TAMEN. In glo.ſecus in fi. a non tamen per omnia idē: quia ſuus rumpit ipſo iure. exhæredatus per contratab.vt ibi in fi.In gl.ff.de
1 iniuſt.rup.Coniunge b has duas ſolutiones.vnde dic, ꝙ vbi filius † natus prçteritur, teſtamētum non valet ipſo iure, niſi filius moriatur in vita patris vt hic, & ff.de lib.& poſth.l.ſi filius.Si filius moriatur poſt mortē patris, vt hic gl.videtur velle, quod & valet, & eodē modo in l.filio.& hoc intellige de æquitate, non de iuris ciuilis rigore.imo eſt nullum omnino, vnde attento illa æquitate, cōtra tale teſtamentum datur contra tab.ff.de leg. præſt. in l.is qui.C.de lib.præte.l.maximum.quæ dari non deberet, ſi omnino eſſet nullum: & hoc indubitate, quando filius ſuperuiuit, & abſtinet expreſſe confirmando teſtamentum. Quid ſi moriatur poſt mortem patris, antequam abſtineat ſe & voluntatem ſuam ſuper hoc declaret? Glo.videtur tenere idem hic, & in l.filio. vbi non requirit confirmationem, nec de ea loquitur, ſed ſolummodo, ꝙ viuat filius ſed in l.filio, dicit
2 tex.abſtinuit. ꝙ non videtur dictum, ſine miniſterio. † Præterea, tanta & maior proteruitas eſt præterire iam natum filium, quanta præterire poſthumum, & difficilius reconualeſcit teſtamentum, nato præterito, quam poſthumo præterito, ſed poſthumo præterito poſt mortem patris morientis, approbatum non reconualeſcit, ergo nec nato præterito ſic moriente.maior probatur, quia poſthumo præterito moriente viuente patre, teſtamentum valet, vt l.poſthumus. ff.de iniuſt.rup. & irri. teſt. & tamen non ſic eſt filio præterito, vt l.ſi filius.& hæc minor probatur C.de poſt.hære.inſti.l.2.Ad hæc poteſt dici, ꝙ ad hoc, ꝙ teſtamentum valeat,
3 oportet conſtare † de voluntate abſtinere volentis, per aliqua ſigna:quia forte permiſit ſibi tēpus, ad abſtinendum, vel recipiendū, præfixum labi: iuxta l.ſi quis inſti[illegible]ur.de hær. inſti.& ſic videtur notare ff.de excep.rei.iudi[illegible] vel recepit vel petijt legatum, vel emolumentū, in teſtamēto relictū.ff. de con-

de contra tabu. l. ſi præteritus vel alias apparet de volunta-
te.alias ſi præmortuus fuerit antequam poſſet dicere,nullũ,
vel apparet ipſum velle cõfirmare,vel ſe abſtinere:dicerẽ te-
ſtamentum nõ reconualeſcere, nec tenere dictam rationem:
quid ergo dices?Sempronius habebat tres filios:inſtituit ex-
traneum in beſſem:duos filios in trientẽ tertiũ præterijt: ter
tius præteritus abſtinet duo inſtituti dicunt teſtamentũ inul
lũ,& volunt repellere cohæredem extraneũm.& legatarios,
& ſuccedere ab inteſtato, quæritur an debeant audiri? Et vr̃
quod ſic,quia teſtamentum eſt nullum,& ita vr̃ eis ius quæſi
tum,ad repellendum tertium, igitur repudiatio,ſeu abſtẽtio
tertij præteriti,eorum ius tollere poteſt.ff.de edi.edic.l.1.§.
vnuſquiſq;.Præterea vr̃ expreſſum.ff.de contra tabu.l.ſi poſt
mortem.§.fi.& l.illud.§.fi.& l.non putauit.§.fi.Sed l.filio ob
4 ſtat directe.Quidam dicunt, quod l.filio. obtinet † vbi erant
inſtituti,qui alias erant ab inteſtato ſucceſſuri,ſecus ſi extra-
nei.& allegant,ff.de vulg.l.ſi filius,qui patri.Et hanc viden-
tur tenere hic doc. Ia.& Pet.non diſputãdo,ſed narrãdo.pro
quibus facit ff.de lib.& poſth.l.ſi poſthumus.§.ideoq; ſecun
dum vnum modum intelligendi. Potes dicere , quod l.filio.
obtineat indiſtincte,quamuis loquatur vbi non erat ſcriptus
extraneus,& hoc poteſt probari, quia vbi poſthumus mori-
tur in vita teſtantis,quicunque ſcriptus ſuccedit,& omnia le
gata,& fideicommiſſa valent, quia tunc teſtamentum valet,
& tenet de æquitate,vt d.l. poſthumus.in prin.ergo & in ca-
ſu præſenti,quo tenet de æquitate ſicut ibi.& ſic in quæſtio-
ne præmiſſa,videtur quod filij inſtituti,non debeant audiri,
& hanc partem videtur ſequi Specu. in tit.de teſta.verſi.po-
ne Berta. Nec obſtat.l.ſi poſt mortem.§.fina. ff. de bon.poſ.
contra tab.quia ibi loquitur,quando erat edictum per præte
ritum commiſſum.i.apertum, quia agnouerat bono.poſ.co-
ram iudice in abſentia partis. iuxta illa quæ not. plene.ff. de
bo. poſ.l.3. Et poſt non proſequebatur, imo agnitam repu-
diare volebat,& ſic intelligit gl.quæ eſt illi contraria.eo.tit.
l.3.§.ſi quis ex lib.& l.hi,qui.de lega. præſtan. ſecus ſi ab ini
tio repudiaſſet, vel agnouiſſet.vt l.filio. ſupra allega. & hæc
faciunt ad illa,quæ conſueuerunt notari extra de conceſ.prę
ben.c.authoritate.lib.6.In gl.aliud. in fi. Et eſt ratio, bonum
initium quod multũ operatur.ff.de fur.l.qui vas.§. ſi ego.de
legat.2.cum filius.§.hæres.& hoc intellige, ſi viuo teſtatore
poſthumus moriatur.vt dixi ſ.proxi. & C.de poſth.hære.in
ſti.l.2.ibi vide. In gl.ſ.hoc modo,in fi.iſta eſt additio,quæ ni
hil probat, ſed probatur de inſtitutione , oportet quod con-
ſtet.de quo ſentit.C.qui teſt.fa.poſ.l. hac cõſultiſsima.l.fi. de
hær.inſti.l.quoties.§. ſi quis nomẽ.cũ §.ſe.& vide infra pro.

a Adnot. In fi.Imo hodie,præteritus dicit nullum de iure ciuili, ſicut in po teſtate conſtitutus.vt per gl.in §.exhæredatus in auth.de hær. & fal.

b Coniunge.Sic dicit do.Ange.per eadem verba, & vide ſexdecim concluſiones, quas ponit hic.Ange.ſuper præteritione filij, in teſtamento paterno, an ſit ipſo iure nullum.in 2.col.poſt med.in ver.an autem &c.& poſtea in 3.col. ibi in me.in ver. ex his nota. ponit 20.caſus. in quibus bon.poſ.eſt hodie neceſſaria.

1 *Exhæredandi forma.*
2 *Liberi qui.*
3 *Reſcriptum nulli obeſſe debere.*
4 *Nominatum præferi.*

Nominatim. Hic imperator , facit interpretationẽ,
ante, quam veniat ad deciſionem & correctionem iuris anti
qui.In gl item alijs modis.in fi.hæc gl.habetur diuerſimode
nã quidã habẽt ſ.circa prin.ibi cũ dicit, ſunt exhæredati vel
ſic vnus &c.Et ſi habeas ibi,vel ſicut habeo & omnes habẽt,
vt communiter videtur in gl. deficiunt duo verba videlicet,
ſiue ſint plures,& tunc bene ſequeretur,vel vnus &c.ſed tũc
gl non eſſet vera vt apparet manifeſte in l. 2. de lib. & poſt.
habeas ergo, ſi.& ſi non habeas expone vel pro ſi.

Itẽ poſt mediũ gl. ibi cum dicit extraneum inſtituo. Qui-
dã habent cæteros liberos.&c. & dicunt quod gl.vult facere
differentiã,an teſtator dicat omnes liberos, an dicat cæteros
1 liberos,vt [illegible]imo caſu videatur † nominatim exhæredari,ſe-
cundo, no[illegible]ed hoc non eſt verum per l.ff.de verbo.ſigni.l.
cæterorum vnde non habeat ibi cæteros, quia etiam male ſe
deret, & ſm̃ hoc facit differentiam : an dicat omnes liberos:
vel an dicat liberos tñ , vt primo caſu ſint omnes nomina-
tim exhæredati:ſecundo non, contrarium no.in l.titius.Vbi
dicit quod ſi dicat omnes liberi exhæredes ſunto. ꝙ non vi-
detur nominatim exhæredare. Et illam approbat ibi Dyn.di
2 cendo,quod refert an dicat liberos, an filios: quia † appella-
a tione liberorum, [a] nedum continentur liberi primis gradus,
imo & nepotes , non ſic appellatione filij.ſ.qui teſt.tut.dari
poſ.§.fin.Dic ergo , quod aut exhæredans habet vnicum, &
tunc vr̃ nominatim, aut plures,& tunc aut vtitur verbo ſin-
gularis numeri : & videtur nullus exhæredatus, vt d.l. 2.aut
pluralis,tunc ſi dicat filios, vel filias, vr̃ nominatim,ſiue di-
cat omnes,ſiue non.ſi dicat liberos,ſecus, vt prædixi, & hoc
indubitate, vbi habebat nepotes & filios quod ſi nullos habe
ret nepotes?Videretur cõtra, per illa quæ dixit d.§.fi.verius
tñ videtur, quod in præſenti caſu non videatur nominatim,
propter odium exhæredationis. & largam ſignificationem
vocabuli.ff.de lib.& poſth.l.cum quidam.do.Ia.& Pe.dicũt,
3 ꝙ quidã eorum dñi dicebant ꝙ reſcriptũ † cõceſſum in præ
iudiciũ alterius nõ valet,quãuis clauſula adijciatur,ẽt ſi iuri
præiudicet alieno.niſi nominetur perſona,cui præiudicatur.

Et idem dicunt, ſi papa fecit gratiam vni & poſt faciat a-
lij præferendo , cum quibuſcunque alijs prioribus in data,
4 quòd non præfertur † niſi expreſſe nominet primos, ipſi te-
nent contra & dicunt, quod hic valet exhæredatio dicendo,
omnes filios &c.

Vt l.Titius & hoc niſi ille,cui præiudicat, eſſet talis perſo
na,cui nõ eſt veriſimile,principẽ velle præiudicare,vt pupil
lus,vel vidua.arg. ff.quæ res pig.ob.poſſ.l.obligatione & di-
cunt quaſi expreſſum.C. quando impera. inter pu. & vi.l. 1.
contra Iaco.& Petr.facit extra de præſcrip.ca.ſi propter.lib.
6.ff.de nata.reſt.l.fin.de iure anul.aure.l.diuus.§. fin. pro eis
facit,ne quid in loco publ.l.2.§.ſi quis a principe in fi.de bo.
liber.l.etiam. Dicas latius, ꝙ aut per reſcriptum præiudica-
tur iuri quæſito in re.aut iuri quærendo in re,quamuis quæ-
5 ſito ad rẽ.Primo caſu dic, quod aut † præiudicat tali præiu-
dicio, ꝙ faceret ſecundum reſcriptum nõ valere, etiam ſi to
tum expreſſum eſſet,de quo vide C.de preci.impe.off.l. quo
ties,& tunc non eſt quæſtio , an debeat ſpecificare , vel non
ius,vel perſonam cui præiudicat.extra de reſcript.c. cum or
dinem,de priuile.c.dudũ & d.l.fi. de nata.reſti.Vbi vero præ
iudicatur iuri quærẽdo, non oportet ſpecificare, vt extra.de
conceſ.præben.ca.authoritate.lib.6. & per hoc apparet opi.
doc. prædictorum procedere in aliquo.

a Aduotatio. Appellatione liberorum, Adde, qui veniant appellatione liberorũ,& vſq; ad quem gradum, & maxime in priuilegijs,vide per Bar.in l.liberorum.ff.de verb.ſigni.& in l.libertos.ff. de ſenato.& in l.2.§.quod ait.ff.qui ſatiſd.cogan.

1 *Indefinitam non extendi.*

Posthvmi. In gl.iſta inſtitutione. in fi.gl.No. contra
a in l.placet. [a] Sed potes dicere,ꝙ ſi loquitur † indefinite, non
1 extenditur ad futuros,vt hic.ſi per verba multiplicatiua,vel
vniuerſalia ſecus, vt ſi dicas quiſquis . vel quicunq; poſthu-
mus naſcet̃,ſit exhæres,ſic intellige.ff.de iniu. rup.l.3.§.pe.
etenim hæc verba quiſquis,& quicũq; multũ importãt:vt ff.
de hæred.inſti.l.hoc articulo. ad treb.l.Baliſta. & facit C. de
lib.præ.l.fi.& qđ ibi ſcripſi. hoc aũt hodie correctũ eſt. C.de
inoffic.teſt.l.omni modo.& l.ſi quis : & hic ſequitur in gloſ.

a Adnot. L.placet. Adde hic ſecundum Ang. & Rap. quod definita inſtitutio poſthumi, compræhendit etiam filios poſtea adoptatos , qui dicuntur poſthumi ciuiles l. ſi quis poſthumo. ff.eo. an autem naturales tantum ? quid ſi inſtituat ventrem vxoris ſuæ?vide per Ange.hic.

1 *Poſthumi agnatione teſtamentum rumpi.*
2 *Galli conſilium.*
3 *Legis Velleæ capita, eorumque prouiſio.4.*
5 *Nepotis filio cænobita teſtamentum rumpere.*

Posthvmorvm. In gloſſ.ſcilicet in fin. & eſt ratio,
quia præteritio matris, habetur pro exhæredatione.ff.de cõ
tra tab.l.illud.§.ad teſtamenta, quo caſu opus eſt querela in-

ſra de inoffic.teſt.§.poſthu.In glo.ſecus ibi cum dicit:a vero
1 poſthumo.hęc gl.vr inferre,ꝙ ſi poſthumus † naſcatur filio
mortuo,poſt mortem aui,ꝙ rumpit teſtamentum aui,& hoc
non eſſet verum , vt d.l.ſi quis exhære.ff.de libe.& poſth.l.ſi
quis poſthumos.§.ſi filium.Sed intellige eã.in vero poſthu-
mo teſtatoris quia ille rumpit naſcẽdo poſt mortem vt hic.
2 † In gl.in veris poſthumis ibi cum alleg.§.1.2.& 3.vide ꝙ
conſilium Galli fuit qñ filius inſtitutus habet vxorem graui-
dã,ꝙ inſtituatur, vel exhæredetꝰ nepos naſciturus,poſt mor-
tẽ aui,filio præmortuo,per hęc verba,ſi filius meus me viuo
moriatꝰ tunc &c.ſicut hæres:vt l.Gallus.in prin.& quia iſtud
conſilium non ſufficiebat ad oẽs caſus, qui contingere pote-
rant fuit facta lex Velleia,quæ habet duo capita,& prouidet
3 in quatuor caſibus . Primum † caput , prouidet in caſu quo
poſthumus naſcitur viuo auo, poſt factum teſtm̃,& mortuo
patre ſuo , de quo Gallus nil dixerat , & hæc prouiſio habet
duos caſus,videlicet,qñ tempore teſtamenti , filius erat mor
tuus vxore relicta grauida, vel qñ erat viuus tempore teſta-
menti,& poſt moritur, & poſthumus ei naſcitur in vita aui,
in quibus caſibus lex Velleia cõſuluit, prouidendũ de inſtitu
4 tione vel exhæredatione.Secundũ † caput prouidet,qñ filius
& nepos viuebant tẽpore teſtamenti, & filius moritur in vi-
ta aui, & hic caſus tãgitur hic in tex.Eſt & quartus, qui non
cõtinetur, nec ſub vno, nec ſub alio, qñ filius viuit tempore
teſtamenti, & eius vxor eſt grauida, vnde poſsibile eſt,quod
poſthumus naſceretur in vita aui,& filij , nec continetur ſub
primo capite , quod loquitur vbi pater erat mortuus tẽpore
quo natus erat poſthumus, nec ſub ſecundo, ꝙ loquitur, qñ
ambo viuebant tempore teſtamenti. & hoc plenius reperies
in l.Gallus.in prin.in §.nunc de lege.cum §.ſeq. vſq; ad fin.
& not.in §.fin.& ſic vides quomodo tibi prouidere debes in
his caſibus teſtando,ſi aũt has difficultates aptare velis pone
talẽ clauſulam,omnes natos,& naſcituros qui mihi ad naſci,
vel eſſe poſſent in tali portione , vel in talibus portionibus,
hæredes inſtituo,vt l.Gallus,& l.inſtituens.ſic.n.nõ eſt opus
talibus prouiſionibus exquiſitis, & ceſſant oẽs prædictæ diffi
cultates,quæ ſunt modici effectus,hæc prouiſio non obtinet,
quo ad exhæredationẽ, quæ nominatim nõ fieret, per hunc
modum ſm̃ opinionem aliquorũ, vt dixi ſ.§.nominatim dic
tũ,quo ad exhæredationẽ poſthumorum,hoc eſt hodie vt in
ſufflatũ,quia exhæredari non poſſunt, vt l.omnimodo.& l.ſi
quis in ſuo.Sed quo ad exhæredationẽ, quaſi poſthumorum
qui eſſent nati tempore teſtamenti , poteſt dici quod in illis
oportet nominatim,& ex cauſa expreſſa fieri mẽtionẽ,idcir-
co oportet dici, talẽ nepotem meum , ſi qñque meus fuerit,
ex tali cauſa exhæredo , ita ꝙ eos nominet. ut §.nominatim.
5 † alioquin poſſent rũpere teſtamentũ,ſi pater moreretur,vel
de poteſtate exiret.ergo ſi filius fiat religioſus,nũquid nepos
eius filius rumpit teſtamentũ aui ? Hæc qõ dependet ab illa,
an religioſus exeat de poteſtate patris,per ingreſſum religio
nis, & ſi dicas ꝙ exeat , certum eſt quod rumpit per hunc §.
ibi aut qualibet alia ratione &c.Idem dicas , ſi filius fiat epi-
ſcopus, vel aliam dignitatem conſequatur , quæ ipſum libe-
ret.C.de epiſco.& cleri.auth.ſed epiſcopalis dignitas.

1 *Patrem impune præteriri*
2 *Exhæredandi modum differre.*

EMANCIPATOS. In gl.ſupple.ibi cum dicit, ad filios,
1 &c.hæc impugnatio non videtur bona, quia filius † non ha-
bet neceſſe patrẽ inſtituere,vel exhęredare,quo ad hoc vt te
ſtamentũ valeat, nã præterito patre, valet teſtamentũ de ſe:
licet poſſet rũpi,per contratabu.ff.ſi quis a paren. fu.ma.l.1.
ſm̃.do.Iac.& Pe.Sed forte gl. voluit ſe referre ad iura noua,
& adſtruere qđ de iure nouo pater præteritus dicat nullum,
de quo videbis inferius.In gl.licet. in fi.vult gl.quod de iure
prætorio,non eſt differentia,quod verum eſt in exhęredatio
2 ne,quia vtrunque exhæredari oportet, ſed † in modo exhæ-
redandi,eſt differentia,etiam de iure prætorio, vt in tex.

1 *Emancipatus teſtamentum rumpit.*
2 *§.aliud vt cum de ap.ſenſus.*
3 *Teſtamentum nullum quis dicat.*

SED hæc quidem. In gl.ad differentiam.in fi.quia illa nõ
corrigitur,imo remanet differentia.vt not.infra.In glo.quo
ad cõmodum.ſ.ibi cum dicit.C.de lib.præt.l.maximum. hoc
1 indubitatũ de iure antiquo.Quid † de iure nouo?gl.variant.
Nam qñq; dicunt , qđ emancipatus præteritus, rumpit ipſo
iure.vt no.j.de inoffi.teſt.§.1.In glo.ſcilicet deſcendentibus
per linea,ſed hic videtur dicere contra.ff.de mino.l. ſi filius.
de lib.& poſthu.l. Gallus.§.& quid ſi tantum.C. de lib.præ-
te.auth.cauſa.& in l.maximum.Pro quo facit is text. qui re-
mouet differentiã ſuitatis,& emancipationis in auth.de hæ-
red.ab inteſta.quaſi per totum.ſed reſponde,vt hic not.& in
auth.ex cauſa.Vnde dic, quod iſte §.& alia iura,quæ compa
rant emancipatos,& ſuos loquũtur,quo ad exhæredationem
& eius effectũ:ſed quo ad præteritionem , nil immutant.Sed
2 §.aliud. † in auth.vt cum de appe.cog. videtur immutari in
præteritione,quia ibi præteritus,olim nõ poterat dicere nul
lũ ipſo iure,hodie poteſt,niſi cauſa inſeratur in pręteritione
ſed vbi cauſa inſeritur , nil immutatur quin præteritus iiſdẽ
remedijs,& vijs venire debeat,quibus olim:& hoc vult.glo.
dicere in authẽ. de hære.& fal.§.exhæredatos.C. de inof.te-
ſta.l.filiam.Dic ergo, quod ſuus præteritus, nullum dicit,ſi-
ue cauſa præteritionis inſeratur, ſiue non.quia noua iura nõ
intendunt,ſuũ facere deterioris cõditionis, quam eſſet olim
imo ſemper ipſi prouident, & ita tenet Azo in ſumma C.de
lib.præ.& Dy.in l.Gall.in magna diſtinctione, & gloſ.in au-
3 th.non licet.& quaſi vbique.Emancipatus † præteritus,cau-
ſa non inſerta, nullum dicit per §.aliud. Cauſa vero inſerta,
non dicit nullum ipſo iure : ſed rumpit per contra tab. ſicut
hic no.Sed de hoc poteſt dubitari , quomodo præteritus di-
ci poſſit filius cauſa adiecta forte ſi dicat,filium prætereo ex
tali cauſa. hæc videtur exhæredatio.C.de liber.præte.l.3.Vel
dic, quod in illa lege ſunt verba exhæredationis expreſſa di-
cẽdo hæreditatis meæ alienus eſto.vel dic, quod eſt præteri-
tio cum cauſa ſi forte dicat,filio meo,quem ex tali cauſa prę
tereo,lego centum,vel potes dicere, ꝙ vbicunque non nomi
natim exhæredat, ſed inter cæteros.ſ.eo.in prin.

1 *Militaris expeditio.*
2 *Renuntiari ignotis poſſe.*

SED ſi in expeditione.Dictum eſt,teſtatorem liberos de-
bere inſtituere,vel exhæredare fallit hoc caſu,& ideo ſequi-
tur.ſed ſi in expeditione.In gl.quid ſi non eſt in fi. melius ff.
1 de milit.teſta.l.ſi filius.§.ſed ſi quidem,& intellige † in expe
ditione,ſiue in caſtris, ſiue in campo verum.duntamen miſ-
ſus non ſit.vt eod.tit.§.poſt miſsionem,& eſt mirabile,quod
huiuſmodi priuilegium non detur,niſi militantibus;ſed pri-
uilegium ne quęrelæ ſubiaceat omnibus, de quo dic vt in d.
§.ſ.de mil.teſta.Item dic,quod licet in caſu, in quo ignorat,
non videatur exhæredare, & rumpatur teſtamentum , quod
2 propter hoc legata nõ tolluntur.ff.de.hære.inſt.l.ſi.† In glo.
a ſi enim in fi.[a] & per hoc poteſt dici , ꝙ ſi quis renuntiat iuri
qđ ignorat ſibi cõpetere,valet renuntiatio.In gl.ideoq; in fi.
hæc gl.nõ eſt vera vt ſcripſi.ſ.de mili.teſt.§.illi ſuper gl.quã
tũ ad ſolennitatẽ.Item dic, quod is §.eſt hodie correctus,ni-
ſi prætereatꝰ cum cã.vt no.C.de teſt.mil.l.ſi cũ.vel dic,vt ibi.

a Adnot. In fin.Et ſi verba eſſent generalia,apta compræhendere omnem naſciturum,ſecundum Bal.licet Ang.hic videatur dubitare.ſecus tamen in pagano.vide ſuper hoc Ang.hic in verſi. in gl.ignorans.

1 *Præterire ſine cauſa non licere.*

a MATER.[a] In gl.quo emancipati.in fi.vide, quod ibi no.
1 Item dic,ꝙ is §.hodie corrigitur, quia nullus † præteriri po
teſt ſine cauſa,vt §.1.auth.vt cum de appe.cognoſ.& dixi ſ.
§.ſed hæc quidem.& no.in l.filiam.C.de inof.teſt.& auth.ex
cauſa.C.de li.præte.& idem in aſcendentibus.vt in cor.eo.ti.
§.& hoc quidem & dixi in auth.non licet.C. de liber.præte.
infra de inoffi.teſta.§.non tantum.dic vt ibi.

a Adnot.Mater.Super hoc §.ponit Ang. triplicem præteri[illegible]m,item triplicem exheredationem.Item quid iuris, ſi pater prætereatur [illegible]lio quæ vide per ordinem hic,per eundem Ange.in 2.col.

De

*De hæredibus inſtituendis.* *Rubrica.*

*Alias eſt in Rubr.de hæred.inſti.Et continua, vt ff.eo.in Rub.*

1 *Tranſmiſſibilia in hæredem.*
2 *Fictio quando ceſſet.*
3 *Seruum ſine libertate non recte inſtitui.*

HAEREDES. In gl.q.d.in fi.nõ ſic in poſſeſsio-
ne.ff.de acqui.poſſ.l.cum hæredes.& intellige
ſecundum doct. Iac. & Pet. quod non eadem
1 iura † numero, tranſeunt ad hæredem, quæ
erant penes defunctum: quia mors omnia ſol-
uit ſed finguntur eadem, ſicut & hæres fingitur eadem perſo
2 na cum defuncto.in auth. de iureiu.a mo.præſt.quæ † fictio,
non habet locum in poſſeſsione : quia hæreditas non tenet,
quo ad illam vitam defuncti:quia non habet animũ.ff.ſi quis
teſta.libe.eſſe iuſſus fue.l.1.§.Sceuola. ſecundum eos.In alia
gl.q.d.non induximus:ibi.cũ nõ ſit veriſimile.facit pro illis,
qui ſcripta,& dicta aliorũ cõpilant,quod videantur cõpilan-
tis.ff.de ori.iu.l.2.circa prin.In ea.glo.ibi.& liber eſſe videa-
tur,imo dic ſm doct.Iac.& Pe. ꝙ primo fuit ius in legis ne-
ceſsitatem, & poſt abrogatũ, tertio per Iuſtinianũ ad legem
redactum: ſed non per innouationem: quia ante erat dictum
& pro iure ſeruatum ſecundum eos. In ea.glo.in fi.gloſ.dicit
hic dubitatiue, ff.eo.l.ſeruus & tñ hoc eſt hodie expeditum.
C.de ne.ſer.hære.inſti.l.fi.ſi autem eum inſtituat,& eum nol
3 le habere libertatem exprimat:dic,ꝙ non†valet inſtitutio,vt
d.§.idem iuris.in fi.& ibi no.& vide ꝙ ibi ſcripſi.

1 *Laudemia cuius ſint.*
2 *Seruus qui inſtituendus.*
3 *Dotalem ſeruum recte inſtitui.*

PROPRIOS autem. Facit iſte §. ꝙ proprietarius debeat
inueſtire vaſallos & emphy. vt ff.ad Sillan.l.1.§.1. Sed forte
1 vtilitas, ſeu † emolumentum laudemiorum pertinet ad vſu-
fructuarium.l.vſufr.legato.& opp.& ſol.vt not.in d.§.1.Sed
quid ſi inſtituens, partem habet in ſeruo ? poſſet arg.pro &
contra per ll.prædictas.ff.de leg.3.l.ſi quis ſeruos.Dicit tñ ꝙ
2 ſi inſtituat cum libertate:valet†inſtitutio:& erit liber.ſi ſim-
pliciter:valebit inſtitutio,& non erit liber:ſed acquirit alteri
ſocio hæreditatem, vt no.ff.eo.l.ſed ſi de ſua conditione.§.ſi
ſeruum cõem. Sed quid ſi inſtitutus erat vicarius ordinarij
inſtituentis:nunquid cenſebitur proprius?Non videtur.ff.de
leg.3.l.ſuos autẽ.§.fi.de ver.ſign.l.licet,§.1.& l.modeſtinus.
cum concor.& ita non vr̃ locus huic.§.nec huic materiæ.Ve
rius vr̃,ꝙ hoc caſu ſit hæres,& liber.cum nulli poſſet acqui-
rere, & pro hoc facit ff.de pecu.l.ſi ſeruus meus ordinarius.
3 & d.l.eos.§.fin.ſi ſit ibi litera affirmatiua & concor.†Quid ſi
maritus, dotalem ſeruum inſtituit? & videtur ꝙ ſit liber, &
hæres,quia eum manumittere poteſt,& inter viuos,& in vlti
ma voluntate, ff.de manumiſ.l.ſeruum dotalem. ſolu.matri.
l.dotalem.& ſic in dubio, videtur facere liberum,duntamen
ſit ſoluendo,C.de ſer.pig.da ma.l.1.& ſic corrigitur ff.de ma
numiſ.l. ſeruum dotalem.de acqui.hær.l.aditio.vel intellige
quando alius inſtituit quam maritus, quid in alieno ſeruo bo
na fide poſſeſſo, inſtituto ſine libertate ? Videtur idem : qui
continetur appellatione ſui:vt d.l.ſuos.Item quia libertas vi-
detur valere ſi detur a bona fide poſsidente,.ff.qui & a qui.l.
competit. ſecundum vnam literam.& ſic corrigitur ff.de ac-
quir.hære.l.ſi quis mihi bona.in prin.Vel dic,ꝙ non corrig
tur ſupra per quas perſonas no.acqui.§.de his.

1 *Manumiſſio quando vetita.*
2 *Permiſſum quando ſine vetito ſubſtet an non.*

2 EST autem caſus. a In gloſſ.id eſt,accuſata.ibi:reſpondeo
1 bene poteſt manumittere.hoc non videtur verum:quia†ma-
numiſsio prohibetur indiſtincte intra tempus,quod compu-
tatur a tempore diuortij, non accuſationis, & facit.ff.qui &
a qui.l.proſpexit.in §.fi.cum l.ſeq.& l.ſed ſi maritus.§.fi.Sed
nunquid, ſaltem poſt tempus erit liber & hæres, ſi reperia-
tur ignotus?videtur quòd ſic.C.ad Sylla.l.cum ſyllanianum.
Contra, ff.qui & a qui.l.ſi priuatus, §.fina.C.qui non poſ.ad
lib. perue.l.1.ff.de leg.2.l.cum filius.§.ſeruus.de libe. cau.l.
qui de libertate.In gl.quia ſi valeret.in fi.Contra,ff.de auth.
tuto.l.1. Solutio. aut in ſe prohibitum ſequitur ad poſitionẽ
2 † permiſsi,ſeu non prohibiti,& tũc obtinet contrarium.ff.de
pac.l.ſi vnus & §.illud.ff.de vſucapio.l. ſi aliena. §. hoc iure.
de lib.leg.l.ſi quis duos.Et idem ſi permiſſum non poteſt pro
cedere,ſine prohibitione, C.de iu.l.quoties.Sed huic ſolutio
ni,obſtat hæc lex, quia hic ad poſitionem inſtitutionis ſequi
tur datio libertatis tantum, & tamen neutrum valet.Item vi
detur, quod prohibitum remaneat in terminis prohibitio-
nis, & permiſſum de ſe procedat.ff.de do.inter vi. & vxo.l.ſi
ſponſus.§.1.Poteſt dici, ꝙ vbi eſt eadem ratio, cauſa,& mo-
dus prohibendi, ꝙ obtineat regula, quæ eſt hic. vel vbi per
obliquum peruenitur ad vetitum directo, nec alias poſſet
operari obliquum, alias contra, vt §.illud.

a Adnot. Eſt autem caſus. Seruus accuſatus de crimine adulterij commiſſi
cum domina ſua,non poteſt ante ſententiam manumitti: nec ab ea hæres in-
ſtitui:h.d.ſecundum Areti.

ALIENVS ſeruus.In gl. & ideo.ibi cum allegat l.in ven
ditione, ff.ad Sylla.l.1.§.dictum.In ea.gl.ibi cum dicit,nihil
duraret.ff.de manu. teſt.l.ſi.de vſufru.l.Titio cum morietur.
In ea.glo.in fin.oportebit tamen quod adeat iuſſu domini,ff.
de acqui.hæ.l.ſi quis mihi,§.iuſſum.& facit C.de ne.ſer.hæ-
re.inſtitu.l.quidam,§.illo.

1 *Libertas quando non data.*
2 *Legati quod tempus ſpectetur.*
3 *Legato reuocato libertatem adimi.*

SERVVS. In gloſſ.niſi aliqua lex ibi cum allegat l. quo-
ties.§.fi.ſic debet intelligi, ff.de teſt.tu.l. qui tutelam,§.1.li-
cet glo.ibi alio modo intelligat.vnde quando aliqua diſpoſi-
1 tio fit per teſtantem de† libertate,non competit libertas,nec
repræſentatur, per l.niſi ſecundum ordinationem teſtantis,
vt d.§.quoniam.Iac.& Pet.gl.idem,ff.eod.l.ſeruus alienus.§.
1. vide tamen deciſionem in caſu ſingulari, C. de ne. ſer. l.
fi.& l.quidã,§.ſed cũ veteres.item vide. ff.de condi.inſti.l.ſer
uus alienus.cũ ibi no.In gl.directa enim.in fi.hæc ratio, non
videtur bona, quia in hæreditate inſpicitur tempus quo ce-
dit, ff.eo.l.ſeruum meũ.Præterea.l.quam gl.allegat, nihil fa-
cit ad propoſitũ,quia ibi dicitur,quod quo ad acquiſitionem,
inſpicitur tẽpus quo cedit dies, ſed quo ad hoc quod valeat,
non loquitur,ſed poſſet ſic induci, & gl.forte hoc voluit di-
2 cere†in legato,inſpicitur tempus quo cedit legatum,ſed tem
pore quo cedit inſpecto non poteſt valere huiuſmodi legatũ
quia libertas non põt competere propter alienationem, vn-
de cum connexa ambo fuerunt legata,ſi vnum non valet nec
aliud,quia non vr̃ intentio teſtãtis, quod haberet vnum ſine
alio,ſed certe idẽ videtur in hæreditate,ſed in illa eſt alia ra-
tio, quia difficilius reuocatur inſtitutio,quam legatum.ff.de
adimen.le.l.ex parte.ſed an hoc ſit verũ,ꝙ per alienationem
extinguatur legatum. doct.Iac.& Pe.dubitatiue tranſeunt di
centes,ꝙ vbi expreſſe libertas & legatum legantur,& expreſ
3 ſe adimitur libertas†ꝙ tunc legatũ reuocatur,quãuis nõ va-
leat ademptio libertatis,quia illã reuocãdo vr̃ reuocaſſe lega
tum,quia per l.ſi ſeruo.connexæ data fuerant, ſed vbi non a-
dimitur expreſſe libertas, ſed alienatur, tantum ſeruus lega-
tus,videtur ꝙ legatum pertinere debeat ad emptorem,quã-
uis ſuſtinendo glo.præmiſſa poſſent dici ſecundum eos.& fa
cit pro ipſis.ff.eo.l.qui filio,§.ſi quis ſeruus.ver.igitur.

1 *Hæreditas quando cedat.*

ALIENVS. In glo.præcedente.in fi. non ſic in patre,C.
de bo.quæ libe.l.fi.nec in bo.poſſeſ.nec in fideicommiſſario,
ff.ad Tre.l.ſeruo inuito.& iunge.š.per quas perſonas.§.ſi hæ
res.In gloſſ.hoc eſt enim in hæreditate.in fin.ſi bene cogites
1 idem eſt vtrobique,quia a tempore ceſsionis,†hæreditas ce-
dit a tẽpore aditionis,C.de cadu.tol.l.vnica,§.in nouiſsimo.

1 *Hæreditas quem repræſentet.*
2 *Inhabilem fruſtra teſtari 3.fallit.4.*
5 *Hærede incapaci hæreditas cui danda.*
6 *Hæreditas hæres.*
7 *Eccleſia quæ non inſtituenda.*

SERVVS autem alienus.In gloſ.ſcilicet paſſiue,in fi.dic
infra in glo.Et eſt forte ratio ibi cum allegatur,§.poſteriore.
Et ſic a certo non receditur, propter incertum, ff.de reſcin.
ven.l. id quod de hære. inſtituen.l. ſi te ſolum.Sed obſtat ff.
1 de noua.l.nouatio.in fin.vbi aperte dicitur,quod† hæreditas
ſubſtinet vicem hæredis, non defuncti. Item obſt.ff.de reg.
iur.l.omnis hæreditas, & l.omnia fere.Item obſt.huic.text.
& gloſſ.ſupra proxi.ff.de leg.2.l.ſi mihi & Titio.quæ in duo-
bus obſtat:quia ibi dicit.non inſpici perſonam defuncti.Item
dicit inſpici perſonam hæredis.Adhoc dicas,quod inſpicitur
perſona defuncti, quo ad hoc, ꝙ actus valeat, quia perinde
valet,ac ſi defunctus viueret, vt in his concor. niſi in caſu.ff.
de ſtipu.ſeruo.l.vſuſfr.ſed quo ad acquiſitionem, inſpicitur
perſona hæredis,quia ſuppoſito,quod defunctus eſſet capax,
non tamen hæredi acquireretur, niſi ſit capax, vt in contra-
2 rio.†Quid ergo,ſi defunctus eſſet non capax?Videtur expreſ
ſum quòd non, valet inſtitutio. vt l.ſeruus hæreditarius.eod.
ti.l.non minus de ſerui.l.& ſi maximæ C.eod.l.neque & no.
ſupra proximo. Videtur contra in d.l. ſi mihi & Titio. §. 1.
eo.ti.l.debitor,§,fi.Poſſet dici quod inſtitutio tenet,& vide-
tur expreſſum,ff.de acquir.hær.l.ſi ſeruus eius veruntamen,
non acquiritur ipſi hæreditati,quouſque adita fuerit hæredi
tas,ff.de acq.re.do.l.hæreditas.2.& per conſequens,nec hæ-
redi ſi ſit non capax,quia legatum ſtatim acquiritur hæredi-
tati,vt l.ſi mihi §.1.ſed hæreditas non.Et ſimiliter differt in
alio, legatum ab hæreditate, vt ff.de lega.2.l.quod ſeruus &
d.l.hæreditas.Quid ergo eſt, quod dicitur in l.ſeruus ibi, ſi
modo teſtamenti &c.& in alijs concordantijs,vt.ff.de leg.1.
l.ſi mihi & tibi, §.1.Reſpondeo ſubaudiendum eſt,ibi maxi-
3 me,quia idem eſſet ſi†non eſſet teſtamenti factio cum defun
cto vt dictis legibus.Vel ſi modo &c.quia erat talis perſona,
quæ habebat hæreditatem, ſecus enim filio habente ſeruum
in caſtrenſi peculio, mortuo inteſtato, cuius pater bona iure
peculij occupauit, vt l.1.ff.de caſtren. pecu.quia in illo non
poſſet obtinere hæc lex, quia non eſt hæreditarius,licet ho-
diæ ſit ſecus,quia habet hæredem, vt notatum eſt ſuprà qui.
4 non eſt per.fa.teſta.§.1.Hæc autem ceſſant hodie in filio†in-
ſtituto quia valet inſtitutio, ſiue pater ſit capax, ſiue non,vt
l. cum non ſolum, C.de bo. quæ libe. Sed quid prodeſt talis
5 inſtitutio,† quando hæres non eſt capax?Dic quod multum,
quia ſi ſeruus manumittatur, ante aditam hæreditatem, in
qua inſtitutus eſt, vel aliquo modo perueniat ad libertatem,
acquireret ſibiipſi, vt d.l.ſi ſeruus.de acqui.hære.vel ſi forte
hæres ſit non capax,& hæreditas non perueniat ad ſucceſſo-
res ab inteſtato,vel ſi forte eſſet capax tempore mortis inſti-
tuentis,& poſt mortẽ illius inſtituentis efficiatur non capax,
tempore inſtitutionis ſerui, & tẽpore quo aditur hæreditas,
6 primi teſtantis,eſt iterũ capax, habebit vtranque.† Sed nun-
quid ipſa hæreditas poteſt inſtitui hæres? vr̃ ꝙ ſic, quia per-
ſonæ vice fungitur, vt l.mortuo,ff.de fideicom.& æquipara-
tur municipio, vel curiæ, vt ibi,quæ poſſunt inſtitui.C.eo.l.
hæreditatis, & eis poteſt legari.ff.de leg.1.l.ſi hæres,§.vicis,
& l. ciuitatibus. Et multofortius eccleſia vacans poteſt inſti-
7 tui per prædicta. ſed ſi nondum eſſet creata, † ſeu edificata.
non poſſet inſtitui, nec ei legari, vt extra de ſententia & re
iudi.c.abbate ſane lib.6. In contrarium facit quia ſeruus il-
lius qui eſt in vtero,poteſt inſtitui:vt hic.quinimo ipſe poſt-
humus ſupra tit.1.§.poſthumorum.

1 *Hæres qui inſtituendus.*
2 *Pauperes recte inſtitui.*

a SERVVS autem plurium.In gloſſ. ſi vero in fi.a dic me-
lius ſupra eod.§.proprius.In glo.quid ergo.in fin.doc.Iac.&
Pe.dicunt, quod non valet inſtitutio talis,imo eſt deriſoria.
arg.ff.de iu.do.l.cum poſt.§.gener. Et facit, quia cum hæres
1 † nominari debeat,vt C.de teſta.l.iubemus.vel certis demon
ſtrari ſignis indubitabilibus,ff.eo.l.quoties.§.ſi quis nomen,
& §.hæres.quomodo hoc fiet de toto mũdo? Præterea, cum
incertis perſonis legari non poſſit infra de lega. §. incertis.
2 quomodo poſſunt inſtitui incerti?† Sed an pauperes poſſint
inſtitui ? dico quod ſic extra de teſta.c.1.lib.6. C.de epiſc. &
cle.l.id quod pauperibus. & videbis in d.§.incertis.& eſt ſpe
ciale, propter pietatem. Si velis tenere gloſſ. poſſes dicere,
quod licet omnes adhuc non poſſint,aliqui tamen poterunt,
quibus partes,quas alij non adibunt,accreſcent,ff.eod.l.liber
homo.§. ſi Titius.Sed ſi aliam teneas reſponde huic text.qui
videtur facere pro gloſſ. vſque in infinitum excluſiue,vt infi
nitas excludatur,quæ faceret inſtitutionem incertam.

a Adnot.In fi.Vide hic Ang. quando capacitas vel incapacitas ſerui inſpicia-
tur, ex capacitate, vel incapacitate domini no.hic Ange.quod quis poteſt in-
ſtituere hoc modo.Ego inſtituo omnes homines mundi & tractat iſtam quæ-
ſtionem,vſque in fi.§.& vnum:&c.

1 *Hæreditatis quantitas.*
2 *Vnica quid 3.*
4 *Sextans.*
5 *Inteſtatus partim qui accipiendus.*
6 *Teſtamento rupto in quo peccatum.*
7 *§.hæreditas & §.adeo conciliari.*
8 *Inſtitutionis particularis vis.*

a HAEREDITAS. a In gloſſ.ideo dicit, in fin.ſed cur hic
1 ponitur pro regula, cum regulariter, & de propria† ſignifi-
catione vocabuli contineat 12.vncias, vnde videtur hic po-
ni improprie plerunque. Sed dic quod hoc ideo.quia hoc de-
pendet ex facto,& voluntate hominum, ſuper quo regula ar
tis dari non poteſt, certum eſt tamen, quod ſi non appareat
de alia diſpoſitione.diuiſio fit in 12.vncias, vt patet inferio-
ribus.In gloſſ.infra poſita in fi.ff.de leg.1.l.ſi ſeruus plurium
2 in fin.de teſta.l.hæredes palam, §.ſed & ſi notam.† In glo.id
eſt vncia ibi cum alle.l.nam natura imo dic,quod vncia eſt ip
ſum nomen proprium conuenientiſsimum, & ab ipſa reſi-
duæ partes deriuantur.gloſſ.tamen quæſiuit quare vncia de
omnibus prædicatur ? Nam ſi quæras, quot vncias continet
3 ſextantis, dic duas, & ſic deinceps vnde vncia eſt † princi-
pium ponderis, ſicut vnum eſt principium numeri. Sed po-
tius videtur potuiſſe quæri, cur vncia cum dimidia habet
proprium nomen, & tamen ſextans, ſeu duæ vnciȩ,cum di-
midia,non habent proprium nomen,nec deinceps reperitur
aliqua dimidia, quæ proprium nomen habeat?forte ſextans,
octies ſumpta, facit totum aſſem, & recte peruenit ad ſuum
numerum totius, non ſic de alijs dimidijs, & ideo huic fuit
b data prærogatiua nominis.In ea.gloſ. b ibi cum dicit.ſextans
enim dicitur hoc non eſt verum,ſecundum docto.Iac.& Pe.
4 quia ſextans, † eſt octaua pars aſsis, & ſic denominaretur a
quotitate, in qua ſe habet reſpectu aſsis, vnde non dicitur a
quotitate, in qua ſe habet reſpectu aſsis,ſed a numero vncia-
c rum.In gloſſ.nam in totum,ibi cum alle.C.de teſta.mili.l.3.c
hoc non eſt verum indiſtincte dic plenius, ff.de mili.teſta.l.
5 ſi miles vnum,C.de teſta.mili.l.1.dic vt ibi.†In gloſſ.imo vi
detur.ibi cum alleg.l.cum duobus.ſed videtur, quod nec ex
poſtfacto, ff. de iniuſt. rupt. & irri.teſt.l.ſi ego.de fideicom.
lib.l.ſi pater duos.dicas quod nec ab initio, nec ex poſtfacto,
poteſt decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus:vt
in regula iuris.l.ius noſtrum, ff.de regu.iur.niſi ſit miles, vt
hic.& hoc eſt verum,quo ad hoc,vt bona deferantur iure te
ſtati, & inteſtati, ſed bene poteſt teſtumentum rumpi, pro
parte, & pro parte teneri, bona tamen ſolida deferentur iu-
re teſtati, vt ff.de iniuſt.rup.& irri.teſta.l.3.§.fin.in caſu ta-
men inoſficioſi,fallit prædicta regula:ius noſtrum vt in gloſ.
6 & eſt ratio : † quia quando rumpitur teſtamentum per præ-
teritionem, declaratur peccaſſe in forma & ſubſtantialibus,
& in inſtitutione ſeu exhæredatione liberorum. quæ eſt
principalior pars teſtamenti ſuprà de exhæred.liber.in prin.
ff. de lib. & poſthu. l. inter cætera. idcirco totum annihila-
tur. ſed ſecus eſt in quærela : quia per illam non declaratur
peccaſſe in forma, ſed in quadam qualitate, videlicet in fal-
ſa cauſa,

ſa cauſa, quæ totum ſubiectum non vitiat. non ergo intelli-
gas pro regula, quod ex poſtfacto poſſit decedere, pro parte
&c. ſicut gl. dicit: ſed intellige vt ſ. dixi. Hodie vero in aliquo
immutatur. vt in authē. ex cauſa. C. de liber. præte. vel exhæ-
7 red. vel illud diſpenſatiue ex quadam æquitate. † In ea. ibi,
cum alle. l. iuriſgentium. §. adeo. ſed ibi eſt eadem ratio in
parte, quæ in toto: non ſic hic, quia abſurdum eſt, quod bona
alicuius deferantur iure teſtati, & inteſtati cum ſit vna hære
ditas, & quaſi vnum corpus. vnde regula idem iuris de parte
& c. obtinet, vt ibi eſt eadem ratio, ſecus ſi diuerſa. & patet.
ff. de petitio. hæred. l. ſed & ſi lege. §. adeo, cum ibi notatis. In
fi. eiuſdem glo. melius in regula, ius noſtrum ſupra allegata.
& not. illud quod in hoc §. dicitur, procedit indubitate, vbi
8 ſcripſit in parte, & non fecit mētionem de alia. † Quid ſi ex
preſſe facit mentionem dicendo, inſtituo Titium ex ſemiſſe:
in reſiduis bonis volo eſſe inteſtatus ſatis poteſt dici idem:
quia ſemper via teſtati trahit ad ſe aliam vitio de medio ſu-
blato. ff. eo. l. hæreditas. vel ex die. eo. tit. l. poteſt cum not.

a Adnotatio. Hæreditas. Hæreditas proprie diuiditur in 12. vncias ſiue partes: quarum quælibet ſuo proprio nomine nuncupatur poteſt tamen diuidi in pauciores, vel in plures, prout voluntas extiterit teſtatoris. h. d. ſecundum Areti.

b In ea gl. appellatione partis, ſiue ſub deſignatione numeri, ſiue quote, ſiue dicatur pars partis: an referatur ad 12. vncias, an vero ad totam rem: & quomodo intelligatur, vide hic per Ange. in 2. colum. circa prin. in ver. aduertendum tamen eſt.

c L. 3. Et iſta eſt communis opinio, licet Ang. putet de iure verius, ſic diſtinguendum vt procedat qñ verba poſſunt aptari ad ius commune: alias præſumit teſtatus, de iure ſpeciali in l. ſimiles. §. vnum ex fundis. ff. de milita. teſta.

S i plures. In glo. eadem ibi cum dicit, non ignorat. ſcilicet aſſem nō eſſe completum ſi vocaretur, qui ſine parte eſt, in alium aſſem, nam ſemper ſequimur id quod teſtator credebat: vt ff. ne libe. & poſth. l. Titius. & facit ꝙ ſi papa, vel alius cōferat beneficium, quod vacare credebat per mortem, quod valeat collatio ſi vacabat per ceſſionem vel reſignationem, vel alias.

1 *Dupondio completo trientem deberi.*
2 *Aſſe impleto detrahendum 7.*
3 *Aſſe expleto computandum.*
4 *Nominatim inſtituere.*
5 *Tranſitus ad dupondium vtilitas. 6.*

V i d e a m v s. In glo. id eſt diximus. ibi cum dicit: & ita
concordat. Nam ibi dicit, quod inſtitutus completo dupon-
1 dio † vocatur in trientem, & eſt perinde ac ſi diceret in aliū
aſſem: vt ibi no. In ea. gl. ibi cum dicit, computatio vnciarum
quia ibi transfertur ad dupōdium. ſed ſi ad aſſem reducatur,
tantum faciunt quinque vnciæ in aſſe, quantum 10. in dupō-
dio. vt ſupra proxi. eſt dictum. In ea. gl. in fi. Ia. & Pet. dicunt,
quod lex illa non obſtat: quia in primo legauit vni fundum,
& poſtea alij dimidium, & nihil vltra. Sed ſi poſtea legaſſet
alicui vltra, ſine parte, eſſet contraria: ſed ſic non eſt contra-
ria, quia habet tot adiectiones. finaliter procedunt recitando
diſtinctionem gl. nihil addendo. & ſic transeunt. Supponunt
2 ergo, quia ſi expleto † eſſe legaſſet, vel inſtituiſſet, in ſemiſ-
ſe, vel in aliqua parte, quod non transeatur ad dupondium:
ſed detrahatur tantum primo quantum legatur ſecundo, ſed
huic opi. ob. ff. eo. l. interdum §. ſed ſi duos & §. fin. Item ob.
diſtinctio gl. ff. eo. l. qui non militabat. §. filijs vbi videtur cō-
cludi, quod in dubio videtur ad dupondium tranſire, cum aſ
ſe toto diſtributo nominatim reſidua portio non inuenitur.
3 Præterea, † videtur quod non fiat tranſitus ad dupondium
plenum, ſed vſque ad computationem vnciarum quas diſtri-
buit, vt d. l. interdum. §. fi. Propter has opiniones gloſſ. valde
intricate proceſſit in l. cum quæſtio. C. de lega. Potes tamen
dicere, quod interdum agitur de hæreditate diuidenda in ca
ſu omiſſo, & non prouiſo. Et de hoc nihil in præſenti ſpecu-
latione: ſed de hoc agitur. ff. eo. l. clemens patronus, de libe.
& poſthu. l. ſi ita. interdum agitur de ea diuidenda, vbi nulla
facta eſt mentio de quota. & de hoc. ff. ad Tre. l. Marcellus. In
terdum vbi facta fuit mentio de quota, & de hoc tractatur
hic in quo caſu diſtinguit gloſſ. quia aut certum eſt, quod
excedere voluit, aut quod noluit: aut dubium. Et in ca-
ſu dubij ſubdiſtingue: quia aut impleuit nominatim aſ-
ſem, & tunc in dubio videtur tranſire ad dupondium, aut
non, & tunc non: vt d. l. qui non militabat. §. filijs.
4 † Sed quid vocas nominatim? forte ſi dixit inſtituo talem in
ſolidum. vel lego tali, ſolidum fundum, vel inſtituo talem, in
duodecim vncias hæreditatis meæ, & poſt alium ſine parte,
vel cum parte.

Sed quis eſt effectus, vtrum tranſeat ad dupondium vel
non? glo. in l. interdum §. ſed ſi exceſſerit, videtur ſupponere
5 † quod nullus, quantum ad ſubſtantiam, ſed quantum ad nu
merum vnciarum, ſupponendo quod nec plus, nec minus ha
bebit per plurium vnciarum computationem, niſi quantum
haberet, ſi intra aſſem tota computatio facta eſſet: vt not. ff.
eo. l. interdum. §. pater. verſicu. ſed ſi exceſſerit. & in d. l. cum
quæſtio, & pro hoc faciunt. l. ita ꝙ Sabinus. in fi. & l. ex vn-
cijs ſex. Sed ob. l. interdum. §. ſed ſi dominos. & d. §. ſed ſi ex-
ceſſerit. Dic ergo, quod vbi tranſitus fit ad dupondium, eſt
6 magnus effectus, quia ſi primus † fuit inſtitutus in 12. vn-
cijs, ſecundus in ſemiſſe, primus habet beſſem, ſecundus triē
tem, vt in d. §. ſed ſi exceſſerit. Sed ſi non fieret trāſitus, ad du
pondiū haberet tm̄ ſecundus, quantum primus. Et caue quia
leges quandoque dicunt, quod vbi fit tranſitus ad dupon-
dium, fit computatio vſq; ad 24. vncias quandoque minus vt
d. l. interdum. §. pe. & fi. & hoc quando promptior eſt ſub il-
lo numero diuiſio. & in hoc caſu bene poteſt dici, quod quo
ad ſubſtantiā idem eſt, ac ſi ad 24. vncias fieret computatio.
Sed gl. in d. l. cum quæſtio. C. de legat. quærit quid econtra ſi
primo legauit ſemiſſem, poſt aſſem? Et dicit qđ non eſt idē:
ratione quæ ibi no. Illā gl. repræhendunt hic doct. dicentes,
quod nō refert, quia verba tranſpoſita &c. ff. de leg. 2. l. cum
pater. §. fidei hæredū meorum cōmitto. C. de teſta. l. præpo-
ſteri. pro ipſis facit. ff. eo. l. Iulianus. §. fin. & glo. hoc videtur
notare ibi, quę eſt contraria illi de l. cum quæſtio, ſed hoc nō
poteſt eſſe verum, in caſu quo non ſit tranſitus ad dupon-
7 dium: quia ſi † primo legaſſet ſemiſſem, deinde alij aſſem, vi
detur detrahi, ſeu diminui primo, quod legatur ſecundo, &
primus nil haberet, & tamen glo. illa dicit contrarium. & ſic
in hoc caſu poteſt eſſe vera gloſ. de l. cum quæſtio. & hæc fa-
ciunt, ꝙ ſi Papa prouideat duobus, de eadem præbenda, ꝙ
vterq; admittatur, quod poteſt eſſe verum ſi ex certa ſciētia
prouideret, extra de reſcrip. c. duobus. in fi. lib. 6. alias contra
extra eo. ca. mandatum. de præb. c. maioribus. & c. vacante. &
iunge ff. de leg. 1. l. ſi pluribus eadem res. cum l. ſequenti.

1 *Hæredem non deſinere.*
2 *Inſtitui ſub conditione poſſe. 3.*
4 *Inſtitutio cum morietur, qui accipienda.*
5 *Inſtitui in diem poſſe.*
6 *Libertatem in diem non dari.*

H a e r e s. In gloſſ. ibi cum allegat. l. extraneum. Et eſt
1 ratio, quare non ad diem. quia ſi ſemel † eſt hæres, non po-
teſt deſinere eſſe hæres. ff. de minoribus. l. 1. §. fine. & §. ſed
quod Papinianus: item nec ex die, quia quis non poteſt, pro
parte temporis decedere teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſi-
cut nec pro parte rerum, quod contingeret, ſi ex die inſtitue
retur. ff. de mili. teſt. l. miles. ſed non ſic ſi ſub conditione fiat
inſtitutio, quia conditio quantuncunque tarde impleatur, re
trotrahitur. & ita. ſemper videtur fuiſſe hæres a tēpore mor
tis. ff. de peri. & com. rei ven. l. neceſſario. §. quod ſi penden-
2 te. Et ideo valet ſub † conditione, & in diem certam a quæ
2 pro conditione habetur. ff. de condi. & demonſt. l. dies in-
certus. ſecundum doct. pro quib. ff. eo. l. poteſt quis. Sed in eo
quod gloſ. hic dicit ſequendo Azo. qui hoc tenuit in ſumma
huius tit. C. videlicet, quod talis inſtitutio, cum hæres morie
3 tur. valet † ibidem doct. contradicunt, quia ſi talis inſtitutio
valeret, ſuſpenderetur uſque ad extremum mortis articulū,
quo caſu non poſſet fieri hæres cum non habeat uelle nec
nolle, imo eſt mortuo ſimilis. C. de teſta. l. iubemus. Idcirco
non ualet. ſed Azo. qui hoc tenut, dicit quod non intelligit
cum morietur, quod expectetur ultimus articulus mortis,
4 ſed dicit ꝙ debet † intelligi ſecundum opin. uulgi: ex quo in
lecto mortis decedit, de quo non ſurrexit quamuis moriatur

per 40.annos poſt.ff.de fun.inſtr.l.cum delanionis.§.aſinam.
docto.tamen.hoc non approbant.in ſuo ſatis uideretur tole-
rabile.ff.de condi.inſti.l.fi.dic tamen,ut ibi, & ff.eo.l.ſeruus.
ſi uelis ſuſtinere glo.poſſes dicere,ꝙ uiuens moritur:iuxta l.
1.§.ſi emancipato.ff.de colla.bono.Vel potes dicere,ꝙ tem-
pus ſubducatur,ſeu tollatur & valeat de præſenti.& ita vide
tur tenere gl.in l.extraneum.C.eo.ſed Azo.ibi tenet contra.
cuius opi. videtur hic ſequi gl. quia inſtitutio ad diem certã
5 facta, † valet vitio temporis ablato:& ſic in hac inſtitutione
ſi vitium temporis tolleretur. gl.eſt hic, quæ videtur facere
differentiam inter diem certum, & incertum,& ponit inter
exempla diei incerti. hanc cum hæres moretur, eſt falſa vel
contraria illi: quia ſi tollatur vitium temporis,non erit diffe
rentia inter hanc inſtitutionem,vel diei incerti,cum vtrobi-
que tollatur tempus, & valeat de præſenti:& hoc vr̃ verius,
quid ergo,ſi quis inſtituat vnum hæredem,vſque ad certum
diem:& aliũ ex die illa? videtur ꝙ valeat inſtitutio: quia tũc
pro nulla parte temporis reperitur inteſtatus.Et ita ceſſat ra
tio prædicta, ſed alia videtur obſtare: primo inſtitutus non
poteſt deſinere hæres eſſe.quid ergo? vr̃ ꝙ teneant ambæ in
ſtitutiones. Et ꝙ ambo ſint hæredes, ac ſi pure inſtituiſſent
detracto vitio temporis:vt hic & d.l.hæreditas. in fideicom-
miſſo vniuerſali,videtur ꝙ valeat ex die.ff.ad Treb.l.recuſa-
re.& l. ſed & ſi ad. Et eſt ratio : quia ibi ceſſat ratio ſupradi-
cta,quia nulla parte temporis reperitur inteſtatus. in liberta
6 te videtur idem ꝙ † ad tempus dari non poteſt, vt l.libertas
ad tempus.ff.de manu.teſt.ſed ex tempore ſic,vt eo.tit.l.qui
duos. de ſta.lib.l. cũ hæres.§. ſeruire.in legato videtur quod
poſsit dari ex tempore, & ad tempus.ff.de leg.2.l. ſi ita lega
tus.§.Pegaſus.de annu.le.l.eum qui.eod.tit.l.3.§. ſed ita.Sed
beneficia eccleſiaſtica,non poſſunt conferri ex tempore,nec
ad tempus: extra de ele.c.2.lib.6.7.q.1.c. paſtoralis.& ibi de
hoc,ſicut nec adoptiones.ff.de adopt.l.quæſitum. & videtur
per hanc l.ꝙ ſi prælatus conferat beneficium ad tempus,vel
ex tempore, ꝙ valeat collatio, vitio temporis ſublato. per
hunc §.& l.hæreditas.ſupra allegatam.

a Adnotatio. Diem incertam. Quod eſt verum, quando incapacitas, eſt re-
ſpectu hæredis:tamen ſecus eſt ſi reſpectu teſtantis vt in ſpurio: ſuper quo vi-
de hic per Ang.item Ang.format hic quæſtionem talem, teſtator dicit: lego,
vel relinquo vxori meæ vſumfru. & poſt mortem eius inſtituo fratrem meũ.
an interim vxor habebit vſumfruct? vide hic per Ang.in 2.col.in prin.ver.&
iſta faciunt. item quid ſi teſtator dicat inſtituo Titium, vſque ad paſcha : &
nullo modo vlterius poſſit eſſe hæres. vide eundem hic in fi.2.colum.in ver.
quid ſi teſtator.

1 *L.cum hæres ſenſus.*
2 *§.Inteſtato.explicari.*
3 *Impoſſibilitatem vitiari,difficultatem non item.*
4 *Perplexitas.*
5 *Contractus & vltimæ vol. diſcrimen.*

a IMPOSSIBILIS.a In gl.tribus. ibi cum allegat l.cum
1 hæres.§.1.Pet.de Bel.perti.dicit, ꝙ ibi nulla † eſt impoſsi-
bilitas facti, ſed difficultas:& de tali loquitur ibi:& pro ea fa
cit tex. ibi cum dicit cauſam difficilem imo pene impoſsibi-
lem.& hanc potes tenere. Vnde ſi ibi eſſet appoſita conditio
impoſsibilis, valeret libertas, vnde ibi ponit tria de longo tẽ
pore:de conditione difficili, item quando confertur in tem-
pus, quod non prodeſſet.& pro hac opinio facit ff.de leg.1.
2 l.ab omnibus.§. inteſtato. † ibi enim tollitur conditio de fa-
cto impoſsibilis. vnde ibi non erat impoſsibilis de natura,
quia non eſt contra naturam, ꝙ rationes extarent, & tamen
habetur pro non ſcripta : quæ enim bona ratio poſſet reddi,
quare impoſsibilis de facto,vitiat,& non impoſsibilis de na-
tura,ſeu de iure? in hoc tamen remanet quæſtio, cur condi-
tio difficilis, & pene impoſsibilis, vitiat actum, ſed omnino
impoſsibilis habetur pro non ſcripta, & actũ non vitiat? Ad
3 hoc † põt reſponderi, quia quando apponitur conditio im-
poſsibilis, videtur apponens cauſa deriſionis apponere, nec
vr̃ eum velle adſtringere ſeu teneri ad hoc,in quo non cade-
ret obligatio, ẽt per conuentionẽ. ſed vbi apponitur diffici-
lis conditio, eſt ſecus, quia difficultas non impedit obligatio
nem,ſeu adſtrictionem.ff. de verbo.obliga.l. continuus.§.il-
lud. Et ideo,quia teſtator ſciebat ꝙ ad hoc adſtringi non de-
bet, videtur velle actum valere talem difficultatem appo-
nendo, quam ſciebat adſtrictiuam, & compleri non poſſe,
& hæc eſt etiam ratio, quare proplexitas vitiat actum,vt ſe-
quitur in gloſſ.In ea.gloſſ.ibi cum alleg.§.ſi impoſsibilis.do.
Iac. & Pet.dicunt ꝙ ſic eſt perplexitas.ff. de verb. obli.l. Ti-
tius,vt dicunt quidam aſini,ſed falſiſsimum dicunt,quia po-
4 teſt dari vterque,vel neuter.Et † perplexitas eſt,quando duo
non ſe compatiuntur ſecundum eos.de hoc videbis plenius.
infra.§.ſi impoſsibilis.In ea.glo. ſed ſolue vt ibi.dic vt plene
dicam in gl. ſed cur.ſecus in fin. Aliam rationem reddit glo.
5 ff.de condi.inſti.l.1.quia† contractus perficitur duorum con
ſenſu, ſed vltima voluntas nititur tantum voluntate teſtan-
tis. Et ideo vult concludere, ꝙ minus ſubuenitur contrahen
tibus.qui potuerunt apertius, planius, & pure contrahere &
declarare quam legatarijs inſtitutis libertatem donatis, qui
nil potuerunt facere declarari, & hoc in contractibus nomi-
natis,ſecus in innominatis,vt ibi not.& videbis infra §.ſi im
poſsibilis,dic vt ibi.

a Adnot. Impoſſibilis.Do.Ang.hic ponit prolixe tres impoſſibilitates, pri-
mam impoſſibilitatem,dicit eſſe naturæ.ſecundã,dicit eſſe iuris, tertiam,per-
plexitatis,quas late proſequitur,per tres col.& ideo vide eum hic ad longum.

1 *Conditiones omnes implendæ.*
2 *Religio arctior.*

a SI PLVRES.a In glo.ſi ſit poteſtatiua.in fi.Iac.& Pet.
1 dicunt,hanc glo.diabolicam dicunt enim, quod vbi † plures
conditiones coniunctim adſcribuntur, quod omnes ſunt im
plendæ:nec ſciunt,quo ſpiritu glo.fuit ad hoc mota.vere mi
randum eſt, quia nulla lex cogit hunc §.ſic reſtringe: nec l.ſi
hæredi.ff.de condi.inſtit.quæ huic concordat. Vnde intelli-
ge l.ſi hæredi.prout Io.ibi intelligit,& iunge infra ſeq.gloſſ.
In gloſſ.ideſt,ſubdiſiunctiua.ibi cum dicit,obtemperari,hoc
videtur verum in legatis. in inſtitutionibus videtur, quod
prior,qui extiterit, vt d.l.ſi plures.& in hoc caſu eſt differen
tia,inter inſtitutionem, & legatum,& hoc debuiſſet glo.ſcri
pſiſſe, & forte contigit ex errore ſcribentis, & in hoc caſu
poſſet forte diſtingui cauſalis, a miſta, & poteſtatiua, ſicut
gloſſ.dicit.In ea.glo. ibi cuilibet.quæ ipſi commodior & le-
uior.ff.de condit.& demonſtra.l.quod traditum. & l.leuiſsi-
ma, & facit, quod ſi quis habeat licentiam intrandi religio-
2 nem † arctiorem,quod cenſeatur arctior,non inſpecta regu-
la ſed modo eam tenendi. Et ideo religio monachorum ni-
grorum, non cenſetur actior illa fratrum minorum,vel præ-
dicatorum inſpecto modo ſeruandi, per l. quod traditum.
l.nouiſsimo.ff.de conditio. & demonſtra.In ea.gloſſ.ibi cum
allegat l.quod traditum.ſecundum Io.Et eſt ratio, quia hæc
æquiparatur legatis.cum per manum hęredis debetur.C.qui
manumit.poſ.vel non l.fi. & quia teſtator non ita liberaliter
voluit ſubuenire fideicommiſſarijs, ſicut directis.C.de leg.l.
cum quæſtio.

a Adnotatio. Si plures.Ad veritatem copulatiuæ, requiritur implementum
vtriuſque, ad veritatem vero alternatiuæ ſufficit verificatio alterius de quo vi-
de hic,per Ang.

1 *Ignoto dari poſſe.*

HI QVOS. Facit ad hunc §.C.eo.l.extraneo.Et per hũc
1 §.poteſt dici,quod omnino † ignotus poſsit eligi,& ei bene-
ficium conferri,extra de iudic.c.cum deputati.arg.contra ex
tra de cleri.peregri.c.tuæ. & c.fi.

### *De vulgari ſubſtitutione.* *Rubrica.*

In gloſſ.rubricæ ibi cum dicit, ſubſtitutiones dicuntur ff.
ad l.Falcid.l.in ratione.§. quod vulgo. In eadem gloſſ. in fi-
ne.ff.eodem l.1.quot autem ſunt genera, & quæ ſint,videbis
infra tit.1.§.qua ratione.in magna gl.Et dicit vulgaris, quia
vulgariter, & cõiter fit, vel quia poteſt fieri ab omnibus, vt
hic nota.Et not. quod diuerſi ſunt modi intitulandi.C.& ff.
hic

& hic, vnus tamen eſt effectus: & hic diuiditur per titulos, propter faciliorem doctrinam iuuenum. vt ȷ. titu. 1. dicam.

1 *Codicillare quis non cenſendus.*
2 *Inſtitutio conditionales concurſum admittit.*
3 *Subſtitutio quando locus ſit.*
4 *Iudicum reiecti. gradus & cur 5.*

POTEST autem. In glo. in alia. ibi cum allegat l. Scæuola. in caſu tamen valet inſtitutio. ff. de hæred. inſti. l. aſſe. de condi. & dem. l. ſi ita ſcriptum. Et caue, quia nunquam videt codicillare
1 † in caſu, in quo facit inſtitutionem primam, vel ſecundam, niſi hoc dixerit. C. de teſta. l. non codicillum. Sed ſi dixerit, ꝙ ſi non valet iure teſtamenti, valeat, iure codicillorum, tunc ſatis apparet, quod debet valere iure fideicō. ſi non potuit valere iure teſtamenti, quia ſi ſemel valuit iure teſtamenti, a modo non valet iure codicilli, quia conditio habuit locum ſuum, ff. de inoff. teſt. l. Titia. de leg. 3. l. patronus. §. penul. & ſcripſi C. de liber. præte. auth. ex cauſa. Et idem ſi hæres hoc elegiſſet, quaſi ex teſtamento, C. de codi. l. fi. & ibi
2 not. & ſcripſi. † In glo. ad ſimilitudinem in fi. hoc verum, vbi conſtat, quia dixi, ſi hæres non erit, talis ſit hæres. quid in dubio, verbi gratia, inſtituit Titium: ſi nauis ex Aſia venerit, & ſi non venerit, Seium, nuuquid cenſebuntur ambo inſtituti, vel vnus inſtitutus, alius ſubſtitutus? & prodeſt hoc ſcire, quia ſi ſint inſtituti ambo: poſſent petere ſm tabu. ff. de bon. poſ. ſm tab. l. 2. §. defertur. & §. ſi ſub cōditione, verſ. pro qua quiſque doct. tangunt in rubrica, & dicunt recurrendum ad mentem teſtantis. Sed quid in dubio? cenſentur ambo inſtituti, ff. de hæred. inſtitu. l. Lucius Titius Seio. niſi inſtituerentur pater & filius per aſcendentem, & ſic intellige, ꝙ no. ff. de liber. & poſthu. l. Gallus, §. 1. ff. de hære. inſti. l. interdum. argu. contra ff. de bo. poſ. ſecundum tab. in l. ſi ita. circa princ. In gl. id eſt, vltimo. in fi. gl. non vult negare quin ſubſtitutio valeat, Credit tamen quod nullum habet effectum. Sed non videtur verum ſecundum doc. quia ratio gl. impediri poteſt dupliciter & de facto, & de iure. primo via facti. Pone, quod Titius fuit inſtitutus ſi ſeruus hæres non eſt ſubſtitutus. & ſeruus tertius liber, moritur ſeruus antequam adeat, primus repudiat, certe tertius admittitur, quia verum eſt ſeruum non fuiſſe hæredem. ecce viam facti. Ecce viam iuris, quia quamuis ſeruus ſit hæres neceſſarius domino, in caſu quo fuit ſim-
3 pliciter inſtitutus, in caſu tamen, quo † habuit ſubſtitutum, videtur commiſſum eius voluntati arg. ff. de hær. inſti. l. iam dubitari igitur poteſt hoc caſu repudiare. & ita hæreditas veniet ad ſubſtitutos ſecundum eos. vel poſſet domino inobedire. C. de hæred. inſti. l. 3. & facit bene pro eis. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. l. 1. §. ſi proponatur. ſ. qui. ma. poſ. §. licet, ff. de hære. inſti. l. ſi is qui ſoluendo. † Et facit iſte §. quod epiſcopi &
4 barones poſſint plures gradus iudicum, ſub ſe conſtituere, ita ꝙ de vno ad alium appelletur, vt præpoſitos. & caſtellanos iudices foraneos. Sed contra: quia idem auditorium videtur, ſicut epiſcopi & officialis extra de conſue. ca. non putamus. libr. 6. & quodammodo videntur vices dominorum ſuorum gerere. & ita non appelletur. niſi ad illos, ad quos ab ipſo inſtituente appellaretur, ſicut de vicarijs dicitur C. de app. l. præcipimus. Præterea, cum princeps gradus appellationum in leg. ſcripta ſtatuerit, vt d. l. præcipimus. & in authen. de appel. & intra quæ temp. §. illud etiam. 4. col. videtur quod nemo alius hoc poſſit. Ex hoc enim poſſet via reperiri, quod nunquam appellaretur ad eorum ſuperiores, ſi plures gradus faceret, cum non liceat tertio prouocare. C. ne in vna eademque cauſa ter. li. pro. in rub. & nig. & per hoc apparet ꝙ iſte §. cum concor. nihil facit. hic enim teſtator plures gra-
5 dus faciendo, nulli præiudicat, ſed † in caſu præmiſſo, eſſet præiudicium reipublicæ ſuperiorum: ad quos cognitio cauſarum appellationum deuolui debet.

ET SI EX DISPARIBVS. In gloſſ. puta in fin. hoc verum ſi nominibus appellatiuis ſint nominati in ſubſtitutione: ſecus ſi proprijs. ff. ad treb. l. nonnunquam. Item hoc verum, niſi aliud appareat per coniecturas, ff. de re. du. l. vtrum. §. fi. Sed quid ſi nominauit eos, nominibus proprijs, & appellatiuis? Diſtingue vt no. in dicta l. nonnunquam, & vide, ff. de re. du. l fin. cum ibi nota.

1 *§. ſed ſi. ſenſus & limitatio. 5.*
2 *Subſtitutionis ius tranſmiſſibile.*
3 *Adcreſcendi ius, an ſubſtitutionis potius.*
4 *Subſtitutus quando excluſus.*

SED ſi inſtituto. In gloſſ. ſcilicet ordinis. ibi cum dicit: in fi. d. l. dic melius ibi. ȷ. titu. §. liberum. in fi. eiuſdem gl. gloſ. bene procedit, diſtinguendo hos tres caſus. ſed in caſu huius §.
1 verum eſt, † quod indiſtincte ſubſtitutus, admittitur ad partem vtriuſque. vnde iſte caſus nullam diſtinctionem recipit ſicut tex. plenè dicit. ſed an hoc obtineat in pupillari ſubſtitutione? non videtur per l. qui habebat, ff. eo. tit. gl. ibi videtur velle contrarium. dicit enim, quod ibi in ſubſtitutione defecerunt conditiones. vnde vult concludere, quod ſi non defeciſſent, non obtineret illa lex. Sed hoc non eſt verum, ſecundum do. Ia. & Pe. vbi enim teſtator aliquem hæredem inſtituit & filium vel filiam exhæredatam ſubſtituit, & illi exhæredato adhuc ſubſtituit pupillariter, & pupillus moritur an-
2 tequam locus ſit ſubſtitutioni primi inſtituti † nunquid ius illius ſubſtitutionis, quod erat conditionale, & nondum euenerat, tranſmittitur ad ſubſtitutum? vt l. vnica. §. ſinautem. C. de cadu. tol. Et ideo ſubſtitutus pupillo, non ſuccedit primo inſtituto, quamuis pupillus eſſet illi primo ſubſtitutus, ſi pupillus mortuus fuerit, antequam ſit locus ſubſtitutioni primi. Quid ergo eſt in caſu noſtro? dicunt ipſi, quod hic erat habiturus iure accreſcendi. pro quibus facit ff. eod. l. Lucius, §. fi. Sed quid prodeſt hoc, cum iure accreſcendi eſſet habiturus vtriuſque partem? Poſſet dici, quod prodeſt forte, quia
3 expedit magis vno iure † habere, quam alio, iuſta illud quod not. ff. de acquir. hæredit. l. nec is pro quo. ff. ad Treb. l. recuſare. §. Titius: de lega. 1. l. ſi ſeruo meo, Stichus. Item prodeſt, in caſu, qui ſequitur. Pone quod teſtator, tres hæredes inſtituit. Titium, Sempronium, & Meuium: Titio ſubſtituit Sempronium, & Sempronio Lucium: intereſt iſtius Lucij potius habere partem Titij, virtute ſubſtitutionis quam iure accreſcendi, ſi enim iure accreſcendi, Lucius admitteretur ad portionem Titij. Mæuius haberet iure accreſcendi tantum ſicut ſubſtitutus Lucius & tamen ſi virtute ſubſtitutionis admittitur, Mæuius nihil habebit. & facit ff. de iniuſt. ru. teſta. l. ſi ego. & idem in omni caſu vbi erant plures cohæredes. Quid ergo, ſi non eſſet ſubſtitutus cohæredis ſed ſubſtituti ſiugulariter, verbi gratia: teſtator Titium inſtituit inſolidum. Titio ſubſtituit Sempronium: & Sempronio Lucium, Sempronius moritur, demum repudiat Titius: nunquid Lucius admittetur? Videtur ꝙ non, ſecundum intellectum doct. quia tunc ſubſtitutus ſubſtituti admittitur, quando vnam partem erat habiturus virtute ſubſtitutionis, aliam iure accreſcendi, vt ſ. dictum eſt. In præſenti autem propoſito non ſic eſt: ideo videtur, quod ſubſtitutus non admittatur, & facit quod no. ff. eo. l. qui duos, & hoc videtur probari in l. qui habebat. ibi enim
4 fuerunt ſubſtituti, mater & ſoror † filiæ quæ ſubſtituta fuerat fratri, & non admittitur virtute ſubſtitutionis filia præmortua nec poteſt dicere ſicut gl. dicit, quod ideo ſubſtitutę non admittantur, quia defecerunt conditiones, ex eo, quia filia pubes deceſſit, & ipſę erant ſubſtitutæ ſi antequam nuberet mulier deceſſiſſet. & ita eſſet facta pubes, deficit conditio: quia hoc non eſt verum non enim pubertas faceret deficere conditionem, quicquid ibi gl. not. nec impleret eam. ſed nuptiæ de facto, vt C. de nup. l. ſancimus. vnde illud quod ibi dicitur, de illa conditione, ſi nuberet nihil facit: ſed ideo non admittuntur, ibi quia pupillaris ſubſtitutio expirat, & erat ibi dubium per hunc §. & per l. ſi Titius. ff. de vul. per quas videbatur, quod deberent admitti, quaſi eſſent ſubſtitutę pupillo mediante perſona filię. Sed hoc non eſt verum, vt ibi
5 patet: quia iſte §. & † conſimiles, obtinent in caſibus ſuis. vbi eſt facta ſubſtitutio cohęredi, & per ius accreſcendi ſubſtitutus deberet habere partem illius, cui non fuit ſubſtitutus: vt

ſuprà dictum eſt. Quid ergo ſi vterque cohæredum habuit ſubſtitutum? Satis poteſt dici, quod alter de ſubſtitutis habeat portionem inſtitutorum amborum, alijs omnibus repudiantibus vel morientibus per hunc §.

a Adnot. Sed ſi. Si inſtitutus fuerit cohæredi ſubſtitutus: & demum tertius inſtituto ſubſtitutus. admittitur ad partes vtriuſque neutro inſtitutorum adeuntæ. cæteri docto. ſuper hoc. §. parum ſcribunt. Io. Fab. autem latius: vt hic vides.

1 §. *ſi ſeruum limitari.*
2 *Subſtitutum & inſtitutum concurrere & qui.* 3.

1 Si ſeruum. Si eſſet† proprius, & teſtator crederet eum liberum, non obtineret iſte §. ſed eſſet inſtitutio omnino nulla. ff. de mili. teſta. l. idem eſt, §. ſi ſeruum. In gloſ. ſed in quam in fi. gl. ſemper hanc ſuſtinet, vt ff. eo. l. ſi pater. & hanc videntur ſequi domini. Iac. & Pet. recitando, & tñ videtur, ꝙ magis eſſet ſequenda opinio teſtantis, ff. de hære. inſti. l. quo loco. §. 1. & d. l. ſi pater §. atqui. Item pro hoc facit, quia in dubio fit interpretatio contra fiſcum. ff. de iur. fiſc. l. non puto. Sed quomodo hic ſubſtitutus admittitur cum inſtituto, contra regulam, ff. de acquir. hære. l. 3. & l. quãdiu inſtitutus. do. Iaco. & Petr. reſpondent, ꝙ hic eſt dubia voluntas teſtantis
2 † nam rationabiliter videbatur poſſe dici, quod domiuus inſtituti totum haberet, attenta opi. teſtantis per iura hic in glo. allegata. & ideo imperator, eos coniunxit mediam viam eligendo, propter conflictum rationum, & iurium. & idem reperitur in filio emancipato, qui repellebat nepotem in poteſtate detentum de iure prætorio. & de iure ciuili, nepos repellebat filium, propter ꝙ via media fuit electa vt vterq; admitteretur, ff. de coniun. cũ eman. libe. per totũ. Sed cum dñs habeat fortiorem rationem pro ſe, videlicet veritatem, cur non repellit in totum ſubſtitutũ? Dicunt ijdem doc. propter dubiũ volũtatis teſtantis, ſed in tanto dubio, videretur nullus admittẽdus ff. de re. du. l. ſi fuerit de teſt. tut. l. duo ſunt Titij. ſed ibi dubium de perſonis, hic conſtat. vnde leges ille, nihil faciunt ad propoſitum. In gl. ſupple. in fi. & habes. ff. de condi. & demon. l. falſa. doct. tamen dicunt in l. cum proponas.
3 quod. † in hoc caſu fient duo ſemiſſes: vt hic & ff. de vulg. l. ſi. & vnum habebit inſtitutus: alium ſubſtitutus. quod eſt ſatis rationabile in dubio. Item præmiſſa procedunt, vbi habet ſubſtitutum ſi non haberet ſubſtitutũ, & teſtator crederet eũ liberum, cum eſſet ſeruus proprius, non valeret inſtitutio. ff. de mil. teſt. l. idem eſt. §. ſi ſeruum. ſecus, ſi eſſet communis: vt plene not. & ſcripſi C. eod. de hære. inſti. l. cum proponas. Quid ſi eſſet religioſus, & crederetur ſecularis? Forte poſſent hæc iura locum habere, & ad hoc poſſent eſſe vtilia.

## *De pupillari ſubſtitutione.* *Rubrica.*

Materia ſe continuat euidenter, & ponuntur hic duo Tituli, pro euidentiori iutellectu. j. de leg. §. ſed non vſque &c.

1 *Pupillari ſubſtitutioni neceſſaria.* 2.
3 *Emancipato non ſubſtitui.*
4 *Pupillo varie ſubſtitui.*

LIBERIS. In glo. not. ex hac litera: ibi cum alle. ff. eo. l. 2. §. 1. niſi ſit miles. ff. de mil. teſt. l. miles ita. §. exhæredato. Et tria requirũtur ex parte
1 te pupilli. Item † requiritur ex parte pupilli, ꝙ non fiat ſui iuris ante mortem teſtantis. ff. eo. l. cohære. §. cum filiæ. Item ꝙ moriatur poſt mortem patris. alias ſubſtitutus non admittiur: quia nulla bona habet pupillus totum enim deuenit ad patrem hoc iure. Sed quid hodie, ſm iura noua, ſecundum, quæ habet hæredem: vt ſ. qui non eſt permiſ. fa. teſt. circa prin. dicas idem: quia illa non eſt ſola ratio, cur non valet ſubſtitutio: ſed eſt ratio, cur teſtamentum patris nullum eſt, viuo patre quo ad effectum, nec ex eo aliquis adhuc eſt hæres, nec eſſe poteſt. ideo non valet pupillare. ff. eo. l. 2. §. quiſquis, & ſic intellige, ff. eo. l. lex corne. de capti. l. quod ſi filius, & ad hoc facit extra, de ſepul. c. licet. lib. 6.

2 † Sed an ſaltem ſubſtitutus pupillo, admittetur ad bona patris, pupillo moriente in vita patris, gl. variant, vt videbis j. in materia. Item ex parte patris, requiritur id, ꝙ pro quarto hic ponitur, vt exhæredet, vel inſtituat. de quo vide j. §. non ſolũ. Item ꝙ ſtetur ſic, quod poſſit adiri hæreditas & adeatur de facto. vide j. eod. §. qua ratione. ſuper verbo, adoleuerit.
3 † Sed quare, non poteſt ſubſtituere emancipato, cum ſubſtitutio fiat ad prouiſionem? forte ideo, quia ſubſtitutiones ſunt de iure ciuili, ſm qđ emancipatus reputatur extraneus: vt dixi ſ. de exhęre. lib. circa prin. In gl. hic cauſę, no. ibi cũ dicit, prima verba inſtitutionis, quia ſubſtitutio nõ poteſt eſſe ſine inſtitutione: vt no. ff. eo. l. 1. licet vbi inſtitutio eſt nulla, incipiatur a ſubſtitutione, ff. de hære. inſtit. l. ex facto. la grande, ff. de vulg. l. ex facto, §. Lucius. In ea. gloſſ. in fi. Iac. & Pet. reprehendunt hanc glo. dicentes, ꝙ imo hæc omnia verba ſunt
4 verba ſubſtitutionis pupillaris: quia nedum ſubſtituitur† pupillo, in caſu, quo hæres fuerit, imo etiam ſi non fuerit: veluti exhæredato, vel ſi præmoriatur antequam ſit hæres. vnde text. non voluit hic exemplificare vulgarem, quia de ea ſ. locutus eſt, ſed pupillarem tantum. Sed bene poteſt colorari gloſ. in tali exemplo. Titiũ filiũ inſtituo, & ſi hæres non erit, Semproniũ ei ſubſtituo. & ſi hæres non erit, vel in pupillari ętate deceſſerit talem ei ſubſtituo. eſt enim exemplum vulgaris, & pupillaris. Sed iſte tex. non ita loquitur, nec hoc intendit. ſm eos. pro quibus facit ff. eo. l. 1. ver. duplex. circa princ. Credo, quod verum dicunt, quod tex. hoc non intendit, ſi tamen fieret per talia verba, ſi hæres fuerit, & intra pupillarem ætatem deceſſerit, talem ſubſtituo. bene valeret, non tamen eſſet ita plena. in gloſſ. & ſolius. in fi. de hoc videbis magis in materia. quia in hoc eſt magna diſſentio inter doct.

1 *Subſtitutionum genera.*
2 *Subſtitutio expreſſa & tacita.*
3 *Subſtitutionis effectus quo relatus.*
4 *Subſtitutus quando vocandus.*
5 *Subſtitutionum quæ quandoque euaneſcat.*
6 *Vulgaris effectus quando ceſſet.* 7.
8 *Vulgaris quando pupillari potior.*
9 *Impuberi quandoque exemplariter ſubſtitui.*
10 *Pupillariter quis ſubſtituat.*
11 *Subſtitutum a patre præferri. fallit* 12.
13 *Subſtitutorum concurſus.*
14 *Teſtamentorum quod potius.*
15 *Mente capto filium fa. recte ſubſtituere. &* 16.
17 *Adoptalem exemplari ſubſtituere.*
18 *Exemplariter in diem ſubſtitui.*
19 *Exemplaris extincta an reconueleſcat.*
20 *Mater an ſubſtituenda.* 21.
22 *Mentecapti liberis quid relinquendum.*
23 *Teſtamentum quandoque ob non integram legitimam irritari.*
24 *Mentecapto ſolo teſtari licere.*
25 *Subſt. pupil. & exemplaris differentiæ.*
26 *Exemplaris an exſtendibilis.*
27 *Breuiloqua quinque continet.* 28. 30. 31.
29 *Pupillarem altero puberi facto expirare.*
32 *Breuiloqua contentæ quales.*
33 *Pupilli tacita matrem excludi plerunque.*
34 *C. ſi pater ſenſus.*
35 *Subſtuuit varie paganus.*
36 *L. Scæuola ſenſus.*
37 *Subſtitutionem ex verbis varie accipi. &* 38.
39 *Verbi quandocunque, vis.*
40 *Pupillo quatenus & an codicillis ſubſtituatur.*
41 *Querela & contratabulatio an diſtent.*

a QVA ratione a In gloſſ. & ita, ibi cum dicit alia compendioſa. glo. ſolummodo diuidit directas ſubſtitutiones. Eſt alia obliqua quando ſubſtitutus debet recipere de manu hæredis: de qua infra de fideicom. hære. per totum, ſed videtur
1 ꝙ† non ſint niſi duo genera ſubſtitutionum directarum: alias rubricæ de hac materia ff. & hic, ſunt in ſufficientes, quæ non faciũt mentionem niſi de vul. & pup. Ia. de Ra. ff. eo. in rubrica, dicit ꝙ in ſubſtãtia, & vera proprietate ſubſtituendi, non ſunt niſi duo genera. ſ. vul. & pupil. & vides in breuiloqua, quę cõtinet ſemꝑ vulg. & pupil. vel alteras. & eodẽ modo in compendioſa

compendioſa quæ continet ſolum vul.ſine dubio omnes va-
dunt ad caſum aditionis, vel non aditionis, & hoc reſpectu,
non eſſent niſi duæ: veruntamen habito reſpectu ad hoc, qđ
continent, & earum naturam, pôt dici ꝙ ſint quinque: vnde
breuiloqua certum genus facit: vt patet ff.eo.l.nam hoc iu-
re.ver.quod ius.nam quando ex diuerſis materijs, in vnũ con
geritur: efficitur tertia ſpecies: vt ſupra de rerum diui.§. ſi
duorum. Præterea, vbi compendioſa ſit a milite puberi, non
eſt vulgaris, nec pupillaris, igitur oportet dici, ꝙ ſit genus
per ſe. & idem de exemplari, nec ob. ꝙ in rubrica, non ſit men
tio niſi de vul. & pup. quia hoc ideo: quia illæ ſunt principa-
les, & ad illa ſequitur aliarum tractatus in gl. ibi cum allega.
l. cũ liberis. §. hęc verba. Iac. & Pe. & Dy. dicũt, ꝙ quãdoque
expreſſa ſit verbis affirmatiuis, vt ſi Titius hæres inſtituatur,
& vltra dicatur: ſi inſtitutus me viuo moriatur, vel antequã
ſit hæres, vel poſtquam adiuerit, talis ſit hæres: vel talem ſub
ſtituo. vt l. cum in teſtamento. in prin. vnde non cures de ver
2 bis, hoc tamen ſolum attende, ꝙ † expreſſa dr̃, qñ ex certa
ſignificatione, & vi verborum deprehenditur prolata. Sed ta
cita dr̃, quando vis verborum, de ſua recta ſignificatione, hoc
non importat, ſed deprænenditur ex coniecturata voluntate
3 teſtantis, verbis patientibus. Hoc etiam aduertas, ꝙ † ſubſti-
tutionis effectus refertur ad caſum non exiſtentiæ hæredis,
vel expreſſa, ſi verba exprimant, vel tacita, ſi non exprimãt:
vt dixi. Illud vero, no. ꝙ nunquam ſub expreſſa, continetur
tacita, ſi ambæ exprimantur. ff. eo. cum ex filio. §. filio. de ali.
le. l. alimenta. §. baſilicæ. de leg. 1. l. ſi fundum ſub conditione.
§. ſi pater. de hær. inſti. l. cum in teſtamento. §. fi. item, nec vbi
eſſet imparitas. C. eo. l. quãmuis. ff. eo. l. nam hoc iure. iunge
infra in quarta aditione. Sed quid ſi pupillum inſtituat, ſub
conditione: ſi nauis ex Aſia ante pubertatem venerit: nun-
quid cenſebitur pupillaris expreſſa? Reſpondeo nõ pupillo,
ſed ſibi expreſſe prouidet. Sed tamen in illa intelligitur taci-
ta pupillaris. Et de hoc infra in materia pupillaris. In ea. glo.
cum alleg. l. poſt aditam hoc fallit in caſibus vt ibi no. videli-
cet: vbi hæres qui adiuerat reſtituitur: vt l. etſi ſine. §. ſed
quod Papinianus. ff. de mino. & ff. eo. l. 2. ergo. Quid ſi
b b alias deſinat eſſe hæres primus? videtur idem in auth. de
hær. & fal. §. ſi quis vero non implens. Et hoc intelligunt qui
dam, ſi primus hæres eſſe deſinat ipſo iure. alias contra. ff. ad
Syllan. l. ſi ſequens. de ſuc. edic. l. fin. verius videtur eſſe dicen
4 dum, ꝙ ſi primus abſtinuit, † ꝙ ſubſtitutus admittatur. vt no.
in d. §. ſed quod Papinianus. quia in integrum reſtitutio om-
nia in priſtinum ſtatum reponit: & perinde facit haberi, ac
ſi teſtamentum non fuiſſet, contradicit c. ſi pater. in gl. de te-
ſta. lib. 6. C. de repu. quæ fiunt in iud. l. vnica. ſi aduer. tranſ. l.
tempore mortis: & ad illud tempus refertur. ff. de reg. iur. l.
omnis hæreditas. & l. omnia. Et ſic videtur quòd ſint vnum.
Sed hoc non videtur verum: nam iſte tex. & ſimiles euiden-
2 ter oſtendunt ꝙ † non ſit vnum, imo tria tempora, & diuer-
ſa: vnde dic ibi ſpeciale in libertate: ſed & illud eſt ſpeciale,
quod per alienationē legatum libertatis non reuocetur, ſi re
clamatur contra. l. cum ſeruus. de adimen. leg. In glo. vt quia
hæc contra parum, aut nihil faciunt gloſ. non curat ſoluere:
vnde prima valet. ff. pro empt. l. 2. allegatur pro concord. in
l. ſi alienum. §. in extraneis. de hæredi. inſtit. & concord. quo
3 ad contractum emptionis, in quo requiritur † bona fides,
tempore contractus, & traditionis, ſicut & hic tempore te-
ſtamenti, mortis, & aditionis, qua acquiritur dominium, ſi-
cut per traditionem. Sed in alijs contractibus, in quibus ſuf-
ficit tempus traditionis, videtur diſcordare arguendo de cō-
tractibus ad vltimas voluntates: ſed ibi loquitur in eo qui ca
pere poterat, nec perſona ſua patiebatur defectum, quomi-
nus fieret dominus, ſi tradens eſſet: hic loquitur in eo, qui eſt
non capax. Ad ſecundum dic ꝙ eſt fauor fidei, vt pœnitentes
admittantur. in auth. de priuil. do. hære. mul. non præ. ibi, li-
cebit &c. In glo. ſ. in extraneo. in fin. Vt bene hanc materiam
perſtringas, dic ꝙ aut eſt pura inſtitutio, aut conditionalis.
4 Primo caſu dic, ꝙ aut quæris de extraneo, † & requiruntur
tria tempora, vt hic: & l. ſi alienum. §. in extraneis. ſ. alle. Aut
de ſuo, & dic ꝙ aut quæris, quo ad hoc, an reputetur ſuus, aut
an reputetur capax. Sed quo ad hoc ꝙ reputetur ſuus, dic ꝙ
aut ſucceditur ex teſtamento, aut ab inteſtato. Si ex teſtamen
to, & eſt inſtitutio pura, videtur ꝙ inſpiciatur tēpus mortis,
& ſic procedit opinio Io. ff. de hæred. inſti. l. 3. §. fin. de lib. &
poſthu. l. fin. Si ab inteſtato, videtur inſpici tempus mortis,
ſi illo tēpore deferatur hęreditas, ſin autē tempus quo defer
tur infra de hære. quæ ab inteſta. §. cū autē. dum tamen eſſet
talis, qui tēpore mortis potuiſſet eſſe ſuus, ſi nullus præcede
ret eum, vt ibi. ſed ſi quo ad hoc, an reputetur capax? Gloſ.
5 dicit in † ſuo inſpicit tria tempora: ſi nitatur ex teſtamento.
veruntamē tempus mortis, & exiſtentiæ hæredis, idem ſunt,
vt no. in §. in extraneis. ſed ab inteſtato videtur ſufficere tē-
pus mortis. ff. de cōtratab. l. 1. §. fi. idem in neceſſario. ff. eo. l.
ſi alienū. in prin. & l. ſeruū meū. ſi ſit conditionalis, & ea con
ditione quæ ſuſpendat, quia forte extraneus vel ſuus, ſub po-
teſtatiua, de quo C. de inſti. & ſubſti. l. ſi pater. ff. de hæredi.
inſti. l. ſi ſuus. videretur debere inſpici quatuor tempora te-
ſtamenti, mortis, conditionis exiſtentis, & aditæ hæredita-
tis in extraneo, in ſuo exiſtentia conditionis, & hæredis idē
ſunt, tria probantur hic, quartum de exiſtentia conditionis
probatur. ff. de cond. & demonſtr. l. eum qui. tunc enim cedit
dies hæreditatis. C. de cad. tol. l. vnica. §. ſed ſi ſub cōditione,
ideo tunc conditio hæredis videtur inſpici. Verius vr̄, quod
6 in cōditionali ſufficit ꝙ ſit capax† tēpore exiſtentis conditio
nis, quāuis non eſſet tempore mortis, & hoc probatur hic, &
§. in extraneis. in ver. medio ibi, vel conditione inſtitutionis.
vbi aperte videtur innui quod non conſideratur in condi-
tionalibus, tempus mortis, ex eo quod ponit diſtinctionem,
vel innuēdo, ꝙ tantū facit in conditionalibus exiſtentia con-
ditionis, quātum in puris tempus mortis, quo ad propoſitū.
Præterea quando loquitur de tempore teſtamenti, & mor-
tis, tex. nullam facit mentionem de conditione, quaſi diceret
ꝙ quo ad hoc, idem eſt in pura & conditionali, ſed in ſupe-
riori reſponſo, non ſic. Dic ergo in conditionali inſtitutione
inſpici tempus teſtamenti, & exiſtentiæ conditionis, & adi-
tæ hæreditatis. Sed obſtat ff. de regula Caton. l. placet. vbi
videtur innui quod non habet locum regula Caton. in cōdi-
tionalibus inſtitutionibus, quaſi dicat, ꝙ quamuis non ſit ca
pax tempore teſtamenti, quod valet inſtitutio: nec Cato-
7 niana obſtat. Ad hoc dicas ꝙ regula † Catoniana non ha-
bet locum in inſtitutionibus conditionalibus, imo nec in pu-
ris, niſi quo ad mentem, ſecundū quoſdam, vel nullo modo,
ſecundum aliquos, vt ibi no. verumtamen non ex hoc ſequi
tur quin iſte §. locū habeat, & quin ſecundum ipſam, debeat
iudicare: alias ſequeretur quod eſſet correctus iſte §. qui di-
cit inſpici tria tempora, &c. Vnde opinio quorundam dicen-
tium quod ſufficit quāuis non poſſit capere tēpore teſtamē-
ti, duntamen ex poſtfacto poſſit, reprobatur, vt ibi not.
8 † Quid in legatis? gl. non tangit hic: ſed in d. §. in extraneis.
bene tangit, ibi dicit, quod in legatis ſufficit quod ſit capax
tempore mortis, & idem no. ff. de leg. 3. l. ſi deportati. de do.
cau. mor. l. in mortis. de don. inter vi. & vx. l. ſed interim. §. 1.
ſuper verb. vitia. Sed contra no. quod ēt debet eſſe capax tpe
teſtamenti ff. de condi. & demon. l. eum qui. de iur. fiſ. l. nō in-
telligitur. §. quādo. Alibi dicit quod inſpiciūtur tria tēpora,
ſicut in hæreditate s̄. de don. §. 1. in gl. fere. Quid dicemus?
do. Ia. & Petr. nō intelligunt has gl. ſed tranſeundo dicūt q̄d
9 in legatis † queritur an legatarius ſit capax, vel non, inſpici-
tur tempus quo dies legati, & ideo in puris inſpicitur tem-
pus mortis, in his quæ cedunt a tempore mortis, in conditio
nalibus tēpus exiſtentis conditionis, q̄n autē cedat dies, vide
ff. quādo di. le. ced. per totū. C. de cad. tol. l. 1. §. in nouiſsimo.
& idem tenet Dyn. in §. in extraneis. Sed cōtra. ff. de leg. 1. l. ſi
minor eod. tit. l. ſi ſeruus legatus. de leg. 2. l. fin. §. qui indiui-
ſam. j. de lega. §. ſed an ſeruo. dicas quod prædictæ q̄ones, &
reſponſiones procedunt quando legatū deficit propter per-
ſonā legatarij, vbi vero propter perſonam legantis, vel qua-
litatem rei, vel mixta conſideratione vtriuſq;, tunc nō obti-
net, vt videbis in §. ſed an ſeruo. Item non obtinet q̄n quæri-
tur quæ qualitas, ſeu quæ æſtimatio rei legatæ inſpicitur, vt
§. qui quinq;, & §. qui indiuiſam. Sed quid in fideicommiſſo
10 † vniuerſali? quia de ſingulari, videtur idem quod in legato.
do. Iac. & Pe. dicunt q̄d tria requiruntur tēpora, ſicut in dire
cta inſtitutione, & allegant ff. ad Treb. l. facta. §. ſi. illa lex pa-
rum facit, prima facie. tñ poteſt inſpici finis, ibi cum dicit q̄d
in fideic. eſt perinde. ac ſi ſeruus fuiſſet ab initio liber, & hæ-
res inſtitutus, ſed tunc requiruntur tria tēpora, ergo & in fi-
deicom. Itē quia ſicut in directa inſtitutione, teſtator poteſt
vnū neceſſariū inſtituere, ita per fideicō. Sed in hoc videtur
contra, quia in inſtitutione inſpicitur tēpus teſtamenti, vt cō
ſtet inſtitutio, a qua cætera dependent, quæ eſt baſis & fun-
11 damentum † teſtamenti, quæ ratio locum non habet in fi-
deicōm. ēt vniuerſali, quia teſtamētū bene teneret, ēt ſi fidei
cō. non teneret, idcirco videtur, quod ſolū debet inſpici tem
pus, quo dies fideicom. cedit. quādo autem cedat, vide ff. ad
Treb. l. apud Iul. §. vtrum. eo. ti. l. quidam. & hæc iura faciunt
ad quæſtionē. Pone quod quidā impetrauit a Papa primum
beneficiū vacaturum, deinde poſt impetrationē, facto legiti-
mo proceſſu, cōtraxit matrimoniū, vel dimiſit habitum cle-
ricalē, demū vxore mortua, vel iā reſumpto habitu, vacat be
neficiū, quæritur nūquid poſſit acceptare, & ſibi facere pro-
uideri? Videtur quod ſic, quia ſicut vides in inſtitutione in-
12 ſpici tria tēpora, ita in † impetratione duo. extra de reſcrip.
c. ſi eo tēpore. lib. 6. igitur ſicut media tempora non nocent
in inſtitutionibus, ita vr̄, quod nec in impetrationibus. Con-
trarium vr̄ verum, quia recipiendo vxorem, vel talem habi-
tum, videtur renuntiaſſe gratiæ ſeu impetrationi. & ſic vide
tur extincta. vt not. Innoc. extra de reſcrip. c. mandatum. quo
ergo retinuiſſet ex poſt facto? ff. de ſol. l. qui res. §. areā. Sed
bene dicerē quod ſi occurreret aliquod impedimentum, ſeu
inhabilitas, per quas non poſſet tacita renuntiatio colligi, vt
excōicatio, vel aliqua irregularitas, quod non noceret, ſi eſ-
ſet habilitatus tēpore vacationis. per hæc iura. ff. de condi. &
13 demon. l. intercidit. † Quid ergo, in caſu noſtræ legis? Qui-
dā hæres inſtitutus, qui tempore conditi teſtamenti, & mor
tis, erat ſecularis, intrauit religionē fratrū minorū, ante aditā

hæreditatem,& eam profeſſus eſt: deinde abſolutus a regulā per papā, vel eſt factus epiſcopus,nūquid pōt adire?videtur ꝙ ſic,per hūc §.quia media tēpora nō nocēt. Sed ex præmiſſis credo contrarium.etenim vouendo talē regulā, renuntiat omni proprio , & improprio vel cōi , igitur repudiat hæreditatem, tacite faciendo actum cōtrarium non cōpatibilem. ff.de acqui.hæ.l.illud. Vnde cum ipſe & religio ſint capaces, tacite repudiat, ſed ſecus dicrem, ſi intraret religionē , quæ haberet proprium in cōi,vt monachorum nigrorum vel prę dicatorum , quia tunc poteſt acquirere monaſterio : iuxta l. Deo nobis.C.de epiſc.& cle.Quid ergo,ſi tota hæreditas eſt
14 in rebus feudalibus,quæ non † poſſunt acquiri monaſterio, de conſuetudine vel de iure? Videretur, quod intrando monaſterium quamuis poſſit habere proprium in communi, tacite repudiet, per præmiſſa cum monaſterium non ſit capax rerum feudalium, & quod non poſſit adire, etiam abſolutus a regula,niſi eſſet de liberis.C.de repu.hære.l.fin.

a Adnot. In extraneis.Hæres extraneus , tribus temporibus debet eſſe capax,videlicet tempore teſtamenti, mortis teſtatoris, & aditionis. Incapacitas autem medij temporis, non nocet.& teſtamenti factio , capitur in actiua , & paſſiua ſignificatione,h.d.ſecundum Arc.Cętera hic bene explicat Ioan.Fab. ideo vide eum diligenter.

1 *Hæres quibus quatenuſque teneatur.*
2 *Quartam facto repertorio retineri.*
3 *Tranſmitti in fideicom.quæ,an non queant.*
4 *Hæredis hæredi quæ liceant.*
5 *Inuentarij tempus.*
6 *Inuentarium poſt ſententiam obijci poſſe.*
7 *Inuentarium qui faciant.*

a EXTRANEIS. a † In gl. ſed quod erat. in fi. hoc non ex-
1 primitur ibi,ſed authen.de hære.& fal.§. ſi vero non fecerit vnde (vt bene videas) diſtingue,quia aut ſtatim abſtinet ſeu repudiat,aut ſtatim adit,vel ſe immiſcet, & tunc clarum eſt, ut l. ſcimus. 1.reſpon.C.de iur.delibe.quia in primo caſu nullo modo tenetur,in ſecundo inſolidū creditoribus. Sed an legatarij inſolidū?Clarū eſt ꝙ non , ſed vſq; ad vires patrimonij de iure fforum.ad l.fal.l.in ratione.§. qđ vulgo ſi cui pluſ quā per l.fal.l. 1.§.fi.ff. ad Treb.l. 1. §.is qui quadringēta, idē videtur de iure C.quia per §. 1.d.l.ſcimus s̄.allega.nil immutatur de iuribus antiquis,ſed hodie immutatur,quia tenetur inſolidum legatarij, ſi non fecit inuentarium, vt §.hinc nobis.in fi.in auth.de hær.& fal.Si vero dubitauit,& non petijt tēpus ad deliberandū, tunc ſi fecit inuentarium legitime,clarum eſt, vt in §.ſinautē dubius.d.l.ſcimus.ſi petierit tempus ad deliberandum, & nō fecit inuentariū inſolidum omnibus tenetur, ſi fecit inſolidū creditoribus tenetur , legatarijs vero vſq; ad vires patrimonij & detrahet falcidiā,& is caſus nō
2 corrigitur per §.hinc nobis.s̄.alleg. † Sed in caſu in quo non fecit inuentarium,quādo tenetur inſolidū,nec falcidia detrahitur , nunquid poteſt ſaltē portionē iure naturæ debitā detrahere,& retinere?gl.& doc.dicūt ꝙ ſic,vt no.in d.l.ſcimus §.penul.& d.§.ſi vero non fecerit. Sed quæritur,nunquid de hoc beneficio poterit gaudere fideicōmiſſarius vniuerſalis; hæc quæſtio eſt prægnans , nam potes quærere primo , an ſi hæres inſtitutus fecerit inuentarium poſſit fideicommiſſario vniuerſali, & an eius beneficiū ad fideicō.tranſeat facta reſtitutione? Secundo poteſt quærere an fideicomm. vniuerſalis poſſit facere inuentarium.& eius beneficio gaudere,ſi hæres non fecerit?& vtranq; mouet Spec. poſt Bulga.de Bononia, a quo multa extraxit in Specu.de inſtr.e di.§.dicto.ver.qui ſi hæres rogatus , & videretur in primo pro parte affirmatiua
3 quia facta reſtitutione,omnia iura tranſeunt in † fideicōmiſſarium,ff.ad Treb.l.facta.in princip.& §.fi.ff.de conſti.pec.l. ſi poſt conſtitutā.Veritas eſt ad contrariū , quia iura quæſita hæredi ante reſtitutionē,& maxime quæ hæres facit, ſeu ꝓcurat ſibi & ad ſuā prouiſionē , non tranſeunt ad fideic.ff.ad Treb.l.ſi hæres pecuniam , & hoc niſi expreſſe cederet, quia tunc fideicomm.gauderet ſm ipſos.in ſecunda , tunc dicunt quod cū fideicom.vniuerſalis ſit loco hęredis.ff.quod cū eo. l.ſi filius.§.ſed ſi filio,quod poſſit facere inuentariū, & facto gaudere.Super primo quæſito. in eo quod dicunt quod cedēdo trāsfert ius ſibi acquiſitum per beneficiū inuentarij, quia non videtur quod tale ius poſſit transferri per ceſſionē: etenim hoc eſt ius quoddam priuilegiatum contra ius commune,per qđ hæres habet exceptionem contra creditores,nam de iure communi,inſolidum tenebatur, vnde iſtud ius quod ei conceſſum eſt vt hęredi,non vr̄ poſſe transferri per ceſſionem.ff.de admini.tuto.l.ex pluribus, & facit ff.ad Treb.l.qui ita.§.ſi legatus & l.ſi patroni.in prin.& hoc bene patet,quia nulli gaudent beneficio inuentarij,niſi illi quibus hæres vendidit res hęreditarias pro legatis,ſeu creditoribus ſoluendis, vt l.ſcimus.§.& ſe præfatā.C.de iur.deli. & ſi cedere poſſet, legatarij,& alij gaudere poſſent facta eis ceſsione,quod eſſet contra rationem,& diſpoſitionem legis,vnde ſi facto inuentario.ſponte venderet vel daret hæreditatem,& crederet ius ei quæſitum ex beneficio inuentarij , ſequeretur ꝙ emptor vel donatarius eſſent tuti aduerſus primos creditores ſi ſoluiſſent vltimis , vel legatarij, quod nulla ratio patitur : nec
4 lex, quæ eſt contra ius commune, ad hoc extendenda. † Sed
b quid ſi hæres fecit inuentariū, b & moritur, nunquid hæres ſuus gaudebit? Credo qđ ſic: quia repræſentat eius perſonā, ſi fingitur eadē perſona,in auth.de iureiur.a morię.præſt.circa prin.ſed tunc opponitur, quia iura tranſmiſsibilia ad hæredem, ſunt ceſsibilia.ff.de min.l.quod ſi minor. & ibi no.ff. de admin. tut.l.ſi minoris, ſed ego reſpōdeo qđ illud verum vbi eſt eadē ratio.quod hic nō eſt, vnde hæreditas nondum quæſita tranſmittitur quandoq;.Tamen ius adeundi non ceditur.ff.de iu.do.l.ſi mulier.§. ex aſſe.In ſecundo videtur mihi idem,ꝙ fideicō. vniuerſalis nō poſſit facere inuentarium, cū hoc non reperiatur cautū,& hæc lex ſit contra ius cōmune.vnde nō eſt extendenda, vnde lex non dicit qđ fideicō.ſit hæres,ſed effectu quodāmodo eſt hæres.Præterea quāuis reperiatur dictū de ſubſtitutis , ꝙ detur eis tempus ad deliberandum,ſicut principaliter inſtitutis, vt ff.de iu. deli.l.pe.nō tū reperies ꝙ de fideic. vniuerſali fiat ibi verbū.Si cōcederes ꝙ fideicōmiſſarius vniuerſalis poſſet facere inuentariū , & ipſo gaudere, ego concederē in caſu quo nollet hæres adire, & ipſum faceret cogi,quia tūc eſt perinde, ac ſi ab initio fuiſſet inſtitutus.ff.ad Treb.l. facta §.fi.vel vbi deferretur hæreditas fideicom.quia hæres non complet,iuxta auth.de hære. & fal.§.his igitur.& §.ſi quis autem nō implens.Ratio enim quare fauetur hæredibus eſt, ne teſtamentum deſtruatur, & defunctus remaneat ſine hærede,quæ pōt extendi ad hoc caſus,nō ſic, vbi hęres ſpōte adit, vt dixi & iunge s̄.e.§.in ex-
5 traneis. † Sed quæritur a quo tēpore currat tēpus ad inuētariū faciendū?gl.dicit ꝙ a tēpore aditæ,vel aditionis,vel inſtitutionis,vt no.in l.ſcimus.§.ſinautem s̄.alle. Sed in auth.ſed cum teſtator.C.ad l.fal. tenet ꝙ a tempore ſcientiæ. doct.tenent primā , vt ibi ſcripſi per §.ſi vero poſtquā. in l. ſcimus. Et caue,quia habet 30.dies ad incipiendū,& 40.ad perficiendum,qui omnes collecti faciunt tres menſes,vnde in computatione triū menſium,de quibus loquitur in §.donec.computantur primi 30.dies, ſicut 40.dies, qui dantur ad perficiendum,alias nō eſſent tres menſes, ſed duo.Sed an hoc tempus currat minoribus?Dic quòd ſic,cum tales minores & breues præſcriptiones currant contra eos , & videtur notari. ff.de
6 min.l.auxilium.in princ.gloſſ.vlti. † Sed quid,ſi hæres conuentus permiſit ſe condemnari, non allegando beneficiū inuentarij? Spe. tenet quod nihilominus poſt ſentētiam poteſt obijcere , vt d.§.ſed nunquid hæres.Item quid ſi ſoluit inſolidum vni , antequam faceret inuentarium ? Ipſe dicit quod
7 nihilominus poteſt facere,& eodem vti : vt ibi not. † Quid ſi filius ſit hæres , nunquid pater faciet inuentarium , vel filius?Videtur quod pater.ar.ff.de iure deli.l. 1. Et idem videtur de monaſterio , ſi monaco deferetur hæreditas . In filio eſſet aduertendum quis eſſet hæres, iuxta l.cum non ſolū C. de bo.quæ lib.& quod ille faciat,qui eſt hæres,ſinautem voluntates amborum cōcurrant , & vnus habet vſumfructum , aliter proprietatē expedit ꝙ ambo faciant,cum vterq; poſſit habere periculum.Si vis habere formam faciendi huiuſmodi inuentarium, vel aliud,recurre ad Spe.d.§.& formam huiuſmodi reperies circa fi.§ dic vt ibi.

a Adnotatio. Extraneis. Extraneis hæredibus, facultas libera eſt adire vel repudiare , niſi ſemel fuerit hæreditas adita , quia non poteſt repudiari, niſi

a mino-

a minore: hodie vero, poteſt hæres ſine deliberatione, conficiendo inuentarium,ſecure,& ſine damno,adire hæreditatem.h.d.

b Inuentarium.Ang.tractat hic materiam inuentarij.Vide eum hic.

1 *Ratum mente non obligare.*
2 *L.duo ſunt Titii.ſenſus.*
3 *Legatum incertis nullum.*
4 *Verba non ſufficere.*
5 *Beneficium qui acceptatum videatur.*

ITEM extraneus.In gloſſ.ſ.iure.in fi.& ideo ſi emancipatus geſsit pro hærede non obſtat ei, niſi petat bono.poſ.ſed hoc eſt hodie correctũ, ſaltem in ſucceſsione ab inteſtato:vt
1 ibi ſcripſi.† In gl.oportet.ibi cum dicit:declaretur.do.Iac.& Pe.dicunt ꝙ gl.bene dicit,ſed neſciunt an hoc aduertat:vnde quærunt,nunquid ratihabitio mentalis inducat obligationẽ? Pone, aliquis geſsit negotia mea, ego ratum habui: nullus ſcit,niſi Deus & ego, nũquid obligor ipſi? Dicunt ꝙ nõ.Nec
2 obſt.lex†duo ſunt titij.ff.de teſta.tut.vbi dicit ꝙ non deficit ius, ſed probatio iuris. & ſic ſupponit quòd de iure tenetur, ſed quia incerta eſt probatio, fingitur non teneri: ſic & talis mentalis aditio ſeu ratihabitio,quia illud non eſt verum ſm eos, imo non tenet datio. Vnde ſi legem fundum Titio, & & ſunt duo Titij,nullum eſt legatum ipſo iure, alias ſequere
3 tur ꝙ hæres non poſſet rem legatam† petere,ſi caderet a poſſeſsione quod eſſet euidenter iniquum. Sed contra hanc opi. facit.ff.de hære.inſti.l.qui ſoluendo, Dic ergo ſm eos quòd volũtas talis non facit aliquem hæredem,niſi declaretur per verba, vel facta, vt hic not.Simile ſcripſi de matrimonio qđ contrahitur conſenſu.Et tñ verba ſunt neceſſaria, ẽt cũ conſenſu vt dixi ſ̃.in materia de nup. & extra de ſponſa.ca. tuæ. per Inn.Quid ſi dicat:volo adire? Quidam dicunt quòd non
4 eſt aditio.Nã nõ ſequitur:volo†currere,ergo curo:volo aſcẽdere arborem,ergo aſcendo.ipſi tenẽt cõtra, per illa quæ notantur.C.de contrah.emp.l.fi.Et dicũt quòd ſi quis dicat:volo eligere:perinde eſt,ac ſi dicat eligo,per illam glo.Item dicunt quòd verba, nolo eſſe hæres, non ſunt repudiationis:vt ff.ad Tert.l.fi.§.1.ſed ſi dicat, volo non eſſe hæres,tunc repudiat. ſed tñ ſm eos caute faciet hæres ſi a primis & ſecundis verbis temperet,nec effuſo ſermone,&c.C.de do.promiſ.l.fi. Secundum hoc ergo eſt talis poſitio impertinens ad probandũ quòd quis ſit hæres. Pone quòd tu deſignaſti in animo te velle eſſe hæredem: item quòd voluiſtl eſſe hæres quod eſt notabile verbũ. Sed ego non recedo a verbis tex. & credo ꝙ nuda volũtate eſt hæres,vt hic:& in l.ſi auia.C. de iur.delib. ff.de acq.hær.l.gerit.Et ideo tales poſitiones admitterem. & ſi confiteretur, ſtarem ſuæ confeſsioni contra ipſum,ſed bene verũ eſt ꝙ ſi nõ confiteatur ꝙ impoſsibile eſt probari niſi per verba vel actus declarauerit.In ea.glo.ibi cum dicit,niſi proteſtetur. hæc proteſtatio non eſt neceſſaria, vbi ius facit actũ purũ,qui dilationem non recepit, vt ff.de relig.& ſum. fu.l.at ſi quis, §.plerique.vide ff.eod.l.pro hærede, §.ſeruos hęreditarios.Et hæc iura poſſunt induci ad materias Canoni
5 ſtarũ,videlicet ꝙ impetrans†videatur acceptaſſe intra menſem beneficiũ, ſi fecerit actus per quos poſsit præſumi acceptatio, quãuis de acceptatione expreſſa nõ appareat, & facit extra de cõceſ.præb.c.vnico,§.ſecus.in cle.item videretur ꝙ ſi cõfiteretur ſe acceptaſſe nuda voluntate, ꝙ ſufficit in præiudiciũ, ſui, ſi forte petat aliam præbendam, & officietur ei acceptaſſe aliã,nec feciſſet determinari,ad quẽ pertineret.Et breuiter de tota hac materia,poteſt argui ad illam,in multis punctis.In gl.dũmodo.in fi.ſed ibi erat acquiſitũ dño,vel ibi in actu, qui realitatem,requirit.In gl.not.ergo.Quid de illis vide C.de curat.fur.l.fi.& facit ff.de acqui.hære.l.5.vide ibi.

*De legatis.* *Rubrica.*

*Tex.continuat hanc rub.idcirco non eſt inſiſtendum.*

POST HAEC. Hic nihil notatur,niſi ꝙ ſecundum verum & congruum modum artis,materiæ debent continuari.C.de vete.iur.enuc.l. 2. §. idque. ſed quandoque ex cauſa ſit intermiſſio,vt hic patet ſecundum doct.

1 *Donator reuocabilis.*
2 *Seruus qui interpretandus.*
3 *Donatio quando vt legatum aut alias valeat.*

LEGATVM. In gl.ſunt enim.in fi. Hæc gl. procedit ſe-
1 cundum ea quæ cõiter fiunt† quia donatio inter viuos quandoque rẹuocatur:vt per totum tit.C.de reuoc.do.Item legatum eſt quandoque cum honore:vt ff. de leg.3.l.1.§.pe.cum l.ſeq.& ſe. Habes ergo hic quòd legatum eſt quædam donatio.Quid ſi teſtator teſtando donet alicui præſenti, & recipienti fundũ,nunquid eſt licita donatio inter viuos,& ita irreuocabilis vel legatũ? Videretur quòd donatio inter viuos, quia verba hoc important,& in vltimis voluntatibus fit quandoque contractus inter viuos.ff.de aſsig.lib.l.aſsignare. iuncto.eo.ti.l.1.§.aſsignare.& no.ff.de teſta.l.hæredes palam.§. fi.& pro hoc facit,quia in teſtamento quandoque conſtituuntur duo rei, qui adinuicem videntur inter ſe fideiubere.ff.de leg.2.l.ſi Titio, aut Seio.in fin.Sed ego credo contra,etenim
2 in dubio,ſermones † ſunt interpretandi ſecundum ſtatum & materiam,ad quam ſe teſtator parauit, vt dixi ſ̃.de teſta.mili.§.plane.ff.de hære.inſti.l.1.§. hæc autem cum notatis.vnde cum legatum dicatur donatio, vt hic, ſi teſtator in teſtamento ita dicat,cenſebitur legatum,& facit extra de ſepul.c. dudũ,§.verũ.in cle.Et propter hoc gl.caute reſpondet in d.l. hæredes palam,§.fi.quòd valet venditio, & nihil reſpondet
3 de donatione,ſupponẽdo quòd illa valet vt legatum† in cauſa dubij, ſi aũt certum eſſet quod volebat valere vt contractũ inter viuos,bene valet,vt ſ̃.præmiſſum eſt,hoc aũt quod dixi quòd valet iure legati minus habet dubij vbi erat abſens ille in quem conferebatur liberalitas, quia tunc non poteſt valere iure donationis inter viuos, vt ſcripſi ſupra in materia donationis,& no.C.de ſacroſan.eccle.authen.illud.

1 *Legati actio multiplex.4.5.6.*
2 *L.1.Commu.de leg ſenſus.*
3 *Confeſſoriæ locus.*
7 *Actioni ex teſtamento locus.8.& vis.10.*
9 *Legatarius qui.& an dominus.*

SED olim.In gloſſ.interdum.ibi cum alleg.l. Labeo. Dic quod ſemper eſt validior,ſi conſtet, vt no.in l.ſi alij.de vſuf. le.& infra ſequitur ea.gloſſ.quod eſt verum,&c.In glo.1.per rei vend.in fi.vide quod ibi no.In glo.ſ.in rebus quæ fuerunt
1 defuncti.ſ.alijs quam legatis: †quia pro re legata non datur. cum ſtatim efficiatur legatarij, vt l.a Titio.ff.de furt.& in re ſua pignus non conſiſtit.ff.de reg. iur.l.qui neque pignus,& ita not.in d.l.1.C.com.de leg. Sed doct. dicunt quòd pro re legata,& ad eam datur hypothecaria,ſi legatarius non dicat eam ſuam, ſed ſibi debitam,per l.huiuſmodi.§.fi.ff.de leg.1. illa non multum facit, vnde glo.ſatis videtur rationabilis, ſi enim hęres ſic excipiat,ſi res quam per hypoth.petis,eſſet tibi,legata,tu eſſes factus dñs,& ideo poſſet eſſe tibi obligata, vt poſſes hypoth.agere,cur non bene excipiat, nõ video.ſed in eo quod gloſ.dicit quod hypothe. competit pro rebus defuncti,videtur ſupponere quod non pro rebus hęredis, vel grauati fideic.vel legato,& bene dicit melius quam in l.1.C.
2 com.de leg.† vbi dicit quod poſt ſex menſes põt agi.pro reb. hæredis.vel grauati,quod non eſt verum, ſed bene verum eſt quòd poteſt fieri miſsio in bonis hęredis,& conſtitui prętoriũ pignus, vt l.certa eſt forma.C.vt in poſ.leg. Sed cum hypotheca detur pro rebus defuncti, quęritur an detur contra collegatarios. Doctores conſueuerunt dicere quod non, ne quod datur vni, alij tollatur.C.qui pot. in pigno.hab.l.aſsiduis.Sed quid ſi res quę per hypothe.auocatur, non erat defuncti,ſed eam bona fide poſsidebat? Dic eam ſufficere.ff.de pig.l.quę nondum ſunt,§.quod dicitur In ea.glo.ibi cum dicit, competunt illę tres. hoc verum vbi corpus rei legatur.
3 † Sed quid ſi teſtator legat ſeruitutẽ,vel aliud ius incorporale,ſicut deueria uel reditus? Videtur quod tunc competat cõfeſſoria.ff.quemad.ſeruit.amit. l.ſi partem.§.fi.non rei vend. ut l.uendicatio,non ut gregis.ff.de rei uendica.item actio ex teſtamento item hypothe. & hoc pro alijs rebus teſtantis, pro ipſa enim re non poteſt agi.ff. de excep. rei iudi.l. pe. §.

Latinus Largus.item quid ſi damnat hæredem certo pretio uendere? Satis uidetur ꝙ poſsit vendicare oblato pretio. ff. de leg. 1.l.vxore.§.agri.plagam.Item datur actio ex teſtamẽto.l.hæres ſeruum.ff.de euict.in l.1.C.commu.de leg.& agetur hypothe.ſaltem pro alijs rebus teſtãtis. Sed quid ſi res non erat defuncti, ſed eam bona fide,& titulo poſsidebat? Po
4 teſt†dici ꝙ detur publiciana legatario cõtra hæredem, ſicut vendicatio, ſi teſtator eſſet dñs. Vide de publi.l.2. & de hoc ibi not.Sed quid ſi alius rem legatam poſsidebat? nunquid legatarius poſsit eam per publicianam petere? dic ꝙ non, ſed aget contra hæredem: vt cedat ei actiones.ff.de leg.1.l.apud Iulianum,§.idem ſcribit.quicquid olim fuerit,videtur hodie in caſu prædicto ꝙ legatarius agere non poſsit,ſed hæres.C.de litig.auth.nunc ſi hæres.In ea.gl.ibi cum dicit:ſi in genere.idem ſi quantitas, & idem vř ſi ſpecies alternatiue legentur. Nam non vř competere vendicatio, quæ non datur ad incerta,ff.de rei vend.l.ſi in rem.cum ibi no.In ea.gloſ.ibi:& vna exceptio.cum actione ex teſtamento, quæ competit pro liberatione.l.quod mihi.ff.de lib.leg.& not.in d.l.1.C.com. de leg.plenius.In ea.glo.ibi,cum alleg.§.varijs.hæc gl.caute loquitur.nam nihil dicit de hypotheca.illa enim videtur poſſe intentari cum actione ex teſtamento.in auth. de fideiuſ.§. ſed neque.dum tamen ab initio ſimul intententur,vt no.Dy. in ca.nullus pluribus.extra de reg.iur.l. nemo ex his.§. quoties.in fi.gl.ff.de reg.iur.Nec ob.§.varijs.alleg.in gl.quia lo-
5 quitur de hypoth.& rei†vendicatione ex teſtamento,& iure fforum non competebat hypothe.pro legato,ſed per conſtitutiones: quamuis videatur contra.ff.de ſep.l. creditoribus. Sed intellige habere ius pignoris prætorij, ſi fiat miſsio.ff.de euic.l. hæres ſeruum.cum l.ſeq.ff.vt lega.no.ca.l. filio.in fin. vnde actio ex teſtamento, & vendicatio non poſſunt ſimul intentari:quia eſt quædam contrarietas.nam vendicando dicit rẽ ſuã, agendo ex teſtamẽto dicit debitam. Sed rei vendicatio, & hypoth.nunquid ſe compatiuntur? ſatis vř ꝙ ſic, ſi agatur rei vend. pro re legata & hypoth. pro alia re teſtatoris.Et no.ꝙ huiuſmodi hypoth.tacita nõ datur, niſi pro portionibus hæreditarijs, ff.de iur.fiſ.l.Moſchis.C.de debit.ciui. l.fi.lib.11.& idem videtur de rei vendi.ff.de leg.1.l.ſi tibi homo.§.ſi fundus.ſed ibi fuit legata res hæredis,ſecus ſi teſtatoris.In fi.eo.gl.hęc opi.non procedit ita generaliter:quia multæ actiones perſonales dantur dño, ſicut depoſiti,commodati:& omnes quæ dantur ad reſtitutionem rei,vt videbis in §. ſic itaque.alleg.in gloſſ.Sed opi.procedit,quia actio ex teſtamento videtur competere ad dandum,& ita non videtur darí dño. Sed Iac.de Ra.dicit ꝙ fortior eſt opinio in condictione,quæ datur pro legato.ff.ſi cert.pe.l.certi condictio.§.com
6 petit. Sed ipſe dicit ꝙ certi condictio datur pro † legato facto in genere vel in pecunia, vel pro legato facto in ſpecie, cuius dñium tranſiuit ad legatarium. Nonnulli dicunt quòd condictio non datur domino, niſi contra furem.l.fi.ff.vſuſfr. quemad.Fallit hoc caſu ſicut eſt ſpeciale quòd domino datur hypoth.in hoc caſu, & in muliere, quæ eſt domina donationis propter nupt. & ei datur vendicatio & hypoth. ſed ipſe non videt cauſam ſpecialitatis, quare prima verior, & videtur quòd ex hoc non reſpondetur quomodo agatur vt detur res quæ eſt actoris,& legatarij:contra §.ſic itaque. niſi dicas
7 ꝙ actio†ex teſtamento non cõpetit, niſi qñ eſt legatum in genere,vel in pecunia ſicut ipſe dicit in cõdictione:ſed hoc eſt falſum,quia ſic nunquam cõpeterent ſimul tres actiones pro legato,quod tamen is tex.ſupponit: vt l.1.C.commu.de leg.
8 Et hoc† vult dicere gloſ.quòd actio ex teſtamento competit pro poſſeſsione,ſed ſi ſic cõcludetur ad poſſeſsionem,vt d.l. 2. de trit. Et tñ per actionem ex teſtamento concludetur ad præſtandum rem legatam.ff.de leg.1.l. non quocunque.§.1. & l apud Iulianum,§.1.& l.ſi domus,§.qui confitetur.Dicas
9 quòd legatarius non eſt verus dñs,de iure†cõi,per quod non acquiritur dñium niſi traditione,ſed efficitur dñs diſpenſatiue legis poteſtate: vnde §.ſic itaq;. loquitur in dño vero per traditionẽ facto, & non obtinet in dño legis poteſtate facto. Et eſt ſimile.C.de dona. quæ ſub modo.l.1.non.n.per omnia legatarius ante traditionem cenſetur verus dominus, vel rea
10 lis,ff.de leg.1.l.ſi hæredis ſeruus.Vel dic † quòd per actionẽ ex teſtamento agitur ad præſtandum, non ad dandum.inter quæ eſt magna differentia ff.de vſuris.l.videamus,§.ſi actionem.Item no.quòd præmiſſa,& quæ in hoc §.dicuntur,procedunt vbi legatur in teſtamento. Quid ſi in codicillis? dic ut infra de codicil.§.pen.

1 *Fideicommiſſorum vniuerſalium & particularium differentiæ.*
2 *Legari varie poſſe.*

Sed non vſque. In glo.quantum ad ſententiam.hoc pro-
1 cedit in†fideicom.& legatis ſingularibus:ſecus in vniuerſalibus,ibi enim remanet,quo ad ſubſtantiam,quia in vna fit hæres directe, in alia per obliquum.Item in una cogitur,in alia non: ut infra ſequitur. Item non ſunt exæquata per omnia, quo ad ſingnlaria,vt poteſt colligi ſ.quib.ex cauſ.ma.non li. §. præualuiſſe, C. qui manu. poſ.l.fi. vnde intellige æquari regulariter. quandoque tamen fallit, ſicut dicitur de regula Catoniana,ff.de reg.Cat.l.1.& ibi no.Sed de qua antiquitate loquitur hic,cum iure fforum idem ſit ff.de leg.1. Item quo modo ſibi blanditur Iuſtinianus cum Vlp. idem dixiſſe? Reſponde,ut d.l.no.in hoc tamen aduerte,quia illa gl.in princ. in eo quod aſsignat ibi multas differentias, non procedit de iure Digeſtorum, imo eſt falſa in ſingulis,nam de iure fforũ petuntur fideicom.efficaciter, ff.de leg.1.l.ſi alienus ſeruus,
2 ff.de libe.leg.l.quod mihi Item &†de iure fforum, nedum legabatur in teſtamento,imo & in codicillis,cuius contrarium ſentit ibi gloſ.ff.de leg.1.l.ſi tibi homo.§.1.de leg.2.l.codicillis,uide plenius infra.de fideiuſ.§.præterea.Item de iure dig. poſt mortem poterat legari, ut dices j.eo.§.ſi poſt mortem. non adhæreas illi gloſ. Vnde expone hic antiquitatem,ſubaudi,quæ fuit ante compilationem digeſt.ante tempora Vlp.Et not.quod leges debent addiſci in adoleſcentia.uide ſ.in rub. procem.ſuper verb. cupidæ iuuentuti.dic ut ibi: & ego dico quod tunc incipiendum,& per totum tempus uitæ continuandum, reſeruatis congruis horis, pro ſeruitio Dei, & requie corporis.C.de athletis.l.1.libr.10.non tamen ſemper ſcientiæ inſiſtendum eſt, imo frequenter negotiandum, ſecũdum Sene.in epiſtola ad Lucillum. Vnde huiuſmodi ſcientia parum proficit,niſi bene & frequenter negotijs applicetur.Itẽ no.quod traditio diuiſa melius capitur ſuprà de pupil. ſubſt. in rub.dumtamen diuiſio non ſit nimis onerata, & prolixa. quia non iuuabit, ut in me expertus ſum.

1 *Legatum communis quatenus validum.*
2 *Legati alieni & communis diſcrimen.*
3 *Hoſtilis res an legabilis.*
4 *Emere quando,& an cogamur.*
5 *Decimas quando,& an leget laicus.*
6 *Eccleſiæ res quæ,& an,alienabiles.*
7 *Cap Cum filius.ſenſus.*
8 *Aeſtimatio quando,& an debita.*

a Non solum. a In gloſſ.& in his.idem videtur,ſi leget rem legatarij, ff.de legat.2.l.Imperator. uel hæredis cum ſit eadem ratio, ff.de leg.3.l.ſi fuerit,§.1.In fi.eiuſdem glo.uult
1 dicere,quod ubi credebat totam ſuam, non ualet,†niſi in parte,ſed ſi ſciret communem,tunc ualeret in totum,hoc eſt falſum,ſecundum do.Iacob.& Petr.imo indiſtincte ualet,in parte tantum, ſiue ſciret, ſiue ignoraret.Sed quæ eſt ratio,quod ubi legat alienam ſciens,ualet in totum, ubi communem,nõ
2 ualet niſi in parte, † cum idem ius deberet eſſe de parte ad partem, quod de toto ad totum ff. de rei uen.l.quæ de tota? Reſpondent doctores,quod ubi legat rem alienam ſciens,ualet in totum, quia non eſt maior ratio, quod ualeat in una parte, quam in alia: ſed ſecus eſt, ubi res eſt communis, quia tunc refertur ad eam partem,in qua habet ius,ff.de legatis.1. l.ſi domus,§.final.de fund.inſtruct.l. fundus qui. ſecundum eos. Sed nondum reſpondetur, quia in parte in qua non habet ius, uideretur eadem ratio, quæ eſt quando legat totum, ex quo ſciens legat. Sed credo,quod ipſi uolunt dicere,quod in re communi legatum affert utilitatem in portione teſtantis:ſed in re penitus in aliena,nulla ratio, ſeu diuiſio portionis fie-

nis fieri poteſt, quia nulla ratione poſſet dici, ꝙ teneat magis in vna portione, quam in alia. Et ideo vt legatum emolumentum afferat, valet in totum. & hoc verum indubitate, vbi legat fundum ſuum. Quid ſi ſimpliciter fundum ſuum, vel fundum Cornelianum? Glo. in d. l. 5. dicit ꝙ tunc vr̄ totū legare, ſed contra ff. de leg. 3. l. Iulian. [alias incipit, Iuliano.] quæ vr̄ verior per l. ſi domus. §. fi. In gl. etiam hoſtium. hæc gl. vult dicere ꝙ †res hoſtium, quæ nunquam fuit noſtra, po-
3 teſt legari ſed in l. id quod. ff. de leg. 1. videtur contra notari: ſed cum iſta concor. gl. quę eſt in l. liber homo in ſtipulatum. & ibi redditur ratio diuerſitatis, inter contractus, & vltimas voluntates doct. hoc non approbant, imo dicunt idem in legatis, & contractibus, vt res quæ ſemper fuit hoſtiū non poſſit legari, nec in contractum deduci, ſed ſi q̄nque fuit noſtra ſic & hoc probant per regulam Catonianam, quę locum habet vbi legatum deficit propter conditionem rei legatę, ſicut & hic eſt, & ſic non valet legatum, cum non valeret, ſi teſtator moreretur tempore teſtamenti. ff. de regula Catoniana. l. 1. †In gl. redimere in fi. dicas, nil ſpeciale: quia nul-
4 lus compellitur emere regulariter. Fallit vbi præceſſit cōtractus obligatorius, ad hoc ſicut pręceptum teſtatoris, vel alius contractus ſecundum doct. & de hoc ſcripſi ſupra de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. §. fi. dic vt ibi. Vnde ibi præceſſit præceptum teſtatoris. In gl. ſi apud. ibi, ſed cum grandi difficultate. ibi dicitur contra. §. fi. d. l. apud Iulianum. Præterea, nunquid ſi eſt grandis & maxima difficultas, quando dominus vendere non vult, & tamen valet legatum, vt l. non dubium? vnde intellige hanc glo. in re, de qua nullum eſt cōmercium, vel ſi ſit non tamen de iure communi, nec ſine impetratione priuilegij, & de qua non eſt veriſimile principem alienationem conceſſurum: alias autem difficultas non impedit,
5 quominus valeret, quo ad æſtimationem. †Quid ſi laicus, qui habebat decimam eam legauit? Dic, quòd ſi eccleſiæ ad quā de iure cōi pertinet, non eſt dubium, ſi alij quam eccleſiæ nō vr̄ valere, nec ęſtimationem deberi: cum non poſſit transferri in aliā eccleſiam, ſine volūtate & decreto epi. vnde vr̄ idē, ſicut in rebus patrimonialibus principis, quæ ſine eius iuſſu diſtrahi non poſſunt. vt d. §. fi. iuncto extra de his quæ fiunt a maio. par. cap. c. cum apoſto. ſedes. Et ideo vr̄ ꝙ non deberetur æſtimatio & multominus ſi legetur laico, cum illi non ſit cōmercium. extra de deci. c. prohibemus. Pōt dici, ꝙ valeat legatum factum eccleſię de decima. quia ēt eccleſia poteſt eā poſſidere. & præſcribere, vt c. ad aures. extra de pręſcr. ſed laico non, qui non habet commercium, nec poſſidere pōt: vt c. cauſam. eo. tit. Sed quid ſi alia res eccleſiæ legetur eccleſiæ, vel laico? vr̄ ꝙ non valeat, ēt vt æſtimatio debeatur. & hoc vr̄ expreſſum extra de teſta. c. filius. alias incipit, dilectus filius. & hoc ibi no. Inn. Hoſt. vr̄ tenere contra: & dicit ꝙ æſtimatio debetur. Et c. illud. non intendit excludere, quin æſti-
6 matio debeatur, ſed ſi ſit onerosa †hæredi, eccleſia non debet onerare hæredē, ſingulari, & exceſſiua æſtimatione: ſed moderatam debet recipere. Poteſt dici, ꝙ quędam ſunt res eccleſiæ, quæ non cadunt in commercium, ſicut ſacræ ſeruitio Dei dedicatæ, & iura ſpiritualia: & ſi ille legentur non debetur æſtimatio ſine dubio: vt d. §. fi. d. l. apud Iulianum. Quędam ſunt res eccleſiæ quæ cadunt in commercium: ſed cum difficultate, iuxta formam auth. hoc ius porrectum. Et in illis vr̄ ſecundum hanc gl. ꝙ æſtimatio & non res debeatur. & ita vr̄ ēt tenere Inn. in d. c. ſi filius. in hoc pōt dici, q̄d ſi legetur res quam nō eſt veriſimile vnquam alienari, ſicut domus epiſcopalis, vel aliud patrimonium præpotentis eccleſiæ, de quo nō eſt veriſimile ꝙ alienari debeat, tunc nil valet. Sed ſi legetur res eccleſię, quam veriſimile eſt alienari, quia forte eccleſia eſt onerata debitis. & iam tractatur de aliqua re vendenda, & illa legatur: videretur ſatis deberi eſtimatio, ſcd̄m doctrinam quam s̄. poſui. & hæc procedunt in re immobili, nā ſi ſit mobilis, quæ non ſit dedicata ſeruitio Dei: debetur eſtimatio. Quid enim ſi legetur palafredum, vel corſerium abbatis, vel prioris, qui ſemper mutant, & vendunt equos ſuos? Ego non video, cur eſtimatio non debeatur. & ſic intelligas
7 † d. c. cum filius. non aūt intelligas, ſicut aliqui dicere voluerunt, ꝙ illud c. corrigat iura ciuilia, ꝙ nō poſſet res aliena legari ēt vt eſtimatio debeatur, q̄a hoc eſſet irrationabile, nec enim ex tali legati fit preiudicium tertio. ſicut ipſi dicere voluerunt. In ea. gl. ibi, cum dicit contrarium manifeſte. i. vt ęſtimatio preſtetur. In ea. gl. ibi, ſic intelligitur l. ſed ſi res. Sed certe illa lex non loquitur in iſto caſu, imo debet reponi, in ſe-
8 quenti mēbro, q̄n legatarius non habet commercium. † In fi. gl. doc. dn̄t indiſtinctæ hoc caſu deberi æſtimationem, ſiue teſtator ſciret, ſiue non. per §. ſi quis alicui. & per l. multum intereſt. alleg. in gl. ſed vbi non eſt capax, p̄p conditionem perſonæ ſuæ, vt ibi acquirat, ſed alij, tunc obtinet illa diſtinctio, vt in §. ſi ſeruo. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis? non vr̄ bona ratio: idcirco ſatis eſt gl. rationabilis. Sed opponitur contra primum membrum huius gl. quia vbi non eſt commercium, ſaltem æſtimatio debetur. ff. de leg. 1. l. cetera. §. ſi duobus, ſed dic, ꝙ ibi eſt rei illius commercium: veruntamē p̄p cauſam aliquam prohibetur, quo caſu non obtinet, ꝙ hic no. imo debetur eſtimatio, vt ibi patet. Quid ergo ſi legetur res feudalis, quæ non poteſt alienari in feu. quali. feu. olim po. ali. c. 1. §. donare. vr̄ ꝙ debeatur eſtimatio, quia res de ſe eſt alienabilis, verūtamen p̄p quandā cauſam extrinſecam, prohibetur ne alienetur, ſeu detrahat̄ dominis inuitis, vt d. §. ſi duobus.

a Adnotatio. Non ſolum. Etiam res aliena poteſt legari, & hæres tenetur eā redimere ſi poteſt, & ſoluere, alias tenetur æſtimationē eius preſtare. & hoc verum ſi teſtator ſcit eſſe rem alienam, & agenti incumbit onus probandi. h. d. A ret. late vſque ad §. ſed & ſi rem nullus doc. melius explicat quam Io. Fa.

1 *Ignorantia quando obſit.*
2 *Redempti euictionem non eſſe.*
3 *Legato alieno quid & a quo probandum.* 4. 5. 6.

QVOD Autem. In gl. quę ignorantia, ibi cum allegat
1 l. cum rem alienam. & hoc intellige, niſi haberet†cauſam credendi quòd ad ipſum pertineat, nam tunc ignorantia noceret etiam coniunctę perſonę. ff. de vſufr. leg. l. Sticho, & dn̄r coniunctę perſonę arbitrio iudicis. ſecundum gl. & ſecundū doc. vſque ad decimum gradum: vt ſcripſi in l. cum rem alienam. In ea. gl. ibi, cum alle. l. ſi a ſubſtituto. §. ſi hæres. niſi eſſet legatum coniunctæ perſonæ, vt s̄. in prin. gl. vel niſi ſciēs alienum legauit. vt no. in l. hæres ſeruum. ff. de euic. In ea. gl. ibi, cum alle. l. cum pater. §. euictis. doc. dicunt, ꝙ idem eſt, ēt ſi ęſſent hæredes extranei, & alteri eſſet legatum, vt ſcripſi in l. cum rem alienam. ſed gl. eſt magis rationabilis. Quid ſi non eſt coniuncta perſona, ſed eſt perſona quæ bene meruit, & quam diligebat, vt proximam? Videtur idē ac ſi eſſet proxima, vt l. cum rem alienam. ibi, vel alij tali perſonę &c. ff. de
2 hęr. inſt. l. nemo. §. qui frater. † Sed iuxta præmiſſa poteſt quæri, quid ſi hęres rem redemit, & tradidit eam legatario, quę poſt euincitur, nūquid illo caſu tenetur hęres de euictione? Durum eſſet ꝙ totum redimere teneatur. ff. de le. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi quis alicui. ſed cedit actionem, quam habet contra venditorem. ff. de euict. l. in creditore. In gl. qui negat in fi. Dic plenius, vt ff. de proba. l. 2. & ſcripſi C. de proba. l. actor. Sed opponitur contra hunc §. quia non eſt veriſimile aliquē res ſuas ignorare. C. de reſcin. ven. l. quiſquis. p̄p hanc igitur pręſumptionem, vr̄ legatarius releuatus ab onere probandi ſcientiam. do. Iac. & Pet. dicunt. quod niſi ſit iuſta cau-
3 ſa ignorantię ſemper pręſumitur ſcire, & †ſufficit legatario, probare, quod teſtator emerit, vel alias acquiſiuerit, quia in ſuo facto non cadit ignorantiam, ff. pro ſuo. l. fi. ſecundū eos. Hęc verba vn̄r mirabilia, ſi enim teſtator emit rem, vel alias acquiſiuit, ꝙ ex hoc pręſumatur ſcire, q̄d non ſit ſua: & ideo nulla incumbit probatio legatario, imo ex hoc maior incumbit probatio. q̄n. n. emit, vel alias acquiſiuit, pręſumitur bona fides p̄p titulus, & quid credebat eam ſuam. C. de euict. l. pe.
4 Igitur†oportet, ꝙ legatarius probet ipſum ſcire alienam. vnde non video quod opi. doc. procedat in quocunque. Et credo ꝙ male fuit reportata. Sed magis obſtat quia quod ſuum non eſt, debet ſcire ad alium pertinere, vt l. cum quęrebatur. C. vnde vi. igitur pręſumptio, eſt quòd teſtator ſciat alienā. q̄uo ergo incumbit onus probandi legatario, de eo quod ius, & ratio preſumit? In hoc ergo dicas, quod aut teſtator poſſidebat rē legatā, aut alius. Si rem poſſidebat, tūc aut vt ſuā & credēs eſſe ſuā, & nō habet locū hęc diſtinctio, nec probatur

5 imo hæres,† dabit eã talem,qualis eſt, nec eſtimationem red
det.vt l.Sticho.ff.de vſufr.leg.ſi vt alienam,quia ſi vt depoſi
tã,vel vt commodatam,tunc debetur æſtimatio,& tunc meri
to legatarius probat ſcientiã teſtantis, quã probat eo ipſo ꝙ
teſtator eam pro tali habebat, vel ſi probet quod penes eum
fuit depoſita,vel ei commodata, nam cum aliquis rem tenet
præſumitur ꝙ ſit ſua, & ſic præſumitur quod teſtator crede
ret rem ſuam,& ideo legatario,petenti æſtimationem, quaſi
non eſſet teſtantis,& ſciret non eſſe ſuam incumbit onus pro
bandi.C.de priui.fi.l.1.de bo.proſc.l.1.& hoc agit ad ęſtima
6 tionẽ,nam ſi rem petat ſufficit† probare ſibi legatã, vbi autẽ
alius tenet rem legatam, tunc ſi teſtator credebat eam ad ſe
pertinere,vel ius hr̃e ad eam. fuerunt diuerſa iura olim,ho
die vr̃ expeditum ꝙ hæres petet eam, & ſi obtinere potuerit
reddet eam,ſi autem nihil,nec hoc caſu diſtinguitur an ſcien
ter,vel ignoranter,vel an cõiunctæ perſonæ vel extraneę,ius
enim quod habebat vr̃ tñ legaſſe,vel qđ ſe hr̃e credebat, vt
authen.nũc ſi hæres. C.de litig.& dic vt ibi. Si vero nec ius,
nec actionẽ ad rẽ hr̃et, nec hr̃e ſe crederet, tunc habet locũ
diſtinctio huius §.nõ tamen credo,quod hoc caſu legatarius
teneatur probare ſcientiã,eo enim ipſo quod euidenter alius
tenebat,ſicut ſuam nec teſtator ius in re reclamabat hr̃e,præ
ſumitur quod ſciret ad alium pertinere.vt l.cum quærebatur
ſolum ergo habet locum probatio, vbi teſtator rem legatam
tenebat.& fuit euicta hæredi antequam daret legatario.& le
gatarius petit æſtimationem,quod eſt notandum.Sed quid ſi
teſtator rem tenebat.& in veritate fuit ſua, ſed alius habebat
ius ad eam,quia forte vendita ei fuerat,vel donata, nunquid
dices ipſum legare rem ſuam, vel alienam? Iac. mouet hoc
infra de ſing.re.per fideicom.re.§.cum autem.Et tenet quod
alienã quia res abeſſe vr̃,quæ reſtituenda eſt.ff.de nego.geſt.
l.ſi quis mandato,pro quo facit ff.de leg.3.l. qui habebat.

1 *Legati reditur a quo ſoluendi.*
2 *§.ſed & ſi reſtringi.*

a SED & ſi a rem. In gl.tribus caſibus in fi.dic vt ibi no.
1 vnde præſumitur ſcire,ſi ipſemet obligauit,vt ibi no.† Quid
ſi res debebat reditus perpetuo? videtur quod legatarius de
beat ſoluere pro tempore ſuo.ff.eod.l.apud.Iul.§. hæres. de
vſufr.leg. l. quęro quod eſt verum,niſi eſſent tanti,quod red
derent inutilem rem.ff. de leg. 3. l. qui concubinam. §. qui
hortos.Item hoc verum,ſi ſint aſsignati ſuper re ipſa tantũ,
ſecus ſi ſuper toto patrimonio, nam tunc hæres debet ſolue
re,& vniuerſum patrimonium.ff.de iudi.l. ſi fideicõmiſſum.
§.tractatum.Sed quid ſi redditus ſint aſsignata ſuper re lega
ta,& nihilhominus totum patrimonium eſt obligatum? Vi
deretur idem dicendum,ac ſi ſuper re ipſa tantum.C.de pig.
l.2. Quid ſi debet aliam ſeruitutem? in hoc refert, an de
beret vſumfructum, vel aliam ſeruitutem.vide ff.de leg.2.l.
Mæuius.§.pe. Item quid ſi legatarius agit contra hæredem,
vt rem,habeat.hæres dicit recipere rem, ſi alius euincat per
hypothecariam, vel alias ego te defendam val luam, nun
quid ſufficit? Videtur quod ſic.ita quod nec legatarius ante
agere poſsit.C.de euict.l.qui rem.ff.de euict.l.euicta.la.1.§.
duplæ.a contrario ſenſu.Dic contra.C.de euict.l.ex prædijs.
ff.de act.empt.l.creditor.§.prædium. Item quæ in hoc §. di
2 cuntur,non.† videntur procedere.vbi teſtator ſic rem obliga
tam acquiſiuit.videtur enim talem legare,ſicut acquiſiuit.ff.
de do.præle.l. licet. vel dic contra, quia ibi loquitur in caſu
quo legauit illi a quo acquiſiuit, quo caſu forte hæres non te
neretur luere,per legem illam quod eſt notabile. Item hoc
nõ procedit,vbi res diuerſæ ſunt obligatæ pro quanto valẽt,
C.eo.l.ſi vniuerſæ. niſi in caſu quo hæres non fecit inuenta
rium.in auth.de hære.& fal.§.ſi vero non fecerit.

a Adnot.Sed & ſi.Hoc intendit ſecundum Bal.rem propriam alteri obliga
tam ſcienter legatam tenetur hæres luere & legatario tradere, niſi expreſſe
teſtator ſenſerit quod legatarius eam lueret,hoc dicit.

1 *Aeſtimatio rei ſue quando petendæ.2.*
3 *Libelli alternati locus.*
4 *Minus quando debitum.*
5 *Aeſtimatione habita res non vendicanda.*

a SI res aliena a. In gl.id eſt illa parum facit.ſed facit.ff.
de leg.1.huiuſmodi. §. qui ſeruum & hic dicit text. in viuo.
quia tunc magis dubium, quaſi videretur quod tunc melius
agere poſsit.In gl.no.caute ibi cum alleg.l.in re furtiua. Hãc
1 opi.tenebat dñs meus.Inn.diſtinguit aut actor ſcit rem†non
extare & tunc debet petere æſtimationẽ, aut ignorat & tũc
rem petit.vt d.§.effectus.Et no.extra de ſenten.excommuni.
c.ſacro.Iac.de Ra.videtur hic tenere cum gl.dicit tamen qđ
iudex debet inſtrui in proceſſu: alias impoſsibile eſt iudicẽ
poſſe condemnare in æſtimatione. Et dicet ſic actor in libel
lo. Legatus eſt mihi Stichus in teſtamento Titij.cuius hæres
es vnde cum Stichus mortuus ſit, vel ipſum conſecutus ſim
ex cauſa non lucratiua.peto Stichum,vt conſequar pretium.
Niſi ſic dicatur non poſſet fieri condemnatio in ęſtimatione:
Et hic libellus probatur in ſimili,quia lex dicit,peto fundũ,
vt de euictione caueatur.vt l.Iulianus. §. qui fundum. ff. de
2 ver.ob.ſecundum eum.pro quo C.de fidei.li.l.fi.† Quid dice
mus?iura videntur multa quod petatur æſtimatio,nam alias
fieret condemnatio in alio,quam quod peteretur per d.l.fin.
C.de fideic.li.Et ſic cum iura dicant,ꝙ ſit condẽnatio in æſti
matione,vñr ſupponere,ꝙ æſtimatio detur.ff.de cõfeſ.l.Iul.
de dolo.l.arbitrio.§.de condi.indeb.l.ſi non ſortem.§. liber
tus.Præterea vr̃ expreſſum eo.ti.l.in ſumma.§. in frumento.
Pro opi.gl.videtur expreſſum.ff.de furt.l.ſi quis vxori.§.pe.
ff.de condi.fur.l.ſi condicatur. Et hæc vr̃ melior cũ declara
tione Ia.de Ra.ſ.poſita per quem rñdetur ad l.fi.de fideic.li.
Et hanc vr̃ ſequi.Spe.in ti.de ſol.& li.§.ſequitur.ver.ad libe
riorem, & hoc verum qñ agitur actione perſonali. nam per
realem,nõ poteſt peti res quę nõ extat:vt dixi ſ.de re.diui.§.
3 ſi tñ.vide ibi.Sed qđ ſi quis †petat rem,vel æſtimationẽ?Spe.
vr̃ tenere quod talis libellus procedit in d.verſ.ſed hoc nõ vr̃
verum,nam cum æſtimatio non ſit in obligatione,qũo pete
tur per iura prædicta? bene tñ credo,quodſi ignoret, an res
extet,vel non: tunc poſsit concludere ſic,peto Stichum mi
hi dari,ſi extat,ſi non extat peto eundem Stichum, vt mihi
eius pretium detur.ſicut ſupra dictũ eſt.vnde ꝑ iuſtã igno
rantiam,vr̃ ſatis talis,concluſio admittenda.ff.quo.le.l. 1. §.
quod autem. Sed quid ſi rem ipſam petam, & fuit facta con
demnatio in ea quæ tñ non erat in rerum natura?Vr̃ ſñia nul
la.ff.quæ ſen.ſine ap.reſcin.l.fi.dic vt ibi melius. In ea.gl.ibi,
cum alle.l.qui res.i.reſpon. Hæ duæ leges nihil faciunt,nam
loquuntur qñ res fuit euicta,& tunc non habet eã,& ita non
ſunt de præſenti propoſito,neq ibi poteſt dici rem habeo, &
rem peto.ſed facit.ff.de leg.1.l.non quocunque in princ. Itẽ
pone alium caſum,qñ res traditur:forma tñ mutata: vt ff.de
verb.ſig.l.mulieris.§.res abeſſe.ad exhi.l.Iuli.§.ſi quis.In ea.
gl.ibi,cum dicit: vt hic.& d.l.quocunque eo.ti.l.huiuſmodi.
§.qui ſeruum,ff.de leg.1.In ea.gl.ibi, cum dicit, ſi aliquid iu
ris,quod concernat totam rem, & ex quo totus pendet effe
ctus.ff.de leg.1.l.ſi domus.§.1.In ea.gl.in fi.ff.de ver.ſig.l.La
beo.& idem iuris in illis,quæ ſunt ſtricti iuris,quæ ſapiũt na
turam.bo.fi.vt ff.de leg.2.l.Mæuius.§.in fundo & l.huiuſmo
di.§.ædes.ff.de lega.1.ſub hac determinatione debet intelli
gi.ff.de ſolu.l.qui ſibi.§.fi.In gl.etiam ſi ſua. niſi deſineret in
vita teſtantis,vt ibi no.& probatur.ff.de le.1.l. ſi a ſubſtituto
in prin.In gl.ff.de leg.1.l.ſi ſeruus. in fi. gl. vel dic melius ꝙ
non concurrunt,quia ille §.non obtinet, vbi per ſeruum ac
quiritur dño.in cuius rem verſum eſt,vt ibi not. Item quòd
hic dicitur,obtinet,vbi ab initio duæ cauſæ lucratiuæ concur
runt in eadem perſona. ſecus videtur ſi ab initio fuerunt in
diuerſis,quamuis redigantur ex poſtfacto ad vnam. ff.de act.
& obl.l.ſi is qui Stichum.& ſic forte poſſet intelligi l.aſsigna
ta hic pro contraria.gl.tñ intelligit aliter dictam l.ſi is, qui.
Sed tamen tex.multũ facit pro hac opinione.In gl.ideſt ſpe
ciem,in fi.idem vr̃ ſi in genere,vt ibi not.Item dic, ꝙ iſte §.
non obtinet vbi alternatiue legatur.ff.de leg.1.l.non quocun
que modo.§.fi.In gl.ſ.duorum hominum ibi,cum alleg.§.po
ſteriore.hoc verum, ſi duo teſtamenta eſſe voluit. ſinautem
4 vnum, verũtamen duæ ſcripturæ † factę fuerunt, & in vno
continetur plus,in alio minus, debetur tantum quod minus
eſt ff.de leg.2.l.Sempronius Proculo.Et no. ꝙ hi §§. obtinẽt
ſiue ſciens,ſiue ignorans acquiſiuerit, vt not. in l. ſi a ſubſti
5 tuto. † Quid ſi eſſet res ſemel legata in vno teſtamento,&
lega-

legatarius egit rei vendicatione, contra quendam poſſeſſo-
rem rei, qui dolo forte deſierat poſsidere, & habuit litis æſti-
mationem: nunquid poteſt iterũ vendicare a poſſeſſore, vel
agere contra hæredem actione ex teſtamento? Videtur ꝙ ſic
per hunc §. & ff. de ſolu. l. Stichus. §. dolo. & de peti. hær. l. et
§. fin. niſi ille qui litis æſtimationem dediſſet, haberet regreſ-
ſum, contra poſſeſſorem, vel hæredem. ff. de rebus eo. l. illi-
cite. ſi famil. fur. ſe. dica. l. quoties. §. plane.

a Adnotatio. Si res aliena. Si legatarius factus fuerit dominus rei legatæ, ex cauſa lucratiua, non debetur legatum. ſecus ſi ex cauſa oneroſa. h. d. Aret. item vide hic bonam diſtinctionem Ang. de hac materia in 2. colum. ante me. in verſic. in glo. non poſſe.

1 *Legari futuris poſſe.*

a E A Quoque. a In glo. tunc competit. in fi. & cenſetur con
b ditionale b legatum. ff. de pact. l. item quia conuentiones. non
1 tamen impeditur transmiſsio, vt ibi not. & facit, quòd † quis
poſsit legare eccleſiæ, vel capellæ, quæ nõdum fundata eſt. ff.
de ſer. vrb. præ. l. ſi ſeruitus. §. futuro. de ſer. ruſt. præ. l. Labeo.
Contra videtur de iure canonico. extra de ſen. & re iud. c. ab-
bate. lib. 6. de eccle. ędifi. c. ad audientiam.

a Adnotatio. Ea quoque. Etiam res furtiua, quæ tamen ſperatur, legari poteſt h. d. ſecundum Aret.
b Conditionale. Vide hic per Ang. in 2. colum. ver. cum quæritur.

1 *Legatum quando fiſco dandum.*
2 *Legatum deficiens, cui debitum.*
3 *Incapax facit partem.*
4 *Legatum confirmabile.*
5 *§. ſi eadem. & §. liberi. conciliari.*
6 *Accreſcendi ius quando ceſſet.*
7 *Coniuncti re verbiſq; qui. 9. & 10.*
8 *L. re coniuncti. & l. & proculo. conciliari.*
11 *Coniunctorum quis potior.*

a S I Eadem. a In glo. ſcilicet legatarius. in fin. per modum
1 doctrinæ poſſet dici, † quòd aut deficit legatum propter de-
fectum legatarij: & tunc ſi propter ſerui delictum tale, quòd
legatum debeat fiſco applicari, facit partem: vt l. ſi Titio. &
l. ei qui. de leg. 2. aut deficit alias quam propter eius delictũ
tale: quia forte repudiauit, vel non erat in rerum natura:
tunc nõ facit partem: imo totum accreſcit coniuncto, vt hic,
& §. in primo. & §. pro ſecũdo. l. vnica. C. de cadu. tol. & hoc
ſi non erat, nec eſſe ſperabatur in rerum natura. alias contra:
vt d. l. ſi duobus. in prin. ff. de leg. 1. vbi vero deficit legatum,
2 alia ratione: tunc aut ratione rei legatæ, & facit † partem: vt
§. ſi Titio. l. huiuſmodi. de leg. 1. aut attenta perſona legata-
rij, vel miſta conſideratione rei, & perſonæ legatarij, vel ip-
ſius legantis, tunc non: vt §. ſi duobus. d. l. plane. & hoc ve-
rum, vbi legatum omnino deficit. ſi autem valere poteſt, vel
æquitate iuris, vel iudicis officio: tunc ſecus, vt in legato fa-
cto proximo ſuo, vt §. ſi coniunctim. ſecundum notam Roge
rij, quæ eſt ibi. Sed quæritur, quæ ſunt rationes horum. De
primo eſt promptum reſpondere. quia vbi acquiritur fiſco
3 † non capax capit ad opus fiſci. ideo non mirum, ſi partem fa
ciat, vel ipſe vel fiſcus. ff. de vulg. l. ex facto, § Iulia. de ſecun
do, vbi deficit ratione rei legatæ, quæritur fortius, quare ma
gis facit partem, vbi res ſua legatur ſibi, quam quando lega-
tur a ſeipſo ſibijpſi. Sed reſponderi poteſt, ꝙ maior eſt defe-
ctus, quãdo deficit ratione rei, quam in alio caſu, ideo minus
4 ſubuenitur legatario. hoc vides in regula † Catoniana, quæ
non permittit legatum confirmari, vbi eſt defectus ex parte
rei. & ſecus ſi ex parte perſonæ, vt ff. de regu. Cato. l. 1. cum
ibi no. ideo in vno caſu, magis ſubuenitur, vt valeat legatum
in totum, in alio nõ valet, niſi pro parte. item minus valet le-
gatũ quando a ſe ſibi legatur, quo caſu ſemper inutile eſt, quã
quando alicuius res ſua legatur, quo caſu poteſt valere, ſi vi-
uo teſtatore alienauerit infra. §. ſed & ſi rem. cum ibi no. id-
circo non mirũ, ſi ſit hic diuerſitas, ſicut ibi. Sed obſtat. ff. de
5 bon. poſ. contra † tab. l. ſi poſt mortem. §. liberi. ſed alia mate-
ria eſt, quia nos loquimur hic, an quis, admittatur virtute re
licti, ibi in poteſtate legis. hoc eſt ſpinoſum, tranſi cito. glo.
ſapienter agentes, nullam doctrinam dederunt in hoc articu
lo, recipe prædictam, pro quanto volueris. In gl. re & verbis.
in fi. dic plenius infra in magna glo. In glo. ſed nonne. in fin.
& hoc probabit an teſtator expreſsit, vt l. ſicut. vel ſi non ex-
preſsit, ſed cum commemoratione primi, legauit ſecũdo, per
hæc verba. Fundum quem Seio legaui, lego Sempronio. ff. de
condi. & demon. l. nam ad ea. ſecus ſi ſimplicem faceret cõm-
memorationem, vt ſi dicat, lego fundum Męuio, eundem le-
go Sempronio, vt hic in fin. ff. de leg. 2. l. Mæuio, niſi faceret
ex interuallo, vt d. l. nam ad ea, vide plenius infra tit. 1. in fin.
In gl. ſcilicet verbis tantum. ibi, cum dicit, vt d. l. & Proculo.
alleg. in glo. Iſta glo. videtur contra legem illam, in qua dici-
tur, quòd ibi eſt locus iuri accreſcẽdi. Dicas, quod inter duos
6 quorum cuilibet fuit legata dimidia, non erat † locus iuri ac-
creſcendi: quia omnino erant defuncti, ſed tamen Titio to-
tum legat. iſtud coniungit eos re cum illo Titio, ſeu Titium
cum eis, ideo habet locum ius accreſcendi. & hoc voluit dice
re glo. in ea. glo. cum dicit ſupra prox. §. vult dicere de 1. re-
ſpon. ver. coniunctim, vt lego Titio & Seio Stichum. Sed con
tra hoc opponitur, & videtur quòd nõ ſint re coniuncti, ſed
tantũ verbis in prædicto exemplo. illi enim dicuntur re con-
iuncti, quibus ſingulis totum datur, ſed partes cõcurſum ſibi
faciunt. ff. de leg. 3. l. coniunctim. Sed conſtat, quòd ſic legan
do. videtur cuilibet medietatem legare. ff. de leg. 2. l. & Procu
lo. de verbo. obli. l. ſi mihi & Titio. de re iud. l. Paulus. igitur
7 videtur, quòd non ſunt re coniuncti, Timore † huius oppo-
ſitionis, quidam dicũt, quòd hoc exemplum non eſt bonum,
& ponunt aliud. Lego fundum Sempronianũ Mæuio, & Ti-
tio eundem fundũ, & dicunt. quod ſunt hic re & verbis con-
iuncti. & pro hoc facit. ff. de hær. inſti. l. item vt Sabinus. ibi,
nam quantum ad ius accreſcendi &c. Sed contra hoc videtur
expreſſum. ff. de verb. ſign. l. triplici. nec dubium. Quid dice-
mus? pro primis facit multum l. re coniuncti, ibi, cum dicit,
ſeparatim dando, & intelligo, quod ſi ſimul, quod non eſſent
re coniuncti. Sed ſi hanc teneamus, quid reſpondebimus ad
leg. triplici. in qua Vlp. videtur contradicere Celſo, & Pau-
lo, qui condiderunt leges prædictas? Poteſt dici, quod lex
triplici. intelligitur in caſu ſuo, videlicet quando teſtator in-
ſtituit tres, vel legauit tribus. v. g. Titius & Męuius ſunt hæ-
redes, quilibet pro dimidia. Sempronius ex parte dimidia,
vel Lucius & Titius hæredes ſunto. Sempronius hæres eſto.
certe in his caſibus ſunt re coniuncti. nam inſtituendo Ti-
tium & Męuium in dimidia: quilibet inſtituitur, in dimidia
totius, non in dimidia dimidiæ, & per hanc inſtitutionem,
non ſunt re coniuncti. ſed cum alius inſtituitur, in totum re-
ſtringitur ad vna dimidiam. Et in illa faciunt ſibi partes con
curſu, & ex ratione illius concurſus, re coniunguntur, & hoc
vult dicere illa lex. & l. Mæuio. de leg. 2. de hær. inſti. l. ſi ita
quis hæredes. dic ergo ſecundum hos, quod ſi quis leget Ti-
tio & Mæuio fundum, non ſunt coniuncti re. Sed ſi leget Ti-
tio & Mæuio fundũ, & alij dimidiam fundi, vel econtra, ſunt
re coniuncti. Et ſic legem illam intellige, & reſtringe, do. au-
tem Iac. & Pet. recitant exempla gl. nihil objicientes, nec ſol
uentes, vel alias reprobantes, & ſic videntur ipſam approba-
re. & idem Dyn. Quid ergo reſpondebimus ad legem re con
iuncti? Dic quod verum, continet, prout iacet, ſed ſi nihil ex-
cipiendo Titio & Męuio lego Stichum, videtur ſingulis inſo
8 lidum legari. Et ideo † partes concurſum faciunt, vt not. in
l. 1. §. ſi. ff. de vſufr. accreſcen. Sed lex, & Proculo. dicit contra.
ſed dic quod ibi nulla eſt coniunctio. cum enim teſtator ſci-
ret ſeruum cõmunem, & quod vnicuiq; dominorũ, ſua pars
erat acquirenda, non præſumitur eos velle coniungere. ff. de
vul. l. fi. nec eſt aliquid, quare debeat præſumi. Sed hic quan-
do coniungit eos verbo, præſumitur quod eos velit coniun-
gere re: & alterum velle, totum habere in caſu, quo alius nõ
poſsit habere, vnde quaſi vnum corpus eos efficit. C. de cad.
tol. l. vnica. §. his itaq;. & §. ſin autem ex his. vbi hoc ꝓbatur.
& ideo notãtur dicitur in l. re cõiuncti. ęquis portionibus. &
facit, quia vbi per copulã coniungũtur, præſumũtur cõiungi
vno corpore rei. ff. de verb. ob. l. eum qui. in prin. de leg. 1. l. ſi
quis teſtamẽto. Nec ob. l. ſi mihi & Titio. nec lex Paulus. quæ
loquuntur in actibus inter viuos, in quibus nõ habet locũ ius
accreſcendi,

accreſcendi, nec talis coniunctio. Sed quid, ſi ſic dicatur?
9 Quiſquis † ex cognatis meis capitolium, aſcenderit, ſi hęres. Titius, hæres eſto. plures ex cognatis aſcendunt, alter repudiat, vel moritur antequã ſit hæres, nunquid hi cognati ſunt coniuncti re, & verbis: vt accreſcat cognatis tantum? Iac. dicit quod non: quia verbum quiſquis: diſtributiuum eſt. C. de impu. & alijs ſubſtitu. l. fin. Sed quid ſi dicat per verbum omnes, verbi gratia, lego vobis omnibus, & Titio fundum. Iac. diſtinguit, quia aut dicit demonſtratiue, cum eſſent præſentes, & tũc habet eos pro nominatis proprijs nominibus, quia demonſtratio vicem nominis &c. ff. ſi cert. pet. l. certum. & eſſent diſiuncti, ſi nõ demonſtratiue, vt quia dicit: volo quod omnes legatarij mei, & Mæuius habeant fundum, tunc ſunt coniuncti per verba pluralis numeri appellatiui. ff. de vſufr.
10 accre. l. ſi quis Titio. † In ea. gl. in fin. de hoc fuit dubitatum an reconiuncti præferantur verbis coniunctis, vel econtra. in hoc tamen reſident omnes, quod ſimul admittantur. Et Dy.
11 dicit, quod eſt caſus in l. re † coniuncti. bene intellecta ſupra in l. ſi ita quis hæredem. ff. de hære. inſti. & de hoc vide plenius in d. l. 1. ff. de vſufru. accre. multa poſſent tangi circa ius accreſcendi, ſed non eſt materia huius §.

a Adnotatio. Si eadem. Si vna res, ab eodem duobus legatur, coniunctim, vel diſiunctim. Si ambo concurrunt ad legatum: medietas datur vni & medietas alteri. Sed deficiente legato in perſona vnius, totum collegatario datur. h. d. Aret. Item vide de hoc Ang. quando ille qui non admittitur ad partem, faciat partem. in 2. col. ante med. in verſi. in ea. glo. in fi.

1 *Conſolidata, quo iure non quæſita.*
2 *Conſolidatorum partem vxori quæri.*

1 Si Cui. † Iſte. §. facit, quòd illa quæ conſolidantur, non videantur acquiſita illo iure, ſeu titulo quo res cui cõſolidantur & tenentur. Et eſt notabile ad facti quæſtionem. De conſuetudine mulieres habent partem in rebus emptis per virũ, & acquiſitis: vir habebat feuda, quæ tenebantur ab eo, antequam nuberet, & ita vxor nihil habuit in illis, cõtingit quòd
2 † durante matrimonio aliqua cõſolidantur, & redeunt ad dominum ex aliqua cauſa. quæritur vtrum mulier habere debeat partem in his conſolidatis. Et videtur quòd ſic: quia cenſentur alia a rei proprietate, per hunc. §. Et idcirco tanquam alia iudicanda ſunt, & per ſe. Idcirco hæc quæ conſolidata ſunt videntur per ſe iudicãda. ff. de leg. 2. l. Mæuius. §. fundo.

*Dominus variè quis. an non dicendus.*
1

Sed Si rem. In gl. vt ff. de lib. lega. in fin. præterea, valet
1 ratione iuris, quod in ea creditor habebat, vt ibi not. † In glo. ſic infra de actio. in fin. & per hoc apparet quod quis nõ poteſt dicere ſed dominũ ex pluribus cauſis, nec rem ad ſe pertinere. quod verum eſt agendo: ſed forte defendendo ſic. extra de fide inſtru. c. inter dilectos. vt no. Arch. extra de elec. c. vt quis. & de hoc ſcripſi. C. de contrah. emp. l. cũ res. In gl. ff. de reg. cato. l. 1. in fin. Hanc perit Dyn. & glo. in d. l. cætera.

1 *Veritatis, opinioniſq; concurſus.*
2 *Veritas in quibus opinione potior, an non.* 3.
4 *Errantem non contrahere.*

a Si Quis [a] rem ſuam. In caſu huius. §. faciebat dubium error, alias nullum dubium eſſet, quin valeret legatum, etiã rei alienæ, ex quo ſciebat ſupra. §. quod diximus. In gloſ. no. ſic.
1 in fi. Dic, quod aut actus ex ſui natura requirit veritatem, † & opi. concurrere, vt aditio hæreditatis, tunc requiritur vtrunque, vt l. is qui putat. & l. hæres inſtitutus eod. titu. cum l. ſeq. aut non, tunc aut eſt communis opinio, & eam ſequimur in caſibus, de quo dic, vt ſupra de teſta. §. ſed cum aliquis. ff. de off. præto. l. Barbarius. aut ſingularis, & tũc aut in delictis, aut in alijs. Si in delictis, tũc aut in delicto cauſando, & tunc aut in delicto, ꝙ cauſatur ex ſolo animo, vt iniuria, quæ fit patri, vel domino, per delictum cõmiſſum in perſona ſerui, vel fi-
2 lij. nam duæ oriuntur, vna quæ cõcernit † perſonam iniuriati de facto: alia quæ concernit patrem, vel dominum, & illa magis cauſatur ex animo, quàm ex facto, & attẽditur magis opinio, quam veritas. Et idem in alijs, quæ ex animo magis, quã ex facto cauſantur. ff. de iniurijs. l. item apud. §. interdum. & l. eum qui §. fi. Aut in delicto quod cauſatur ex facto: & tunc attenditur veritas, magis quam opinio. ff. de fur. l. vulg. §. ſi
3 quis es de iniurijs. l. eum qui. §. ſi iniuria. & hoc ſi habuit † animum delinquendi alias non. ff. de fur. l. inter omnes. §. recte. Aut quæritur in delicto cauſato reponendo ſub certa forma, aut ſub certa ſpecie criminis, & ibi magis attenditur veritas, ff. de cri. expi. hær. l. fi. in alijs autẽ regulariter attenditur magis veritas, quam opinio, vt hic concor. do. Ia. & Pe. nihil dicunt, niſi ꝙ opinio præfertur veritati in his quæ conſiſtunt ex animo. Et inducunt hoc ad quæſtionem facti. De iure canonico, nullus poteſt tenere duo beneficia, ſubaudi curata, vel plures dignitates, extra de præb. c. de multa. Pone, quòd papa coucesſit cuidam epiſcopo, ꝙ poſſet diſpenſare cum aliquo de clericis ſuis ꝙ poſſet duo talia beneficia obtinere epiſcopus diſpenſauit cum quodam ſuo clerico habente vnũ beneficium, tale quod poſsit aliud cũ illo obtinere, clerico ignorante, confertur clerico aliud quod aceeptauit credens ſe primo, per acceptationem ſecundi priuatum, ſuperuenit ad eius notitiam deſpenſatio. Et ambo retinere cõtendit, an poterit? dicunt quod dñs eorũ dicebat quod ſic, quia iuriſditio acquiritur ignoranti. ff. de iudi. l. cum furioſus, & ad hoc inducuut l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. ff. de fur. l. inter omnes. §. recte. ff. de condi. & demon. l. multum intereſt, quæ multũ bene facit: quia in caſu quæſtionis eſt impedimentum iuris,
4 ſicut in cõditione iuris, de qua ibi dicitur. † Item hæc faciunt ad multas alias quæſtiones. Quidam credens vxorem ſuã viuere deſponſauit aliam, reperitur ꝙ tempore, quo ſecundam deſponſauit prima erat mortua, quæritur vtrum ſit ligatus? Et non videtur, quia non habebat conſenſum, nec propoſitũ contrahendi ex eo quod credebat primam viuam, & ſe nõ ligari & nuptiæ non cauſantur ſine conſenſu, vt l. nuptias. ff. de reg. iur. Contrarium videtur per §. quoties cum concor. Præterea, vbi conditio impoſsibilis apponitur, non videtur animus contrahendi. ff. de ſta. lib. l. cum hæres. §. 1. & tamen eſt matrimonium extra de condi. appo. c. fi. Et hanc quæſtionem potes formare. iuxta c. veniens. extra de eo qui dux. in matr. quam pol. per adul. quando eris canoniſta.

a Adnotatio. Si quis. Valet legatum rei teſtantis, licet teſtator putauerit alienam. h. d. Aret.

1 *Errantem non legare.* 4. *fallit.* 2.
3 *L. qui vxori ſenſus.*

Sed Et ſi legatarij. Opponitur contra hunc ver. quia cũ legatum dependeat ex ſola voluntate, & animo teſtantis, vt l. ex parte. ff. de adi. leg. & teſtator qui ſcire præſumitur credebat legatum non valere, cum crederet eam eſſe legatarij, non videtur quod legatum valeat, nec habuit animum legan
1 di. † Præterea cum errans non videatur dominium transferre, quomodo hoc caſu transfertur? ff. de condi. cauſa da. l. 3. §. ſubtilius? doct. dicunt quod teſtator credebat rem eſſe legatarij, veruntamen aliquod ius habebat in ea re, quod etiam credebat ſe habere, vt pignus, vel redditus. & ita habuit animum legandi. Sed ex hoc non reſpondetur, quia ſic non haberet animum legandi rem ipſam, ſed illud ius. Et ita non valeret iure ipſo legatũ. Præterea nil reſpondetur a §. ſubtilius. Sed ad primũ poteſt reſponderi, quod imo, quia etiam rem legando, videtur ius quod habebat legare, & ita rem ipſam, ſi erat ſua: vt l. ſi domus. §. fin. ff. de leg. 1. Ad ſecundum dic, quod illud obtinet in contractu inter viuos, hic in vltima volũtate in qua dominiũ transfertur facilius authoritate iuris, ſine traditione, vel intellige plane ſicut iacet. Nec ob. quod nõ habuit animũ legandi &c. imo conſtat quod habuit quòd apparet per verba, quia legauit & poteſt eſſe: & hoc etiam præſumitur, quòd errauit in iure: & quod credidit valere le-
2 gatum, & hoc videtur verius. † Sed quæro quid ſi teſtator non credat rem legatam legatarij, ſed eam ei debitam, & vere non erat debita, nunquid tenet legatum? Videtur quod ſic, per hunc §. non enim refert an rem legatam credat legatarij, vel ei debitam. C. de fal. cauſa adiect. l. 2. In contrarium facit, quia ſicut non valet confeſsio probato errore,

ita

ita non videtur valere legatum. C.de probat. l. rationes. C. commo.vtriuſq; quid.l.ſcriptura.ff.de leg.3.l.Titia.§.Caius. & videtur expreſſum de au.& arg.leg.l.qui vxori. in fi.i. reſponſi ibi niſi in contrarium &c.Quid dicendum?gl.videtur ſentire,ꝙ ſi probetur teſtatorem erraſſe, qđ non valet legatum vt l.Lucius.§.quiſquis.de leg.2.Videretur poſſe dici,qđ legatum valet,non obſtante errore per rationem huius §. &
3 per §.quiſquis.Nec ob.lex † qui vxori,quia ibi dicit, ꝙ valet legatum, & præſumitur teſtatorem habuiſſe animum legandi,niſi probet hęres contrarium. videlicet ꝙ non habuit animũ legandi. Et hoc probauit ſi forte teſtator hoc expreſsit, vnde nõ ſufficeret probare ipſum erraſſe,hoc caſu per hunc. §.quod eſt notandum.Sed his obſt.C.de fal.cauſa adiect.l.1.
4 vbi ſupponit, qđ probato † errore non præſumitur animus legandi.In hoc dicas,quod refert de erroribus, an fuerit deceptus vel non. Verbi gratia ſi legatarius falſo ſuaſit teſtatori, quod ſolueret forte procuratori vel ſeruo ſuo pecuniam quam debebat,vel ꝙ res,quę erat teſtatoris ad ipſum pertinebat, tunc non videtur animus legandi, vt ibi. ſi autem non fuit deceptus, ſed ſimpliciter errauit, & forte improbabiliter in facto ſuo,tunc videtur fuiſſe animus legandi,imo in tali caſu præſumitur ſcire errorem, & non obſtante eo legare, & forte in tali caſu loquitur iſte §. & ad hunc debet reſtringi.

1 *Legatum conditionale reuocatum.*
2 *Domino ſiſtentem procuratorem non reuocari.*

a SI rem ſuam. a In gl.vendendo.b ibi,cum dicit,ſi ex alia
b cauſa eſſet voluntaria,duntamen propter lucrum vt no.in d. l.rem legatam.In ea.glo.in fin.hoc verum vbi ex neceſsitate alienauit: vt ibi no.In gl quia animus in fi. Et hæc obtinent
1 in legato puro.† In conditionali videtur indiſtincte legatum reuocatum,ſi res ſit aliena tempore exiſtentis conditionis.ff. de auro & arg.leg.l.Quintus ſcribit.§.fi.de lega.1.l. Stichũ. vel ille in caſibus ſuis,quando fuit appoſita conditio,ſi meus erit,vel ſimilis.Et hanc glo.inducunt doct.ad quæſtionem.
2 † Pone ꝙ dominus qui procuratorem ad cauſam conſtituerat,comparuit in aliquo articulo cauſæ nunquid ex hoc cenſetur procurator eſſe reuocatus? Ipſi diſtinguunt,an ex neceſsitate comparuerit, vt tunc non videatur reuocatus. hoc eſt expeditum hodie,extra de procura.ſi quem lib.6. vbi approbatur eorum opinio.

a Adnotatio.Si rem ſuam.Alienatione rei legatæ a teſtatore facta, non adimitur legatum,niſi probetur animus adimendi.h.d.Aret.
b Vendendo. Scilicet per ſolum contractum, etiam ſine traditione,nec reconualeſcit,ſi recuperet,niſi fauore libertatis,vel pietatis cauſæ,& hoc verũ, quando fuit legatum ſimpliciter, & alienatio remanſit in ſuo eſſe alias ſi per diſſolutionem ſpeciei,vel tranſlationem,ad aliam ſpeciem, alienatur ſeu fiat legatum,ſi meus erit reuocatur indiſtincte, niſi aliud loco illius redimatur vt l.filiæ.§.1.ff.de condi.& demonſt. ſi vero legatur ſpecies, vt l. quantitas, hoc eſt precium rei non reuocatur, exactio autem debitoris legati, vel ſola ſententia contra eum lata,an ipſum legatum reuocet.vide Ang.hic.

1 *Legatum & dona inter vir.& vxo.diſcrimen,& commune.*
2 *Pigneriſcapione non quæri.*
3 *§.ijdem limitatio.*

IIDEM reſcripſerunt. In gl.niſi in fi. ſua dicta diſtinctione ibi, vel dic nullo modo hoc non eſt verum,quia ſemper admittitur illa diſtinctio,an habuit animum adimendi, vel non.Sed glo.hæc (vt credo) fuit corrupta,vitio mali ſcriptoris debuit enim dicere,ꝙ illa diſtinctio,an ex neceſsitate, vel ex voluntate dedit pignori,non admittitur hic.& ita no.
1 in l.qui poſt.C.de lega. † In ea.gl. in fin. Glo.vult reddere rationem diuerſitatis, quare donatio inter virum & vxorem reuocatur,ſi res donata detur pignori,& non legatum.Et dicit ꝙ legatum valuit ab initio de ſe,ideo non ita faciliter reuocatur ſed donatio inter virum & vxorem,nulla fuit ab initio ideo &c. Et hanc ſolutionum gl. plenius declarat & probat per leges,reprobata ſolutione quorundam,qui dicebant, quod donatio eſt odioſa.ff.de donationib.l.fi.§.pen. dic ibi. Et per hanc ſolutionem potes reſpondere ad duas qq. videlicet. Quid in donatione cauſa mortis nunquid reuocatur, ſi donans dedit rem pignori? Videtur quod ſic,per l.ſi maritus.ff.de dona.inter virum & vxorem.l. cum hic ſtatus. §. ſi maritus. Per hanc ſolutionem dices contra, quia donatio cauſa mortis tenet ab initio,ſicut legatum,& ideo dicendum eſt idem,quod in legato. Sed quid in donatione facta a patre in filium non emancipatum? In illa dicitur idem, ſicut in donatione inter vir.& vxo.quæ nõ tenet doc. qui nihil dicunt circa gl. adducunt hunc §. ad quæſtionem facti. Pone quod baro quidam promiſit ad magnam pœnam,quod nihil
2 †acquireret in terra alterius, contingit quod cepit magnam manum pignoris: nunquid incidit in pœnam? Non videtur ff.de pignorib.l.in quorum. Item facit ad hoc iſte §.quia res non videtur alienata, ſi detur pignori: ergo nec alij acquiſita. Sed contra.quia appellatione alienationis, continetur pignoris datio.C.de reb.alie.nõ alienan. l.fi. Finaliter dicunt, quod non committitur pœna, niſi eſſet res obligata pro tanto debito.quod non eſſet vnquam veriſimile poſſe redimi,inſpecta perſona obligantis,& eius ſtatu. ff. de leg.3.l. qui habebat.de ſupellectil.lega.l.legata.§.fin. Secundum eos
3 per has leges poſſet reſtringi intellectus huius † §. nam ſi teſtator dedit rem pignori,pro quanto valet,& plus, & ſit impotens ad redimendum, ſatis poteſt repræhendi mutatio voluntatis,nec ſit locus huic §.per dictas.ll.

1 *§.ſi vero ſenſus.2.*
3 *Alienata parte totum admitti.4.*
5 *Feudum totum ob partem amitti qui accipiendum.*

1 SI Vero. † Iſte §. videtur ſupponere, quod pars non alienata, debetur etiam ſi haberet animum adimendi, quia dicit omnimodo. & in ſequenti, diſtingui, an haberet animum adimendi, vel non, & tamen hoc videtur aperte falſum, quia legata ſolo animo adimuntur: vt l. militis. §. ve-
2 teranus.ff.de mili.teſt.Sed dicas,quod hæc † literas ſe reportat ad probationem,quia pars non alienata debetur, dato qđ legatarius nihil probet,ſed in alio caſu non. Si tamen hæres probaret in primo caſu,quod animo adimendi audiretur per iura prædicta. Iac.& Pe.inducunt hunc §.ad quæſtionem.
3 † Vaſallus,qui alienat feudum abſque licentia domini,ipſum perdit in feu.quę ſit prima cauſa benef.amit.§.fi. Pone,quòd alienat partem,nunquid perdit totum?Non videtur per hũc §.& quia nil videtur actum quandiu aliquid remanet &c.C. de his qui.vt indi.l.fi.Ad oppoſitum arguunt, quia res incepta habetur pro completa.ff.de aur. & ar. leg. l. non ſint. §. quid ergo. Ipſi determinant pro hac parte,ꝙ totum amittit,
4 †quia in indiuiduis qui delinquit in parte,reus habetur in toto, hæc eſt quædam indiuiduitas in feudo, quia ſi pars rediret ad dominum,non eſſet forte ſufficiens ad ſeruitium. vnde lex dicit,ꝙ ſi dominus ſit occiſus a familia,hæres qui aperiat teſtamentum,priuatur hæreditate,niſi quęſtio præhabita fuerit de familia. & idem ſi partem teſtamenti aperuerit. ff.ad Syllan. l. ſi quis in graui.§.ſi autem non totum. Si liber feudorum ſit authenticus, eſt caſus contra eos in feu. de
5 vaſ.qui contra conſti.lota.c.1.†Vnde aduerte quod quædam ſunt cauſæ amittendi feudum,quæ concernunt perſonam domini,& totum feudum, vt ſi vaſallus committat feloniam, & in quibus non eſt maior ratio, ꝙ vna pars feudi magis perdatur,quam alia,& in illis obtinet opin.doct.Sed in caſu noſtro eſt ratio perdendi vnam partem & non eſt ratio perdendi aliam, quia ſufficit quòd quis puniatur in eo in quo deliquit.ff.de his qui.vt indi. l. reſcriptum. & l. hæres qui. ad leg. Falc. l. Paulus. ideo non videtur opinio eorum procedere,nec de iure feudorum, nec Romanorum, ſalua eorum reuerentia.

1 *Rationes reddendæ.*
2 *Liberationem varie legari.*
4 *Liberandi modi.6.*
5 *Liberatio cui non proſit.*

a SI Quis a debitori. In gl. quod tribus,ibi cum alleg. l. Aurelio.§. fi. quia dolus non remittitur poteſt dici quod te-
b netur rationes reddere in groſſo. b ff.de leg.1.l. ſi ſeruus vetitus.imo plus,quia ſi dolus remittitur expreſſe nihilominus tenetur reddere chartas, & papyros, ff. de libe. leg. l. creditor

1 ditor.§.inter cætera. † In ea.gl.ibi, ne exerceat. Hæc gloſ. ſtomachauit Ia.& eum fecit prorumpere ad blaſphemiam di cit enim : Dic, mihi aſine, nonne idem eſt dicere hæredem meum petere nolo,vel damno hæredem meum, ne exerceat actiones ? Certe mirandum quomodo gl. de hoc fecit tertiũ modum.& primos duos repoſuit ſub vno, qui videntur ma-
2 gis inter ſe differre,ſed gl.vr intellixiſſe,ꝙ iſte modus † omnino differt ab alijs,quia qñ per hunc modum legatur, peti nolo. tunc indiſtinctè valet legatum liberationis, & poteſt agere legatarius,vt liberetur,vt ff.de lib.leg.l.quod mihi.
3 † Sed quando teſtator damnat hæredem, quod non exerceat actiones,tunc diſtinguitur,an valeat legatum,vel non,vt hic ſubijcitur,& patet in l.petitor.alleg.in gloſ.Nec forte poteſt agere,ve liberetur,cum hæc non videatur fuiſſe mens teſtan tis,& ſi agat,oportet quod dicat ſe habere malam cauſam,ꝙ non oportet quando legatur per verba illa peti nolo, & ita non vr idem modus, ſeu effectus legandi. Præterea iſte modus legandi obtinet in actionibus intentatis,vt patet in l.peti
4 tori.† alius in intentandis.vnde non ſunt idem,nec idem effectus, vt patet in ſuperioribus, & iſte intellectus non eſt aſininus.Do.Iacobe,ſatis poſſet dici, ꝙ vbi eſſent actiones intentatæ.quod eſſet vnus modus legãdi,peti nolo, vel damno hæredem, ne actiones exerceat, & in illo caſu poteſt ſaluari Iac. in fi.e.gl. contrarium not. quod teneat legatum in ſumptibus.ff.de leg.3.l.3. §. ſi rem. Sed illa poteſt intelligi,vbi teſtator habuit iuſtam cauſam : tunc enim valet legatum in principali, & in ſumptibus. Sed vbi iniuſtam, tunc non videtur valere etiam in ſumptibus: quia ſi non valet expreſſum,nec tacitũ,vt l.ſponſus.§.1.ff.de dona.inter vir. & vxo. In gl.licet res ſua.in fi.vide.ff.de leg.3.l.fideicom.§. ſi rem.
5 In gl.ſicut eſt bon.poſſ.in fin. †Sed quid de ſucceſſore ſingulari,qui tenet rem,quæ obligata erat pro debito, pro quo fuit liberatio legata debitori, vel rem pro qua teſtator poterat agere ? Dic non prodeſſe illi,& poſſe agi contra eum,niſi haberet regreſſum contra illum cui legata eſt liberatio. ff.de libe.lega. l.ſi quis reum.ideo iſte tex.loquitur notanter de vniuerſali ſucceſſore. In gloſſ.ſcilicet per acceptilationem ſed cur non competit ipſo iure liberatio, ſicut ipſo iure tranſit dominium rei legatæ,ſic ꝙ agere non oporteret, pro vtiliori deliberatione ? qui ſic ſtatuiſſet,non peccaſſet.verũtamen poſſet dici, quod obligationes magis inhærent oſſibus quam proprietates rerum:& non ita faciliter tranſeunt: vt ff.de pecu.l.Sticho.pro ſuo.l.3.Item dic,quod iſte §. procedit indubitate,quando reus liberandus eſt acceptilatione. Sed quid ſi pacto tantum liberandus ſit: iuxta l. ſi quis reũ ? Non videtur obtinere iſte §. quia fruſtra fieret cum competat exceptio ex legato.Dic contra,vt no.ff.de lib. leg. l. 3. §. nunc de effectu. In gloſ.ſed nunquid. Nec obſt. ff. de peti.
6 hær.l.pen.quia ſecus † in cautione.ſecus in pacto : vt d. gloſ. Et eſt ratio : quia difficilius eſt dare cautionem cum non ab omnibus &c. in auth. de depo. §. fin. quam pacto liberare. idcirco concedendum eſt,ꝙ facilius fiat per pactum, ad maiorem ſecuritatem, quam detur cautio ſuperflua, ſeu non neceſſaria.

a · Adnotatio.Si quis legatum liberationis, valet. & poteſt fieri in perpetuũ, & ad tempus,& contra.non valet legatum factum, a debitore ſuo creditori, niſi afferat ſibi aliquam vtilitatem.h.d.Are.

b · In gl.Omiſſa,ſcilicet ſcrupuloſa inquiſitione.

POTEST. Hoc caſu non poteſt agi. vt liberetur per acceptilationem. ſed an per pactum. dic quòd ſic,vt in l.Aurelius.§.centum.& in l.non ſolum.§.1.alleg.in gl.

1 *L.ſi creditor enucleari.*
2 *Legatum,quando & an validum.*3.
4 *L.ſi in metallum.ſenſus.*
5 *Legatum ſine perſona nullum.*
6 *Actionis furti mors.*
7 *Seruitutem iuſtam non extingui.*
8 *Actum an ſuperuenientia corruat.*

a Ex Contrario. In gloſſ.ſed nunquid in fi.[a] domi. Iac. & Pet.dicunt, quod quomodocunque ſit plus, vel in hypotheca,vel alias: ſemper tenet legatum.per l.ſi creditor.ff.de
1 libe.leg. † Sine dubio illa lex videtur expreſſe contra gloſſ. quia ibi non continet plus actio de dictis quatuor modis: quoniam honorarie additur ciuilis,& tamen valet legatum. Vnde aduerte ſi legatum non afferat emolumentum, vel in
2 obligatione bonorum, vel alias,tunc non valet, † vt ſi quis teneatur actione bonæ fidei,& obligauit bona. ibi enim nullum emolumentum affert,quia non additur obligatio bono. quæ iam erat contracta. Item nec per legatum additur curſus vſurarum, quæ currunt in actione bonæ fidei, ſicut in actione ex teſtamento. Vnde non valet, ſed vbi teſtator legat illud quod debebat per obligationem perſonalem tantũ, videtur ꝙ ſemper valet: quia additur realis hypothe. & rei vendicatio ſi ſpecies debeatur:vt dixi ſupra in prin.tit.& dominium ſtatim tranſit in quo eſt emolumentum.ff. de leg. 3. l.3.§.ſi rem.Plus dico ꝙ vbicunque legatur,id quod debetur ex contractu ſtricti iuris: quamuis prima eſſet ſub obligatio
3 ne bonorum : ꝙ † valet legatum, quia ſemper eſt plus in re propter vſuras,quæ currunt in actione ex teſtamento, & nõ in actione ſtricti iuris.C.in quib. cau. in integ. reſti. non eſt neceſſ.l.in minorum.& hoc de iure ciuili,ſed attento iure ca nonico ceſſaret hęc ratio.Item ceſſaret,ſi eſſet vſuras creditor ſtipulatus : vnde illo caſu non crederem valere legatum. Aduerte ergo ad naturam contractus & rei. Et ſi reperias ꝙ emolumentum aliquod afferat, dic valere, alias non. Nec obſt.ff.de leg.3.l.ſi deportati.§.fi.quia non valet,vt poſſit fideicommiſſo onerari. valet tamen vt agi poſſit. Quid ergo dices de his, qui dicunt tota die in teſtamentis: volo debita mea perſolui,per manus executorum meorum?nunquid creditores virtute illius clauſulæ poterunt agere vel implorare officium iudicis,quod virtute illius clauſulæ faciant ſibi ſolui ? Dicas quòd ſi legatum debeat importare emolumentũ, quia forte habuit executores ad hoc obligatos, quia nõ ſunt nudi miniſtri. iuxta illud quod ſcripſi C. de epiſco. & cle. l. nulli. vel forte eſt prõptior executio,de conſuetudine,vel de iure.quod tenet leg.alias non.In gl.no.arg.in fi.Iaco.& Pet. dicunt ꝙ hæc via brocardica ſoluitur per hunc tex. quia quãdo actus peruenit ad caſum à quo incipere non potuit, aut erat completus,& perfectus,aut non.primo caſu tenet,ſecundo non.vt hic,cum dicit,quia quod ſemel conſtitit &c.hanc eandem ſolutionem ſequitur Dyn. qui plures allegationes colligit,pro & contra.extra de reg.iur. c. factum legitime. Sed contra hoc,& contra hunc §. facit aperte ff. de his, quæ
4 pro non ſcript.habent l.ſi in † metallum.in fi.ibi.n. conſiſtit ab initio legatum, & tamen redactum ad caſum a quo incipere non potuiſſet, annullatur. quantum tangit,contrarietatem huius §. gloſ. ſoluit ibi. caſus contingens in perſona legatarij impedit, hic vtilitas rei legatæ, & ita vult concludere,quod caſus ſunt diuerſi,non aduerſi. Sed certe ad minus non videntur diuerſi in ratione, quia eadem videtur ratio in vtroque, niſi des cauſam diuerſitatis. Sed dicas, ꝙ eſt ratio,quia quando dies vel conditio viuo teſtante euenit, nullum abſurdum ſequitur ſi legatum teneat, & debeatur,
5 quia eſt perſona † cui debetur, & res quæ deberi poteſt, ſed vbi teſtator redimit ſeruum alienum, non eſt perſona, in qua poſſit conſiſtere legatum. vnde ſine perſona ſtare non poteſt. & ideo non mirum, ſi ſit nullum, & pro non ſcriptum. & hoc quantum tangit contrarietatem huius §. ſed quantum tangit viam brocardicam obſtat primo membro. Item obſtat, quia ſacerdotium recte datur, & perfecte amittitur, ſi ſacerdos contrahat cum corrupta, quia venit ad caſum &c.in auth.quomodo opor. epiſco. & cleric.
6 ad ſa. ord.perue.§.ſancimus.verſicul.& neque. † Item quia actio furti, perfecte quæſita extinguitur,ſi perueniat ad caſum a quo &c.ff.de fur.l.falſus,§.fin. Quidam addunt ad diſtinctionem præcedentem, quia aut venit ad caſum illum, facto illius, ad quem res pertinebat, aut alterius. primo caſu annullatur, ſecundo,non. Et ita ibi no. Sed contra hoc,
7 quia ſeruitus † recte conſtituta non tollitur, quamuis facto acquirentis perueniatur ad caſum &c. ff. de verb. obl. ſi ſub vna.§.1. Item ob. ff. de ritu nup. l. ſi qua. Item ad ſecundum membrum, quod initiatum licet non perfectum non vitiatur, nec caſus ſuperueniens impediet. ff. de ritu nup. l. ſi quis

ſi quis in ſenatorio.Si vis euadere, dicas ꝙ vbi caſus ſuperue
niens eſt talis, ꝙ ex diſpoſitione iuris,vel ratione actum an-
nullat,vel forte, quia ſequeretur non compatibile,vel abſur-
8 dum vel ex † alia cauſa,tunc caſus ſuperueniens &c.alias ob
tinet regula quæ hic traditur.ff.de re.iur.l. in ambiguis.§.nõ
eſt nouum.ad leg.Fal.l. verbis legati. Et hoc in his quæ con-
ſtiterunt ab initio,quia in his quæ pendebant,& retrotrahũ-
tur inſpicitur ſtatus ad quem retrotrahitur, vt ff.ad Mac.l.1.
§.ſi pendeat.& hæc faciunt ad illa quæ Dy.no. in dicto c.fa-
ctum legitime, quæ congruenter potes hic adducere. dic vt
ibi.Item facit, ꝙ ſi quis de genere virtute conſuetudinis re-
trotrahat rem a ſuo proximo venditam & moriatur penden
te lite extraneo inſtituto, quod extràneus non admittatur,
contra.ff.de inoffi.teſta.l.poſthumus.§.fi.

a Adnotatio. In fi.Iſta gl. dicit verum, reſpectu hypote. ſed reſpectu domi-
nij valet legatum.Ang.

1 *Dotalia quando reddenda.*
2 *Legatum dotis quando teneat.*
3 *Legatum generis, an validum.*
4 *§.ſed ſi vxori ſenſus.*

a Sed. Si vxori.[a] In glo. ſcilicet in commodo.ibi,cum di-
1 cit olim.gl.ſupponit † quod immobilia olim reddebãtur an-
nua bima &c.quod poſſet obtinere,quandocunq; morte ſol-
uebatur matrimonium,ſecus ſi diuortio,vt not.ff.ſolu.matri
mo.l.diuortio. Vel dic.quod olim ſtatim reddebantur vt d.l.
diuortio.Sed ſecundum hoc non videtur,quod hodie teneat
legatum dotis,quo ad res immobiles, cum non eſſet commo
dum repræſentationis, ſi ita nullum emolumentum afferat.
Præterea, ſi vera eſſet opi.Iac.de Ra.qui dicit C.de rei vxo.
act.§.exactio.quod mobilia ſtatim debent reſtitui, ſi extent,
& ſint parata, ceſſat etiam prædicta actio,in caſu illo.Nec di
cas,quod propter aliam rationẽ teneat,quæ eſt ff. de do.præ
leg.l.1.§.eſt & aliud. quia illa etiam, ceſſat quia hodie non
fieret retẽtio ob res donatas, vt d.l.1.§.ſileat.de rei vxo.act.
2 Videtur ergo, quo non teneat † legatum dotis, niſi in caſu
quo poteſt afferre aliquod emolumentum vel commodum
repræſentationis,vel alias,vnde ſi nulla eſſent mobilis in do
te,vel ſi eſſent, & eſſet pactum, quod ſtatim redderentur,nõ
videretur tenere, iuxta illa quæ dixi ſupra proxi.§.

In ea.gloſ.ibi,niſi in Falcidia. Falcidia enim detrahitur de
cõmodo repræſentationis,non de ipſa dote.ff.ad leg.Falc.l.ſi
vſus.§.1.& no.eod.titul.l.cum dotem.ff.eod l.2.§.idem quæ
rit.In fin.eiuſdem gloſ.expreſſe autem non videntur legatę.
ff.de leg.2.l.nemo.§.1. & ibi not.& in l.3.C. de Fal.cauſa a-
diec.Super tex.inutile eſſe niſi probetur pecunia numerata,
vel dos ſoluta, vt C.de Fal.cau.adiect.l.3.Nam tunc videtur
legatum valere.Item ſuper verbo, certum corpus.Huic ver.
obſtat. ff.eo.l.1.§.adeo ver.nam ſi quis.Gl.ſoluit ibi,quia aut
quantitas exprimitur,vt corpus,& nõ debetur,quamuis fue-
rit certa, aut quantitas in genere, & tunc debetur.Sed huic
ſolutioni videtur obſtare hæc litera, quæ videt̃ dicere, quod
quantitas certa fuit legata, & vt corpus, & dici deberi.Item
obſtat.§.quiſquis. de le. Lucius. vbi teſtator referrebat ſe ad
certum corpus,& valet legatum.Dic plenius,quod aut lega-
3 tur quantitas certa,vt quantitas, tunc † ſemper debetur,vt l.
legaui.de li.lega.& d.l.3.C.de fal.cau.Aut vt ſpecies,ut lego
centum,quæ ſunt in illa arca.tunc non valet, vt §.adeo.Aut
eſt dubium, quomodo legatur, & tunc aut teſtator ſe retulit
ad certam quantitatem, quam aſſerebat de præſenti extare,
& tunc legatur, vt ſpecies.ff. de lega.1.l.plane.§. ſed ſi non
corpus.Si vero non refereba. ſe ad certam ſpeciem,ſed in ge
nere, & ad cauſam certam, ſicut dotis, vel aliam, tunc ſi ſit
cauſa ex qua conſueuit pecunia deberi, vt quantitas ſicut do
tis,vel mutui, præſumitur legata vt quantitas.Et eſt idem ac
ſi ligetur vt quantitas,vt l.ſi non deſignata.alleg.Si vero cõ-
ſueuit deberi vt ſpecies, ſicut ex cauſa depoſiti, tunc præſu-
mitur vt ſpecies.& eſt idẽ,ac ſi legetur vt ſpecies. Sed obſtat
§.quiſquis. quia ſm hanc doctrinam, non valeret legatum,
hoc vltimo caſu, tñ conſtat de contrario, vt ibi dicitur, quia
ille §.loquitur, vbi legatur illi penes quẽ depoſuiſſe ſe dice-
bat.ſecus ſi alij.ſm Dy.qui præmiſſa notat in §.adeo.Intelli-
4 ge † ergo hunc tex.cum dicit,ſi vero certa pecunia, vt quan
titas,vt 10.vel 20.nõ certa vt ſpecies, ſeu vt certum corpus,
ſed litera non videtur hoc pati, quia videtur loqui vbi pecu
nia fuit legata,vt ſpecies.æquiparando huiuſmodi legatum,
legato fundi.Sed dic, quod hæc litera loquitur vbi res exta-
bat,veruntamen falſa demonſtratio erat in cauſa, v.g.Centũ
illa quæ in arca habeo,quę recepi in dotẽ ab vxore meo vxo
ri meæ lego. quamuis enim nihil receperit, ex quo tamen
certa eſt quantitas, & eſt in arca,debetur. & h.d.iſte.§.Sed ſi
nihil eſſet in arca,tunc nihil deberetur, vt §.adeo.Dic ergo,
aut legatur certa quantitas, vt quantitas,& deberetur,vt d.l.
3.niſi in caſu dictę l.virilis.§.ſi quid de leg.præſtan.ff.vt no.
d.l.3.aut ut corpus, tunc aut extat, & debetur,non obſtante
falſa demonſtratione,ſeu cauſa, aut nõ,& tunc non debetur.
& hæc ſola diſtinctio videtur ſufficere ad omnia contraria.

a Adnotatio. Sed ſi vxori. Legatum dotis, factum a marito vxori,valet,etiã
ſi maritus nullam dotem habuit: dummodo in legato certum exprimatur.
Quærit hic Ang.quid ſi dos fuit promiſſa marito, ſed non data,legãdo dotem
vxori,nunquid maritus videatur legaſſe vxori. vide hic per Ange. circa fin.§.
ver.extra gl.quæro.

1 *Cedenda an rem ſuam actio.*
2 *Cedi quæ non competunt.non debent.*
3 *Cedere non liberatus debet,in liberato contra.*
4 *L.hæres.ſenſus.*
5 *§.ſi res legata ſenſus, & locus.8.*
6 *Manumittere vetanti, quando an non parendum impune.*
7 *Teſtatoris factum hæredis eſſe qui accipias.*
9 *§.ſi ſeruum.ſenſus.*
10 *Hære an ignorantia excuſandus.*

a Si Res legata.[a] In gl.vel non compareat.in fi.[b] dic ff.de
b leg.1.l. cum ſeruus. vbi diſtinguuntur quatuor tempora, vt
ibi plenius not.In glo.quia qui in ſpecie. in fi.Sed an tenetur
cedere actiones,contra interficientem? ſunt opiniones.Quæ
dam enim gloſſ.videtur tenere,quod ſic, vt not.ff.de dolo.l.
arbitrio §.fin.gloſſ.fin. in fin.Quædam, quod non.ff.ad leg.
Aquil.l.proinde.Iac. tenet primam.pro quo ff.de condi.fur.
l.ſi ſeruus.§.boue.de contrahend.empt.l. quod ſæpe.§.ſi res.
Item in d.l. proinde. Petr. de Bellaperti. quem moderni ſe-
quuntur, tenet ſecundam, per dictam l.arbitrio.§.fin.& l.ſi
fideiuſſor.Quid dicemus? Pro Iac.facit ff.de furt.l.cum qui.
in princi.de adminiſtratio.tuto.l. fin. de peti.hære.l. quod ſi
in diem.§.item Iulianus. & videtur expreſſum de pericu. &
commo.rei vend.l. lectos cum l.ſequent. Pro Petro videtur
multum facere.ff.de hæred.vend.l. venditor hæreditatis.cir
ca medium.in verſic.nam ſi eundem.vbi dicitur,quod ſi ha-
beat rei pretium, non tenetur reddere, ergo multominus
1 actionem cedere.In hoc eſt aduertendum, quia † interdum
quis habet actionem ad rem, tanquam ad ſuam, interdum
tanquam ad rem ſibi debitam. vbi habet actionem, vt ad
ſuam, (quia verus ſit dominus) tunc nihil debet remanere
penes poſſeſſorem, & ideo pro eo, quod extat, ſiue corium
ſit, ſiue caro, datur actio contra poſſeſſorem, etiam ſi nihil
habeat, niſi actionem, quæ ei competat,ſaltem ad hoc quod
cedat, vt d.l.ſi ſeruus.§.boue.ff. de leg.2.l mortuo. cum no-
tatis ad l.Aquil.l.huic.in prin.In eo quod diſtinguit,an ante
aditam,vel poſt.ff.de rei vendicatio.l.Iulianus ſcribit, ſi ho-
minem. §. Iulianus. ait non ſolum &c. aut tanquam ad ſui
debitam, tunc aut nulla actio competit contra occidentem,
2 quia forte nil eius intereſt, quia liberatur interitu † ſpeciei,
tunc fruſtra quæritur, an actionem cedere teneatur, cũ nul-
la ei competat, vt d.l.arbitrio.§.fin.cum l.ſequen.Aut com-
petit, quia forte eius intereat, & tunc aut præceſsit mora,
3 vel conuentio, vel aliud propter quod † non liberatur per
interitum, & iſte articulus non cadit in terminis noſtræ
quæſtionis, quia nos quærimus, quando liberatur interitu,
an teneatur cedere actionem. In iſto autem articulo non
liberatur interitu, vnde clarum eſt, quod tenetur ad rem,
vel æſtimationem, vt dixi ſupra. §. ſi res aliena.vel ad ce-
dendum actiones, vt dicta leg. idem Iulianus. Aut libe-
ratur, tunc ſi non omnino, quia res non eſt omnino perem-
pta, ſed in eo tantũ, quòd deterioratum eſt, tenetur cedere,
vt d.l.

vt d.l. huic ſcripturæ.2.reſpon. & ita loquitur l.lectos. iuncta l.ſeq.ff.de peri.& commo.rei ven.ibi enim ædilis conſcidit lectos,ſed non combuſſit:& ita ſaltem remanebant fruſta ſeu petiæ & ideo non fuit liberatus venditor omnino. Et ſic nihil facit ad quæſtionem,quæ loquitur vbi res fuit perépta omnino & debitor liberatus.quo caſu videretur, ꝙ non teneretur cedere per dictas ll. huic ſcripturæ.i.reſpon.& l.venditor.In gloſ.contra.ff.de leg.præſt.Quidam habent hic naturam.alij non.nam in d.titu.non reperies l.naturam. ſed bene reperies l.nam naturā.in qua non labores,quia nil facit ideo gloſ.non ſoluit.In glo.ſ.ad æſtimationem.ibi,ff.qui,& a qui. l.hæres.Hæc gl.eſt male ſituata hic, debet enim eſſe ſuper ſequenti verſ.ſi vero hæredis.contra quam gloſſ. debet opponere de d.l.hæres.allega.in glo.
4 Nam ibi dicit† ꝙ tenetur hæres,qui manumiſit,& ſupponit,quod æſtimationem.per d.l. ſi quis inquilinos.§.1.& ita ſupponitur quod manumiſsio tenet:& tamen in d.l.dicitur,contra ꝙ nō teneat.gl.reſpondet & videtur fuiſſe additio legis.& caue , ꝙ ſit bene ſcripta.dicit enim, ſed hic non dicit tenere manumiſsionem· ſed quod non minus valet legatum, quo ad æſtimationem, ſed hoc nō videtur procedere:nam ſi non valet manumiſsio, quare agit ad æſtimationē?imo res ipſa petenda eſt.ſ.§.ſi res aliena vbi
5 dixi.Certe verum eſt, ꝙ illa lex non obſtat huic §.quia † hic dicitur hæredem teneri,ſed nō aperit ad quid, an ad ſeruum vel æſtimationē.Sed obſtat gl.quæ dicit ad æſtimationem.vt d.§.1.de l.ſi quis inquilinos.Sed ſolue,vt no.in d.l.hæres.& plenius.ff. de manu.l.ſeruum qui ſub conditione.vnde dic,ꝙ aut legatur ſeruus proprius teſtantis, & non pōt manumitti vt l.ſeruum.aut hæredis,tunc ſunt duę gl.variæ,tamen vt in pluribus ſequuntur Io.vt valeat manumiſsio,& teneatur hæres ad æſtimationem , vt not.in d.l.hæres.& l.quidam.§.fin. ff.ad Treb.& hoc ſiue teſtamento manumiſerit, ſiue inter viuos, quamuis gl.quandoq; aliter dixerit. Sed quādo teſtator
6 † prohibendo ſeruū hæredis manumittit, impedit libertatē, ſicut ſi prohibet ſeruum proprium.ff. de manumiſſ.teſta.l.ſi quis ita.§.1.C.de teſta.manu.l.contra voluntatem .& tamen legādo nō impedit,ſi leget ſeruū hæredis, ſed ſi propriū ſic. Solutio, ſi prohibitio impediret manumiſsionem ſerui hæredis,in nullo ſatisfieret voluntati defuncti, ſeu teſtantis,ſi hæres faceret contra.at hic ſatisfit: quia æſtimatio præſtatur legatario, vt hic no.Quid ergo, ſi prohibuit manumitti ſeruū hæredis, & in caſu quo contra fieret, legauit æſtimationem, vel pœnam alicui?vr̃ attenta hac ratione, ꝙ tunc poſsit manumittere,nec ſit locus illis legibus. In gloſſ. cur ſecus.in fi. hæc ratio videtur in cōtrarium, quia magis factum eſt eius, qui recipit & manumittit, quam qui ſolum recipit,& non le-
7 gauit,ſed glo.vult dicere, quòd factum † teſtatoris,cenſetur factum hæredis, cum fingatur eadem perſona,ſed hoc nō poteſt dici quo ad tractatum ignorantiæ,quia probabilis ignorantia , non cadit in facto proprio.ff. pro ſuo.l.fin. & tamen iuſte cadit in facto teſtatoris.ff.de regu.iur.l. qui in alterius. ideo vr̃ melior ratio quæ ibi no. vel dic, quod iſte §.obtinet
8 † vbi non cadit probabilis ignorantia , quia hæres iam adiuerat hæreditatem,& ſciebat,vel veriſimile eſt, ꝙ ſcire poterat onera,& ꝙ ſuper hoc fecerat diligētiam, & ideo tenetur quamuis legatarius non probet ſcientiam.ſecus ſi poſſet habere probabilem ignorantiam , quia forte ante apertum teſtamentum , vel antequam ſciret ſibi delatam hæreditatem manumiſit,nam tunc non videretur teneri.ff. de liber.leg.l. cum hæres. & ibi uidetur notari, & eodem modo poteſt in-
9 telligi † l. ſi ſeruū.ff.de manumiſ.quia ſic non poſſet cadere, probabilis ignorantia ſecundum qualitatem facti, quia forte tanquam ei ſolutum fuit debitum, ex contractu ſuo, de quo ipſe eſt,vel debet eſſe certus, tunc indiſtincte tenetur ad pretium.ar.ff.de do.cau.mor.l.ſi is cui.ſed ſi fuit ei ſolutum,tanquam debitum ex contractu alterius, forte procuratoris,vel prædeceſſoris ſui,tunc non tenetur niſi ſciret & hoc ſatis cō
10 ſonat rationi , tn̄ de mente legum vr̃ , ꝙ nulla † ignorantia excuſet hæredē,ſed recipiētē indebitū excuſet, & ideo adhęrendo literæ,eſt melius ſequi illud,qđ no.in l.ſi ſeruum. Sed contra illam rationem, quæ ibi redditur,facit d.l.cum hæres vbi iuſta ignorantia videtur excuſare:ſed ego intelligo illud, quod ibi dicitur , quod poſt aditam , poteſt repeti &c.maxime , nam idem ſi ante per hanc legem , cum concordantijs.

a Adnot. Si res legata.Si res legata ſine facto hæredis perempta ſit, vel ad impoſſibilitatem deducta ſit, legatario perit, & hæres ſeruo legato eius facto intercedente a ſe vel ab alio manumiſſo hærede , etiam ipſum ſeruum legatū fuiſſe ignorante , tenebitur ad æſtimationem eiuſdem.h.d. ſecundum Bald. vſque ad §.ſi quis ancillas.

b In fi.De quo vide gl. in l.cum ſeruus.eo.tit.& in l.ff.de iu.

c Sunt opinionc.Ang. tenet quod non tenetur cedere actiones legatario.vide eum hic.

1 §.*ſed & ſi alij enucleatus.*
2 *Hæredis ſucceſſoris factum adſcribi.*

1 Sed & ſi alij . Intellige † hunc §.ſi extret ſeruus nam ſi mortuus ſit,nō tenetur,quāuis in culpa fuerit manumittendo.ff.de act.& obl.l.is. qui ex ſtipulatu.& ita etiam intellige. ff.de ver.obl.l.ſi ſeruum §.1.& §.de illo. Sed cū manumiſsio ſimilis ſit morti,cur hæres tenetur ſeruo,per illum in quem tranſtulit manumiſsio, & tn̄ eo mortuo non tenetur? Poteſt
2 dici ꝙ † factum ſucceſſoris reputatur ſuum,& illa culpa,quę fuit contracta alienando,erat ordinata ad caſum illum. Cogitare enim hæres potuit,quod ſucceſſor manumittere poſſet, ſed culpa , quæ contrahitur manumittendo non eſt ordinata ad caſum mortis, ideo non facit teneri de interitu.

1 *Matris & patris legatum duplex.*
2 *Legata vacca partum non deberi.*
3 *Bona, quando & an perſonam ſequantur.*
4 *Præbendam irrita dignitate deberi.*
5 *Peculium cum vicarijs an debitum.*

a Si quis Ancillas. a In gloſſ.quia duo ibi , cum allegat de pec. leg. l.3. & adde ff.de lega. 1.l.ſi quis.Quid ergo, ſi prægnans moreretur , & partus ex matre ſecta extraheretur viuus, nunquid debetur?Non videtur per hāc ſolutionem, ſed
1 tn̄ poteſt dici † contra, quia cum homo homini non accedat vt j.no.Poteſt dici.quod ſint duo legata principalia. Nec obſtat,ꝙ ſit portio viſcerum, quandiu eſt in ventre, quia nō ex hoc ſequitur,quin poſsit legari per ſe.ff.de le.1.l. quod in rerū natura,& ita attenta iſta ratione valet legatum quaſi prin
2 cipale. † In gl. quia acceſsio ibi, cum allegat l.iuſtiſsime.per hanc rationem vr̃,ꝙ ſi legat equam , vel vaccam cum fœtu, quod equa vel vacca mortua,nō debeatur fœtus.& ita iſte.§. in princ.obtinet tm̄ in ancillis legatis. Item quod hic dicitur obtinet in his quæ ſe habēt per modū principalis, & acceſſorij.ſecus ſi vnū non eſſet de natura,ſeu acceſsione alterius,vt ſi dicat,lego equū cū aſino,tūc perinde eſt,ac ſi diceret equū
3 & aſinum,ſm̄ Iaco.& Petr. † Etiam hæc faciunt ad quæſtionem de eo qui intrauit monaſterium,ꝙ ſi non valeat ingreſſus ex aliqua cauſa, nec dedicatio bonorum. Sed ſi diceret expreſſe do me & mea.tūc eſſent duo principalia, & ſi non valeret vnum, nihilominus valeret aliud, ſm̄ eos.Quid ſi non diceret, do me & mea, ſed dicat.concedo me huic monaſterio,cum bonis meis? Videretur per hanc theoricā,quod tūc non valeret datio bonorū,vitiato ingreſſu,quia bona ſunt acceſſoria ingreſſui de natura ſui , vt auth. ingreſſi. C. de ſacroſ.eccl.ſicut hic peculiū,igitur ſi non valet principale,nec acceſſorium vide in d.auth.ingreſſi vbi conſueuit de hoc agi ſolenniter.Item poteſt induci ad multa alia , vt ſi papa con-
4 ferat † dignitatē cū præbenda, qđ valeat collatio præbendæ quamuis non valeat collatio dignitatis propter defectum ætatis,vel alias, niſi præbenda eſſet acceſſoria.extra de præbend.c.ſuper eo.lib.6.eo.ti.c.ſi.in cle. Et not.quod peculium cenſetur acceſſorium, vbi legatur alij , ſed & ipſi ſeruo cum libertate ſecus.ff.de pecul.lega.l.cum dominus.§.1.
5 In eadem gl.in fi.videretur idem , ſi eſſent † in peculio vicarij, & aliæ res, eadem ratione.Obtinet ergo iſte §.qn̄ vicarij exprimuntur.Quid ergo, ſi legat ordinariū cum vicarijs, & peculio, tunc vr̃ obtinere : qua ſeparet vicarios a peculio. ff.de pecul. legat.l. ſi peculium.§. ſi ſeruus . & facit pro hac gl.ff.de rei ven .l.vendicatio.de vſur.l.equis. cum ibi notatis.

a Adnotatio. Si quis ancillas. Duabus rebus , æquæ principalibus , mediante copula legatus , vna perempta , alia debetur : ſed ſi vna alterius eſt acceſſoria

ceſſoria, perempto legato, quo ad principalem etiam quo ad acceſſoriam extinguitur. h. d. ſecundum Bal. vſque ad §. ſi grex.

1 *Inſtrumenti legandi formæ.* 3.
2 *Alienatione quod inſtrumentum extinguatur.* 4. 5.
6 §. *Idem eſt ſenſus.*

Idem est. In glo. huic primo. ibi cum dicit: ſic loquitur. Iſta non valet, vt ibi no. & in ſimili ſ. de rerum diui. §. 1. In ea. glo. ibi cum dicit: ſub tantum ſupra de vſu & habi. §. fi. iſta gl. hic vult ſe referre ad opinionem quorũdam, quæ not.
1 plenius. C. de verb. ſign. l. 2. vbi no. in 2. oppoſitione † ꝙ ſiue legetur fundus cum inſtrumento: ſiue fundus inſtructus: ſiue fundus, & inſtrumentũ, ſemper vr̃ fuiſſe legatũ inſtrumẽ
2 tum fundi, & patriſfa. Et alienato † fundo, extinguitur legatum inſtrumenti fundi vt hic: ſed non inſtrumenti patriſfa. vt l. cõtraria. & ſic quo ad reuocationẽ concordant cum ſolutione Azo. quæ plenius not. in d. l. 2. & in d. l. contraria. vbi dicit Dyn. ꝙ ſolutio Azo. eſt vera: ſed in d. l. 2. gloſſ. diſcordat in primo dicto vbi dicit, ꝙ vbi legatur fundus cũ inſtrumento, non venit in legato inſtrumentũ patriſfa. Et ideo in duobus modis legandi, quãdo legatur fundus inſtructus, vel fundus & inſtrumentum, alienato fundo, valet legatum in inſtrumento patriſfa. vt ibi, ſed non in inſtrumento fundi, vt hic. doct. Ia. & Pet. dicunt eſſe duas differentias inter hæc le
3 gata. Vnã, ꝙ ſi legetur fundus inſtructus, † venit in legato inſtrumentũ fundi & patriſfa. ſed ſi legetur fundus, cũ inſtrumento, vel fundus & inſtrumentũ non venit inſtrumentum patriſfami. & hæc differentia eſt vera, & olim & hodie. Sed eſt alia, quia quãdo legabatur fundus cum inſtrumẽto, alienato fundo, extinguebatur legatũ inſtrumenti: ſed in alij duobus modis legandi nõ, vt no. in d. l. ſi cui. alleg. in gl. Sed hæc differentia hodie corrigitur in altero caſu: quia quando lega
4 tur fundus inſtructus alienato fundo, extinguitur † legatum inſtrumenti. ſicut quando legatur fundus cum inſtrumento: ſed ſi legetur fundus, & inſtrumentum: remanet legatum in inſtrumento per l. ſi cui, quæ hic non corrigitur quo ad hoc, nec de eo fit mentio, & eſt ratio, quia duo ſunt legata principalia, vt dictum eſt ſ. prox. §. & ſic videretur accedere ad proximã ſolutionem: quia lex, ſi cui. corrigitur hoc caſu. & huic ſolutioni videtur accedere gloſ. in d. l. ſi cui. ibi cum dicit: quod ſatis dici poteſt. Ego credo quod prima differentia quam Iacob. & Petr. ponit, ſit vera & olim & hodie. In ſecunda credo, ꝙ verum dicunt in altero membro, videlicet,
5 ſi legetur fundus & inſtrumentum, quòd † alienato fundo remaneat legatũ in inſtrumento, quia duo ſunt principalia legata vt dixi. Sed in alio caſu: videlicet quando legatur fundus inſtructus: credo ꝙ remanet legatum in inſtrumento patriſfam. vt l. ſi cui. ſed non in inſtrumẽto ipſius fundi vt hic, & ita euitabitur correctio quæ regulariter non fit in hoc libro. quia hic liber nullas, aut paucas conſtitutiones noui iuris introductorias, continet: ſed factas colligit, & recitat, vt ſ. pro faciliori introductione ſ. in proe. §. cunque. Et eſt videre per totum hoc volumen. Quidam contra primam differentiã voluerunt dicere, ꝙ eſſet differentia inter hæc verba. fundus vt inſtructus eſt & tunc veniat inſtrumentum patriſfa. & illa fundum inſtructum, & tunc non. quos confundit. §. Neratius. & §. Papa. d. l. quæſitum. Sed quare eſt plenius huiuſmodi legatum fundi inſtructi, quam aliorum duorum? Reſpondeo propter vim & verba: quia vbi legat fundum cum inſtrumento, vel fundum & inſtrumentũ, ſemper fit relatio ad fundum, ſecundum verum modum intelligendi, & conſtituendi: vnde quando dicitur, cum inſtrumento vel inſtrumẽtum, oportet ſubaudiri, fundi: alias nihil ſignificaret, ideo venit inſtrumentum fundi tantum, ſed in alio modo legandi fundi inſtructum: ſicut inſtructus eſt, non obtinet hoc, imo ſignificatio eſt larga, & poteſt referri ad omnia, quæ paterfa. in fundo habebat, vt eſſet inſtructior. Vt er
6 go † hunc tex. ſane intelligas, ibi cum dicit: extinguitur ſub. quo ad legatum inſtrumenti fundi, ſed non quo ad legatum inſtrumenti patriſa. vt d. l. ſi cui. quæ alias obſtat: & eſt ratio, quia vnũ eſt magis acceſſorium ipſi fundo, quam aliud: ideo facilius accedit ad naturam principalis ſui.

1 *Collegium quot conſtet.*
2 *Collectionem vno ſubſiſtere.*
3 *Vnionis effectus.*
4 *Grege legato vnum reliquum non deberi.*
5 *Collegii & gregis differentiæ ratio.*

1 Si grex. † In glo. qui ex 10. in fi. quot equi, boues, vel aſini. dic, vt ibi, ſed homines tres, faciunt collegiũ. ff. de verſigni. l. Neratius. decem populũ. 10. q. 3. ca. vnico. 10. vel 15.
2 turbam, ff. vi bono. rap. l. fi. §. 1. † In glo. ſic. ff. in fi. facit quòd ſi collegium redigatur ad vnum, ꝙ ille ſolus poſsit eligere, vide extra de elect. c. 1. de iure patro. c. paſtoralis. per Innoc. Item quod hic dr̃, obtinet ſiue viuo teſtatore, ſiue mortuo ad vnã redactus fuerit grex, vt l. grege. ff. de leg. 1. ſecundum doct. qui nituntur repræhendere hic quandam gl. cõtrarium ſupponentem, quam ego non habeo. In glo. tria in fi. Et facit
3 iſte. §. quòd † ſi quis impetrauit canonicatum in aliqua eccleſia, cum expectatione præbendæ, ꝙ ſi poſt vacauerit aliqua præbenda, cui forte facta fuerit vnio, etiam pendente expectatione, ꝙ totam præbendam habeat virtute gratiæ. Item credo ꝙ hoc dicitur obtinere in omnibus quæ habent pertinentiam, vel manerium cum pertinentijs. Sed idem videtur in ſingulari legato. ff. de lega. 1. l. quod in rerũ. §. ſi quis poſt. & l. ſeruum filij. §. ſi areæ. & ideo iſte. §. videtur inutilis. Dic ꝙ idem eſt in vtroque. ſed in grege erat maius dubium, quia quando reducitur ad vnam, vel minus vna, deſinit eſſe grex
4 vt l. grege. ſ. alle. & ita videbatur, ꝙ ſicut per interitum † ſpeciei, reuocatur legatũ ſingularium rerum, ꝙ reuocetur legatum gregis, cum vnũ corpus cenſeatur, vt hic, & tñ contra ſtatuitur vt ſupra proxim. & in caſu illo non conſideratur vt vnũ corpus, ſed vt multa, ſicut & in l. rerum miſtura. §. fi. de vſucap. Sed quæ eſt ratio, quare in ſuperiori caſu, habe-
5 tur conſideratio † ad ſingularitatem, hic non? reſpondeo, vt vtrobiq; fauor legatorum extendatur. Item dic, ꝙ iſte §. obtinet etiam ſi augeatur poſt mortem teſtatoris, & ante morã ſecus ſi per moram ſingularitatis, fuiſſet legatum. ff. de vſuf. l. equis. eo. ti. l. Herennius. cum not. in qualibet.

1 *Legati quando dominium quæratur.* 3.
2 *Legati dies quando cedat.*
4 *Conditio tacita pura, quique accipiendum.*
5 *Conditio quando pura, aut ſuſpenſiua.*
6 *L. cedere. & l. in omnibus. conciliari.*

2 Si peculium. [a] In gl. tria tempora ibi, cum dicit, re
1 lictũ eſt vnũ, vt hic. In hoc dic plenius, qñ † pure eſt relictũ vel in diem certã, quod aut quæritur quãtum ad tranſmiſsionem, aut quantum ad dñij tranſlationem, aut quantũ ad obligationẽ. Primo caſu dic, vt hic. Secundo caſu, diſtingue plenius, quia aut res erat aliena, & tunc a tẽpore traditionis factæ de voluntate dñi, alioqui a tempore vſucapionis completæ ff. pro leg. l. 2. & idem ſi res hæredis legatur. ff. de leg. 1. l. ſi hæredis ſeruus. cũ no. per Azo. ibi & no. ff. de ſerui. l. Papi. de ac. emp. l. Titius. la 1. Sed contra no. C. cõia. de leg. l. 2. Sed primæ veriores. ff. de leg. 1. l. ſi quis inquilinos. §. 1. & l. ſi tibi homo. §. pe. vbi oportet dici, ꝙ agebatur ex teſtamento, alias obſtaret ff. de prætor. ſtip. l. 2. §. fin. aut erat teſtatoris, & tunc fictitie a morte teſtatoris. ff. de fur. l. a Titio. de noxa. l. ſi ſeruus legatus ante aditam hæreditatem. ff. de leg. 2. l. legatum quemadmodũ ſer. amit. l. ſi partẽ. §. 1. commutabiliter tñ, ſed incommutabiliter ab agnationem. ff. de condi. inſtit. l. ſi quis ita. la 1. In hoc tamen caue, quia quamuis dominiũ fingatur quæſitum a tempore mortis, tñ in actionibus acquiſitis ante aditam, nihil fingitur quo adhoc vt acquirantur legatario. ff. ad leg. aquil. l. proinde. & l. huic ſcripturæ. de leg. 1. l. ſeruũ filij. §. 1. & d. l. ſi hæredis ſeruus. & l. ſi tibi homo. §. cũ ſeruus. & vide quod ibi no. ſed quo ad hoc quòd acquirantur hæredi, ſic. & ff. de ſtip. ſer. l. ſi ex re. §. fi. hoc intellige, niſi cã ſubſit trãſlationem dominii impediẽs, vt quia litigioſa, hodie in auth. de litigi. §. hoc autem. ibi, earum dominus fuerit demõſtratus. & hoc verum de legato puro, quia in legato in diem certum, non videtur dominium transfire niſi poſt diem. ff. de vſumfruct. l. Sempronius Attalus. In tertio caſu, quãdo quæritur

ritur quantum ad obligationem contrahendam gloſ.dicit ꝙ in legato in diē certā non quæritur obligatio,niſi poſt euentū diei. de legato pure ſubticet,vt no.C.de ca.tol.l.vnica.circa princip. ſuper ver.cedere. quaſi aliud eſſe innuat.Dicas ꝙ in puris obli.cōtrahitur ab adita hæreditate,ſed ficte a tēpore mortis. quia omnis hæreditas &c.vt in regula iuris.l. omnis hæreditas,quia per aditionem hæres primum obligatur, & tunc naſcitur actio ex teſtamento ĵ.de oblig. quæ ex quaſi
2 cō. §. hæres. & ibi not. ff. de iud.l. de eo. † Sed quid dices, quando ſui ſuccedunt, qui ſtatim velint nolint hæredes ſunt ſ̃.de hær.quali.& diff.§.ſui? Videtur,quod ibi cedat a tempore mortis,cum ex tunc ſit hęres,vt dixi.Sed ſatis poteſt dici, quod in illis, cedat a tempore immiſtionis, quia tunc incipiunt effectualiter obligari.ff.quib. ex cauſ.in poſ.eatur.l.ſed & is qui.In legato in diem certam,tenet,glo.ꝙ cedit,quo ad obligationem,ab euentu diei, & tamē ſatis poteſt dici,quod cedit ab adita, cū tex.indiſtincte, æquiparant legatum in diē certam,& pure, nec faciant differentiam, quo ad ceſsionem vt d.l.vnica.de cadu.tol.ff.de verb.ſig.l.cedere, cur ergo nos
3 faciemus ? † Nunc reſtat quærere,cur in legato in diem certā,cedit dies, quo ad obligationem ab adita, ſecundum hanc opinionem,& tamen non trāſit dominiū, vſq; poſt euentum diei. Solutio, vbi teſtator diem apponit in legato,vult remanere rem cum fructibus, penes hæredem ante diem ideo nō tranſit dominium ante,alioqui cenſentur hæ res medio tēpore fructuarij, quòd non videtur fuiſſe de mēte teſtantis,ſed ſi hæres obligetur, ſtatim in nullo fit contra mentem teſtantis, nec per hoc præiudicatur in aliquo hæredi, quia legatarius ante tempus petere non poteſt, nec modus, nec qualitas percipiendi fructus,mutantur.Itē quæritur, cur fingitur dominium quæſitum legatario a tempore mortis, & tñ quo ad actiones perſonales ei quærendas nihil fingitur, vt ſ̃.dixi ? Reſpondere potes per ea quæ not.ff.pro ſocio.l.ea, quæ. hæres enim fingitur eadem perſona cū defuncto,& hæreditas vicē defuncti obtinet ſ̃. de hær.inſt.vt circa princ.dixi.Et per hoc actiones perſonales ei acquiruntur, & quæſitæ transferri non poſſunt,ſicut dñium,quia magis inhærent oſsibus, vt d.l.ea quæ, cum ibi nota.In ea.gl.ibi cum allegat l ſi cum præfinitione : ſed ibi in diē certā.In hoc tamen diſtinguitur
4 quia † aut ineſt conditio tacita, & habetur pro pura. ff. de leg.1.l. 2.de condi.& demon.l.conditiones,& l.ſi in diem.§. fin.& hoc quantum ad tranſmiſsionem, quantum autem ad obligationem videtur quod deferatur in euentum conditionis,vt not.ff.de pact.l.item quia, dic vt ibi, aut non ineſt tacite, & tunc vere eſt neceſſaria, & refert, quia aut certum eſt eam extitura in vita legatarij,& quæ ſe omnino habet ad
5 eſſe obligationis,& tunc habetur † pro pura & in contractibus,& in legatis.ff.de verbo.obli.l.in illa.de noua.l. ſi pupillus.§.qui ſubconditione.ff.qñ di.leg.ce.l.cū hæres. 2.reſponſo.de condi.& demon.l.hæres.meus.i.reſponſ.non tamen poteſt ſtatim agi, vt no.d.§.qui ſub conditione. Si autem eſt certum eam extituram, ſed dubium an ventura ſit ad effectum obligationis, tunc habetur pro conditionali & caſuali, vt d. l.hæres meus. 2.reſponſo. & l. ſi poſt diem. 1.reſponſo,& ita determinat gloſſ. quæ indiſtincte loquitur in articulo. ff. de verb.ſign.l. cedere. de regu.iur.l.in omnibus,aut eſt caſualis & tunc certum eſt,ꝙ nec ceſsit,nec venit dies, ante cōditionis euentum, vt l.cedere diem. C.de cad.toll.l.vnica.§.ſinautem ſub conditione. Vbi autem dies apponitur.tūc ſi certus ſit dic vt ſ̃.proxim.in additione præcedenti, ſi incertus,tunc quo ad tranſmiſsionem diſtinguitur, vt in conditione caſuali, quia aut eſt certum, ipſum venturum in vita legatarij, aut non, vt dictis legibus.Quo ad obligationem contrahen-
6 dam gl.variant.Nam † in l.cedere.dicit ſtatim cedere,in l.in omnibus.dicit contra, ſed determinat eas per præcedentia, quia refert an ſit certum indebitum iri, tunc cedit ſtatim,an dubium tunc idem.vt in conditione.ff.de cond.& demonſtr. l.dies incertus. de leg.1.l.talis ſcriptura.§. ſi ſub conditione.

a Adnot. Si peculium. Peculij legati augmentum,vel diminutio, ante mortem teſtatoris contingens, ad legatarium pertinebit, augmentum vero poſt mortem,& ante aditionem hæreditati,aliunde quam de peculiari obueniens, ad legatarium non ſpectabit:niſi ipſius dies ſolum, adita hæreditate cederet. h.d.ſecundum Bal.vſque ad §.peculium.

1 *Operæ a quo & cui debitæ.*
2 *Manumiſſionis modi & differentiæ.* 3.

a Pecvlivm, a In gloſ.cur tam varie ibi cum allegat.§.
1 Papinianus.Hæc ratio non videtur efficax, cum † manumiſſus debeat operas exhibere filio : vt l.ſi operarum iudicio.ff. de oper.liber.Præterea operæ debentur,ſi conuentum ſit.C. de oper.libe.l.1. vnde potes dicere, quod magis videtur af-
2 fici dominus ad ſeruum, cum manumittit † inter viuos, quā quando in vltima voluntate, quia quando inter viuos ex affectione dimittit illud, quod retinere poterat ſcilicet dominium ſerui, & eius ſeruitium, quò ſe priuat,& ideo propter exuberationem affectionis, ius præſumit munificentiam, vt etiam peculium cōceſsiſſe videatur, non ſic vbi moriēs dat, quia tunc dat quod retinere non poteſt ſibijpſi, nec de quo amplius poteſt vti. Et hoc facit quia magis meretur, qui dat eleemoſynam viuēs, quam qui moriens, quia quod moriens dat, ideo dat, quia retinere non poteſt, ſicut dixit beata Lucia matri ſuæ. Vnde auari tunc ſunt largi, ſecundum, Senecam, qui dicit quod auarus niſi cum moritur nil recte agit. Item quod hic dicitur de ſeruo obtinet in filio, cum eman-
3 cipatur.ff.de dona.l. donationes.§. pater. Item † ſi detur libertas per epiſtolam,nunquid videtur dari inter viuos,vt peculium habeat manumiſſus?non videtur vt C.de lati.li.l.vnica.§. ſancimus. ſed ibi dicit ſimilitudinarie. q.d. valet vt codicillus,& tamen, eſt inter viuos.ſed quis conuenietur de peculio, quando peculium tranſit ad manumiſſum ? dic.ff.de pec.l.ſi Sticho.

a Adnot. Peculium.Peculium ſerui, non intelligitur eſſe legatum ſeruo, cui teſtator reliquit libertatem in vltima voluntate, ſecus ſi inter viuos fuit manumiſſus.

1 *Rationum redditarum beneficium.*
2 *Peculij nomine quando non conueniendus dominus.*
3 *Priore ſublato iura durare.*

Iidem Reſcripſerunt.In gloſ.quaſi diceret, ibi cum al-
1 legat.l. ſi ſeruus vetitus. Et poteſt eſſe ratio, quia † cum iubetur rationem reddere, & reliqua præſtare, teſtator videtur hoc præeligere, pro hærede magis quam peculium, ſi enim peculium penes hæredem remaneret, nihil vltra petere poſſet hæres a ſeruo, nec aliqua reliqua.C.an ſerui ex ſuo facto.l.ſi vt allegas.vbi ergo, cum reum de reddēdis reliquis onerat, videtur ei peculium dimittere, & magis velle hæredem habere rationes, & reliqua quam peculium, & onerando eum videtur ei relinquere, de quo facere poſsit.arg.ff.de leg.3.l.Titius.ff.de pe.le.l.denique & facit.eo.tit.l.ſeruus libertates, ſecus vbi vetat rationes reddere.In gloſ. alias reli-
2 quas.in fin.Illæ leges non dicunt hoc, vnde videtur, † quod cuicunque peculium legetur. non poſsit agi contra dominū, cum ipſo iure debitum domini non augeat peculium. vt ibi. ff.de pecu.l.peculium.§.ſed & creditor.

Et facit, quod ſi abbas eſſet obligatus alicui priori ſuo, ꝙ ſi prior cedat vel decedat, nouus prior cui abbas contulit, non poſsit agere contra abbatem, pro debito, etiam ratione ſuæ adminiſtrationis, ſed hoc non eſt bonum argumentum,
3 quia † quamuis abbas, poſsit remouere priorem ad nutum vt extra,de ſta.mo.ca.cum ad monaſterium.§. tales ſicut dominus ſeruo peculium.ff.de pecul.l.peculium, nihilominus iura prioratus non poteſt diminuere, vt extra, vt eccle. benefici. ca.1.

Tam Autem.In gl.actiones. in fi.dic plenius.ff.de ſer.titulo generali.per totum,de ſerui.ruſti.|prædi.l. pecoris.& vide quod ibi not.& qua actione poſsit tale legatum peti.vide ſ̃.hoc ti.circa princ.vbi ſcripſi.ff. quemad.ſerui.ami.l.ſi partē.§.1.In gl.ſine ceſsione. in fi.& hoc vbi res nō eſt litigioſa
a vel lis cœpta a tunc.n.aliud eſt.C. de liti.l.quicūque.& auth. nūc ſi hæres.eo.ti.& vide quod ſcripſi C.de actio. & obl.l.1.

a Adnota. Lis cœptam .No. ſecundum Ang. quod quamuis directam perſonalem exercere non poſsit, niſi cedatur,poterit tamen exercere directam realem quia non oſſibus affixa. transfertur in eum recta via.l. ſiue.§. fin.cum l. ſeq. ff.de condi.fur.Ang.hic.

1 *Legandi modus triplex.*
2 *Fundi, & domus communia.*
3 *Legatum genus, quantitaſue an debeantur.*
4 *Electio cuius ſit. 5.6.7.8.*
9 *Contractuum bo.fi. & ſtricti iuris diſcrimen.*
10 *Electionum verba, & tempus. 12.*
11 *Legati & contractus diſcrimen.*

SI GENERALITER. In gloſſ.& a princ.cum dicit:ſed
Rog.credo ex defectu ſcriptoris, corrupta narrat.Nam in l.
legato & in §.cum homo.alle.in gloſſ.attribuit primam opi.
Rogerio & hanc Io. & hic attribuit ſecundum Rogerio &
primam Bulga.quicunque tamen ſecundam tenuerit,appro-
batur per doct.§.cum homo.de opt.le.l.2. & l.ſeruo genera-
1 liter.In ead.glo.ibi.& tunc ſubdiſtingue.gloſ.debuit† diſtin-
guere plenius,quia aut legauit in genere indefinite:aut incer
tum de certis.Primo caſu ſubdiſtingue.aut quòd legatum ha
bet dictos fines qui nec creſci, nec minui poſſunt facto homi
nis commode,vt homo,vel equus,aut poſſunt,vt fundus vel
domus.Hęc omnia membra intendit gloſ.proſequi,vt appa-
ret ex lectura eiuſdem,& quamuis inordinate membra acci-
piat:ſequamur ea, quia effectus non immutatur.Primo caſu,
quando legat in genere indefinite & habet certos fines, vel
formam qui mutari non poſſunt:recipe gloſſ.aut habeat &c.
In ead.gloſ.ſcilicet cum allegat l.qui duos.hoc eſt de ſequen
ti membro, quando legat incertum de certis, ſed facit in ar-
gumentum.aliæ bene probant. & §. cum homo.qui ſub hoc
membro debet reponi.In ea.gloſ.cum allegat l.3.& 4.dic me-
lius,ff.de leg.1.l.huiuſmodi,§.ſi cui homo.In ea.gl. ibi cum
dicit: expreſſo nomine,ſed propter æquiuocationem nomi-
nis eſt dubium.In ea.gloſſ.in fi.do.Iac.& Pe.hoc improbant,
2 dicentes ſe †non videre cauſam diuerſitatis,inter fundum,&
domum,nam ſicut fundus deſtinatione hominum conſtitui-
tur:ita domus, interiecto pariete, ff. communia prædio.l.ſi
quis duas,& ſicut fundus poſſet dari deriſorius.ſic domus ita
modica quòd non poſſet caput reclinari. Dicunt ergo idem
in domo,& fundo vt vtrobique valeat, ſi teſtator habeat fun
dum,vel domum:alias non, & ſic videtur probari per l.ſi do
mus,ff.de leg.1.Quid in alijs corporibus, ſicut granarijs do-
lijs &c.?dic idem quòd in domo.eadem ratione, & ſecundũ
3 hanc.opin.reſtringendæ ſunt leges, quæ dicunt † promiſſio-
nem fundi,in genere non valere,vt d.§.genere,ff.de verbor.
obl.l.ita ſtipulatus.ad caſum,in quem teſtator non habet fun
dum in bonis ſuis, & hæc proceduntin ſpeciebus legatis ſpe
cialiter,vel generaliter.Quid in quãtitatibus? Videtur,quòd
præmiſſa ceſſent,& quod debeatur quod minus eſt.ff.de leg.
3.l.nummis.niſi aliud poſsit percipi ex conſuetudine teſtan-
tis,vel dignitate &c.ff.de leg.1.ſi ſeruus plurium,§.fi.de leg.
2.l.quidam.vel niſi legaretur Deo, vel eccleſiæ,ff.de auro &
4 ar.leg.l.Titia,§.fin.& ibi no.quod eſt notabile.†Sed quæritur
dictum eſt ſupra quòd vbi eſt electio legatarij,quod non po-
teſt eligere meliorem, ſed mediocrem, quid in caſu quo ele-
ctio eſt hæredis ? videtur quòd ſit idem quod teneatur dare
mediocrem.Et tenet Iaco.& Pet.in rebus,in quibus, eſt dare
tale quid,quod potius expediret, non habere, quam habere,
ſicut in ſeruis. talis enim ſeruus poſſet dari,qui plus damnifi-
caret,quam prodeſſet,ſed in nummis,& quantitatibus, dicũt
ſecus,ff.man.l.fideiuſſorem. pro hac opin. facit C.de do.l.ſi
quis argentum,§.ſimili modo,ff.de verb.obli.l.quicquid.ad-
5 ſtringendæ.2.reſpon.de leg.1.l.ſi hæres generaliter.†Sed con
tra.ff.de leg.1.l.apud Iul.§.Seio.de verbo.obl.l.qui ex pluri-
bus?Dicas,quòd vbi eſt electio hæredis,vel promiſſoris,po-
teſt dare vilius dumtamen non ſit omnino inutile, vt not.d.
l. quicquid adſtringendæ & l. legato. & hoc niſi contrarium
poſsit coniecturari, vel propter contractum præcedentem,
ff.de verbo obli.l.triticum.cum ibi notatis, vel ex alijs conie
cturis,quæ ſunt in l.apud Iulianum,§.fin.& in l.nummis.ſu-
pra alleg.quas hic admitto, ſicut in caſu præcedenti, cum ſit
eadem ratio, alias ſi ſemper deberet dari mediocris, parum
referret in effectu, cuius eſſet electio hæredis, vel legatarij.
promiſſorum, vel ſtipulatorum. Sed quare magis reſtringi-
tur arbitrium electionis, ex parte legatarij, vel ſtipulato-
rum, qui non poſſunt eligere meliorem quam ex parte hære
dis, uel ſtipulatoris qui poſſunt eligere viliorem,dumtamen
non omnino inutilem?Dicas,quòd in talibus dubijs ſit inter
pretatio prout veriſimile eſt partes ſenſiſſe,vnde quando le-
6 gatur,vel promittitur, & † eſt electio creditoris, non eſt ve
riſimile quòd quis velit legare, vel promittere illud quòd
nõ eſſet in ſpecie conceſſurus,videlicet actorem domus ſuæ,
vel alias meliorem, vt l.legato.§.C.quæ res pig.ob. poſ. & l.
qui filios.Sed vbi eſt electio debitorum,teſtator,& ſtipulator
bene poterant cogitare, ꝙ obligatus daret minus,& ideo ſic
legando,vel ſtipulationem recipiẽdo, vr̃ ſe committere eius
voluntati,interpretatione iuris.Et hæc intellige vera,vbi ius
dat electionem legatario,vel ſtipulatori, ſi autem detur per
hominem,ſunt opi.nam quidã dicũt, ꝙ põt eligere optimũ,
vt no.ff.de op.leg.2.C.cõia de le.l.3.§. ſed & ſi quis. Alij di-
cunt,contra,ꝙ ſatis vr̃ rationabile,per prædictam rationem.
7 †Sed quare eſt electio, ſeu ĩterpretatio hęredis,vbi legat in-
certum,de certis, & ſenſit de certo, alias eſt legatarij?Reſpõ
ſio, vbi ſenſit de certo, & eſt dubium de quo, forte propter
æquiuocationẽ nominis,eſt magis interpretatio,quã electio.
vñ cũ nullus ſit.qui tantã identitatẽ habeat cũ teſtatore,ſicut
hæres, qui fingitur vna perſona cũ eo:cõmittenda fuit ei in-
terpretatio, ſicut qñ dubiũ eſt inter perſonas legatariorum,
quo caſu ei committitur, ff. de leg.2.l.ſi quis ſeruum.§.ſi in-
ter. Sed quid ſi legatur alternatiue, ad quẽ pertinet electiò?
Gl.diſtinguit,ad quẽ diriguntur verba,& in dubio dicit,ad le
gatariũ pertinere.ff.de leg.2.l.Lucio.& hanc ſequũtur Ia.de
Rauen. & Pe.de Bel. perti.per d. l. Lucio.de lega.1.l.plane.
§.fi.Sed contra notatur,ff.de re.dub.l.1.C.de verb.ſig.l.cum
quidam.pro quibus,ff.de leg.1.l.ſi qñ,§.fi.&l.cum res.§. ſti
chum.Põt dici,ꝙ in alternatiua rerũ, ſit vera prædicta legis
diſtinctio, quo ad duo prima membra. In tertio poſſet ſubdi
ſtingui,quia aut res ſub alternatione comprænhenſæ ſunt,qua
8 ſi æqui valoris,& tunc ſit † electio hæredis, aut vna maioris
valoris, quam alia,& tunc legatarij.Et ſic dictas,glo.concor.
quia ſi hoc caſu vltimo,eſſet hæredis, ſemper eligeret mino-
rem.Et hęc procedũt in caſibus, in qui.cadit alternatio,quia
in quantitatibus non cadit huiuſmodi diſtinctio,ff.de verbo.
obl.l.ſi ita ſtipulatus fuero.10.aut 15.Sed an pręmiſſa proce
dant in contractibus?Videtur ꝙ ſic: & ꝙ ſit electio illius,cui
debetur vbi verba conferuntur in perſonam eius. ff. de ver.
ob. l.ſi ſic ſtipulatus fuero per te nõ fieri. Sed contra facit ff.
9 de contrah. empt.l. ſi in emptione.§.pen.† Poteſt dici quod
in contractibus ſtricti iuris, prima obtineat,alia in contracti
bus bo.fi.Sed hoc non procedit,nam in contractibus bo. fi.fa
cienda eſt vberior interpretatio,quam in legatis, vt not.in l.
Lucio.Vnde bene aduerte, quia in l.ſi in emptione.verba ſa-
pientia electionem non conferuntur in perſonam emptoris.
10 † Quę ſunt verba ſapientia electionem?certe verbum ſumi-
to,vel capito,vt ſi dicatur,ſit tibi venditus Stichus, aut Pam
philus quem ſumere tibi placuerit.Vel ſit mihi emptus Sti-
chus, aut Pãphilus,quem ſumam, vel capiã.in his omnibus,
cõpeteret electio ad emptorẽ,ſed in d.§.pe. nõ ſunt hæc ver
ba, vel ſimilia,ſed tm̃ illa,eſto mihi emptus Stichus,vel Pam
philus.vnde illa verba nihil ſuper electione ſapiunt,ſed tan-
tũ ſuper ſubſtantia contractus. vnde ſi teſtator dicat Stichus,
vel Pamphilus,ſit tibi legatus, non ex hoc videretur confer-
re in perſonam legatarij verba,& ſm̃ hoc, non differt cõtra-
ctus allegatus,in primis duobus membris.Sed in dubio,bene
11 credo, ꝙ differant legata a contractibus† quia in cõtractibus
eſt indiſtincte electio debitoris,vt l.plerunque,§.fin.ff.de iu.
do.In legatis, diſtinguitur vt ſ.& hoc in alternatione rerũ,
ſed vbi eſt alternatio inter perſonas, accipitur pro coniũcta,
vt l.cum quidam,C.de verb.ſig.vbi expreſſe datur electio,ff.
de leg.2.l.ſi quis Titio.vel niſi aliud appareat, forte pp con-
iunctionem perſonarum,ff.de leg.2.l.cum pater,§.a te peto.
12 † Quid ſi certum tẽpus fuerit pręfixum per legem, vel per
teſtatorẽ illi, ad quẽ pertinet electio, & tẽpus labitur, & nil
ſit dictum, quis poſt illud tẽpus eliget?Videtur conuerti ad
alium,extra de præb.c.ſi pluribus.in fi.lib. 6.C.de fideicom.
libe.l.ſi quis.ff.de verbo.oblig.l.ſi ſtipulatus fuerim illud aut
illud.Sed an poſtquam elegerit, ſit licitum variare?dic vt ff.
de le.2.l.ſtatuliberum. Item præmiſſa procedunt, quamdiu

res extant: Quid ſi altera perierit? Dic vt ff.de ſol.l.Stichum,
in prin.de verb.obl.l.ſi ſtipulatus ſum damam.

1 *Legatum quando tranſmiſſibile.2.3.*
4 *Legatarij quando ordine, & an ſimul admittendi.*
5 *Sorti locus.*

a OPTIONIS. a In gloſſ.bona ratio.in fin.Sed non vide-
1 tur bona.quia† aut habet conditionem expreſſam & hoc non
poteſt dici:quia legatum non tranſmitteretur,aut tacitam:&
tunc tranſmitteretur:vt dixi ſuprà §.ſi peculium,ff.de condi.
& demon.l.conditiones, quæ extrinſecus:& hoc caſu gl.non
procederet.Dicunt domini Iac. & Pet.quòd legatum optio-
nis,habet in ſe conditionem:conditio autem adhæret perſo-
næ, cui eſt ſcripta, ff.de condi.& demon.l.qui hæredi.Vnde
ſi eſſet dictum in forma conditionis: lego tibi ſeruum, ſi tu
optaueris, & non optares viuus: non valeret legatum hodie,
ſed hic non erat in vim conditionis: ideo ualet.hæc ſunt ver
ba eorum: fere ad literam.Quid ergo, ſi teſtator non ſit vſus
verbis hic contentis: ſed ſic, lego Titio illud, quod elegerit.
2 nunquid† tale legatum tranſmittitur, ſi Titius decedat ante-
quam eligat?non videtur:quia hæc verba,quod & qui ad fu-
turum tempus adiecta important conditionem,ff.de leg.3.l.
nuper.& licet in alternatiua hoc tacite intelligeretur,uideli-
cet quem eliget, nihilominus expreſſam videtur importare
conditionem ff.de legat.1.l.ſi ita legatum, §.illi ſi volet. In
contrarium videtur expreſſum,ff.de verb.obliga.l.ſi ſtipula-
tus fuerim illud,aut illud.Sed ibi in contractu inter viuos,in
quo conditio non impedit tranſmiſsionem infrà de verbor.
3 oblig.§.ex conditionali. † Videtur tamen verius,quòd tranſ-
mittat:vt d.l.fi.§.1.C.communia de lega. Nec obſt.quòd vi-
detur cōditionale,quia ex æquitate illius legis,& iſtius §.Hic
tollitur, quantum ad tranſmiſsionem, contra iuris rigorem,
& idem crederem quocunque modo detur electio, ſiue per
verba elegerit:ſiue per aliam conditionē facientia. non enim
teſtator videretur velle ſuſpendere ſubſtantiam legati, ff.de
b verb.obli.l.ſi decem cum petiero.In glo.vel cum taxillis.b in
fi.Item cur non ſequimur ordinem,vbi apparet,ff.de vſufr.l.
quoties? Dicas, ꝙ vbi vnus ſolus admitti debet primo: alius
4 † poſt ſucceſsiue, tunc ſequimur ordinem, quia & de ordine
tantum quæritur,vt d.l.quoties. Sed vbi ſimul,& eodem tem
pore,plures admitti debent, tunc diſtinguitur, quia aut vni
eorum eſt maior pars relicta, & tunc ille eligit,vt not.l.fi.C.
communia de leg.aut non.Sed vterque æqualiter: tūc aut di
ſcordia redundat in præiudicium tertij: & tunc compellūtur
concordare & ſortiri : vt ſupra de exc.tut.§.ſinautem.& d.l.
huiuſmodi, §.pe.aut in præiudicium ſolummodo diſcordan-
5 tium:& tūc†ſi alter petat, compellitur alter venire ad ſortē,
ff.de iud.l. in tribus fa. erciſ.l.ſi quæ ſunt cautiones. ſi nullus
vult ſeu petat, tunc non compelluntur preciſe,ſed cauſatiue:
quia denegantur eis actiones: vt ff.qui.mo.vſufruct.ami.l.2.
§.fi.& d.l.quoties.Quid ergo,ſi plures ſunt patroni,eiuſdem
eccleſiæ & præſentant diuerſos?Item quid ſi alter legatario-
rum,ſit mortuus,pluribus relictis hæredibus?vide hodie ex-
tra de iure pa.ca.ſi.in cle.dic vt ibi.An autem licitum ſit ho-
die ſortiri: vide Hoſt.in ſumma tit.de ſortilegijs.

a Adnotatio.Optionis.Legatum optionis, hodie tranſmittitur ad hæredem, ſi legatarius decedat,antequam optet:& pluribus habentibus eligere, diſcordantia dirimitur ſorte.h.d.ſecundum Ang.
b Cum taxillis. Vide hic diſtinctionem Ang.in ver.in glo.& ſorte.

1 *Legati capaces.*
2 *Capere, & accipere diuerſa.*

a LEGARI. a In gloſſ.Et econtra.in fin.non tamen†intelli
1 gas quòd hæc ſit conſequentia, vt illis ſolum legari poſsit,
qui teſtamentum facere poſſunt actiue : quia falſum eſſet.nā
ſerui & filijfa.impuberes non poſſunt teſtari, vt §.quib.non
eſt permiſ.fa. teſta.per totū: & tamen poſſunt ex teſtamento
capere,ff.de lega.1.l.ſeruo le.& l.ſi poſt mortem.& l.cum fi-
lio.& §.poſthumo. infra eod.In gloſſ.in paſsiua.ibi cum alle-
gat,de hæred.inſti.l.1.nec ad ſui commodum, nec fiſci.ff.de
iur.fiſci.l.in metallum. Sed gloſſ.tenent contra in d.l. 1. quæ
videtur huic contraria,quam docto.non approbant.Nec ob.
ff.de leg.3.l.ſi deportati ſeruo, quia ſecus in ſeruo deportati,
qui fiſco, cuius eſt ſeruus, acquirit, & ſecus in ipſo deporta-
to, qui omnia ciuilia amiſit.ff.de bon.dam.l.ſed ſi alia.In ea.
glo.cum allegat §.ibi loquitur de inſtitutione,ſed probatur,
quia manumitti non poteſt, vt ibi. & ſic nec ei legari. C.de
le.l.ſeruis.In ea glo.ibi cum allegat l.collegium.Quæ autem
ſunt licita collegia, vide in gloſ.ff.quod cuiuſ.vniuer.l.1.An
autem ſinguli capiant, vide C.de ſacro.ſan.eccl.l.1.& ibi ſcri
pſi.In ea.gloſſ.ibi cum allegat quib.mo.na.&c. Et hoc intelli
ge a parentibus, ſed ab alijs ſic,vt ibi no.ad Orfi.§.fin.hodie
b vero b de iure canonico, poſſunt legari ſaltem alimenta, vt
extra de eo qui dux.in matr.quam pol.per adult.c.cum habe
ret,uide infra.§.poſthumus alienus.In ead.gloſſ. ibi cum al-
legat l.2.Idem uidetur in excommunicatis, extra de hæreti.
ca.excommunicamus.§.credentes,C.eo.auth.credentes:not.
Hoſt.in ſum.de teſta.§.quis ſit effectus.uerſicu.& prodeſt.In
fin.eiuſd.glo.ſed hoc hodie ceſſat,vt ſcripſi C.de ſecun.nup.
2 l.1.do.Iaco.& Pet.dicunt,ꝙ quidam ſunt † qui capiunt,qui-
dam ſunt qui accipiunt, ſed non capiunt. nam inter capere,
& accipere eſt differentia, ff.de verb.ſigni.l.aliud eſt capere,
unde tituli C. & ff. de his qui. ut indig. intelliguntur de his,
qui poſſunt accipere, ſed non capere,uerbi gratia.ſi hæreti-
co legetur, ille poteſt capere, non tamen accipere. Et ideo
pro non ſcripto habetur. Sed ille qui non uindicat mortem
defuncti, uel fidem accommodat,de reſtituendo non capaci,
accipit, ſed non capit.Nam non capit ad ſuum commodum,
ſed fiſci, ipſe tamen accipit,& hæres remanet.ff.de uulg.l.ex
facto, §.Iulianus. Hæc ſatis uera ſunt, modicum tamen in-
ſtruunt.Vnde uidetur poſſe dici, quod omnes ſunt capaces,
niſi reperiantur prohibiti, & qui prohibeantur, hic not.in
magna parte gloſſ.Cui autem applicetur, ſi legetur non ca-
paci ? potes diſtinguere, ſicut ipſi diſtinguunt, an capiat, ſi
non capiat, an non capiat, nec accipiat, dictum eſt,& iunge
quod ſcripſi.C.de his quibus ut indigni.l.hæreditas, & uide
ſupra §.non ſolum cum ibi notatis.

a Adnotatio.Legari.Illi poſſunt ex titu.legati capere, qui poſſunt hæredes inſtitui.
b Hodie vero.De quo vide hic per Ange.in 2.col.in ver.in ead.gloſſ.ibi efficiuntur.

1 *Incerto legari.2.*
3 *Legari poſſe corpori.*
4 *§.Incertis ſenſus.*
5 *Satisfaciendi iuſſum valere.*
6 *Tutorem incerto dari.*

a INCERTIS a autem.In gloſſ.ut ſi dicat.in fin. illæ nihil
faciunt,quia loquuntur de incertitudine rei legatæ,hic loqui
mur de incertitudine perſonarum.Vult ergo gl.concludere,
1 quod incerto † de incertis(dumtamen poſt certificetur) po-
teſt legari hodie,& hoc probatur,per hanc literam,ſecundū
Iac.dicit enim, ſed nec huius.q.d. nedum ſpecies præmiſſæ,
imo hæc eſt correcta, & hoc ubi ex poſtfacto,poteſt fieri cer
tum,alias ſi ſemper incertum remaneat,nō ualet, ut ſi dicat,
relinquo uni de mūdo,& hoc niſi legetur pauperibus,in qui-
bus eſt ſpeciale,& erat ratio antiquorum,quia quod legatur,
legatur ratione amicitiæ uel meriti, nullam autem amicitiā
habemus cum incerto, quamuis ſub certa demonſtratione.ſi
enim dicat, lego illi qui primus capitolium aſcenderit,nulla
erat affectio,quia neſciebat quis prior,ſecūdum eum, gl.hoc
reuocat in dubium, ff.de re.du.l. quidam.Et uidetur tenere,
ꝙ non ualet relictum incerto de incertis,etiam quamuis ſub
2 certa demōſtratione,ut ibi in prima ſolutione.† Sed ego cre
do,quòd poſsit legari,incerto de incertis, dumtamē poſt cer
tificetur,etiam de iure digeſtorum. Et uidetur expreſſum. ff.
de re.du.l.ſi quis ita ſcripſerit.Vnde antiquitas,de qua hic lo
quitur,fuit ante tempora digeſtorum,ſeu compilationem eo
rundem.Et ille codex, de quo hic loquitur, fuit etiam ante
compilationem noui codicis, quo utimur forte in codi-

ce

cẽ Hermogeniano, vel Theodoſiano. Sed videtur, ꝙ etiam
b incertis b poſsit legari, quia legatur collegio. C. de ſa.ecc.l. 1. Sed ibi nõ legatur incertis, imo ipſi collegio, quod vice perſonæ certæ fungitur.ff.de fideiuſſorib.l.mortuo.ſecundũ.Pe. Hæc oppoſitio non meruit ſignari, melius potuiſſet opponere de l.ciuitatibus.ff.de le.1.ff.de re.du.l.ciuibus.Et dic ge
3 neraliter, quòd vbicunque aliquibus legatur, qui corpus † faciunt, quamuis incerti ſint, valet legatum, per leges prædictas, dũtamen corpus ipſum certum ſit. Sed ſi corpus, vel collegium eſſet incertum, non crederẽ valere, ſicut nec ſi incertæ perſonæ legaretur. Et hoc niſi legetur eccleſię, vel collegio eccleſiaſtico, tunc enim incertitudo nõ vitiat, vt in auth. de eccl.ti.§.ſi quis in nomine.& §.ſi quis autem.C.de epi.& cle.l.ſi quis ad declinandam. vel niſi reipubli.ff.de condit.& demon.l.quę conditio.§.1.quia pia cauſa reputatur.C.de ſa. ſan.ecc.l.id, quod pauperibus.§.1.& idem credo, in omni pia cauſa, cum ſit eadẽ ratio, quæ aũt ſint piæ cauſæ, ſatis colli-
4 gitur in d.§.1. † Item hoc quod hic dicitur, videtur intelligẽdum niſi, legatarius velit probare, ꝙ teſtator ſenſerit de ipſo, per aliquas veriſimiles coniecturas.ff.de hær.inſti.l.in tẽpus.§.1.& ita videtur, ꝙ legatum de ſe valeat, nec incertitudo vitiet, ſed defectus probationis: ſed hoc vr̃ contra mẽtem huius §. Poteſt dici ꝙ vbi teſtator legat omnino incerto, ſicut vni de mũdo vel de ciuitate, quod non valet legatũ ipſo iure, vt hoc.§. ſed vbi ſentit de certo, veruntamen non conſtat de quo, tunc valet ipſo iure legatum, ſed propter defectum probationis, nullus admittitur, niſi hęres gratificet, vel alter probet de ſe ſenſiſſe.ff.de leg. 2.l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter.de reb.dub.l.ſi fuerit.& vide Dy.extra de reg.iu.c.in obſcuris.lib.6.verſic. tamen arguitur.& vide ĩ.eo.§.ante hæredis: in fi. Sed de iure canonico videtur ꝙ valeat in caſu, quãdo cõmittitur in alterius diſpoſitione.extra de teſta.c.cum tibi.ibi enim, teſtator non ſentiebat de certo: ſed ibi loquitur quando ad pias cauſas, vel ibi certificandus erat ex poſtfa-
5 cto per electionem. Quid ergo, ſi quis † iubet creditoribus, & querelantibus ſuis ſatisfieri, an valeat talis diſpoſitio? Non videtur propter incertitudinem, ſed ſatis põt dici quod ſic, cum ſit pia cauſa propter liberationẽ animæ. Itẽ quia ex poſtfacto, ſit certum. Et vide in Spec.de inſtr.edi.§.compendioſo. verſi.Item ſcias autem. Sed nunquid, poteſt legari ab
c incerto? c Dic quod ſic, ſi poſt certificetur.ff. de iure.cod.l. abinteſtato.& l.ſi quis cum de.de condi. & demonſtra.l.Publius. Sed cũ hæc antiquitas corrigantur, per modum qui dictus eſt, nunquid eodem modo corrigitur, ꝙ dictũ eſt de tutore ſ̃.ver.tutor.quoque, quia ſequens §.nihil aperit de hoc, ibi enim loquitur de perſona tutoris, & ſupradictus. §. ſeu ver.loquitur de perſona illius, cui datur. Et poteſt dici, ꝙ ſic
6 in teſtamentaria, quia incertæ perſonæ datur tutor † in teſtamento, duntamen poſt certificetur ſ̃.de tute.§.cum aũt.ff. de teſt.tu.l.ſi quis ita dixerit.§.ſi. Sed de datiua non videtur, cum iudicialia non debeant eſſe in pendendum.ff.de iudic.l. non quemadmodum, & ſic non videretur poſſe dari tutor poſthumo per iudicem, vnde hic loquitur tantum de teſtamentaria, & ideo in materia teſtamentorum, de hoc agitur hic. Item dicit quod §.libertas.etiam corrigitur, vbi poſt certificari poteſt. Et eſt idem ſicut in legato, vt no.in l.cum ex pluribus.hic allegata in gloſſa.

a Adnotatio. Incertis autem. Incertitudo perſonæ legatum libertatis, & tutelæ dationem vitiat: & alieno poſthumo poteſt hodie legatum, & hæreditas relinqui.h.d.ſecundum Bal.vſque ad §.ſi quis in nomine.
b Incertis. Tu vide hic diſtinctionem per Ang.in ver.in glo.conceſſum erat.
c Ab incerto, An autem executor vltimarum voluntatum poſſit dari incertus.vide hic, per Ang.ante finem.§.in ver.quæro autem.

1 *Tutor incertus ne detur, & cur.*

TVTOR Autem. In gl.vt ſi ita in ſi. Sed pro Deo quæ eſt
1 ratio, quare tutor incertus, qui † poteſt poſt certificari, dari non poteſt, ſicut poteſt dati incertæ perſonæ, poſt certificandæ, & legari, vt ſ̃.proxim.dictum eſt? Reſpondeo ſecundum Iaco.de Ra.iura quantum poſſunt prouident pupillis. Vnde ſi poſſet dari tutor incertus, vt ille qui primo veniet ad portam, vel alias ſub conditione, poſſet eſſe, quod aliquis ribaldus veniret primus, & ita non eſſet prouiſum, ſed improuiſum pupillo: idcirco non põt dari incertus, ſecundum eũ. Et ideo dicit tex.certo iudicio &c.vt hic ĩ tex. ſatis exprimitur.

1 *Poſthumum alienum recte inſtitui.*

POSTHVMVS. In gl.ſcilicet de iure prætorio.in fi.quidam habent in gl.§.hunc.pro contrario, ſed nihil facit contra, quod enim hic dicit antea, non refertur ad ius antiquiſſimum, de quo ſit ibi mentio, ſed ad ius fforum, ſecundum quod poteſt poſthumus alienus hæres inſtitui.ff.de lega.1.l. pe.de teſt.l.filius, quamuis glo.videatur dicere cõtra.ff.de libe.& poſth.l.ſi quis poſthumos.§.1. In gloſ.ſed quæ eſt.in fi. ſed mirandum, cur hic in tex.dicatur, qui vis eſſe non poteſt &c cum hic loquitur de alieno poſthumo, qui poteſt ab alia, quam a parentibus.capere, vt ſcripſi ſ̃.§.legari. Et ſic videtur
1 poſſe † inſtitui, quamuis in rerum natura eſſe non poſsit, tñ natus poſſet inſtitui, vt eſt dictũ, oportet dici, vel ꝙ iſta cauda non loquatur in poſthumo proprio, ſed ſubauditur, ſic poſt illa verba, & tunc poteſt, ſub ſicut & proprius, qui poteſt inſtitui, niſi in vtero &c. Et concor.ff.de libe.& poſth.l. ſi quis poſthumos.§.1. vel ꝙ dicamus, ſecus in poſthumo, & ſecus in iam nato, vel quod illa glo. ſit falſa.

1 *Errorum quis, & an vitiet.* 2.
3 *Capellaniam, quæ non eſt, obtineri non poſſe, fallit tamen.*

a SI Quis a in nomine. In gloſſ.nomen eſt genus ibi agnomen: de agnomine, non agitur hic, licet de eo fiat mentio in
1 l.4.C. de teſta. In gloſſ. a teſtante, † in fin. dic quod interdum eſt error in nomine perſonæ hæredis, vel legatarij, & ille non vitiat, duntamẽ conſtet de perſona, vt hic. Interdum in nomine rei legatæ, & tunc aut erratur in nomine proprio aut appellatiuo. Et ſi in appellatiuo, aut verborum prolatorũ ſignificatio ſe poteſt extẽdere ad mentem teſtantis, vel de ſignificatione ſui, vel ex conſuetudine loquendi & tunc valet: vt §.quod tamen.ff.de ſuppelle.leg.l.Labeo. Aut non, &
b tunc gloſſ.quæ eſt in l.4.ff.de le.2. videtur velle, b quod valeat duntamen conſtet de mente, quia ſine verbis, nutu poteſt legari. Sed contra facit ff.de reb.dub.l. in ambiguo. de ver.ſign.l.nepos Proculo.ibi nam qui &c.& ibi no.ff.de hær. inſtit.l.1.§.ſi autem.de leg.2.l.cum pater §.cũ imperfecta, & hoc niſi res eſſet in conſpectu.ff.de ver.ob.l.quæ extrinſecus
2 verſ.ſed & ſi.in rei. Interdũ erratur † in nomine regionis. & ille error non vitiat.ff.de lega.3.l.patronus.§.libertis.& hoc niſi in reſcriptis.extra de reſcrip.ca.ſignificante, vel dic melius, vt ibi not.per doc. in dubio autem non præſumitur alia mens teſtantis, quam quæ verba ſignificant. Etenim nemo eſtimandus eſt aliud dixiſſe, quam ꝙ in mente cogitauerit. vt d.l.Labeo circa medium.ff. de auro & arg.leg.l. Plautius, & ideo opus eſt probare aliam fuiſſe mentem, vel forte quia teſtator hoc alias expreſſerat ſicut no.in l.4.vel per coniecturas, vt ex contextu materiæ.ff.de le.2.l.vnum ex familia.§.ſi. vel ex vſu loquendi, vide ff.de leg.3.l.non aliter.
3 † Quid ergo, ſi quis impetrauerit capellaniam ſancti Ste-
c phani inſtitutam in tali eccleſia, & nulla eſt ibi capellania c ſancti Stephani, ſed forte ſancti Petri, nunquid vitietur gratia, vel extendetur ad capellaniam ſancti Petri? Videtur quod non vitietur per hunc §. cum concor. Contrarium videtur in c. ſignificante. Item quia impetrans dedit cauſam errori, qui potuit melius declarare, vt ibi not. Satis poteſt dici ꝙ ſi conſtet de mente conferentis, quia forte expreſsit capellaniam inſtitutam per talem & vacantem per mortem talis, quãuis ſit error in nõie ſancti, in cuius nomine fundata eſt, ꝙ valeat per prædicta.& vide.C.de leg.l.ſi Fortidianum, de fideic.l.voluntatis.& ibi ſcripſi. In glo.vnde in fin. Vel dic ꝙ non refert, duntamẽ ſine fraude &c.vt ibi no. Sed verius credo, ꝙ ſeruo non poſsit, alias text.fruſtra diceret, ſi liber &c. vt d.l.vnica. Et eſt ratio, ne ſit eis materia fugæ, & vt facilius reperiantur.ſi fugiant. & idẽ forte in monachis, & alijs religioſis, qui debent reſidentiam cum ſit eadem ratio.

a Adnotatio. Si quis. Error propij nominis, ſi de corpore conſtat, eſt falſa demonſtratio, ſine cauſa, dummodo non ſit conditionaliter appoſita: legatū non vitiat, h.d. ſecundum Bal. vſque ad §. an ſeruo.

b Videtur velle. Quid ſi eſt erratum in patria legatarij? Quid ſi erratū eſt in noīe artificis. Itē ſi erratur in nomine proprio, ſed non in nomine dignitatis vel artificij: vide hic do. Ang. in 2. col. ver. quid ſi erratum, vſque. in fi. §.

c Nulla eſt ibi capellania. Videtur iſte ſentire quod error in nomine proprio, eccleſiæ vitiet reſcriptum. de quo vide Fely. in c. ſignificante. col. 2. ver. declara quinque modis. & ibi dixi in apoſti. ad Panor. nu. 4. in apoſtil. in ver. reſcripti. de reſcrip.

1 *Conditionis notæ.*
2 *Conditionem ex mente colligi.*
3 *Legati validitas ex quibus cauſis pendeat.*
4 *Modi & cauſæ communia.*

Hvic proxima. Quia ſicut error nominis non nocet:
ſic nec demonſtratio falſa. In gl. verna. in fi. ff. de le. 1. l. Titiæ
textores. In gloſſ. idem & ſi non emit: ſed alio titulo. acquiſi-
uit. In fi. eiuſdem gl. ſed ibi fuit conditio in glo. no. conditio,
1 ibi per eum allegat l. muto. §. ſub conditione. Item † per di-
ctionem: vbi de leg. 2. l. ſi ita ſcriptum. §. ſi pater. Item per di-
ctionem, in de cond. & demonſtra. l. Publius: ibi. in honorem
conſulatus. Item per dictionem, ita ff. eo. l. noſter. Item per
ablatiuum abſolutum a præterito formatum. ff. de ſtat. libe. l.
ſi quis ita libertatem. §. ſi duos. Item per dictionem: quiſquis.
ff. de libe. & & poſthu. l. 3. §. filius. 3. dicto. Item per qui, quæ
vel quod ad futurum tēpus relatum. ff. de le. 1. l. Stichum. de
leg. 3. l. nuper. & l. ſi ſic. §. 1. hic allega. Idem videtur, ſi ad
præteritum. de hær. inſtitu. l. 2. & hoc intellige, vt ibi ſcripſi:
quia illud intelligitur cum ad factum proprium refertur cō
ditio: tunc enim diſtinguitur, an de præterito, an de futuro,
dic vt ibi per glo. & doct. Item fit conditio per dictionem,
ad ff. de ma. teſta. l. qui duos. §. 1. Item per dum. ff. de leg. 3. l.
qui concubinam. §. vxori. Item per quo ad C. de le. l. 1. ſed il-
la videtur contra. dic tamen vt ibi. Item per quamdiu. ff. iud.
ſol. l. hæc ſtipulatio, ſed per nullam harum dictionum, fiet
expreſſa conditio, niſi per, ſi & cum, vt notatur. ff. de hær. in-
ſti. l. Trebatius. & in d. l. Stichum. ſuper verbo: conditiona-
lis, pro quo facit. ff. de condi. & demonſtr. l. 1. in fi. & hoc eſt
multum notabile, ſi ſit verum, pp effectum tranſmiſſionis.
Si enim ſit tacita conditio non impedit tranſmiſſionem. ff.
de condi. & demonſt. l. conditiones quæ extrinſecus, cum ibi
notatis, quando di. le. ce. l. cum illis. §. fin. ſed expreſſa impedi
ret. vt in l. vnica. §. ſi autem. C. de cadu. tollen. Sed hoc for-
te non procedit: niſi quando talis conditio, per talia verba
apponitur, quæ de natura legati ſubintelligebantur. ff. de leg.
1. l. 3. Item no. ꝙ verba de ſe non conditionalia, faciunt con-
2 ditionem † ſi teſtator hoc ſentiat vel partes hoc agant, & cō
ſtet. ff. de verb. obli. l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam. de
condi. & demonſt. l. in conditionibus. In ead. gloſ. ibi cum al-
legat. §. ſub conditione. hoc videtur ius commune, vbi-
cunque apponitur in actus executione, non in ſubſtantia
actus. ff. de verbo. oblig. l. ſi decem cum petiero, & tale quod
apponitur, quod ipſo iure inhæreat: vt in concor. ibi allega-
tis. In ea. gloſſ. ibi cum allegat C. de dona. quæ ſub modo. l.
2. ſed quandoque apponitur cauſa per vt, quando gratia le-
gatarij apponitur. C. de iur. dot. l. ſi mulier. ff. de do. l. 2. §. fin.
In ea. glo. vbi cum allegat l. ſi ſic. §. 1. vide plenius. ff. de cond.
& demonſtra. in rubr. In ea. gloſ. ibi, cum dicit, non nocet vt
hic. hoc verum, niſi conditionaliter apponat, vt hic in text.
& not. in d. l. ſi ſic. licet ſit improprie conditio de præterito,
vel niſi alias legaturus non erat, vt ff. de condi & demonſt. l.
cum tale §. falſam. in fin. Secundum hoc ergo videtur di-
ſtinguendum de cauſa, aut fuit impulſiua, aut finalis, aut eſt
dubium ſicut diſtinguitur in contractibus. Primo caſu cer-
3 tū † eſt, ꝙ valet legatum, quamuis cauſa ſit impulſiua, vt hic.
Secundo caſu non, vt d. §. falſam. in fi. In tertio, videtur præ-
ſumi, quod ſit impulſiua. cum incumbat probatio illi, qui
dicit teſtatorem non alias fuiſſe legaturum, vt d. §. falſam. in
fin. Vel poteſt diſtingui, in hoc vltimo membro, quia aut eſt
talis cauſa, quæ ſi vera eſſet, compelleret teſtatorem inuitum
ad dandum, vt lego tibi decem, quæ in meis negotijs expen-
diſti, & tunc præſumitur finalis. ff. de pact. l. ſi cum te. Aut
non compelleret: vt lego decem, quia mea negotia tanquam
verus amicus tractaſti, tunc non. ff. de conditio. indebi. l. in
ſumma. §. id quoque quod ob cauſam. Quid ergo, ſi teſta- d
tor poterat compelli ad dandum, non tamen legat illud,
quod poterat, ſed aliud? Verbi gratia, quia decem in ne-
gotijs meis expendiſti, lego tibi librum vel caſtrum, ſatis
videretur impulſiua, ea ratione qua donare noluit, & hoc
ſi notabiliter excedebat pretium, in quo credebat ſe teneri.
argumen. dicti. §. id quoque. In ead. gloſſ. ibi. cum alle-
gat l. itaque. ff. de conditio. inſtitu. l. ſi quis ita hæreditatem.
de conditio. & demonſtratio. l. qui hæredi. §. fin. & hoc, ni-
ſi conditio ex aliqua cauſa remittatur a iure, vel improbe-
tur de condi. inſtitu. l. conditiones. & l. quædam. & l. quæ ſub
conditione. infra eod. §. fin. dic vt ibi. In ead. gloſſ. ibi cum
4 allegat l. ſi tibi legatum. imo in modo eſt † diſtinguendum,
ſicut in cauſa, quia aut impulſiua, aut finalis, aut eſt dubium,
& ſi ſit dubium, aut apponitur ad validitatem teſtamento-
rum, vel tertij, & præſumitur finalis. Aut ipſius legata-
rij, & tunc impulſiua. ff. de conditio. & demonſtr. l. Titio. de
dona. inter vir. & vxor. l. ſed ſi mors. §. fi. & hoc niſi implemē
tum modi contineret piam cauſam, vt quia alicui fuit lega-
tum ad ſui redemptionem, tunc enim præſumitur finalis. C.
de dona. l. pe. §. eadem. ver. nulla. ff. de iure do. l. promitten-
do. & l. dotis. & l. ſi ego. In ea. glo. in fin. vide. C. de fal. cauſa
adiec. l. 3. §. quod ſi quantitatem.

1 *Legatum ſeruo quando cedat 3.*
2 *Cato. Reg. limitatio.*
4 *§. Si hominem. ſenſus.*
5 *Filius & ſeruus quibus æquiparati.*

a An servo. a In gloſſ. C. de neceſ. ibi cum allegat l.
ſeruos. vide plenius ſupra per quas perſo. nobis acquir. §.
item nobis. vbi ſcripſi. Et dic, quod lex contraria non ob-
ſtat, quia ibi loquitur quando teſtator legat ſeruo proprio,
hic quando ſeruo hæredis. In ea gloſſ. in fin. hæc ratio non
1 videtur procedere, quia legatum † factum ſeruo cedit ab
adita hæreditate. C. de cad. tol. l. vnica. §. in nouiſſimo. ff. de
op. leg. l. ſi optio. quando di. le. ce. l. cum ita legatum. §. cum
ſeruo legato. & ſic videtur legatum valere in caſu, quo eſ-
ſet manumiſſus vel alienatus, per dictas leges, pro quo. ff. de
b conditio. & demonſtratio. l. Iulianus noſter. Item regula b
2 † Catoniana non habet locum hic, cum non extendatur ad
legata, quorum dies cedit ab adita hæreditate. ff. de regula
Catoniana. l. Catoniana. & not. in d. l. ſi optio. Solut. dicas,
quod aut libertas legatur ſeruo proprio, vel hæredis, & ni-
hilominus aut legatur pure, & tunc dies cedit indubitate
a die competentis libertatis, vel ab adita hæreditate, vbi
vtrunque legatum purum eſt, vel a die exiſtentis condi-
tionis, vel euentus diei, ſi libertas fuerit relicta ſub condi-
tione, vel in diem. ff. de lega. 3. l. qui concubinam. §. cum te-
ſtamento. ad l. Fal. l. in ratione. 2. §. penulti. & d. l. Iulianus.
eo. tit. l. cum ſeruus. niſi liqueret de mente contraria teſtan-
tis, vt d. l. Iul. in fi. de leg. 1. l. quæſitum. §. 1. dic vt ibi. & §. cū
teſtamento. & ita intelligitur. d. §. in nouiſſimo, aut lega-
3 tur † ſine libertate, & pure, & tunc aut ſeruo legatur, & va-
let, & cedit ab adita hæreditate, vt §. cum ſeruo legato. & §.
in nouiſſimo. ſ. allegato. Et ideo hoc caſu, diſtinguitur, an
ſuccedat neceſſarius hæres, vel non, vt d. l. ſi optio. aut lega-
tur ſimpliciter ſeruo teſtatori, vel hæredis, tunc obtinet iſte
§. & ſtatim dies legati cedit, & eſt locus Catonianæ regulæ,
& ſic voluit intelligere hic gl. & ff. de hæred. inſtituen. l. ſi ſo
cius. vbi idem no. nec refert, an viuo teſtāte manumiſſus fue
rit, vel non, vt hic patet, quamuis glo. contra. C. eo. l. ſeruus.
Sed oppo. adhuc contra hunc §. ff. de fideicommiſſ. lib. l. ge-
4 neraliter. §. ſi homini. ſed ibi † in libertate relicta, cuius dies
cedit ab adita, vt ſupra ſcripſi. Præterea, ibi deficit legatum,
propter impedimentum perſonæ legatarij, quo caſu non ob
tinet regula, hic miſſa conſideratione vtriuſque, quando ob-
tinet, vt plene no. ff. de regula Caton. l. 1. vide ibi. Item iſte §.
non obtinet in teſtamento militis. C. de teſtament. milit. l. ex
his. In gloſſ. qui actus. ſub. purus, conditionalis, ſic vt per to-
tum titu. ff. de condi. & demonſtr. & C. de condi. inſert. & de
conditio.

conditio.inſti.In glo.nam nemo.in fi.Hæc gloſſ.intendit reddere rationem diuerſitatis inter hunc caſum,& primum:tex. reddit aliam: ſed ratio text.non videtur bona in eo,quod dixit: nam poſſet per eum alius hæres effici: quia ita poſſet in primo caſu. Poſsibile enim eſt in primo caſu, quod inſtituus ſe vendat ad pretium participandum, vel dabit ſe in arrogationem,& acquiretur hæreditas alij.Sed hoc non eſt conſiderandum: quia eſſet expectare aduerſam fortunam &c. ff. de verbo.obliga.l.inter ſtipulantem,§.ſacram.ſecundum domi. Iacob.& Pet. Sed quid, ſi legetur filio a patre inſtituto, vel econtra, patri a filio inſtituto? Videretur,quod in primo caſu
5 ſit idem,ſicut† quando legatur ſeruo,a domino hærede inſtituto,cum vterque acquirat:videlicet ſeruus domino,filius patri. Sed hodie acquiritur proprietas ipſi filio: ideo videtur valere: & hoc poteſt dici probabiliter. In alio caſu eſt diſtinctio, olim non valebat donatio facta de patre ad filium: quia filius patri acquirebat:ſed hodie non acquiritur, quo ad proprietatem. Sed hæc opinio eſt reprobanda, vt in authen. de immen. do.ſecundum do.Iaco.& Petr.quorum ſunt hæc verba: non bene percipio, quid volunt concludere. Hæ tamen quæſtiones videntur expeditæ: quia a filio poteſt legari patri,ff.de leg. 1.l.a filio.& a patre filio.eod.titu.l.quæſitum.in princip. primus caſus non eſt dubitabilis, quin poſsit a filio patri legari, quia & a ſeruo domino poteſt legari vt hic. Sed
6 † ſecundus videtur dubius: quia a domino non poteſt legari ſeruo.& videtur idem in patre,& filio,ſaltem de iure ff.vnde vi.l.quæſitum,ideo valet: quia cum vterque filius inſtitutus & nepos ſuus fiat legatarius, & eſſent in poteſtate vnius: videbatur legatum a filio,illi in cuius poteſtate ambo erant:& perinde eſt, ac ſi a filio eſſet legatum patri directo: quo caſu ſine dubio valeret. Sed vbi inſtitutus non eſt in poteſtate alicuius:videtur quod non valeat, cum ſit eadem ratio, quæ in legato præſtando ſeruo domino inſtituto: ſaltem de iure digeſtorum.Et in hoc errauit gloſſ. in d.l.quæſitum quæ videtur ſentire quod l. quæſitum. procedat ſecundum iura noua: imo dicas, quod in caſu, quem ponit,procedit ſecundum iura digeſtorum,vt dixi.Sed in caſu de quo ego quæro,vbi legatur directe a patre,inſtituto filio,non procedit:nec lex illa caſum iſtum tangit.Vnde credo, quod de iure digeſtorum,non valet.Quid de iure nouo? Forte doc.in eo.quod ſupra dixerunt, voluerunt ſentire, quod non valet, quia iura noua nil corrigunt, quo ad acquiſitionem, in his, quæ proficiſcuntur a patre, vt in auth.de immen.do.circa princ. hoc tamen non eſt verum,imo cenſetur aduentitium,ff.de iur.do.l.profectitia,§.ſi quis dotem.& idem videtur de monacho vel religioſo inſtituto & legato facto Abbati, vel ſuperiori alij, vel econtra ſicut hic dicitur de ſeruo.

a Adnotatio.An ſeruo ſumma vt Angel.
b Item regula.In quibus regula Catoniana locum habeat, & in quibus non, vide hic plene per Ange.in 2.col.circa med. in ver. conclude & dic, & ponit ſex caſus,in quibus dicta regula non habet locum,quos vide diligenter.

1 *Ordo quando,& an ſpectandus.* 2.
3 *Incertitudo quæ vitiet.*

2 Ante hæredis. a † In gloſſ.no.ordinem:dic quòd vbi in
1 diſpoſitione iuris,vel teſtantis,vnus admittendus eſt,vel primus vel ſolus,tunc recurritur ad ordinem,vt in lege contraria,ff.de vſufr.l.quoties. de hæred.inſtit.l.qui ſoluendo. la 2. alias autem, ſi non conſtet quòd alter ſit admittendus, non admittitur ordo,ſed impediunt ſe concurſu,ff.de vſuf.ear.re. quæ vſu conſu.l.2. §.fi. vel propter incertitudinem repelluntur,ff.de teſtamen.tut.l.duo ſunt titij de re.du.l.ſi fuerit, vi-
2 de ſupra eod.§.incertis.& §.optionis.† Item dic,quòd vbi ordo eſt de ſubſtantia:tunc bene attenditur,vt extra,de cler.per ſal.promo.per totum C.de ſenten.l.prolatam.de acqui.hæredi.l.vt debitum,ff.de iure codi.l.quidam.& vide.ff.de vulg.l. moribus.In gl.niſi in duobus. ibi cum allegat l.ſi quis a filio,
3 §.pe.Caue,quia iſtæ duæ † leges faciunt per coniunctionem, & allegantur pro primo caſu quia incertitudo vitiat libertatem,vt l.cum ex pluribus.non autem aliud, vt d.§.pen. Dic tamen,quod hoc nō eſt verum,imo dicitur idem vtrobique, quia incertitudo vitiat legatum, vt l.ſi fuerit de reb.dub.vnde vbi eſt incertitudo, inter perſonas legatariorum,tunc incertitudo vitiat, & legatum & libertatem,ſecus ſi in re legata,vbi autem libertas legatur, eſt incertitudo, & in re & in perſona,& ſic vitiat, vt plene not.Dyn.extra de re.iu.cap.in obſcuris.libr.6.In ead.gloſſ.in fin.illa nil facit,vt ibi no.quia hæres non cogitur ad ire, nec pro legato, nec pro libertate, vt ibi notatur.

a Adnotatio.Ante hæredis.Ante inſtitutionem hæredis, & poſt.& inter medias inſtitutiones hæredum, hodie vtiliter legatur:& ordo non neceſſarius,ſi de mente conſtat,non eſt curandus.Et poſt mortem hæredis:poteſt hodie legatum relinqui.h.d.ſecundum Bald.vſque ad §.pœne quoque.

1 *Legati & ſtipulationis diſcrimen.*
2 *Factum hæredi recte iuberi.*

Post mortem.In gloſſ.in ſtipulationibus.in fi. hæ leges
1 parum faciunt,vnde vult dicere gl.quod in† ſtipulationibus, ſtatim cotrahitur obligatio, non ſic in legatis.In hoc aduerte,ſecundum doct.quod procedit,quando legatur poſt mortem hæredis,ſicut ſi legetur,cū legatarius morietur,ff.quando di.leg.ce.l.ſi cum hæres.ſecundum Ia.Item dic,ꝙ hæc gl. non procedit, vbi conſtat de contraria mente contrahentiū. Nam tunc poſſunt etiam obligationes contra hæredes in ſtipulationibus incipere, vt d.l. & C.vt acc. ab hære.& contra hære.l.1.& hoc, vbi tale quid legatur, quod poteſt compelli
2 poſt mortē. Quid † ſi damnet hæredem poſt mortem facere domum vel ſcribere librum? Non videtur valere, quaſi impoſsibile, vt infra, §.fin.Sed ſatis poteſt dici contra, ſemper enim in dubio videtur intellexiſſe, quod hæres hæredis faciat.C.de contrahen.& commit.ſtip.l.veteris.

1 *Pœnarum quæ reijcienda.*

Poenae quoque. Super text.dic,antea, id eſt, ante iura digeſtorum.Idem quod hoc iure, ff. de penu. lega.l.1.& l.ſi penū.quan.di.le.ce.l.cum ſine ad leg. falcid.l.1. §.item ſi ita. vbi eſſet probroſa vel impoſsibilis, ff.de condi. & demon.l. mulcta, ff. de his quæ pœ. nomine. l.1.& placet hoc magis, quam illud,quod not.C.eo.l.1.vbi glo.videtur ſentire, quod hæc antiquitas erat de iure ff. & illud ſequuntur ibi multi doc.Sed contrarium videtur uerius,per leges prædictas.Vn-
1 de† in d l.1.reijcitur probroſa,vel impoſsibilis,& ſic ſupponit,ꝙ non alia.Et not. ꝙ illud quod nomine pęnæ adijcitur, petitur iure legati: & detrahitur falcidia, vt d.§.ſi ita.extra de teſta.c.Raynutius.& ibi de hoc Doct.

1 §.*Exceptis & l.cum intereſt.conciliari.*
2 *Conditio in quem conferatur, referre eiuſque rei vſus.*
3 §.*Exceptis,ſenſus.*4.
5 *Conditio quando,& an ſuſpendat.*
6 *Conditio reijcienda.*
7 *Impoſſibilitas quando vitiet.*
8 *Difficultas quæ vitiet.*
9 *Legatum ſuo capientem vetare,pœnale eſſe.*
10 *Teſtatori quæ,& an mutari liceat.*

Exceptis. In glo.ff.de lega.1. ibi cum dicit, non autem ſoluere, hoc nihil valet, quia tunc non eſſet dubium & fruſtra diceretur,anguſtias temporum non nocere cum tunc nullæ eſſent anguſtiæ. Quid dicemus? Dynus ſequitur primam,extra de reg.iur.ca.nemo poteſt ad impoſsibile. libr.6. ſed illi ſolutioni non obſt.regula Cato.do. Iacob.& Petr.dicunt, quod anguſtia temporis non nocet in contractibus vt ff.lo.l.inſulam, §.1.ergo nec in vltimis voluntatibus in quibus eſt plenior interpretatio facienda. ff.de reb.dubijs.l.cum in teſtamento.Sed adhuc non reſpondetur,quia hic impoſsi-
1 bilitas vitiat,ibi non.Sed dicas,†quod ibi fuerunt duo,ipſum legatum,& tempus dandi, legatum non continet impoſsibile,ideo valet,ſed adiectio temporis eſt impoſsibilis,quę non uitiat legatum purum,& poſsibile,ſed hic loquitur, quando ipſum legatum eſt impoſsibile. Sed certe eodem modo ſunt

hic duo, ipſum legatum, quod eſt impoſsibile, & pœna poſsibilis, cur ergo non ualet in pęna poſsibili? reſpondeo, legatum eſt principale. pœna eſt adiectio, vnde cum ipſum principale non tenet, nec acceſſoria adiectio, ff. de verbo. obli. l. ſi homo mortuus. Sed in contrario tenet ipſum principale. In ead. gloſ. in fi. hanc ſequitur Dynus in d. c. nemo. Domini vero Iac. & Pet. dicunt, quod hanc ſequebatur dominus eorum
2 & reddebat rationẽ, quia quando conditio† apponitur in perſona onerati, nunquã volet qđ impleatur. Vnde teſtator nõ videtur velle, valuiſſe legatum, ſed vbi apponitur in perſona honorati, certum eſt quod ille vellet implere, ſi poſſet, & nihil eſt quod ei debeat imputari, ſi non impleat ideo valet legatum. Ipſi tamen dicunt idem eſſe, ſiue in perſona onerati, ſiue honorati, apponatur conditio, ſed dicunt referre, an apponatur impoſsibilitas per modum præcepti, an per modum conditionis, nam ſi per modũ præcepti, non valet. Verbi gratia, hæres meus da montem aureum Sempronio, vel aſcẽdas cęlum, & ſi non feceris, da ei centum, hoc caſu neutrum valet, ſed ſi per modũ conditionis apponeretur impoſsibilitas, bene valet, verbi gratia, hæres meus, ſi cœlum digito non tetigeris, vel ſi montẽ aureũ non dederis Sempronio, da ei centum hoc caſu bene valet, Et eſt ratio. quia hoc caſu videtur legatum ſub conditione neceſſaria, quo caſu valet, vt ſi ſol cras orietur, ſic vides in contractibus, quia ſi promittis dare Stichum mortuum, & ſi nõ dederis, promittis dare pęnam, neutra valet, quia impoſsibile apponitur in conuentione, ſecus ſi per modum cõditionis. ff. de verbo. obli. l. ſi homo mortuus, & l. impoſsibilis ſecundum eos, hæc ſolutio videtur bona & glo. voluit eam ponere, ff. de condi. inſtit. l. 1. in ſecunda ſolutione ibi cum dicit, vel ibi non fuit impoſsibilitas &c. ſed ſi pro fũndius inſpicias, leges contrariæ nil faciunt contra hãc
3 literã, quia hic† nil agitur de conditione, ſed de actione pœnæ, quæ non ſunt idem. ff. de his quæ pœ. no. l. 2. Idcirco iura loquentia de conditione nil faciunt ad propoſitum, niſi per ſimile vnde pœna dici nõ poteſt, niſi vbi præcedit diſpoſitio teſtantis, de aliquo dando, vel faciendo, & adijcitur pœna ad confirmationem diſpoſitionis, per verba negatiua, tunc enim certum eſt, quod neutrum valet, ſi principale diſpoſitum ſit impoſsibile. Verbi gratia, damno hæredem meum attingere cęlum digito, & ſi non fecerit, damno eum centum dare, neutrum valet, & eſt ratio, quia nemo ad impoſsibile obligatur, vt ff. de reg. iur. l. impoſsibilium. Per pœnam autem nolit eũ obligare ad principale diſpoſitum, quod eſt impoſsibile, & nullum ergo acceſſorium debet eſſe nullum, & maxime, quia pœna non debet committi, niſi ſit culpa, vel mora, vt l. ſi deceſſerit ff. qui ſatiſda. cog. de excep. do. l. apud Celſum, §. ſi in arbitrum, nam dando, vel faciendo impoſsibile; non poteſt mora vel culpa argui, & ſic non debet pœna ligari nec hoc caſu locus eſſe poteſt illi diſtinctioni, an apponatur in perſona onerati, vel honorati, quia pœna de ſui natura non poteſt
4 apponi, niſi in perſona onerati. Et iſte eſt verus † intellectus huius §. nec vltra de conditione loqui oportuit, nec diſputare & tamen gl. ſubintrat, quæramus an conditio impoſsibilis vitiet diſpoſitionem teſtantis, vel vitietur, & (ſicut vides) gl. diſtinguit. an apponatur in perſonam onerati, an honorati. Dyn. plenius diſtinguit, quia aut apponitur affirmatiue, aut negatiue, ſecundo caſu habetur pro pura. In primo ſubdiſtinguit aut ſemper impoſsibilis, aut aliquo tempore impoſsibilis, aut poſsibilis. Et ſi ſemper impoſsibilis, aut apponitur in perſona onerati, aut honorati, vt not. in d. ca. nemo. Subijciamus iſta examinationi. Certe primum† membrum eſt indubi
5 tatum, quando ponitur negatiue, quia illa eſt neceſſaria, nec facit actum conditionalem. ff. de cond. & demonſt. l. hæres meus. de verbo. obli. l. impoſsibilis. Sed quando ponitur affirmatiue, non cõſentio ſubdiſtinctioni, an fuit ab initio impoſsibilis &c. quia illa diſtinctio repręhenditur per regulam Caton. vt s̃. dixi, & in l. ſi mihi & tibi alleg. in gl. non fuit conditio ſed quædam adiectio extra ſubſtantiam legati, quæ non vitiat, ſicut nec in contractibus, vt ſuprà dixi. idcirco lex illa nihil facit ad propoſitum. Item, nec illa, qua ſubdiſtinguitur an in perſonam honorati, vel onerati, quia leges indiſtincte dicunt conditionem impoſsibilem pro non ſcripta haberi, vt s̃. de hære. inſti. §. impoſsibilis, ff. de condi. inſti. l. 1. & l. conditiones. de conditio. & demon. l. obtinuit. & l. mulcta, §. fi. & l. cum tale. §. falſam, Nec aliqua lex dicit contra. quia iſte §. cuius timore fuit facta diſtinctio, nihil facit, imo in alio caſu loquitur, vt s̃. oſtenſum eſt. Nec aliqua bona ratio reddi poteſt,
6 cur debeat diſtingui. Igitur videtur† indiſtincte dicendum, quod impoſsibilis conditio de natura reijciatur, nec in hoc eſt facienda difficultas, nec eſt ſufficiens prædicta diſtinctio quia debuit diſtingui, an fuit impoſsibilis de facto, an propter prolixitatem, quibus caſibus uitiat, ut ff. de cond. inſti. l. ſi Titius. de ſta. libe. cum hæres. §. 1. Sed ego hoc non admitto, in impoſsibili de facto, vt dixi ſuprà de hæredi. inſtitu. §. impoſſibilis. Recollige ergo, cum quæritur an impoſsibilitas uitiet
7 diſpoſitionem extremam, diſtingue, quia† aut apponitur impoſsibilitas in uim præcepti, & tunc, aut in ſubſtantia ipſius legati, & uitiat, ut hic, cum concor. aut in circunſtantijs, & non uitiat, ut l. ſi mihi & tibi. §. 1. aut in uim conditionis, & tunc aut eſt impoſsibile, propter difficultatem tantum, & uitiat, ut l. cum hæres. §. 1. aut de natura, ut quia forte res non eſt in rerum natura, & tunc habetur pro non ſcripta, ut l. ab omnibus. §. 1. de leg. 1. & d. l. 1. de cond. inſti. cum concor. aut propter perplexitatem, & tũc uitiat, ſi ſit omnino perplexũ. ut l. ſi Titius. Hoc ſolum tene, alijs ſubſtitutionibus omiſsis. Qũo autem impoſsibilitas vitiet contractus. uidebis in propria materia infra de inuti. ſtipu. §. ſi impoſsibilis. Sed quæramus, hic dicitur, quod ubi teſtator præcepit impoſsibile, pœna adiecta, quod neutrum ualet. Quid ſi difficile? non uidetur idem quia difficultas non impedit obligationem, ut l. continuus, §. illud. & ſcripſi d. §. impoſsibilis. de hæred. inſti. ſuprà. Ad hoc poteſt dici. quod ubi eſt talis difficultas, quæ annullat legatum omnino, poteſt dici idem quod impoſsibile.
8 † Sed ubi omnino non annullat, ſed facit teneri ad eſtimationem, tunc non idem. immo committit pœnam, niſi det legatum uel æſtimationem. Quæ autẽ ſint illæ difficultates, quæ annullant legatum, uel non, uide s̃. §. non ſolum. Quid ergo, ſi prędcepit fieri templum, uel palatium, uel aliud opus, quod eſt ſupra uires hæreditarias, ac ipſius hęredis, & ſi non fieret, adiecit pęnam? ſatis poteſt dici, quod neutrũ ualet, quia talis pœna impoſsibilis non ualet, ut l. cum hęredes. §. 1. & d. §. non ſolum. In gloſſ. ut inquilinos, idem ſi non ſint interdicta, ſi tamen de iure reſcindi poſsint. Vnde ſi filium grauaret in portione legitima, ſic quod locus ſit querelę, & apponeret pœnam, ſi contraueniret, non committeretur, & idem credo ſi pręciperet aliquid contra conſuetudinem patriæ, & adijceret pœnam j. de off. iud. in prin. Tranſgreſſor enim legis, & conſnetudinis eadem pœna punitur 11. diſt. ca. in his.
9 Sed† quid ſi legauit alicui fundum. & uoluit, quod adipiſceretur poſſeſsionem authoritate propria, & ſi hęres impediret, adijcit pęnam, nunquid hęres in pęnam incidit, ſi impediat? vř, ꝙ non. quia huiuſmodi pręceptum, eſt cõtra legis interdictum, certum eſt enim, ꝙ interdictum eſt prius legatario, ne authoritate propria adipiſcatur legatum. ſ. ſine uoluntate hęredis, ff. quo. leg. l. 1. in prin. igitur tale pręceptum non ualet, nec adiectio poenę, ut hic. C. de his quę pœ. not. l. unica. hoc non credo, imo teſtator hoc poteſt ordinare, ꝙ legatarius authoritate propria adipiſcatur, ut ff. de le. 2. l. Titia cum teſtamento, §. Lucius. & ibi no. idcirco ualet poenę adiectio.
10 Vnde † aduerte, ꝙ ubi aliquid eſt per ius diſpoſitum, ꝙ teſtator immutare non poteſt, ut quia forte habet ius publicum, uel fauorem, tunc obtinet hęc lex, & potes ponerc exẽpla. ff. de teſta. tutel. l. iure noſtro. de admi. tu. l. quidam, C. de cõd. inſer. l. 2. ff. de leg. 1. l. nemo poteſt. Sed in his, in quibus poteſt diſponere contra iuris ordinationem, ſicut in cautione de legato pręſtando, ut C. ut in poſ. leg. l. ſcire. uel de non faciendo inuentario. C. arbi. tu. l. fin. hęc lex non obtinet; nec ubi ordinatio eſt pręter legem, uide ff. ad leg. Falc. l. quod de bonis. §. 1. C. de pa. l. pacta. quę contra.

### *De ademptione legatorum.* *Rubrica.*

1 *Teſtamentum iuratum reuocabile, fallit. 2.*
3 *Pactæ quæ iuramento non firmentur.*

In

In gl.quia ambulatoria. do. Iac.& Pet. dicunt ꝙ non po-
teſt ligari vltima voluntas etiam per iuramentum iure iſto.
1 Vnde ſi quis fecit teſtamentum,† & iurauit ſe in eo perſiſte-
re:nihilominus poteſt reuocare,quia ambulatoria &c.ff.eod.
l.3.§.fi.ff.de do.inter vir.& vxo.l.cum hic ſtatus.§.oratio. ſe
cundum eos. Hæc quæſtio eſt multum antiqua, & frequen-
ter eſt in facto.Vnde Spe.tenet ꝙ primum teſtamentum iura
tum tenet,& non reuocatur,vt in Spe.de fi.inſtr.§. compen
dio ſe.ver.quid ſi iurauit.Hoſt.diſtinxit quia aut reuocauit ſi
2 ne cauſa,& tenet primum.aut † cum cauſa,& tenet ſecundũ,
vt no.Arch.poſt eum extra de ſepul.c. 1. gloſſator decretorũ
tenet idem quod Iac.&Pet. 13.q.2.c.fi.Io.An.diſputauit ple
ne de hoc,& tenet idem extra de re.iu.c. quod ſemel. in no-
uella. Et hoc placet.Et videtur ibi d.c. 1.de ſepul.ibi enim nõ
ſepelitur in loco iurato. & ita ſupponitur, ꝙ valuit reuoca-
tio,veruntamen in pœnam periurij eligitur alia via.Vnde ſi
dicerem nõ tenere ſecundum teſtamentum,adhuc dicerem,
primum reuocatum in effectu,quia primum non habuit vo-
luntatem teſtantis. ff. de his qui. vt ind. l. cum quidam. de
3 mili.teſt.l.militis. §. veteranus. Præterea,† conuentio, ex
qua ligatur arbitrium,eſt cõtra bonos mores.ff.de verb.obli.
l.ſtipulatio.hoc modo.Ideo non ligatur iuramento, extra de
reg.iur.c.non eſt obligatorium lib.6.

1 *Impugnans actum eo non fruatur.*
2 *Adimi teſtamento quæ poſſint.& qui.*
3 *Repugnantia quando,& an,vitiet.*
4 *Reg.vbi repug.ſenſus.*
5 *Ademptum quando videatur.*

a ADEMPTIO. a In gl. ſcilicet,teſtamento. in
fin.ille §.parum facit ſecundum do.Iac.& Pet.
Et prima fuit opi.Pla.quæ poteſt fundari ſecun
1 dum eos: quia † qui nititur impugnare teſta-
mentum,non habet commodum ex teſtamen-
to.C.de leg.l.ſi legatarius. ff. de inoff. teſta.l.Papinianus.§.
meminiſſe.Item fruſtra legis auxilium inuocat,qui in legem
commiſit.ff.de min.l.auxilium.ergo codicilli,qui contrarian
tur teſtamento,non confirmantur per teſtamentum,niſi hoc
exprimatur.Quia non eſt veriſimile, ꝙ illud quod fit ad finẽ
contrarium, confirmetur per id ff. de cond.& demon.l.cum
tale.§.fi.Ipſi tamen tenent cum glo.& dicunt ꝙ non eſt ridi-
culum, ſi codicilli contrarij confirmantur per teſtamentum
quia quandoque videmus agi ex contractu, vt contractus de
ſtruatur.ff.de contrah.emp.l.ſed & Celſus.§.1.de act. empt.
2 l.ex empto.§.is,qui vina.Tene ergo,† ꝙ legata in teſtamen-
to poſſunt adimi in codicillis confirmatis expreſſe, non ſic
de hæreditate. C. de codi.l.3. In gl.vt ſi eodem teſtamento.
cum alleg.l.ſi ita ſcriptum.dic melius vt ibi, & C. de lega. l.
datum.quia aut adimitur expreſſe,aut tacite. Et ſi expreſſe,
aut in eodem teſtamento,aut alia voluntate, & ſi alia volun-
tate,aut æque ſolenni,aut minus ſolenni.ſi tacite,aut per de-
legationem, & tunc aut ante conſummatum teſtamentum,
aut poſt,vel alias tacite vt per inimicitias, & tunc gl. tenent
ꝙ per exceptionem,vt potes colligere ex his, quæ notantur
in dictis legibus.In ea.gl.in fi.Iac.dicit ꝙ vix poteſt dari bo-
num exemplum illi regulæ.Sed videamus modum opponen
di,vt melius ſoluamus. Hic dř, ꝙ vbi teſtator dicit lego Ti-
tio,non do,non lego, valet ademptio. Contra vbi eſt repu-
3 gnantia in teſtamento,neutrum,vt d.regula† Sed in his ver-
bis eſt manifeſta contradictio,ergo vř,ꝙ neutrum valet, er-
go male dicit hic tex. ꝙ valet ademptio.Illud contrarium in
tendit ſoluere Iac.diſtinguendo.nam aut contradictio,ſeu re
pugnantia,fit incontinenti,& tunc vitiatur vtrunque. aut ex
interuallo,tunc non,ſed valet vltimum,& h.d.per l.non ad-
ea.ff.de cond.& demon.de ma.teſta.l.Stichus. imo Pamphi-
lus.Nonnulli voluerunt dicere, ꝙ omnia verba teſtamenti,
quocunque tempore ſcribantur,vel proferantur, debent re-
ferri ad id tempus,quod ipſe reprobat.Sed ſalua gratia tanti
doc. hæc ſolutio non videtur vera, nec bonus intellectus il-
lius regulæ,quia regula dicit,ꝙ neutrum valet,& tñ in l. nõ
ad ea.& in l.Stichus.valet vltimum. ff. de hære. inſt. l. ſi ita
ſcriptum.quod eſt contra mentem regulæ,& ſolutionis. Vn-
de de omnibus exemplis,quæ dantur in dicta regula: non vř
aliquid procedere, niſi exemplum perplexitatis verborum.
Quid ergo reſpondebimus? Dicas, qđ regula nihil facit ad
4 propoſitum,loquitur enim,† qñ ſunt verba incompatibilia,
nec vnum magis interpretatione poteſt eligi, quam aliud.
tunc enim vtrunque vitiatur,vt in exemplo perplexitatis. d.
l.ſi Titius.Vel ſi dicat, inſtituo Sempronium & Mæuium,ita
qđ quilibet habeat inſolidum,vel lego fundũ Titio, & Seio,
ita quod quilibet ſit inſolidum dominus.nec obſt.huic exem
plo l.cum quæſtio.C.de lega.quia ibi non expreſſit,ꝙ quili-
bet eſſet inſolidũ dñs.Nec ſimiliter.ff.de leg.1.l. ſi pluribus.
quæ vř obſtare.Vel pone exemplum,ſi in eodem teſtamento
dicet, volo ſepeliri penes fratres minores, & prædicatores
ſub vna clauſula,vel ſi dicat, volo, ꝙ mihi fiat capella, ſuper
tumulum meũ penes prædicatores.Itẽ penes minores,cũ ele
gerit ſepeliri in altero loco.Sed tex.noſter loquitur qñ ex in
terpretatione vel ex vi verborum apparere põt contraria vo
luntas reuocatoria primæ,& vbi non implicatur impoſſibile
ex dictis,tunc enim vel alterũ valet:vel vtrunque, ſecundum
diſtinctionem d.l.non ad ea.nec eſt repugnãtia.In gloſ.ſed ſi
Seius.in fi.ff.e.l.legatum.§.fi.& eſt ratio, quia cum nuda vo-
5 luntate adimatur: conſtat † voluntatem mutatam, q̃uis alius
non capiat.ff.de his qui indi.l.cum quidam. Sed opponitur,
qđ non vř ademptum primo, ſed debeant concurrere.ff. de
leg.1.l.cum pluribus.Poſſet dici,ꝙ iſte §.obtinet,ſi probetur
animus adimendi,alias non.& ita no.ſ.ti.1.§.ſi eadem. in gl.
ſed nonne.Alij dñt,qđ aut legat ſecundo,cum cõmemoratio
ne primi, vt fundũ, quem Seio legaui, lego Mæuio. & tunc
pręſumitur animus adimendi,alias non,vt ibi ſcripſi.& hanc
tenet Dy.in d.l.ſi pluribus.in quadam gloſſ.interlineari. pro
quo ff.eo.l.ſicut & hic. Sed huic obſtat ff.de leg. 2.l.Mæuiæ.
vbi eſt verbum commemoratiuum,eundem.Sed ibi comme-
morat rem legatam tm̃:non ipm legatũ. Item ob.ff.de hęre.
inſtit. l.Iulianus. ſed ibi in inſtitutione, quę non ita faciliter
reuocatur,ſed adimitur. Vel refert,vtrũ incontinenti adijciat
verba cõmemoratiua,,vel ex poſtfacto,vt primo caſu non vi
deať adimere,vt in cõtraris,ſcđo ſic,vt hic per d.l. nõ ad ea.

a Adnot. Ademptio: Diuide hunc titulum,vt hic per Ang. & ſumma ſic ſe-
cundum eundem. Ademptio,& tranſlatio legatorum,poteſt fieri in eodem te
ſtamento,vel alia ſcriptura.h.d.vſque ad fi. tituli.

## *De lege falcidia.* *Rubrica.*

1 *Falcidia qui vetanda.*
2 *Falcidia & Trebel.communia.*
3 *Falcidia quando,& an detrahenda.*
4 *Falcidia qui retinenda.*
5 *Falcidiæ quatenus imputandum.*
6 *Peculii legatum quouſque non teneat.*

SVPEREST. In gl.ideo ſic dicta in fin.iſta ma
gis placet Ia.quam prima,quia eodẽ modo poſ
ſent dici ab enſe, qui melius reſecat, & dic qđ
hæc lex fuit introducta a Falcidio Tribuno ple
bis nõ prætore quia Falcidia ipſo iure reſecat,
vt l.lineã.ff.eod.& ſi eſſet prætor, non poſſet ipſo iure tolle-
re &c.vide quæ plene notantur in gl.ſicut ipſe ſcribit hic. ff.
e.l. 1.Et no.quod lex Falc.habet duo capita, & nominatur ab
effectu vltimi,vt d.l. 1.In gl.non tñ licet.in fi. quidam habẽt
additionem,ſed hodie &c.ſi non habeas,pone eam. Et in fi.
pone.& dic vt ibi no.& ſcripſi.reſponde ad l.fi.C.de pact.qa
in l.falc.non ſolũ vertitur fauor teſtantis,imo hæredis, & iu
ris publici,vt d.l.qđ de bonis.§.1. Sed mirandum, cur corri
guntur iura antiqua,cũ prædicta rõ ſemper remaneat,dicas,
ꝙ principaliter fuit ſtatutum ob fauorem teſtatoris, vt hic
patet,ne decederent inteſtati.Hodie vero aliter prouiſum eſt
ſuper hoc.vt in authen.de hære.& fal.per totum.maxime in
§.ſi vero expreſsim.Et ideo ceſſat illa principalior ratio. Et
1 poteſt †prohibere Falcidia expreſſe,ſed non tacite, vt ſcripſi
in d.auth.ſed cum teſtator.Quid in Trebellianica? gloſ.ſunt
adinuicem contrariæ, nam in d. §. ſi vero expreſsim tenet
idem in vtraque. in d. authen.ſed cum teſtator tenet contra
dicto. tenent idem in vtraque, vt ibi ſcripſi. Pro quibus,
quia eſt eadem ratio in vtraque, & ſic idem ius. C.eod.l.fin.
imo

imo maior,quia in Trebellianica ceſſat ratio, quæ erat in Fal
cidia: videlicet ꝙ teſtator hr̄et hæredem, vt hic. Et certum
eſt ꝙ per Treb.non magis habet hæredem, quia etiam inui-
tus erit hæres & cogitur: vt l. apud Iulianum.§. Antiſtia.ff.
ad Treb. Multo ergo magis poteſt eam teſtator prohibere,
2 quam † Fac.cum non ſit tanta ratio eam inducendi & fouen
di ſicut de Falcidia,qn̄que prohibere poteſt.Vnde lex promi
ſcue vtitur his verbis falci.& treb.C.eo.l.ſi, vt allegas,ff. eo.
l.filius,qui militauerat. Vnde ſatis fuit, ꝙ lex loqueretur de
Fal.quia idem videretur intellexiſſe de Treb. quinimo vide-
tur,quòd noua lex quæ loquitur de Falcidia,videtur loqui de
3 Trebellianica.de hoc infra tit. 1.§.ſed quia.† In gl.vel etiam
cauſa mortis,ibi cum alleg.l.acceptis.Sed ibi loquitur, quan
do proficiſcitur ab alio,quam ab hærede. Vnde dic plenius:
a a quia aut quid cauſa mortis capitur, recipitur contra volun
tatem teſtantis,&c.tunc non detrahitur Falci.ff.de don.cau.
mor.l.qui pretio.& ibi no. aut non proficiſcitur ab hærede:
& non detrahitur: vt l.acceptis.aut proficiſcitur: & tunc de
trahitur,vt hic no.niſi hæredis mora,vel culpa caperetur. ff.
eo.l. 1.§.itē ſi ita.De hoc no.gl.& doc.C.eo.l.ſi mortis.In ea.
gl.ibi cum dicit,morte cōfirmatur,ſecus ſi valuiſſet ab initio.
ff.de do.inter vir.& vxo.l.ſi ſponſus.§.conceſſa. In gl. id eſt,
9.vncias,ibi cum dicit: etiam rei ven.hoc indubitatum, ſi le
gatarius,vel fideic.poſsideat ſine facto hæredis. Sed ſi hæres
tradiderit,vel de voluntate eius legatarius occupauerit, non
videtur procedere maxime attenta auth.ſed cum teſtator.In
ea.gl.in fi.dic plenius.Quia aut legatur pluribus,& tunc ob-
4 tinet opi.huius gl. Aut vni,tunc † propter vtilitatem vel ne-
ceſsitatem,poteſt in vna retineri,vt d.l.Plautius.&l.plane.§.
fi.cum l.ſeq.& l.lex fal.& l.ſi is. §. fin. ſed in trebellianica in
vna re.ff.ad Tre.l.Marcellus.§.res quæ. C. fam. erciſ.l. filium
quem habentem.In gl. ſcilicet quartam partem. ibi cum di-
cit.imputabit in quartam,niſi illi qui ſibi dat,vt no. C. eo. l.
pen.vel niſi teſtator hoc expreſsiſſet.ff.eo.l.quod autem. In
ead.gl.ibi cum alleg.ꝙ ſtatuliber. hoc verum,ſi ſit ſolus hæ-
res. ſi vero habet cohæredem,ſunt gl.contrarię. Nam quæ-
5 dam dicunt, † ꝙ imputat pro parte ſua,non pro parte hære
dis,vt in d.l.quod ſtatuliber.no.ſed in l.illud autem no. ꝙ to
tum imputat.& idem no.in l.Neſennius.eo.tit. & illas appro
bant ibi Dy.& Iac.& in l.cū pater.ipſemet percipiebat.in ca-
ſu aūt noſtro dabat ſtatulib.& hoc indubitanter vbi non fuit
peculium prælegatum.Quid ſi fuit prælegatum,& dat de pe
culio? Non videtur imputari.ff.eo.ſi a me. Sed verius vide-
6 tur quod legatum † peculij non teneat,quouſque ſit impleta
conditio,& implendo conditionem,tradit rem hæreditariā,
ſecus in tali exemplo:ſi libertate & peculio legatis pure lega
ret fundum, ſi 10. dediſſet,tunc enim non hæreditario iure
capit,vt ibi no. Iac.hæc autē non procedunt in quarta Treb.
vt l.in quartam.e.ti.Et vide quod ibi no.& d.l.Neſennius.ad
Treb.l.deducta.§.nummis.

a Adnotatio.Dic plenius.Vide hic Ang.idem ſentientem in 2.col.ver. in gl.
legare. Quætit hic idem Ang.ſi teſtator dicat, quod ſoluant legata integra:
vtrum idem ſit,quod prohibere Falcidiam. vide eum.Item an id quod poteſt
per falcidiam detrahi: dicatur naturaliter debitum,idem hic in 3.col.in prin.
ver.an autem,quod poteſt.

1 *Acceſſio cuius ſit.& 2.*

QVANTITAS. In gl.ſupra de leg.§.ſi peculium.con-
tra. quidam non habent plus in gl. alij habent. Solutio. ibi
remanet ſeruus,quaſi peculij dominus. Hæc ſolutio ſuppo-
nit talem opinionem.Tu dicas,quòd inſpicitur tempus mor
1 tis,in quantitate patrimonij, & ita ſupponis. ꝙ † augmen-
tum ſuperueniens ſpectat ad hæredem. nec imputabitur in
Falcidiam.Contra,imo ad legatarium.vt §.ſi peculium. ver.
ꝙ ſi poſt mortem,gl.ſoluit. ibi remanet ſeruus, quaſi peculij
dominus.Vult dicere,ꝙ ſeruus eſt quaſi peculij dominus. in
vita: & poſt mortem remanet quaſi dominus. Ideo non
mirum, ſi ad eum pertineat augmentum. Hoc contrarium
non meruit ſignari,ideo gl.antiqua non ſoluit. in quo enim
tangitur hic ad quem pertineat augmentum? certe fruſtra
de hoc agitur hic.Sed gl. debuit opponere de l. cum quo. ff.
eo.ſed ſoluit ibi: quia quod hic dicitur, obtinet in æſtimatio
ne rerum hæreditariarum, non in ęſtimatione debitorum.
Eſt ibi obſcura gloſſ. nam in principio ſequendo Azo. Hu-
goli.& hic recitat vnum. In fi.videtur variare ibi, ſed in de-
2 bitore.&c.Tamen doc.ibi dicunt,ꝙ hę eſt † veritas,quod vbi
debitor efficitur non ſoluendo, cedit damno hæredis: vbi
augentur facultates,cedit lucro legatariorum, quo ad Falci.
Sed pro Deo, quæ eſt ratio, quod augmentum pertineat ad
commodum legatariorum,diminutio ad damnum hæredis?
Poteſt dici quod ſpes eſt, quod de inopia veniat ad pinguio-
rem fortunam.C.ar.tu.l.ſi defunctus,ſed non contra.Sicut er
go maior hæreditas,reputatur propter debitum conditiona-
le conditione adueniente: ſic facultatibus auctis propter
ſpem,quæ erat ad augmentandum. & ſic ſoluit ibi Iac.In gl.
& tunc idem.ibi cum dicit,quod hic dicitur.hoc verum, niſi
eſſent relictæ per modum ſpeciei.ff.de leg.1.l.ſed ſi certos.
In gl.1.aliquid oportet in fi.vide ſupra ti.2.§.ff.de leg.1.l.1.
concor.quaſi de verbo ad verbum.ff.eo.l.in quantitate.

1 *Falcidia in cuius ſeruo vetita, an non. & 2.*
3 *Falcidia in quibus ceſſat.*

a CVM Autem. a In gl.mos erat.prope fi.ibi: tunc nul-
lam patitur. imo dic quod tunc patitur.vt d.l. ſed ſi non ſer
uus.in prin.Vnde(vt bene videas,)hic dicit quod vbi ſeruus
1 † teſtatoris manumittendus eſt: nullo modo detrahitur falci
dia de ipſo ſeruo,de alio legato, ei, vel alij legatario relicto
ſic:vt l.ſi ſeruus.& l.plane.& hic. Vbi autem ſeruus hæredis,
tunc etiam non detrahitur,vt l.ſed & ſi non ſeruus. ver.ſi ve
ro.Vbi ſeruus legatarij, tunc detrahitur, quia tanti videtur
æſtimaſſe &c.vt l.ſed & ſi non ſeruus.Vbi autem alienus, tūc
hæres deducit totum pretium,ſed legatarius patitur Falc.in
eo quod ſibi remanet,vltra æſtimationem ſerui. ff. eo. l. eius
ſerui.§.1.& d.l.Iul.& l.ſed & ſi non ſeruus.verſi. quid ſi alie
2 nus.† Sed quid dices? Dixi quod vbi legatarius debet ſuum
proprium manumittere,certo legato ſibi facto quod detrahi
tur Fālc.hoc verum,ſi agnouit legatum.Sed pone,quod non
vult agnoſcere propter metum Fal.nunquid detrahetur, tūc
Falci.Poteſt dici quod non, quia impediretur libertas,& ea-
dem ratio hic habet locum,quæ in alijs,in quibus detrahitur
3 Falc. † In gl.improprie.in fi. Super hoc conſueuerunt dari
verſus magiſtrales.

*Falcidiam ceſſare facit pars debita nato.*
*Calculum,dos,miles pietas,prohibitio,crimen,*
*Res vetitæ vendi,libertas,ſponte ſolutum.*

Debita nato. vt C. de inoffi. teſta.l. ſancimus. & l.quoniam.
Calculum.vt C.eo.l.ſi prædiorum. Dos.ff.eo.l.cum dotem.
Miles. C. eo.l. in teſtamento.Pietas.C.eo.authen.ſimiliter.
Prohibitio.C.eo.auth.ſed cum teſtator.Crimen.C.eo.l.etiā.
Vendi vetitæ. C. eod.auth.ſed in ea. Libertas. C.eod.l.ſi ea.
proxi.§. Sponte ſolutum.ff.eo.l.quod de bonis.§.1. & d. au-
then.ſed cum teſtatur.

a Adnotatio.Cum autem.Creditores hæreditarij legatarij præferentur. Et
ratione legis falcidiæ imponendæ. primo æs alienum deducitur: deinde,im-
penſa funeris deducitur: deinde de hæreditate tota: ſi quid ſupereſt, & ad le
gata non ſufficit,de quolibet legato,diminuitur vt quarta ſuppleatur h. d. vſ-
que ad fi.tit.ſecundum Bal.

1 *Fideicommiſ.officio iud non peti.*
2 *Princeps inualida valida.*

## *De fideicommiſſarijs hæreditatibus. Rubrica.*

a NVNC TRANSEAMVS. a † In gl. id eſt nul-
1 la actione.in fin.ſed nec per officium iudicis ſe
cundum antiquitatem, vt apparet ibi cum di-
cit: tantum pudore. item nihil eſſet innoua-
tum, per ius nouum per quod petitur iudicis
officio. vt videbis infra §.ſed quia.& §.ſed ſi recuſet. in tex.
2 vel quia per ipſius Auguſt. † No. quod princeps poteſt vltra
iuris communis diſpoſitionem,in eo quod ſuam tangit perſo
nam facere valere,quòd alias non valeret. ſicut facit per ſui
præſentiam:& facere teneri.C.de teſtam.l.omnium.Sed hoc
fuit diſpenſatiue,non de iure communi,vt patet in litera: ob
inſignem

inſignem quorundam, qui erant amici, vel credebantur in vi
ta, & poſt rumpunt fidem. iuxta l.ff.de hæred. inſtitu.l. qui-
dam cum filium. vnde inſigne ſumitur in malam partem.

a Adnotatio. Nunc transſeamus. Diuide hunc titulum, ſecundum Angel.de
Arer.& hoc principium ſumma, vt idem.

1 *Vltimarum voluntatum quæ ſine hærede valent.*

In Primis. In glo.poteſt.in fi.videtur contra ſed non eſt,
quia hic loquitur, quando volebat teſtari, & hoc conſtabat,
ibi econuerſo, quando conſtabat, quòd non, ſed codicillare
1 tantum, vt dicitur ſuper gl.ſeq. † In glo.no. non valere. Dic
quòd aut conſtat teſtatorem voluiſſe facere teſtamentum: &
tunc requiritur, ibi inſtitutio hæredis.ff.de iure codi.l. 1. Aut
conſtat quòd noluit teſtari ſed ſolum legare, vel fideicõmit-
tere, & tunc valet, ſine hærede ſcripto.§.præterea, aut eſt du
bium, & tunc ſi fecit mentionem de hærede, videtur quod
vellet, valere vt teſtamentum.& ideo ſi non valet inſtitutio:
nec legata. vt d.l. 1.ff.de teſta.l. ſi quis cum.C. de teſta.l.non
codicillum, niſi teſtator hoc expreſſiſſet.C. de codi.l. fi. vel
niſi in alia diſpoſitione feciſſet mentionem de inſtitutione.
vt d.l.fin.vel alias conſtaret, quod vellet valere, vt codicillos
ff.ad Trebel.l. Scæuola.

1 *Hæreditario iure quid ſuſpendatur.*

Cum Igitur. Super text.in fi.vel dic ſecus in directa.ff.de
hæred.inſti.l.hæreditas.§.illo.& eodem titu.§.hęc res. Et eſt
1 ratio, quia † per hoc ius hæreditarium, non eſt in ſuſpenſo,
quod remanet penes directo inſtitu.infra prox.§.

1 *Præteritum an eſſe præſumatur.* 2. & 3.
4 *Poſſediſſe probare ſat non eſt.*
5 *Pœnalia quando, & an tranſmiſſibilia.*

Restituta. In glo. not. quod ſemel. in fi. Hoc ob-
tinet in immutabilibus de natura, vel conſtitutione iuris: Nã
in alijs, quod fuit ſemel, non eſt ſemper. vt ſupra. qui.mo.tu.
ſi.per totum.ff.de cur. fu.l. 1. §. 1. immo omnia ſub perpetuo
motu conſiſtunt. in auth. de non alie.§.vt autem. Vnde hoc
quod glo.hic elicit, non eſt multum notabile, ſed magis eſ-
ſet notabile, an illud quod fuit ſemel præſumatur hodie. Ver
1 bi gratia. dico me dominum rei in libello, non probo† me do
minum in præſenti, ſed probo me olim fuiſſe. vel ago inter-
dicto vnde vi, dicẽs, quod cum eſſem in poſſeſſione talis rei,
tu me vi deieciſti, & probo quod ante deiectionem poſſide-
bam, non tamen quod tempore deiectionis, nunquid ſufficit?
In hoc conſueuerunt doct.dicere quòd aut eſt talis actus, qui
ſolo tractu temporis immutatur, & tunc quod ſemel fuit,
2 † non præſumitur hodie, niſi alias probetur.C. de in integrũ
reſti.l.ſi minorem. Lex illa facit ad contrarium, ſed probatur
in l.cum te.C.de proba.dic vt ibi.Et quod ibi ſcripſi de mino
ritate, intellige idem in alijs, quæ tractu temporis ſolo mu-
3 tantur. Aut eſt actus, †qui ſolo tractu temporis nõ mutatur,
& tunc aut nõ mutatur de difficili, vt dominiũ, & tunc quod
fuit olim præſumitur hodie. Aut de facili, vt poſſeſſio:& tũc
fuerunt opiniones. vt no.in l.ſiue poſſidetis.C.de proba.vi-
de ibi, & quod ibi ſcripſi.Illud autẽ videtur, quod illud, quod
eſt hodie præſumitur olim fuiſſe, niſi contra probetur.ff. de
mag.conuen.l. 1.§.ſi magiſtratus. melius in l.non omnes.§.a
barbaris.ff. de re milit. In quæſtione autem, de qua ſupra te-
4 tigi, an agenti vnde vi, ſufficiat probare † ſe poſſediſſe ante
tempora deiectionis: conſueuerunt doct.dicere quod non, &
maxime do.iuris canonici:extra de reſt.ſpo.c.cum ad ſedem.
de cauſa poſſ.c.cum eccleſia. ſed Hoſt.ibi tenet contra. quod
eſt verius. Nam cum poſſeſſio, non mittatur ſine animo.ff.de
acqu.poſſ.l.quamuis.& l. 3.§.in amittenda.ſemper præſumi-
tur poſſidere, ſaltem ciuiliter qui primo poſſedit. & pro hoc
facit.C.ad exhi.l.non ignorabit. In gloſ. id eſt non exiſtenti-
bus.. iſte fuit Seneca ſapiens magiſter Neronis, quem Nero
fecit occidi ex eo, quod timebat, & fremebat, pro eo quod cor
rexerat eum iuuenem, & poſt fecit occidi Apoſtolos, Petrũ,
& Paulum. Hæc autem omnia fuerunt poſt paſſionem Do-
mini. Et propter hoc apparet, quod iura digeſtorum, & iu
riſconſulti qui tot iura addiderunt, ad commendationem hu
ius Senecæ, fuerunt poſt paſſionem domini, & poſt tempus
gratiæ, & per hoc poteſt repræhendi, quod nota.ff.de ferijs.
l.pridie. de iuſt.& iure. in rubrica. in princ. ſuper verbo no-
mine.de an.l.anua.§. Attia fideicommiſſum. In glo.imo non
omnes. ibi ſecundum Ioan.Iac. voluit facere differentiam in
ter omnis, & totus quia primum diſtributiuum vniuerſaliũ,
aliud ſingulorum Sed ego non video hoc quia qui omne di-
cit, nihil excludit.ff.de lega.3.l.Iulianus [alias incipit, Iunia-
no] de reb.dub.l.ſi is qui ducenta.§. vtrũ quare tene ſequen-
tem ſolutionem, quę eſt ipſa veritas. In glo.non facta ceſſio-
ne.in fin.C.de leg.l.ex legato. Sed hoc videtur mirabile, quia
cum ſenatuſconſul. ſit de iure ciuili, cur primus ipſo iure nõ
deſinit, & ſecundus, ipſo iure ſit hæres, & ei competant actio
nes directæ? quia qui ſemel eſt hæres, non poteſt iure ciuili
deſinere eſſe hæres.ff.de vul.l.in ſubſtitutione: & ibi de hoc.
& ſenatuſcon.hæredem facit, & transfert directas, & poteſt
reſponderi, quod non ſic decreuit. potuiſſet enim hoc: ſi vo-
luiſſet, & eſt quaſi ſimilis reſponſio.ff.de fideicom. hæred.pe.
l. 2. In gloſſ. vel etiam prætorio. ibi cum allegat.ff. eo.l. 1.§.
quanuis. ibi eſt, §.quanquam. nõ §.quanuis. Et ille.§.parum
5 facit. & tamen glo. eſt veriſſima, quia † ſi pœnales nõ tran-
ſeunt ad hæredes: & certũ eſt quod non transferuntur. Quid
ergo, ſi lis erat conteſtata, in vita teſtantis, & ſic tranſeunt ad
a hæredem? Poteſt dici, quod tunc transferantur [a].ff.de actio.
& oblig.l.omnes.la 2.

a Adnota. Transferantur. Item, nec acquiſitę per hæredem, tranſeunt niſi
cedantur, & ideo eorum occaſione, hæres reſtituens, faciat ſibi cauere, de in-
demnitate. iuxta.l.cum hæreditas. lib. 1.ff.ad Treb.

1 *Quarta quibus debita.*
2 *Quarta multiplex.*

Sed Quia. In glo.id eſt dicere, ibi cum allegat.l.ſi totas,
& non dicitur hodie proprie quarta, ſed ſemis vel triens. Itẽ
nec iure naturæ, ſaltem in tranuerſalibus ſecundum. Iaco. In
ea.glo. cum allegat ſupra titu. 1. hoc poteſt dici iure inſtitu-
1 tionis, quia pro † inſtitutis fuit ab initio inuenta, ſed tamen
debetur non inſtitutis vel venientibus ab inteſtato.C.quãdo.
dies leg.ced.l.fin.in fin.ſecundum Iaco.& idem in treb.C. de
ſenatuſcon. Treb.l.ſi per fideicommiſſum.fa. erciſ.l.quoties.
2 In fi.eiuſdem † glo.item eſt alia, quæ debetur in bonis curia-
lis.C.de ſacroſ. eccleſ.l. ſancimus. la 2.quando & qui.quarta
pars.l. 2.in princ.C.de epiſc.& cle.auth.ſed neque.Item alia.
C.de ſecun.nupt.l.hac edictali. Item alia.C. de diuor.l.ſi.Itẽ
alia.C.vnde vir & vxor.auth.præterita. Item alia ſecundum
quoſdam.C.de epiſc.& cler.auth. presbyteros. Sed illa iure
naturæ. Item alia.ff.de hær.inſt.l.ſi pater ſupra de vul.§.fin.
Item eſt alia C.ad Treb.auth. contra cum rogatus ſecũdum.
Iaco. Item alia.C.de ſuis.& le.l.ſi. Alia infra de ſuc.lib.§.ſed
noſtra. Alia.ff.de iudi.l.ſed & ſi reſtituitur in fi.ſi pars hære.
pe.l.antiqui.Item eſt alia extra de teſta.c.requiſiſti. Item alia
extra de ſepul.in c.dudum.§.verum. in cle.

1 *Legatarius quando onera ferat.*
2 *Bonorum, vocis acceptio.*
3 *Cauſa a quibus exprimenda.*

Post Quot. In gl.ſcilicet iure.ibi.cum dicit, ſine onere
dicas in hoc plenius, quia aut legatur per modum quotæ vni
1 uerſalis.tũc aut vtitur his verbis.† Lego partem hæreditatis,
vel alijs ſonantibus ad ius, & nomen hæreditariũ, & tunc le-
gatarius ſupportat onera, pro illa parte, & ſic intellige ꝙ hic
no.& ff.de leg. 2.l.cum filius.§. 1. Aut per verbum bonorum:
& tunc nõ ſupportat onera præciſe, ſed hæres tantũ deducit,
quantũ eſt æs alienũ.ff.de le. 2.l.cum aũt.Nec obſt.ff.ad Treb.
2 l.nam quod.§.fi.cũ l.ſeq.† vbi verbũ, bonorũ, importat tantũ
quantũ, hæreditatis, quia illud verũ in materia illa, ne fideic.
intercedat, ſed non de propria ſignificatione verbi. vt l.cogi.
in fi. 1.reſpon.ff.ad Treb. Si aũt per modũ ſingularitatis, quia
forte certã rem quæ valet tertiam, vel quartã tunc nõ portat
onera

onera,ſed hæres : dumtamen de reſiduo ſatisfieri poſsit cre-
ditorib. Vide ff.ad Treb.l.1.§.is qui.C.de iure deli.l. ſcimus.
2 † In glo.licet.in fi.idem videtur in recuſatione iudicis : vt ibi
no. Sed contrarium eſt expreſſum,extra de offic. dele.c.pru
dentiam.& de appella.c.cũ ſpeciali. de hoc ſcripſi C. de iud.
3 l.apertiſsimi.Sed in operis noui nuntiatione,† an debet eam
exprimere ? Dic quod ſic.ff. de ope.no.nuntia.l. non ſolum.
§.morte . in fin. & ibi de hoc . Sed an allegans cauſam futuri
periculi ? Credo,quod ſic: vbi propter periculum vult vita-
re illud, ad quod alias tenetur , vt ſi dicat ſe non poſſe com-
parere coram iudice,propter periculum,alias nõ . vide quod
ſcripſi C.de his qui ad eccl.confu.l. denuntiamus. & vide ff.
ſolu.matrim.l.2.2.reſpon. Super tex.iuſſu prætoris &c.& ad
hoc iudicis officio compellitur.ff. de iudi.l. ſed & ſi reſtitua-
tur.in princ.ad Treb.l.facta.in prin.& l.non eſt cogendus.&
l.ſi legatus. cum notatis in quolibet infra §.ſed & id.

1 *Simplicitatum quæ amplectenda.*
2 *Allegationum quæ recitandæ.*
3 *Sententiæ formula.*
4 *Fideicommiſſum quando totum & an non, ſoluendum.*

a SED Quia.a In glo.nota ſimplicitatẽ.in fin.de hac † ſim-
1 plicitate,quæ eſt contraria fraudi.C. de fur.l. manifeſtiſsima
§.tales. Sed quædam eſt ſimplicitas,id eſt fatuitas.& illa non
eſt amica legibus,imo inimica, & damnabilis,ff. de ſuſpe.tu.
2 l.3.§.fin. † In glo.hic nota.in fi. ſimile notatur.C. de ſen. ex
breui. reci.l.2. Doct. tamen conſueuerunt dicere contra ibi-
dem : quia nulla lege reperitur hoc expreſſum . conſuetudo
vbique tenet , quod ſint recitandæ principales allegationes ,
ſicut libellus,lit. & exceptiones.idem tenet Spec.qui dat for
mam ſententiandi in Spe.de ſenten.§. nunc videndum.verſ.
cæterum. ego vero confiteor,quod bene & cõgrue fit, ſi fiat.
Sed ſi factnm non ſit,an tenet ſententia? non video cur non:
cum nulla lege exprimatur,quod debere tractari: vt dixi.Vn
de ſi dicat,lite orta coram nobis inter P.vendicantem fundũ
3 ex vna parte & Titium defenſorem ex alia parte.† Viſis libel
lo , exceptionibus , & allegationibus vtriuſque partis , pro-
nuntiamus,& declaramus fundum ad actorem pertinere.cur
non valet huiuſmodi ſententia , cum referatur ad acta?ff. de
pœnis.l.ſi præſes. In ſententia tamen abſolutoria , poſſet di-
ci, quod ſit opus declarare cauſam , quare mouetur , non ta-
men omnia acta ff.de iur.fiſc.l.2.§.ſenatus. de fideicom.li.l.ſi
legatario.§.fin.de hoc per Dyn.ff.de verb.obli.l. qui Romæ.
§.fin. In glo.etiam contra. in fi.dic plene ſupra tit.1.in prin.
& dic vt ibi no. In glo.propter facti. in fi.vide plenius.C.de
iu.& fac.ign.l.cum quis. In gloſ.1. creditorum. in fi.dic ple-
nius.ff.eo.l.1.§.fin.vnde plenius potes dicere, quod aut hæ-
4 res nil retinet, & tunc fideicom. ſoluit † totum,vt hic in fin.
§.aut retinet,& tunc aut vnã rem,& non tenetur niſi in ſub-
ſidium.C.eo.l.1.§. ſi quis . Aut quotam, & tunc aut rectam
quartam. & tenetur pro illa parte creditoribus,ſed non lega
tarijs.C.eo.l.fi. Si retinet plus quarta , tunc in pluri tenetur,
vt no.d.§.fi.& hæc procedunt poſt reſtitutionem . nam ante
tenetur omnibus. & tantominus reſtituitur.ff. eo.l.ita tamen
§.qui ex treb.item in duobus caſibus, qui notantur.C.eo.l. ſi
per fideicom.aut detrahit quartam,de relictis ab hærede,ſed
non de relictis a ſe.ff.eod.l.1.§.inde.& l.mortis.§.1.& l.ſi pa
troni.§.qui fideicommiſ.

a Aduotatio. Sed quia. Quærit hic Ang.vtrum teſtator poſsit prohibere trebel.vide enm hic in 2.colum.poſt me. in ver.in glo.liceat. Item quærit, an de legatis pijs detrahitur falcidia . Item an fideicom. poſſit facere inuentarium . Et an hæres,qui non fecit inuentarium,perdat treb.vide per Ang. hic in vlti. colum.& de illa quæſtione,an de legatis pijs detrahatur treb. vide Bal. hic.

1 *Cauendum ob quæ ſit.*
2 *Accreſcere quid non debeat.*
3 *Vnionis vis.*

SED Etiam id quod. In gloſſ. cui etiam.ibi cum allegat l.
1 cum hæreditas , ex fideicommiſsi . & intellige † bene, quod
pro præteritis , id eſt, pro iam inceptis ſeu immotis caueat ,
& etiã ꝑ futuris &c.vt ſequitur in glo.non tamen intelligas,
quod fideicom. teneatur cauere,niſi pro motis. In glo.vt ſu-
pra eo. in fi. ſed dic, quod vbi eſt identitas rationis,tunc ob-
tinet regula, alias non.ff.de pet.hære.l. ſed & ſi lege.§. adeo.
Vnde in contrarium , non eſt eadem ratio , vbi pars euinci-
2 tur, quia remanet † alia , cui poteſt accreſcere quæ eſt quan-
doque totum, quo caſu nil accreſcere poteſt , vt ibi ſatis not.
3 Et not. quòd vbi vna eccleſia vnitur alij , quòd † omnia iura
ſua transferuntur in illam , cui fit vnio. & pro nomine illius
debent exerceri.C.de rei vxo.ac l.vnica.§.1.no. per doc. ex-
tra de reli. do .c. quia monaſterium . ne ſede vac. cap. 1. In
glo. vel etiam minus. in fin.& vide quod ibi not. quia eo ca-
ſu quo agit ad ſupplementum , tenetur creditoribus , pro eo
quod ſuppletur .

1 *Fidei certe commiti quando liceat.*
2 *Codicillis legari. & qui.*

PRAETEREA. In gloſſ. in codicillis : vel ſine codicil-
1 lis , nudo verbo. infra eodem.§. & quia . Et caue, † quia vbi
fideicommittitur certæ perſonæ , non valet , niſi illa perſo-
na ſuccedat.ff.de legat.3.l.1.§. fin. cum l. ſequen. dic vt ibi .
2 In gloſſ. ſed quo iure. in fi. gloſ. ſupponit,quod legata † di-
recta poſsint hodie relinqui in codicillis . Et tamen notauit
contra in d.l.legata. quod non valent iure directo, niſi in te-
ſtamento, ſed valent vt fideicommiſſa . quæ hodie idem eſt,
re & effectu , vt l.2.C.comm. de leg. Vnde poteſt dici,quod
illa differentia ſemper remanet . eſt tamen ſine effectu . vn-
de poteſt dici , quod ſi teſtator leget in codicillis , quod va-
let vt fideicomm. etiam hodie . habet tamen effectum lega-
ti , niſi in libertatibus , & tutelis . dic vt infra de codicillis ,
§.non tantum .

1 *Hæres quando iurare cogendus. & ſoluere.2.& 3.*
4 *Solennitatis defectus quando obijciendus.*
5 *Lagari extra teſtamentum poſſe.*
6 *Confeſſus quando recte impugnet.*
7 *Solennitate negata quis probet.*
8 *Scriptus in legitimum ſolennitatem iuret.*
9 *Iuramenti hæredis forma.*

a ET QVIA. a Super verbo , contendentes . nota quod
non eſt peccatum, velle ſuperare aliquos in bono,non in lau
dem humanam, ſed propter incrementum virtutum . in au-
thent. de mona.§. cogitandum ibi , zelus . alias eſſet pecca-
tum ſuperbiæ . In gloſſ. cogendus in fin. dicunt quod Ioan.
hoc dicit, vt puniatur ratione mendacij,vt in caſu.C.de non
nume. pecu. authent. contra qui propriam . Et quærunt in
ſimili petis a me x.negaui , conuincis me de mendacio. vo-
lo dicere,quod pacto nudo promiſi, poſſum ne ? Dicunt ip-
ſi , quod ſic . ſed ipſi dicunt quod homo viuens non poſſet
colligere in l. fin. quod loquatur de pœna mendacij . & hæc
lex eſt intelligenda ſecundum illam . Vnde dicunt , quod ca-
ſus illius legis , & noſtræ , debent eſſe ſimiles , & ita poſſunt
figurari . Pone , quod inſtituo hæredem ſolenniter , deinde
facto & completo teſtamento ſine aliquo teſte , rogo hære-
dem vel fideicom. de aliquo dando , ſeu faciendo , vel duo-
1 bus,vel tribus teſtibus adhibitis , certe hæres † cogitur iura-
re . & ſi confiteatur , cogitur ſoluere, ſiue primo negauerit ,
ſiue non . Et litera ſoluit omnes opinio . Primo illam de l.ſi
veritas . Et quando debent eſſe ad minus quinque teſtes &c.
quia illud verum,vbi legatum vel fideicom. fuit in teſtamen
to vel codicillis . Sed vbi extra teſtamentum , vel codicillos,
2 tunc compellitur † ſoluere,ſi confiteatur. nec auditur , ſi ve-
lit impugnare propter defectum ſolennitatis ſecundum eos.
Hoc non videtur poſſe dici , quod illa lex loquatur ſeu iſte
§.niſi in caſu , quo hæres confitetur ab initio . Nam lex illa,
& iſte. §. qui in parte eſt commentum , & gloſſ. illius legis
fundantur ſuper delatione iuramenti . quod fruſtra defer-
retur , ſi hæres , vel grauatus confiteretur ab initio . Vnde
non poteſt poni caſus niſi grauato , ſeu onerato negante .
Et maxime in hoc §. vbi litera hoc exprimit , quod hic hæ-
res negabat . & ſic abſque dubitatione eſt verum , ſecun-
dum

dum membrum intellectus.Dicit Ioannes, quod vbi graua-
tus ſeu oneratur negauit † compellitur ſoluere, ſi confitea-
3 tur in iuramento,nec audietur,ſi dicat voluntatem minus ſo
lennem, per d.l.fi.& hunc §. qui ponunt hunc caſum. Sed
de primo membro videlicet vbi hæres, ſeu grauatus ab ini-
tio non negauit,poteſt in dubium reuocari, quod non eſt ca
ſus harum legum, vt dixi. & vides quod Ioan. dicit ꝙ tunc
hęres poteſt dicere non ſolenne, & per hoc impugnare lega
tum.doct.dicunt contra.vt dixi,quantum legatum fuit extra
b teſtamentum.vel extra codicillos. Quid dicemus ? b in tex.
prout ego ipſum habeo, facit multum pro Ioan. Ego habeo
in tex.in libro meo: & idem vidi in aliquibus libris Bonon.
in verſic. quid ſi is a quo relictum dicitur, hæc verba poſt-
quam negauerit &cæt. in quibuſdam libris deficiunt dicta
4 verba poſtquam negauerit. Si ſint † ibi textus euidenter
exprimunt a contrario ſenſu, quod ſi ab initio non negaſſet,
poſſit recurrere ad iuris ſubtilitatem,opponendo de non ſo-
lennitate.Et pro hoc facit,quia alias confitens factum,poteſt
ipſum impugnare,propter defectum ſolennitatis.C.ſi aduer.
rem iud.l.ſi cum.C.de fid.inſtr.& iur.haſt.fiſ.l.1.li. 10.ff.de
tranſ.l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de re.eo. l. magis puto. §. non
paſſim. Iac. ſentit contra.vt ſupra quod nihilominus tale le-
5 gatum valet,quando eſt factum extra teſtamentum,† vel co
dicillos,& facit pro Iac.C.de legatis.l.1.cum no. ff.de leg.1.
l.in tacitis. Et eſt quaſi ſimilis caſus in feu. quot teſtes ſunt
neceſſarij ad probandum inueſtitura.c.1. Præterea, hoc vi-
detur concludi per rationem d.l.fi.C.de fideicom. quæ reddi
tur in tex.in ver. cum enim. & verſ. cum autem.ſi.n.coactus
confiteatur: ad alienam fidem non recurretur, cur ſi ſponte
dicat recurretur.Tene ergo cum Iac. Nec obſt.l.pro alia par
te allegata: quia ibi alia ſolennitas requiritur,quam teſtamẽ
6 tum.Ego † bene credo,ꝙ confitens actum, ſeu negotium,po
teſt ipſum impugnare,propter defectum aliarum ſolennita-
tum,ſed vbi ſolennitas teſtium, non requiritur, ceſſat ratio
adhibendę ſolennitatis,quando pars confitetur & ideo opi-
nio illorum, qui dicunt valere inueſtituram, dato, ꝙ par-
tes non fuerunt, eſt bona, ſi dominus eam non confiteatur,
& ſatis hoc ſupponit tex.ibi in d.c.1.Et hæc procedunt, vbi
extra teſtamentum vel codicillos legatur, vel fideicommitti
tur. Quid ſit in teſtamento vel codicillis ? Iac. ſupponit,
ꝙ tunc hoc non obtinet,ſed habet locum.l.ſi veritas. & l. ex
teſtamento ſupra allegatæ.ſed cum teſtamentum,& codicilli
nuncupatiui probentur per teſtes,cur non idem, ſicut quan-
do extra teſtamentum, vel codicillos legatur: cum ratio di-
ctæ legis ad hoc extendatur, cum enim &c? Certe videtur
idem: & maxime qñ extraneus eſt inſtitutus, qui alias non
erat ſucceſſurus,qui non poteſt allegare teſtamentum non iu
re factum, quia eo ipſo ſe repelleret.Prætera, ſi legatum fie-
ret in præſentia quinque teſtium, eſſent codicilli, vel habe-
rent vim codicillorum.vt l.in epiſtola.C. de fideicom. & ta-
men tex.dicit in d.l.fi.ꝙ ſi quinque teſtes fuerunt in legato,
eſt locus illi legi.Præterea ſi dicas ꝙ vbi hæres confitetur le-
7 gatum,& negat † ſolenniter eſſe factum,hr̃et probare legata
rius ſolennitatem, & beneficium huius legis eſſet nullum,
quia ſemper hæres confiteretur legatum, & negaret ſolenni
tatem,& legatarium oneraret probatione, & nunquam per-
ueniretur ad remedium huius legis.Potes ergo dicere,ꝙ vbi
hæres confitetur legatum,non ſit opus probare ſolennitatẽ.
quando ergo obtinent illa l.ſi veritas.& l.ex teſtamento ? Di
cas,quando hæres in iudicio negat.lit.conte. tunc legatarius
habet duas vias,vel ꝙ deferat ei iuramentũ,& tunc obtinent
is §.& d.l.fi.vel ſi magis vult onerabit ſe probatione,& tunc
qñ ſe onerat oportet,ꝙ probet diſpoſitionem ſolennem,& ſi
non probat cadit,& hoc caſu obtinent dictæ leges.Sed ſi con
fiteatur ab initio legatum,condemnatur,nec ad legis ſubtili-
tatem recurritur,per hunc §.ſed rationem d.l.fi. Si velis te-
nere opin.Io. quæ eſt communis,oportet reſtringi rationem
illius legis ad caſum ipſius,quando hæres negat, & defertur
ei iuramentum. Et hæc quæ dixi loquuntur, quando legatur
in teſtamento nuncupatiuo, vel voluntate nuncupatiua.
Quid ſi in ſcriptis?Non videtur idem:vt d.l.fi.circa prin.ibi
cum dicit,ſine ſcriptura,ſed expone ibi ſi,pro quamuis vt ibi
8 not. Sed quid, ſi ſit quæſtio inter inſtitutum † ſcriptum &
proximum. Verbi gratia,ſcriptus agit peti.hære. contra le-
gitimum,legitimus excipit,negando eum ſcriptum.& ſi ſcri
ptus probetur, tamen dicit eum minus ſolenniter ſcriptum
fuiſſe vel ab initio cõfitetur eum inſtitutum, ſed dicit, quod
minus ſolenniter nunquid eſt idem ſicut in ſuperioribus di-
xi ? Non videtur,quia l. prædicta ſi.& iſte §. ſunt contra ius
commune quodammodo quod apparet,quia hęres compelli
tur iurare,contra l.generaliter.Item non auditur propter de
fectum ſolennitatis impugnare volens igitur non ſint exten
dendæ.ff.de legi.l. quod vero. ſi enim legiſlator hoc voluiſ-
ſet vtique hoc dixiſſet, & ſtatuta in legatis regulariter non
extendunt ad inſtitutiones. C.de fideicom.l.& epiſtola.de te
ſta.l.iubemus.§.fi. Sed quid, ſi legatarius agat contra legiti-
mnm,a quo poteſt legari ſupra §.præterea ? Dic idem quod
in ſcripto,cum ſit eadem ratio. Sed quæ ſit forma huius iura
menti,quod præſtat hæres.gl. dicit in d. l. fin. quod ſi hæres
erat abſens tempore inſtitutionis,& ignoret legatum : debet
9 † iurare quòd nihil tale a teſtatore audiuit,& allegat hunc §.
hoc non videtur equum,nec rationabile,nam vbi abſens erat
ſemper iurabit,& iurare abſque periculo poterit, quod nihil
tale audiuit a teſtante.vnde melius videretur, quod ſeruetur
hæc forma iuramenti,quando præſens fuit oneratus, & teſta
tor fuit fidem eius ſecutus, quam ſi eſſet abſens. vnde credo
quod ſi preſens oneratus fuerit,quod compellatur iurare, vt
hic dicitur,quia nihil tale &c. Si vero abſens eſſet tempore
legati,videretur quod poſſit recuſare iuramentum, vel pete
re tempus,ad certificandum ſe,vt ff.de iureiurando. l. iuſiu-
randum circa principium. ne anceps periurium ſubeat. ff.de
in lit.iuran.l. videamus.ff.rer.amota.l.Marcellus.& in illo ca
ſu crederem,quod deberet iurare,non fuiſſe legatum, vel ſal
tem ſe hoc non credere. ſi enim iurare ſe hoc non audiuiſſe
a teſtatore, fruſtratorium eſſet huiuſmodi iuramentum, vt
dixi. Item not.quod iſte tex.facit pro Ioan. qui dicit quod
teſtamentum poteſt probari per ſcripturam.de quo vide ſu-
pra de teſta.§.ſed cum aliquis,& (ſi vis) potes iungere quod
ſcripſi in auth.contra qui propriam.

a Adnotatio Et quia. Qui primo negauit fideicommiſſum eſſe relictum poſtea conuictus, non poteſt dicere in minus ſolenni voluntate fuiſſe relictum.h.d.ſecundum Aret.

b Quid dicemus.Vide hic Ang.in verſ. no. ergo. item in ea.col.circa finem, quærit idem Are.an iuramentum de quo in hoc tex. poſſit per hæredem deferri.& videtur teneri quod ſic.

## *De ſingulis rebus per fideicom.relic.* *Rubrica.*

*In ff.proponuntur fideicommiſ.ſingularia,& eodem modo in C.hic econtra.Sed ratio quare hoc in volumine tangitur in rubric.ſupra titu.proxi.&c.*

1 *Legare a quo liceat.*

2 POTEST Tamen. a In gl.antiquo in fi. gl.alleg. hic l.1.§.fi.C.cõmunia de legatis, quæ nihil facit,ſed l.2.§.fi.eo.tit. Et poſſet forte dici, quod recipiendo legatum proprie non poſſit legari niſi ad hærede; ſed fideicommitti. ff. de lega. 3. l. ſi fuerit. §. 1. ſed quia legata & fideicommi. vnum & idem ſunt,& facta ſunt hodie ſynonyma : ideo illa differentia non tenet,vt d.l.2.§.fi.

a Adnot.Poteſt tamen.Diuide hunc tit.ſecundum Ange.& ſumma ſic ſecundum Bal.Ab hærede legatario, vel quocunque alio,ex defuncti iudicio, commodum ſententiæ poteſt particulare fideicommiſſum relinqui & eatenus quis poterit grauari, quatenus eſt honoratus hoc dicit. vſque ad §. cum autem.

1 *Legatarius quatenus grauandus.2.*
3 *Legata æſtimatio grauabilis.*

POTEST Autem. In gloſ.facit ff.de legat. 1. ibi cum dicit vt ex eadem. colligitur, hoc verum, vbi ſpecies erat ſua.

ſua. Quid ſi aliena? Doc. dicunt quod non tenetur. niſi in
quantum valet legatum, & nihil allegant. ſed facit. ff. de fi-
deic. lib. l. generaliter. §. ſi quis alienum? Sed quid in ſpe-
1 cie legatur † & in quantitate grauatur? Dicunt doct. quod
de hoc non eſt lex. tamen dici poteſt quod non teneatur vl-
tra valorem rei. nam ratio eſt in caſu, quo datur ſibi quanti-
tas, & grauatur in ſpecie, quia ipſe videtur ſcire æſtimatio-
nem rei ſuæ. C. de reſcin. vendit. l. quiſquis. & pro tanto æſti-
maſſe. quæ ratio ceſſat quando ſpecies legatur, & in pecu-
nia grauatur. Nam poteſt probabiliter ignorare valorem ſpe
ciei, quæ ſibi datur. Sed attenta hac ratione, debet in plus te-
2 neri, † quando quantitas legatur, & in quantitate grauatur,
cum ſciat æſtimationem ab initio. Sed poteſt dici, quod quan
do in pecunia grauatur, & oneratur, non eſt locus alicui con
iecturæ, quia pecuniæ eſt certa æſtimatio ſemper. ſed non ſpe
cierum. ff. de eo quod cer. loco. l. ideo. Vnde dominus conie
cturatur tantum æſtimare ſpeciem, quantum legatur.
3 † Quid ergo ſi æſtimatio poſſit variari? verbi gratia, lego ti
bi centum onera frumenti, & volo quod poſt triennium des
120. Sempronio. horum æſtimatio eſt incerta, quia poſſibile
eſt, quod centum valent plus nunc quam tunc centum 40. C.
de vſuris. l. ſi ea lege. tunc poteſt dici ſicut in ſpeciebus, per
prædictam rationem. Item videtur contra hanc diſtinctio-
nem. ff. de adimen. leg. l. penul. §. 1. Sed ibi ſpeciale propter
alimenta. Et vide quod no. ff. ad l. Fal. l. ſi debitor. ad Treb. l.
ita tamen. §. trebellianum. Et no. quod hodie hoc non obti-
net in hærede, qui non facit inuentarium. in authent. de hæ
redi. & fal. §. ſi vero non fecerit inuentarium. In ea. gl. in
a fin. a de hoc no. plenius. C. communia de leg. l. 1. vnde non
detrahitur niſi primo fuerit detracta. ut not. in l. pœnales. §.
annua. ff. ad l. Falcidia nec in illo caſu, niſi quando fuit ro-
gatus de portione rei legatæ reſtituenda. ſecus ſi de tota,
vel de alia re. Et eſt ratio, quia vbi de portione legatur:
teſtator videtur velle aliquid penes eum remanere ſecun-
dum Doct.

a Adnot. In fi. De quo dic vt in d. §. nunquam, allegato in gl. & in l. 1, §. deni-
que. & ibi Bar. ff. ad Trebel. & per Ang. hic eleganter.

CVM Autem. dic ſupra de legat. §. non ſolum. cum §.
ſequenti.

1 *Differens non aufert quatenuſque verum.*

LIBERTAS. In gloſſ. quod difertur. ibi cum allegat l.
ſi vſus fru. legatus quia plures ſunt quæ ſic incipiunt. Sed il-
1 la concordat. † nam differendo, non aufert, cum damnum
reſarciat. vt ibi item l. ſcimus. §. fi. C. de inoffi. teſt. nihil quia
ibi non permittitur differri, item dic, quod hæc regula, non
obtinet in actibus, qui ſolo lapſu temporis pereunt, vt ibi in
ver. Nec alijs, ibi, directo. ſecus per fideicom. ff. de fideicom.
lib. l. generaliter. §. ſi hominum.

1 *Mando verbi acceptio.*
2 *Fidei quibus verbis committatur. 3.*

a VERBA Autem. a In gloſ. ideo. in fi. duntamen verba
poſſint per fideic. importare aliud vel ad hoc extendi. ex con
iecturata mente teſtantis, alias non ff. de leg. 3. l. pater. §. ma-
ter filios. & l. iul. §. ex his. de leg. 1. l. etiam hoc modo. Item
1 op. quod † verbum, mando operetur conſilium tantum. ff. de
leg. 2. l. cum pater. §. mando. Sed dic, quod ibi verba illa fue-
runt appoſita, fauore, onerati tantum. Item adde quod ver-
2 ba importent diſpoſitionem, alias † non habent vim fideico.
niſi ex coniecturata mente teſtantis. ff. de le. 2. l. 2. & peto. in
prin. & l. vnum ex fam. §. fi. cum no. de leg. 2. l. codicilli. §. ma
tre. Item dic, quod verba recomendationis, non operantur
fideicom. ff. ad Treb. l. Lucius. §. filium.
3 Item dic † quod verba fideicom. ſunt, quando diriguntur
ad perſonam onerati, ſecus ſupra proxi. §. & ſcripſi. C. com-
munia de leg. l. 2.

a Adnotatio. Verba autem. Siue præceptiuis, ſiue rogatiuis verbis fideicom.
fit. Ange.

*De codicillis.* *Rubrica.*

1 *Codicillari variæ.*

ANTE AVGVSTI. In gloſſ. codicillorum. ibi
cum dicit. ſcapha ad nauem. ff. de fundo inſtru.
1 l. fi. In ead. gl. in fi. Poteſt ergo quis † codicil-
lare nuncupatiue, vel in ſcriptis, quando tamen
fit in ſcriptis, debent teſtes ſubſcribere, & ſolen
nitates ſeruari, quas ſcripſi ſupra de teſta. §. poſſunt. vbi de
hoc. C. eo. l. fi. §. fin. in glo. in fi. In ea. gl. fi. hoc iunge infra
§. ſed cum ante.

1 *Princeps qui actu inſtruat.*

POSTQVE Tempora. Super text. not. hoc mirabile,
quod reputetur ius & habeatur pro lege illud, quod prin-
ceps expreſſe non ſtatuit, contra l. 2. C. de legi. & ſena. l. ne-
mo. Sed hæc tria concurrunt, vtilitas, conſilium: quod prin-
ceps requiſiuit, & habuit conſilium Labeonis. Iuriſcon. Et
1 nota, quod actus principis, † noſtra debet eſſe inſtructio, dū-
tamen ſequendo rationem communem faciat: ſecus ſi priui-
legiaret: vt dicta l. 2. Item nota, hic locum ab authoritate.
Item nota, quod licet princeps, cenſeatur habere omnia iu-
ra in ſcrinio pectoris, vt l. omnium. C. de teſta. nihilominus
tamen petit conſilium iuriſconſultorū. C. de legi. l. humanū.

NON TANTVM. Vide ff. eodem. l. ſi quis cum. & l. ab
inteſtato.

1 *Codicillos poſt teſtamento non niſi expreſſim firmari & 2.*

SED Cum ante. In gl. ſcilicet expreſſum. ibi cum dicit:
ſecundum Ioan. & melius ſederet hic. Sed hodie vt d. l. ante
not. Nam de iure digeſtorum. dubitatum fuit, an codicilli
poſt teſtamentum facti confirmarentur per teſtamentum ta
1 cite. & quidam † dixerunt, quod non. & illorum opi. videtur
ſequi gl. ff. de leg. 3. l. patronus. §. codicillis. ſed in l. ante. tenet
contra. hodie tamen iſtud eſt expeditum: vt ibi not. Sed ſi
bene aduertas, iſte §. loquitur de factis ante, & ſic remanet
idem dubium, quod ante. propter quod gl. vult dicere ꝙ Io.
eſt in opi. illorum quod ſiue ante, ſiue poſt videntur confir-
mari. Vnde quando gl. dicit Ioan. contra. vide opinionem il-
lorum, qui dicebant quod codicilli facti poſt, indigebant ex-
preſſa confirmatione per l. ſi quis cum. §. fin. qui neceſſario
loquitur in factis poſt, quia ſi loqueretur in factis ante, obſta
ret l. ante. In hoc tamen remanet hodie differentia ſecun-
dum doct. quia quando confirmantur expreſſe, valent, quia
2 ibi continentur directo, ac † ſi teſtamento dati eſſent. ſecus
ſi non ſint confirmati expreſſe. ff. de man. teſta. l. libertates.
de teſta. tute. l. 3. & hoc ſatis poteſt ſuſtineri. quamuis glo. ibi
notet contra. & iunge quod ſcripſi ſupra. de fideicom. hære.
§. præterea.

1 *Codicillos ad fideicom. trahi.*
2 *Codicillorum confirmatoris vis.*

a CODICILLIS. a In gl. directo: in fin. ſupra titu. 2.
1 §. præterea. Sed quid, ſi in † §. codicillis apponantur verba
directa? videretur quod deberent trahi ad fideicom. ff. ad
Trebel. l. Scæuola, de legat. 3. l. cum quis decedens. §. Seiam.
& ibi not. ff. eo. l. 2. §. fin. In glo. ſed qua. in fin. gloſ. alibi di-
cit quod officio iudicis. C. eodem. l. fin. Poteſt dici ſecun-
2 dum doctores, quod vbi codicilli fuerunt expreſſe in † te-
ſtamento confirmati, tunc agitur directa ex teſtamento,
quia iure directo legata valent. vt l. libertates. ſupra alleg.
alias vtili ex teſtamento. ff. eodem. l. ab inteſtato. In gloſſ.
& cui conditioni. in fin. illa conſueuit approbari per
docto.

a Adnot. Codicillis. In codicillis hæreditas, neque dari neque adimi poteſt,
neque conditio inſtitutioni apponi, nec ſubſtitutio fieri, ſed per fideicom. ſic.
& vnus poteſt plures codicillos facere. Si uis huius §. materiam plenius vide-
re: recurre ad Bal. Ang. & Chriſtopho Por. hic. & ſic ſatiaberis.

1 Volun-

1 *Voluntatum quæ compatibiles.*
2 *Codicillorum ſolennitas.*

Codicillos. Ibi cum allegatur l.cum proponas.vi-
de ibi. In eadem gl. ibi cum allegat §.cum poſteriore. Et eſt
1 ratio,quia †plenum non compatitur aliud plenum.teſtamen
tum eſt plena voluntas,& non compatitur aliam plenam,ſed
codicilli ſunt minus plena voluntas,& aliam patiuntur. Sic
vides quia tutorem habenti,non datur alius tutor, ſed cura-
torem habenti, datur alius curator,C.in quib.cau. tut.ha.tu.
da.poteſt. per totum,& maxime in l.licet. In glo.ſ.de illis.in
2 fi.Hæc † glo.eſt falſa,ſecundum doct. quia imo omnes ſolen-
nitates requiruntur,quo ad ſigilla, & ſubſcriptiones, quæ in
teſtamento,ſed non quoad numerum teſtium.C. eo.l. fin. de
teſta.l.cum antiquitas. Et hoc verum, quando codicilli fue-
runt facti in ſcriptis. vide ſupra in princip. in ſecunda addi-
tione.

# INCIPIT LIBER TERTIVS INSTITVTIONVM, CVM COM. Do. Ioannis Fabri. I. V. D.

## *De hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. Rubrica.*

*In gloſ. hæc rubr. in fi. glo.non bene allegat: quia ibi tractatur ſatis in genere, quando certum petitur: vt l.certi condictio.ff.ſi cert. pet. ſed debuit allegare.C.de re. cre. & iureiuran. vbi de hac re. nihil tractat & de reli. & aleæ l.vſu. vbi de alea, nihil in text. ſed in l.Græca quæ non eſt in meo textu.*

1 *Priuatio quid.*
2 *Clerici inteſtati aduentitia cuius ſint.*
3 *Inteſtati qui & an. & 4.*

Intestatvs decedit. In glo. vel quia
1 non vult. in fin. Et eſt ratio: quia † pri-
uatio dicitur proprie reſpectu habitus.ff.
de reg. iur.l.eius eſt nolle. & per hoc vi-
detur expeditum, de quo dubitari poſſet
de conſuetudine. Decanus ſancti Aniani
2 Aurelian. capit, & ſibi appropriat † bona
clericorum, ab inteſtato decedentium. Pone quòd clericus
erat filiusfamilias, qui habebat aduentitia. tamen de eis te-
ſtari non poterat: nunquid pertinent ad decanum? Vel
forte erat impubes, vel alias inteſtabilis: nunquid pertinent
ad decanum? Poteſt dici, quòd non: quia vbi verbum duo
ſignificans, vnum proprie, & aliud improprie profertur in
materia odioſa, reſtringitur ad ſignificationem propriam.ff.
de ven. in poſſ.mit. l. 1.§. quæritur. de libe. & poſthu.l.cum
quidam. Sed hæc conſuetudo, eſt odioſa, quia contra ratio-
nem,& contra ius commune, per quæ debet ſucceſsio deuo-
lui ad proximos, vt patet per totum hunc titulum.ff. de bo.
dam.l. cum ratio. ergo reſtringenda, vt intelligatur de illis
3 qui proprie dicuntur † inteſtati: videlicet qui poſſunt face-
re teſtamentum, quia aliter non poſſunt proprie dici inteſta
ti: vt d.l. 1.ff. vnde legi.l.2.§. ſi quis deceſſerit, & facit ff.de
legi.l.quod ratione. Sed quid ſi teſtari poterat,& fecit codi-
cillos? nunquid dicetur inteſtatus? Videtur quòd ſic,ex quo
non habet hæredem.ff. de iur. cod. l. ab inteſtato. & l.ſi quis
4 cum. Poſſet dici,quòd ſaltem de benignitate canonica, † nõ
poſſet dici inteſtatus,qui quoquomodo diſponit,extra de te-
ſta.c.cum tibi de benignitate. Nam ſponte ſua cenſetur pro-
ximis relinquere hæreditatem.ff.de iure cod.l.conficiuntur.
circa princ.Et ſuppoſito,qđ decanus ſuccederet: deberet ſol-
uere legata: vt d.l.ab inteſtato. & eodem modo poſſet dici de
epiſcopis, qui iure cõſuetudinis vendicant ſibi bona capella-
norum ſuorum inteſtatorum ſeu de dominis terrarum. In
gloſſ. arrogatione. ibi cum alleg. ſupra quib. mo. teſt. col-
lige ibi plenius differentiam inter ruptum & irritum, vt di-
xi. In ea. glo. in fi. vide plenius.C.de lib.præte.auth.ex cau-
ſa. & ibi ſcripſi,quia hodie valent ex vtroque.ff.de teſtamen.
tute.l.iure noſtro.§.fin.& l.ſi pater. de cap.l. bona.§. fin. In
glo.ſunt alij. in fine. Sed per contratab. non rumpitur ipſo
iure: ſiue intentetur ante aditam, ſiue poſt. quia teſtator nõ
poteſt facere,vel deſinere hęredem.infra de bon.poſ.§.quos
autem. Sunt & alij modi,quibus quis remanet inteſtatus.C.
de teſta.l.ſancimus. eod.titu.l.noſtram.

1 *Proximos hæreditate priuare noxale eſſe.*

Intestatorvm Autem hæreditates. In text. 12.
tab. quæ legitimis ſuc. defert.ff.de verbor.ſignifi.l.lege mul-
tos vidi, qui peccare credunt quando inſtituunt alios, quam
proximiores, ad quos deberet deuolui hæreditas ab inteſta-
to. Pro quorum formidatione,facit: quia hæreditas eſt qua-
ſi debita legitimis. C. de codi. l. fin. & ad ipſos pertinet: vt
1 hic.& pro hoc facit extra de pœn.& rem.c.officij. † Ad hoc
poteſt dici,quod ſi propter rancorem animi iniuſtum, ipſos
priuaret hæreditate. quod tunc peccaret, ſed ſi alias alium
ex affectione eligat, non video, quod peccet, cum hoc ſit ei
licitum iuris permiſsione, legitima relicta illis, ad quos per-
tinet,vt per totum titulum de inofficio. teſta.nec ob.capitu-
lum officij. quia ibi non priuabat ſua, ſed alterius hæredita-
te, propter factum ſuũ damnabile,ac culpam. Vnum tamen
credo,quod ſi quis inſtitueret extraneos,omiſsis legitimis in
digentibus,ſeu mendicantibus,quod facit contra officiũ pie-
tatis, & peccat, alias non poſſet anathematizari 30. diſt.c. ſi
quis reliquerit.

1 *Vaſallum adoptare vetitum & cur.*
2 *Adoptionem proximi non obeſſe.*

Svi Autem hæredes æſtimantur. In glo.item aliud.in fi.
a [a] infra eo.§.ita demum. In glo.id eſt procul. in fi. Doct. me-
diam approbant, nec intereſt. In gloſ. quo ad hoc. ibi cum
dicit,vt ſui dicantur.hoc verum ab inteſtato,ſed ex teſtamen
to ſecus,vide ſupra de adop.§. ſed hodie.C. de ado.l. cum in
adoptiuis. Item hoc obtinet,in feudo,ſi de feud. defun.con-
tẽ.c.ſi de feudo.§.adoptiuus. Et hoc forte in adoptiuo extra-
1 neo.ſecus ſi aliquis de deſcendentibus † adoptetur,cum tunc
naturalia,& adoptiua iura concurrant,vt l.cum in adoptiuis.
capitulum enim illud reſtringendum eſt cum ſit contra ius
commune. Vel melius dic, idem in omni adoptiuo. Nam cũ
vaſallus nihil poſsit in feudo,in præiudiciũ ſucceſſorum, te-
ſtando, vel alienando, ſine conſenſu domini, videtur quòd
nec adoptando. in feu. de ſuc. feu.c. vnico. §. 1. circa princ.
Præterea cum trãſlatio feudi pertineat ad dominum, & ſine
conſenſu eius fieri non debeat,vt patet in tit.de alie. feud.c.
vnico in prin. per adoptionem facta, ſine eius voluntate ſuũ
feudum ad alium transferri non debet,nec talis adoptio,quo
ad ſuum feudum teneret.ff.de adop.l. ſi is qui. la 2. Sed quid
2 ſi dominus conſenſiſſet? Videtur † quòd non poſsit præiu-
dicare agnatis. in feu. ſi va. feu. priue. cui de fe.c. vnico. de
alie. pa. feu.c.vnico. in princ. Sed ab initio potuiſſet per do-
minum ita dari in feu.ſi de feu.con.ſue.c.pen. & vide eod.ti.
c.ſi vaſ.culpam. de alie. feu. pa. ca. 1. & eodem modo ſi eſſet
feudum nouum, vt d.c.

a Adnotatio. In fin. Item in emancipato.l.poſthumorum.ff. de iniuſto teſt. qui etiam de iure ciuili hodie admittitur,vt in auth.eo.§.1.& §.nullam vero. dummodo ſit deſcendens ex maſculo: ſecundum Ang.hic.

Qvibvs Connumerari neceſſe eſt. De materia huius §.vſq; ad §.ita demum.vide ſupra de nup.§.ſi.

1 *Venditam proximior redimit.*

a Ita demvm [a] tamen nepos. In gloſſ. vel ca-
pitis in fi. quod de emancipatione hic dicitur, eſt hodie cor-
rectum,

rectum, vide ſupra de hære. qua. & dif.§. ſui. & quære vt ibi
1 quæſiui. & facit iſte.§. quòd ſi res ſit vendita alicui † de genere remotiori gradu, quòd proximior poſsit retrahere virtute conſuetudinis.ff. de inoff. teſt.l.filio. & viderur expreſſum in feudis.ſi de feu.deſun.cont.fue.c.vnico.§.Titius.ff.de legat. 2.l.vnum ex fa.§.1.cum ibi no.

a Adnotatio. Ita demum. Quærit hic Ange.quid ſi filius abſtinet ab hæreditate patris, an nepos fiat hæres ſuus an ſui, & dicit quod nõ erit hæres ſuus. ſed voluntarius.

1 *Dominium quando, & an non, continuetur.*

Svi Autem hæredes fiunt. In glo. ſcilicet ſui. in fin.dic vt ibi.In glo.hoc ideo.in fi. vide ſupra de hære.quali.& diffe.
1 §. ſui. & dic quod quaſi ſit continuatio, † quia ſuus cenſetur quaſi dominus in vita patris.ff.de lib.& poſth.l. in ſuis. vnde quaſi continuatur dominum.Sed non vere continuatur,quia nõ erat vere dominus.illud autem quod hæc glo.dicit, quod poſſeſsio eſt incorporalis,eſt verum de iure ciuili.ff.de acqu. poſſ.l.quamuis. non de naturali, quæ eſt quaſi pedum poſitio.ff.de acqu.poſſ.l.1.

1 *Delicta non tranſmitti. fallit.2.*
3 *Duellum quando permiſſum.*
4 *Hæres deſinens liberatur.*

Per Contrarium autem. In glo. not.quædam delicta.ibi cum alleg.l.apoſtatarum.in fin.hoc eſt peſsime dictum ſecun
1 dum doct.quod delicta † tranſeant in hæredem. quia ſic hæres accuſaretur: & damnaretur, ſed hoc non eſt intentio glo. vt infra.gl.hoc ſcilicet modo. In ea.gl.in fi.doc.dicunt.quod non eſt facienda differentia, inter publica & priuata vbi agitur criminaliter, quia nulla tranſeunt in hæredem. Sed actio
2 †ciuilis deſcẽdens ex priuato delicto tranſit ad hæredem.lit.
a conteſta.alias non.C. ne ex de.deſun.l.1. Poteſt dici, [a] quod quæcunq; ciuilis tranſit ad hæredem,ſiue ex publico, ſiue ex priuato,quatenus contra hæredem datur.ff. de pu. iud.l. defuncto. In glo.ideo dicit ibi: niſi de iure eſſet. Hoc non videtur verum de iure.C.de actio.& oblig.l. negantes.C. de gladia.l. 1. Et quicquid ſit de iure canonico, ſunt inhibita, neç ſunt adminiſtranda ſacramenta eccleſiaſtica,maxime prouocanti. vide 2.q.4.c.monomachiam. in Spe.de accu.§. ſequitur.verſi.ſed quid ſi.de iure vero feudo. permittitur duellum in feu.de pa.tenen.& eius violatori.c.vnico.§.ſiquis aliquem & §.ſi miles. de alie.feu.pa.c.vnico.§.non eſt. Per ſtatuta re-
3 gis Franciæ toleratur duellum in omni † caſu,cuius pęna eſt mors, excepto furto, quando crimen eſt ita occultum, quod non poteſt probari clare per teſtes.Et eſt præſumptio contra reum talis,quod poſſet ſupponi in quæſtionibus,ſi accuſator hoc requireret: alias non permittitur & ſuper hoc ſunt ſtatuta regia Phil.pulchri.quicquid ſit,prouocans, & ſponte recipiens,& iudex iudicans,peccant per d.c.nec abuſus conſuetudinis,a peccato excuſat in auth. vt nulli iudi.§. nulli vero. verſi.male enim inuenta. In glo.lata ſententia.in fine.Et poteſt eſſe ratio, quia bona non confiſcantur ipſo iure: imo remanet dominus delinquens vſq; ad ſententiam quamuis alięnatio ei interdicatur.ff.qui & a qui.l. quæſitum, de accu.l.ex iudiciorum. Quid ergo,in caſibus in quibus bona confiſcantur ipſo iure? Videtur quod ipſo iure non ſit hæres, quia ex quo deſineret, ſi ab initio fuiſſet hæres. & ad talem ſtatũ res deueniſſet, ergo multofortius, ex quo eſt nunc in tali ſtatu, non efficitur hæres.ff.de carbo.l.3.§.parui.ff.ex quib. cau. in poſ.ea.l.fulcinius.§.ſi quis nõ latitat. Et hoc facit ad id quod ſcripſi ſupra de pupil.ſubſt.§.liberis videlicet,quòd vbi nulla ſunt bona, aditio non tenet. Sed nunquid, qui hæres eſſe
4 deſinit: deſinit † teueri creditoribus? Non videtur, quandò propter dolum,vel culpam ſuã deſinit eſſe hæres.ff.ad Sylla. l.propter necem.§.neptis,de iure fiſ.l.eius qui.§.fin.Contrarium eſt expreſſum.ff.de his quib. vt indig.l. eum qui.§.bonis.facit.ff.de vulga.ſub.l.ex facto.§.Iulius Longinus.

a Adnotatio. Poteſt dici. Ang. ſic dicit, ſi pœna imponitur ipſo iure a lege, illa tranſit ad hæredem, ſi ab homine, idem, dummodo delictum ſit cõmiſſum circa contractum.& purgetur,per actionem ex ipſo contractu. idem ſi extra contractum, dummodo lis ſit conteſtata,alias regulariter non datur contra hæredem,niſi in id,quod ad eum peruenit.l.1.ff. de priua.deli.

1 *§.1.l.3. de bo.po.cont.ſenſus.*
2 *Nepos quibus ſuccedat.*
3 *Nepos in quibus, an non ſuccedat. & 4.*
5 *Nepotem in quibus excludat filius.*
6 *§.Cum filius explicari.*
7 *Repræſentationi quando, an non locus ſit.*

a Cvm Filius, [a] filiave ex altero. In glo. ſecus ſi ex filia. in fi.ibi loquitur de alio iure vetuſtiſsimo, nam hoc iure idem, vt infra titulo primo.§. hoc etiam.C. de legitimis hære.l.lege 12.tabularum. In glo. vt in auth. in fine credo quod glo. debuit allegare.§.filium. verſi.ergo ſanciendum. ibi cum dicit, quid enim legalibus &c. In gloſ. idem in fin. hæc ſolutio
1 eſt contra illum text. qui † reprobat hanc diſtinctionem, an in locum filij patris nepotis, fuerit adoptatus, vel non. & ibi gloſſ.contraria huic gloſ.& alia ſolutio ibi datur per glo. videlicet, quod non loquitur, vbi omnes qui veniunt per contratab.ſunt in poteſtate, alias ſecus, vt ibi, ſed Dy.dicit quod lex illa loquitur in eodem caſu,quia omnes erant in poteſtate,vt poteſt deprehendi in litera quare dic, quod ibi fuit adoptatus in loco patris nepotis, & ſi non expreſſe,tamen pręſumitur ſecundum Dyn. & hoc vult dicere litera illa. Oppone contra hunc.§. quod nepotes non ſuccedant in locum patris ſui. infra titu.1.§.ſi plures. Sed dic,quod iſte.§.loqui-
2 tur in ſucceſsione aui, in ſucceſsione vero † collateralium, non obtinebat hoc iure: vt d.§. ſi plures. ſed hodie obtinet in ſucceſsione patrui.C.de legi.hæred.auth.ceſſante.ſed non in ſucceſsione aliorum collateralium vt auth.poſt fratres.C. de leg.hær.Item diſtat.ff. de bo.li.l.ſi libertus pręterito.§.1. Sed dic ſpeciale in iure patronatus. quod non defertur iure hæreditario. vt ff.de ope.libe.l.vt iuriſiurandi.§.fi. Quid er-
3 go dices in feudo, † quod non videtur iure hæreditario dedolui, cum poſsit obtineri per agnatos repudiata hæreditate in feu. an agna. vel fil. defuncti. reli. feu.c. vnico? Videtur idem,& tamen eſt contrarium expreſſum in feu. de ſuc. feu. c.vnico, circa princ. de ſucceſ.fratr.vel de gradi. ſuc. in feu.
4 c.1.§.his vero. † Sed quid de iure patronatus eccleſiæ? Dicerem nepotes admitti, cum patruis: cum illud iure hæreditario, etiam ad extraneos deuoluatur, nec reguletur vt ius patronatus libertorum. extra de iu. pa.c.cum ſecundum. Et vide per Inno.in rubrica eiuſdem titu.de ſen.& re iud.c.cum Bertoldus. Sed quid dices, ſi hæreditas ſit indiuiſibilis, ſic quod oportet vnum admitti, vt regnum ducatus, marchionatus,in feu.de prohi.feu.ali. per Federi.c.vnico §.præterea
5 l.2. nunquid filius excludet † nepotem, filium fratris? Satis poteſt dici quòd ſic alias eſſet deterioris conditionis filius, quam nepos, contra l. 3. C. de bon. ma. & hoc indubitate, vbi filius vnus primogenitus eſt, & nepos eſt filius ſecundò genitus defuncti. Si vero nepos ſit filius primogeniti defuncti, videtur contra,quia cum is nepos repręſentet perſonam patris ſui, & ille ſi viueret excluderet ſecundo genitum, per conſequens,& iſte per hunc §.
6 Item no.quòd iſte §.loquitur in filijs † filiorum, vel filiarum, quid ſi eſſent pronepotes? Verbi gratia, auus habuit vnũ nepotem, & ex alio nepote defuncto pronepotem,nunquid pronepos ſuccedit cum nepote,videretur quòd ſic propter repræſentationem, de qua hic loquitur, ſed dicas quòd huiuſmodi repræſentatio non extenditur vltra perſonas nepotum. vt in auth. de hære. ab inteſt.§.ſi igitur defunctus. 2. verſic. huiuſmodi, & ſic ille pronepos excludit. & idem in Spec. de ſucceſ. ab inteſt. verſ.quid ſi aliquis.ſed huic ob.infra.c.fi. vide ibi.
7 Item dic, † quod huiuſmodi repræſentatio non habet locum niſi in ſucceſ. aſcendentium, vel patruorum,vt in auth. ceſſante. & authen.poſt fratres ſupra allegat. Item, nec habebat locum quando parentes ſupererant, & fratres mortui, vt in authent. de hæred.ab inteſta.d.§. ſi igitur verſic. ſed & ipſis. ſed illa corrigitur,vt ibi not. Obtinet tamen huiuſmodi repræſentatio,quando aſcendentes ſuccedũt deſcendentibus

bus: vt in authen. de hæred. quæ ab inteſta. §. conſequens. & iunge infra titu. 1. §. hoc etiam, item hoc non obtinet, quando rumpitur teſtamentum, vide ſupra de inoff. teſta. §. ſoror. in fine.

a Adnotatio. Cum filius. Nepos ex filio præmortuo, ſuccedit ſimul cum alio filio viuente, quia aſſumit locum patris ſui, & ideo ſuccedit cum patruo, & filijs patrui, in ſtirpes & non in capita. Ang.

1 *Azonis lapſus, & ſubleuatio.*

Item Si ex duobus filijs. No. hic caſum contra Azo. qui
1 dicit, quod nepotes † qui patruos non habent, ſuccedunt per capita. glo. dicebat contra, vt no. in auth. ceſſante, & in auth. eod. titu. §. ſi autem defuncto, pro qua eſt hic expreſſum, ſed hic loquitur in ſucceſsione deſcendentium, vide infra. §. fin. Sed Azo. quærit in ſucceſsione collateralium, vide infra tit. 1. §. hoc etiam vbi ſcripſi.

1 *§. cum autem. ſenſus.*
2 *Repræſentantes.*
3 *Præteritus quæ tranſmittat.*

Cvm Autem quæritur, an quis. In gloſſ. ſupra eo. §. demum. contra, ſed hic quando fuit factum teſtamentum: ibi, nullum, vt infra titu. 1. §. proxi. in tex. In glo. antequam in
1 fi. hæc glo. fuit hic pro nihilo: quia nil † tractatur hic de aditione, nec de querela, ſed ſolummodo, quando filius mortuus fuit antequam teſtamentum deſtitueretur. In glo. nec enim fuit, in fi. hanc etiam ſequuntur doct. In glo. 1. tanquã agnati. in fi. hanc etiam ſequuntur doct. ſed magna eſt iniquitas, quòd in nullo ſuccedat, tamen ita oportet dici, quia iura ſunt expreſſa, quæ ſic ordinant, & tamen admittitur ad bo. poſſ. liberti auitini. ff. de bon. poſſ. l. Paulus reſpondit. §. penul. Et quæ ſit ratio. ibi notatur. Sed cur ſaltem per repreſentationem perſonæ patris ſui, non admittitur, vt ſupra §. prox. Di-
2 cas quod illi † ſolum repræſentant, qui nati erant, & agnati vel cognati tempore mortis, vel concepti, hic autem nõ fuit agnatus, nec cognatus tempore mortis. videtur ergo omni remedio deſtitutus. Sed aperiamus hoc. Et videtur quod ſuccedat in omni caſu. Quia aut pater huius concepti fuit præ-
3 teritus † & tunc teſtamentum fuit nullum, & traſmiſsit hæreditatem ad liberos, etiam non aditam, & etiam ignorans. C. de ſuis & legi. be. l. apud hoſtes, aut fuit exhæredatus, & tunc tranſmittit querelam, vt l. ſcimus. §. fi. C. de inof. teſta. ſi erat emancipatus, & fuit præteritus, competit ei contratab. quam tranſmiſit etiam ante aditam. ff. de contratab. l. illud. Dicas, quod hodie is caſus procedit, quando filius fuit exhæredatus rite, & iuſte, & non fuit ſecuta aditio. de quo ſcripſi ſupra de exhæred. lib. circa prin.

Hac Ratione, ſi filius exhære. In glo. nec enim. ibi cum allegat §. ſed hodie, oportet quod dicas, quod iſta differentia eſſet ſecundum ius antiquum, quia ſecundum iura noua deberet dici econtra, quia quando datur aſcendenti, non admittitur ad ſuceſsionem patris naturalis, quando extraneo ſic, vt d. §. ſed hodie. & l. quæ ſtatim. infra allegata. In glo. ſi autem morte patris, ibi cum alleg. de adopt. l. antep. melius. ff. vnde cog. l. 1. §. cognationem. in fi. glo. ſed non durat, vt matrimoniũ impediat. ff. de ritu nup. l. per adoptionem. extra de cog. leg. c. 1. ſupra de nup. §. ſi quis.

1 *Emancipato quis prouideat.*

Post Mortem vero naturalis. In gloſ. nam ſi non in fi. ſed hæc ratio non eſt bona, quia poteſt in vita emancipare, & ſic debet ex eius arbitrio, & remanet inconueniens. Sed dic
1 quod non eſt eadem ratio: quia ſi in † vita emanciparet. pater naturalis poteſt ſibi prouidere ordinando, ſicut ei placuerit. Item poſt mortem auferetur ius quæſitum agnatis. quod eſſet inconueniens, ff. de pact. l. ſi.

1 *Electionem, neglecto volente ſubſiſtere.*
2 *Sui remedia.*

Eadem Hæc obſeruantur, & in ea. In glo. his enim inſtitutis, vide quod ſcripſi ſupra de hære. lib. circa prin. & hoc
1 inducunt doct. ad quæſtionem. † Si aliquis, qui debuit vocari ad electionem, contemnatur, nulla eſt electio. Pone quod contemptus non vult proſequi contemptum ſuum, nec dicere nullam, alij, qui interfuerunt, volunt eam dicere nullam ex perſona eius nunquid poſſunt? Videtur quòd ſic, per l. ſi poſt mortem. §. fin. ff. de contratab. Arguitur contra in l. filio. de iniu. rup. Ipſi dicunt, quod nõ poſſunt, per d. l. filio. & ipſi diſputant de caſu. extra de elect. ca. ſicut. In gloſ. emancipatis. in fi. hanc approbant omnes, & videntur text. illarum
2 legum. & ſic ſuus † habet duo remedia, & forte eadem emancipatus, per auth. de hære. ab inteſt. §. 1. in fi. ſed auth. illa, non loquitur vbi factum eſt teſtamentum. vide ſupra de exhæred. lib. §. fina.

1 *Adoptans, quando an non alere cogendus.*

Sed ea omnia antiquitati quidem. In glo. hoc idem in fin. gloſ. videtur reprobare hanc, in l. cum in adoptiuis, & videtur concludere, quod ſi eſt omni auxilio deſtitutus, imputet ſibi, quòd ſe emancipare permiſit. In glo. nunquid. in fi. Placentinus non eſt ſolus in reſponſione primæ quæſtionis, quia Azo. tenuit idem. ff. de in ius voc. l. adoptiuũ. Et pro hac opi.
1 facit text. d. l. adoptiuum. ibi, cum dicit, iure † magis poteſtatis. in alia videtur ſatis concluſum. glo. vera niſi operaretur patri adoptiuo, quia tunc pater adoptiuus tenetur ipſum alere. ff. cõmo. l. in rebus. §. poſſunt. vel niſi pater naturalis egeret. nam cum ſit filius, quo ad ſucceſsionem ab inteſtato, & quo ad omnes effectus, excepto quod non tranſit in poteſtatem, & matrimonium impediatur, & cognatio contrahatur, ſatis videtur, quod teneatur eum alere. ff. de adop. l. pen. In glo. ſimul cum alijs in fin. hoc verum iure nouo, ſecus de iure antiquo. ff. de adopt. l. qui in adoptione, de ſuis & legi. hære. l. 2. §. parui.

1 *Agri modo ementito quatenus agendum.*
2 *Succeſſores in ſtirpes.*

Item Vetuſtas ex maſculis. In glo. non parum, in fin. illa lex parum facit. Et hæc poſſunt induci ad multa, ſi aliquis
1 vendit fundum, & dixerit † eum eſſe decem iugerum, vel parum minus, quod non poſsit agere, ſi ſit minus tertia parte, & pro hoc facit C. de decurio. l. nominationũ forma. Sed hoc eſſet durum. Vnde credo, quod in dubio, debeat intelligi de modica ſumma, arbitrio iudicis. ff. de verbo. ſign. l. hæc verba in ſtipulatione. habita cõſideratione ad pretium. ff. de rebus dub. l. 1. In glo. quod de hac. in fine. quæ eſt ſignata. C. de collat. ſuper legem illam. & incipit, quæ tertiæ. Et not. hoc in
2 §. fin. quod nedũ nepotes † ſuccedunt in ſtirpes, imo & pronepotes, & veniunt per repræſentationem, cuius contrarium dicitur in authen. de hære. ab inteſta. §. ſi quis igitur. 2. verſi. huiuſmodi. ſed dic quod illa corrigitur, vel dic quod illa obtinet, vbi pronepotes veniunt ad ſuc. patruorum cum aſcendentibus, tunc enim non eſt locus repræſentationi, niſi ſicut ibi dicitur, & eſt ratio, quia tunc pronepotes veniunt contra ius cõmune, cum aſcendentibus, ſecutus autem, vbi pro nepotes in pari gradu, ſoli ſuccedunt aſcẽdẽtibus, vt hic. item ſecus in ſucceſsione collateralium infra titu. 1. §. hoc etiam.

## *De legitima agnatorum ſucceſſione. Rubrica.*

*Hæc Rubrica proprie ſequitur poſt præcedentem habito reſpectu ad ius legis duodecim tabul. per quam agnati ſuccednnt poſt legitimus infra titulo primo, §. frater, ff. de ſuis & legitimis hæred. l. 1. §. poſt ſuos. Sed habito reſpectu, ad ius nouum, non bene continuaretur, quia parentes veniunt poſt ſuos, vt apparet per proceſſum authent. de hæredi. ab inteſt. & ideo tituli ſequentes melius ſederent hic iſto reſpectu.*

SI NEMO ſuus hæres. In glo. capite. ibi. cum alleg.ff.eo.vult allegare de ſuis & legi. In glo. ſic .ff. caue: quia hæc eſt mala allegatio communiter. Et credo quòd deberet allegare.ff.de ſuis & legi.l.2.§.1. In gloſ. ſcilicet ad ſuos. in fin.vide ſupra tit.1.§.cum autem.vbi dixi.

PER adoptionem quoque. In glo.quaſi diceret. in fi.dic ſupra titu.1.§.ſed ea omnia. In glo.1. agnaſcitur. in fi. vide ſupra titu.1.§.ea.in fin.

1 *Fœminæ quo iure excluſæ.*
2 *Sorores quibus concurrant & qui* 3.
4 *Fratrum filii quibus cum vocati.*
5 *Filia in feudo a quo excluſa.*
6 *Annagio quis potior.*

CETERVM inter. In gloſ.no.caute. cum dicit & per mediam iuris prudentiam glo.vult ſoluere quandam oppoſitionem. Textus iſte videtur quòd per l.12.tab.nõ vocentur mulieres,vel ſorores.Contra imo omnes infra eo.§.& hoc quędam glo.vult ſoluere,quòd hoc principium: nedum, recitat ius l.12.tab.imo & mediam iuris prudentiam, in genere,ſed in inferioribus magis ſpecificat, & declarat. Et (vt bene videas) ſcire debes, quòd quatuor fuerunt iura in ſucceſsione fœmellarum,quando agitur de ſucceſ. fratrum patruorũ,vel auunculorum. Primo fuit ius legis 12.tab. per quod admittebantur omnes,ſiue maſculi, ſiue fœmellæ. duntamen eſſent
1 in eodem gradu. Poſtea † ſuperuenit ſecundũ ius,ſcilicet media iuris prudentia,quæ diſtinxit maſculos a fœmellis: & admiſit maſculos: & repulit omnino fœmellas, propriæ ſorores conſanguineas, quas admittebat ad ſucceſsionem fratrũ, ſecundum glo.vel forte nullas. Tertium ius fuit prætorium,
2 qnod vocauit eas poſt agnatos,per bono.poſſ.Quartum†ius, fuit imperatorium, quod vocauit ſorores, vna cum agnatis eiuſdem gradus. Et hoc,ſiue ſint conſanguineæ germanæ,ſiue non, & hoc intendit text. vſque ad §.hoc etiam addendũ, vbi addit,& dicit quòd nedũ ſorores conſanguineæ, vel vterinæ admittuntur cum agnatis. imo eorũ filij,& filiæ admittuntur ad ſucceſsionem patruorum & auunculorum,& econtra patrui & auunculi admittũtur ad ſucceſsionem filiorum & filiarum, fratrum, & ſororum. Et hoc vbi frater & ſoror non ſunt: quia tunc illi præcederent in ſucceſsione fratrum ſororum defunctorum filios & filias,aliorũ primo defuncto-
3 rum.† Et fit diuiſio hoc caſu,quando filij & filiæ ſororum,& fratrum ſuccedunt in capita,non in ſtirpes. In alijs autem remotioribus,nihil eſt immutatum, quin agnati excludant cognatos,& hoc intẽdit vſq; ad §.ſi plures.Hodie vero eſt quintum ius,quòd immutat pręcedentia in pluribus articulis.Primo,in eo quòd non diſtinguit hic,germanos,ſeu vtrinq; coniunctos,ab illis qui ſunt tantum ex vno latere, eſt hodie immutatum,quia hodie diſtinguitur, & quo ad fratres, & filios fratrum: quia vtrinq; coniuncti repellunt ex vno latere con
4 iunctos. Item † & in eo. quia filij & filiæ fratrum, & ſororũ admittuntur cum patruis. & auunculis. item in ſtirpes non in capita. patet in auth.ceſſante.C.de legi.hære & clarius in auth.de hære.ab inteſt.§.reliquum. & de hoc nullus dubitauit quin ſuccedant cum patruis.Sed vbi nulli ſunt patrui,fuerunt opi.vt no.in d.auth.ceſſante.& hic. Sed communis opi. eſt,quòd filij fratrum ſuccedant in ſtirpes. Sed abinde in antea,per capita in collaterali ſuc.in deſcendenti.videtur quòd in infinitum in ſtirpes,vt dixi ſupra titu.1.§.fi.eod.ti.§.item ſi ex duobus. Et eſt ratio,quia magis debetur filijs hęreditas: & ideo magis ius ſuũ & repræſentationem tranſmittunt. idẽ videtur in aſcendentibus,vt in ſtirpes ſuccedant: vt in auth.
5 de hær.quæ ab inteſt.ve.§. conſequens. † Et hanc materiam de repræſentatione inducunt doct.ad quæſtionem. Filia non ſuccedit de conſuetudine in baronia: imo maſculus, etiam ſecundo genitus eam excludit. Pone, quòd quidam baro habuit duos filios, quorum primogenitus in vitam patris moritur,relicta filia.patre viuente,moritur baro,maſculus.ſuperſtes vult excludere filiam,a baronia,& dicere, vos non debetis plus habere,quã ſi eſſetis filia patris mei,quæ eſtis neptis, ſed ſi eſſetis filia,ego excluderẽ vos, ergo multo fortius, vos neptem,dicit filia, ego repræſento perſonam patris mei, qui te excluderet,ſi viueret, ergo ego te excludam. Et in hanc videtur declinare,per l.pater.§.quindecim.ff.de leg.3. vbi emptor repræſentat perſonam vendentis, qui eſt de familia, & eſt quaſi ſimile,quòd ſcripſi ſupra titu.1.§.cũ filius.Sed huic ob.quia fœmina non ſuccedit,extantibus maſculis,etiam remotioribus in feu.de ſuc.feu.c.1.de benefi. fœminæ.ca.1. Et ſic videtur quòd mulier hic prohibita ſuccedere in baronia,
6 non ſuccedit extãtibus maſculis. Eodem † modo poſſet quæri & determinari alia de conſuetudine. Maſculus primogenitus,habet annagium inter nobiles, & ſi vnus ſit maſculus,habet annagium,quãuis habeat ſorores antiquiores, & primogenitas,ſed pone, quòd habuit fratrem primogenitũ,qui moritur in vita patris relicta,vnica filia, nũquid illa habebit annagium, vel filius ſuperſtes? Hæc quæſtio cadit frequenter in facto,in regno Franciæ. Et communiter tenetur,quòd filia de conſuetudine repellitur, quæ ſatis conſona eſt iuri, ſecundum opi. doct. ſupra tactam.

1 *Vno vocato,quando admittantur plures.*
2 *Redimere ex pluribus,qui poſſint.*

a SI Plures [a] ſint gradus agna. Super glo. hoc corrigitur. in fi.imo etiam per conſtitutiones ſupra §.hoc etiam,ſed hic loquitur de iure leg.12.tab.quod poſtea fuit temperatum,vt ſupra dictum eſt. doc.inducunt hunc §.ad quæſtionem. Dux
1 † belli præconizari fecit, quòd qui primus ingrederetur caſtrum,haberet centum,plures ingrediuntur, nec cõſtat quis primus,quis habebit centum? Quidam voluerunt dicere,ꝙ nullus.ff.de reb.dub.l.ſi fuerit.& ita determinauit Guido eorum dominus. Sed ipſi dicunt ſe audiuiſſe ꝙ Odoff. determinauit contra,per hanc literam.quamuis.n.lex vſa ſit ſingulari numero,ſi plures ſunt,plures admittũtur,vt hic, nec obſt. l.ſi fuerit. quia loquitur in teſtamentis,in quibus nõ fit ita larga interpretatio,ſicut in beneficijs principum, vbi fit latiſsima.ff.de conſti.prin.l.pe.vnde non eſſet dicendũ idem in ruſtico faciente talem munificentiã, & apparet quòd fiat latior interpretatio,quia non requiritur inſinuatio.C.de do.l.ſancimus. circa prin. quæ tamen requireretur, ſi pater daret filio quinimo dicunt doc. ꝙ quilibet habebit centum.ff. de leg.1. l.qui filiabus.§.1.ſecundũ eos. Item inducunt ad aliam quæſtionem,de cõſuetudine,proximus poteſt retrahere rem venditam a ſuo proximo extraneæ perſonæ. Pone quòd ſunt plures,qui veniunt ad retractum, qui ſunt eiuſdem gradus quidam tamen attinent ex parte patris, aliqui ex parte matris,
2 quis eorum præfertur? Dicunt,†quòd ſi ſint plures, in quibus ſit eadem ratio,omnes admittuntur, vt ſi eſſent eiuſdem gradus & qui æquæ ad ſucceſsionẽ admitterentur. Et in hoc dicunt ꝙ frater vtrinque coniunctus excludit omnes, qui ex vno latere ſunt tantũ. Et ſi nulli ſint vtrinq; coniuncti, tunc agnati in quæſitis ex parte patris, cognati in quæſitis ex parte matris.C.de leg.hær.l.de emancipatis. vltra fratres,& fratrum filios ſuccedunt proximiores, pro æqualibus non habita differentia,vndecunq; venerint bona,vt C.de leg.hær.authen.poſt fratres.communia de ſucceſ.auth.itaq;. ſic dicunt eſſe ſeruãdum in retractu.quicquid ſit de iure, certum eſt de conſuetudine, ꝙ ſi ſint æquales, vt fratres conſanguinei, vel ex eis deſcendentes,quòd æqualiter admittentur.Si non ſint conſanguinei,tunc illi qui attinẽt ex parte illius, a quo bona deuenerunt vna admittuntur,alij non etiam,alij nõ venientibus ad tornum.& ſic ſeruatur de conſuetudine.

a Adnotatio. Si plures. Indefinita æquipollet vniuerſali: & ſingularis numerus concipit pluralem: proximusq; dicitur nullo teſtamento condito. quem nullus præcedit,tempore mortis ſicut etiam condito teſtamento,& poſtea deſtituto, cum certum eſt eſſe teſtamentum deſtitutum.h.d. ſecundum Bald. & facit ſecundum eum in arg. ſtatuto cauetur. quod ille qui primo cucurrerit ad brauium. & illud tetigerit habeat illud. Pone,quod duo vel tres cucurrerunt, & ipſum ſimul tetigerunt: quod omnes habere debent brauium ſimul. & quilibet poteſt dici primus,ſecundum Bald. hic. Item facit etiam quod ſi capitaneus fecit edictum,quod ſi quis primus intrauerit caſtrum, debeat habere centum: ſi plures ſimul intrauerint,nunquid debeat vnuſquiſq; habere centum, cum omnes poſſint dici primus,cum nullus eos præcedat? Bald.

1 *Succeſſionis capita.*
2 *Succeſſorii edicti locus.& 3.& 4.*

Placebat

a P l a c e b a t a autem. In glo. 1. ſucceſſorium, vt bene videas hanc gloſſ. caue, ꝙ ſit bene ſcripta. debet enim eſſe ſcriptum. Sed inter agnatos, & cognatos. in aliquibus libris deficit iſtud verbum: & cognatos, & tamen nõ habet bonum ſenſum ſine hoc. Et (vt melius videas) volo te ſcire, quòd eſt reperire caput, ſeu ordinem. Item eſt reperire gradus. capita
1 ſunt quatuor ſeu ordines: † vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, vnde vir & vxor. in quolibet capite, ſunt plures gradus, vt in vnde liberi, primo ſunt filij: ſecundo nepotes: tertio pronepotes, & ſic deinceps, & eodem modo, in quolibet capite. nam prout ſunt remotiores, faciunt gradum inter ſe, & hę fuerunt differentiæ magiſtrales. text. tamen quandoque caput gradum nominat, ff. ſi tab. teſt. nul. ex l. 1. circa prin. infra de bono. poſſ. §. adhuc. & ſuper his ſit quæſtio, an ſucceſſo-
2 rium edictum habeat locum † de capite in caput, vel de gradu in gradum. & gloſſ. dicunt ꝙ non habent locum de gradu in gradum, ſed de capite in caput, quia qui excluditur vt filius non admittitur vt nepos, ſed bene vt agnatus tranſuerſalis, vt §. quibus. Sed hodie habet locum de gradu in gradum
b per hũc §. in hoc tñ dic plenius, ꝙ ſucceſſorium edictum b in ſuis nõ habet locũ, nec olim, nec hodie de iure ciuili, per leg. 12. tab. Vnde ſi filius repudiet: nepos non admittitur, de iure ciuili, quo fuit filius hæres, & nõ poteſt deſinere, ſed per prætorem põt abſtinere. Et illo iure nepos admittitur per bo. poſ. C. vnde liberi. l. qui ſe patris. & hoc obtinuit olim, & obtinet hodie, & iſte §. nihil facit ad hunc articulum, qui loquitur in caſu ſuo, videlicet in ſucceſsione agnatorum tranſuerſa-
3 lium, non ſuorum, ſed in agnatis bene babet † locum hodie ſucceſſorium edictũ, de iure ciuili: licet olim ſecus: quia ratio præcedentis caſus ceſſat, quia agnatus repudians non fuit hæres. Sed nunquid hodie habet locum de capite in caput, vt de agnatis ad agnatos? Reſpondeo, non: quia hodie agnati: & cognati ſimul ſuccedunt, remota differentia &c. per authen. de hęr. quæ ab inte. ſed bene habet locum de gradu in gradum:
4 ſed ego do tibi caſum vbi poteſt † habere locum, qñ frater cõſanguineus repudiat, venit vterinus per ſucceſ. edictum. tunc enim fit de capite: quia vterinus eſt cognatus. Item qñ teſtamentũ rumpitur per querelam. nã tunc non habet locum materia de hær. quæ ab inteſt. vt ſcripſi ſuprà. de exhær. li. circa prin. vnde ſucceſſorium edictum, habet locum in quærela. ff. de inoffic. teſt. l. pater filium. & l. pen. & ibi no. ff. de bo. poſſ. contra tab. l. nõ tantum, §. ſi emancipatus filius, ſed tunc non fieret de capite in caput, niſi ponas ꝙ filius exhæredatus repudiet, nam tunc parentes poſſent ſuccedere, & fratres turpi perſona inſtituta per edictũ ſucceſ. per dictam legẽ ſi is qui.

a Adnot. Placebat. Per l. 12. tab. in ſucceſſionibus agnatorum de perſona, in perſonam, ſucceſſorium edictum o btinebat: obtinet etiam modo ſuccedendi.
b Succeſſorium edictum. Quare autem fuerit inuentum ſucceſſorium edictum: & an habeat locum, ex teſtamento in querela inofficioſi, & in bonæ fid. poſ. contra tabu. vide per Ang. hic.

1 *Patris & filii diſcrimen.*
2 *Pater quo iure filio legitimus.*
3 *Emancipatus legitimus.*

A d l e g i t i m a m. In gloſ. ſecus econtra. in fi. gl. hæc & ſuperior intendunt, quod filius emancipatus deſinat eſſe agnatus per emancipationem etiam hodie: ſed pater non deſinit eſſe agnatus ei, & hoc idem tenet in d. §. emãcipati. Sed alibi dicit, ꝙ hodie filius emancipatus non deſinit eſſe agnatus, per hunc §. vt not. ff. vnde cog. l. legitimis. de adopt. l. quẽ filius, C. vnde legitimi. l. fin. de bono. poſſeſſ. contra tab. l. fin.
1 Quid dicemus? Durum dicere videtur, quod pater ſit † agnatus filijs non propter relationem, cum de duobus relatiuis, vnum non poſsit eſſe ſine alio. Sed ad hoc poteſt reſponderi ꝙ hoc eſt verum ab initio, ſed ex poſtfacto non: quia perſona filij per emancipationem ſolam alteratur, non perſona patris, in qua nulla fit alteratio: ideo remanet pater agnatus, vt hic. Sed certe hoc idem videtur de iure Digeſtorum, ff. ad Tertul. l. 2. §. obijcitur. ff. de ſuis, & legi. hær. l. ſi ad patrem.
2 Poſſet dici, quod pater non ſit legitimus † filio emancipato: ſicut nec filius patri: per legem 12. tabul. ſed per leges nouas. quæ dicunt eum ſuccedere, quando contracta fiducia emancipauit expreſſe, vt hodie tacite dicitur legitimus. & hoc vult dicere d. l. ſi ad patrem. Et eodem modo dicitur legitimus tutor filij, & frater etiam tutor fratris: quia per leges nouas vocantur, vt dixi ſupra de fid. tu. & de legi. patr. tut. per quæ poteſt determinare, & intelligere, quæ hic dicuntur. Sed hodie
3 certum eſt, quod filius † emancipatus, eſt legitimus ab inteſtato, per leges nouas, vt in auth. de hære. quæ ab inteſtato. ſed non per hunc §.

## *De Senatuſconſulto Tertuliano. Rubrica.*

*Rubrica euidenter ſe continuat. Dictum eſt ſupra de ſucceſſ. ſuorum & legitimorum: nunc de ſucceſſione cognatorum mater enim cognata eſt, vt ſtatim infra dicetur.*

1 *Præponi quis non dicendus.*
2 *Vxor cui ſubſit.*

a L ex xii. tabularum. a Textus clarus eſt, & breuis, nec ſummatione eget. In gloſſ. improprie, in fi. nam proprie non dicitur præponi ille, quem nemo ſequitur, quamuis dicatur proximus poſt quem nullus. ff. vnde cog. l. 1. §. pro
1 ximus. de verborum ſignificatio. l. proximus. † In gloſ. etiam hodie. in fin. non tamen ſimul: vt ibi. In gloſſ. ſcilicet matris.
b ibi, niſi quo ad debitum carnis, & quo ad operas: b ff. de oper.
2 lib. l. ſicut. In ead. glo. in fin. de † conſuetudine regni Franciæ tranſiuit in poteſtatem viri, non tamen eam eximit a poteſtate patris.

a Adnot. Lex 12. tabu. Diuide hunc tit. ſecundum Are. tex. clarus eſt.
b Operas. Etiam hæredibus viri præſtandas, intra annum quo dos debet reſtitui, quando ab eis habet alimenta, de qua materia, an recipiens ab aliquo alimenta, eidem teneatur operari, & an vxor ſequi debeat virum peregrinantem. vide hic per Angel.

1 *Reg. ſi vnico vincentem &c. limitatio.*
2 *Victoria an extendibilis.*

P a t e r vero. In gloſſ. ſcilicet, auum, & matrem, dicas,
1 ꝙ poteſt induci pro regula ſic: auus vincit patrem: pater † matrem: ergo auus matrem, quia ſi vnico vincentem te, multo fortius &c. contra regulam, ſi pater vincit matrem, mater auum: ergo pater vincit auum ſecundum regulam, ſed non eſt verum, & regula fallit hic, vel ſic, mater vincit auum, auus patrem, ergo mater patrem, ſecundum regulam quod eſt falſum iſta regula fallit hic. Vel dicas, ꝙ regula procedit in victoria naturali, & traſmiſsibili, & rebus exiſtentibus in vnum, vt tunc, ſed in his fallentijs non recidunt in vnum. mater vincit auum, verum eſt, quando pater non eſt in medio. Si ergo ſit in medio, caſum varias, & terminos: & tunc loquitur regula. Item dic in caſu tranſmiſsibili: quia ſi ſit victoria
2 † perſonalis, victoria vnius, non extenditur contra alium, quia res inter alios iudicata &c. & iunge extra de conceſſ. præben. c. authoritate. vide ibi. Item not. quòd hoc hodie corrigitur, quia pater & mater inſimul admittuntur auo excluſo. C. eod. authen. defuncto. in authen. de hæred. ab inteſt. §. conſequens.

S e d n o s. Quidam habent hic in gloſſ. in Codice non in eo quem habemus. alij habent ſuper verbo, conſtitutione, quæ eſt C. de iure deliberand. l. 2. illa non dicit in libris quos vidi, & tamen doctores ſic allegant, ſequendo hanc additionem.

1 *Patris matriſque concurſus.*
2 *Patri quando concurrat filius.*
*Cognatorum qui exequati.*

a S e d c v m a a n t e a. In gloſſ. etiam patri, quæ eſt C. eodem. authen. defuncto. In gloſſ. hoc caſu. eſt hodie. in

ſi.vt bene perſtringas, hic dicas, quod hæc materia in multis
1 eſt correcta.nam hodie †pater non excludit matrem,imo ſi-
mul admittuntur, ſi ſint ſoli,& in ſtirpes,ſi ſint fratres ſeu ſo
rores cum eis,hoc iure admittebantur, ſiue eſſent conſangui
neæ,ſiue vterinæ,& illud eſt hodie correctum,quia parentes
excludunt fratres ex vna parte coniunctos. Item & in alio,
quia pater & mater excludunt auum hodie,& alios aſcenden
tes.Sed ſecundum doct.duo reſtant dubia hoc iure,quia ſi fi-
lius in poteſtate conſtitutus moriebatur pater retinebat v-
2 ſumfruct.vt d.l.fin.C.eod.hodie veniunt†ſimul.hoc verum,
quando filius erat emancipatus, ſed ſi erat in poteſtate,pater
toto tempore vitæ ſuæ habebit vſumfruct. Et proprietas di-
uidetur,ſecundum doc.credo, quod fuerunt male reportata,
quia contrarium videtur expreſſum in d.§.conſequens.verſi.
nullum vſum &c.ſecundum dubium fuit, ſi filius emancipa-
tus facit teſtamentum patre & matre præteritis, pater habet
contratab.mater nullum habet remedium, patre ſuperſtite,
eo mortuo mater habet querelam, nunquid hoc eſt corre-
ctum ex quo ſimul ſuccedũt hodie? Non videtur,quia auth.
de hære.ab inteſt.non loquitur,quando factum eſt teſtamen-
tum,nec quando locus eſt querelæ.& ꝙ non fiat talis exęqua
3 tio, apparet,quia†fratres patrueles,& vterini exæquantur in
ſucceſsione ab inteſtato,& tamen non exæquantur in quere-
la, ad quam admittuntur tantum conſanguinei, vt l.fratres,
C.de inoffi.teſta.ſed ſecundum eos,ratio eſt, ꝙ exæquentur,
quia ęquale officium patris & matris.ff.de cura.fur.l.furioſæ
matris.ſic quia pater admittitur per cõtratab. mater per que
relam,ſic & alibi,ff.de contratab.l.filium.ſecundum doct.vi-
de ꝙ ſcripſi ſupra de inofficioſo teſtamen. §.ſoror.in additio
ne.Iac.videtur.&c.

a Adnot.Sed cum.Mater præfertur omnibus alijs agnatis exceptis fratribus, & ſororibus, & cum ſororibus ſolum, venit, ad mediam: & cum ſororibus & fratribus, venit pro virili h.d.ſecundum.Aret.

1 *Mater negligens quando non punienda.*

a Sed Quemadmodum. [a] In gloſſ.aliud habeas, bona glo.
communiter eſt male ſcripta,quia aliqui habent impuberes,
1 & debet eſſe, ſi puberes. Et eſt ratio, quia † quando impubes
moritur, non poteſt teſtari, nec punitur delictum,ſeu negli-
gentia matris, ſed ex quo factus eſt pubes,poteſt,licet forte
ex hac cauſa eam exhæredare non poſsit, cum non ſit de cau
ſis enumeratis, in §.cauſas.& in §.aliud.in authen.vt cum de
appel.cog.ſed ad minus poteſt eam grauare, excepta legiti-
ma, vel alium inſtituere.Item not.multas cauſas, ex quibus
matres excuſantur.ff.eo.l.ſiue ingenua,quæ eſt ſecunda in or
dine. §. ſi mater.quem vide cum §. ſequenti, quia notabiles
ſunt.

a Adnot.Sed quemadmodum.Dicitur in hoc. §. quod mater tenetur petere tutorem filljs,hoc intellige intra annum.& iſtam opi.dicit Ang.eſſe communem,& eam tenet,tanquam magis æquam per l.ſciant.C.de leg.hæred. quamuis Bar.ibi & doctores velint quod petere teneatur ſtatim cum poteſt,niſi fuerit impedita legitima cauſa,ita quod annum non tranſcendat.An autem moram purgare poſſit item quid ſi non idoneum petierit. & an teneatur non ad miniſtrantem, ad adminiſtrandum compellere, vide hic per Angel. in 2. & 3.col.

Licet autem. De materia huius §. vide infra §.nouiſsime.

## *De Senatuſconſulto Orſitiano. Rubrica.*

*Continuatio per ſe patet.*

Per Contrarium. In gloſſ. id eſt econtrario. in fine.iſti verſus ſunt legiſtarum, qui regulariter non ſunt boni metrificatores. ſunt enim falſi,in metrificatura in multis,non ſit tamen tibi curæ, quia nil immutatur in effectu de determinatione iuris.In gloſſ.ſtricte in fin. vide ſupra qui teſta.tuto.da.poſſunt.§.fi.

Sed Cum. In glo.idem in alijs,ibi,cum dicit,dicam quia deſcendentes ſuccedunt in infinitum, vt in auth. de hæred. ab inteſta.circa prin.§.1.

1 *Delegatum mutata dignitate cognoſcere.*

Sciendvm Autem eſt. In gloſſ. ff. vnde liberi, in fin.
uel in acquiſitis, quæ non pereunt, vt dixi ſupra de legiti.
1 agna.§.fin.vide ibi.Et hæc faciunt ad argumentum,quod † ſi
cauſa ſit commiſſa, canonico eccleſiæ cathedralis, quia alij
committi non poteſt, per c.ſtatutum,extra de reſcript.quod
nihilominus poſsit cognoſcere,ſi deſinat eſſe canonicus,dum
tamen ante incepiſſet cognoſcere. de hoc nota. in dicto cap.
ſtatutum. & plenius in nouella Ioa. And. in ca.rationi.libro
ſexto.de regulis iuris.& ſcripſi C. de appellat.l. præcipimus.
numero 29.

1 *Matri qui ſuccedant.& 2. fallit.3.*

Novissime Sciendum eſt. In gloſſ. nunquid. in fin.
1 videtur ergo hæc gloſſ. concludere, † quod vulgo quæſitus
ſuccedat matri.Et eſt ratio, quia lex non intromittit ſe de me
ritrice, ſic palam expoſita, propter vitæ vtilitatem, vt l.quæ
adulterium.C.de adult. niſi eſſet illuſtris, vt d.l. ſi qua illu-
ſtris,& ſic ſpurius,vulgo quæſitus.& natus ex concubina,ſuc
cedunt matri: vt hic.Quinimo & cognatus, ff.vnde cogn.l.ſi
ſpurius. & l. hac parte. Sed uideamus circa primum quid ſi
meretrix palam expoſita erat coniugata? Satis poteſt dici,
quod partus ſit ex damnato coitu. ff. de adulter. l. ſi v-
2 xor. §. 1. † Sed quid dices hodie, de nato ex concubina? [a]
a Videtur, quod ſit ex damnato coitu:quia quamuis de iure
ciuili, concubinatus eſſet permiſſus, nihilominus ſecundum
iura canonica & fidem, eſt damnatus,extra de hære.c.ad no-
ſtrum.in cle.& ſic tales liberi non videntur poſſe ſuccedere,
ſed hoc eſſet durum dicere. cum iura hæc non reperiantur
correcta expreſſe. Vnde quamuis concubinatus ſit peccatum
mortale, non tamen reperitur, quod liberi ſint adeo damna-
ti, ſicut quando naſcuntur ex coitu omnino damnato, iunge
infra de ſeruili cognatio.§.fi.in fine tractatus.Item dic,quod
3 hæc iura non obtinent in feudo † in quo nulli ſuccedunt,
etiam matri, niſi ſint de vero & legitimo matrimonio.in feu
do.ſi de feu.defun.conten.fuer.cap.ſi de feu.§.naturales nec
forte in emphyteuſi, vt no.in Specul.de loca. §. nunc aliqua.
ver.67.nu.84.

a Adnot.Ex concubina.Vide in authen.quib.mod.nat.effi.ſui.§.fin.& auth. ex complexu.C.de ince.nup.vbi Bar.& doct.c.cum multæ.15.q.ſi.& Inno.in c.niſi nu.10.de renun.vbi in apoſti.elegans.in ver.ſpurius. late Pano.ibidem, nu.20.

Sed Si ex.Pluribus legitimis hęredibus.facit ff.de ſuis & legitimis hæredibus.l.ſi ex plurimis.

## *De ſucceſſione cognatorum. Rubrica.*

*Continuatio patet de ſe.*

Post svos haeredes. In gloſſ. nunquid ergo.in fine.Sed hoc non obtinet iure nouo,vide ſupra de hæredibus quę ab inteſtato.§. poſt mortem in fine.

Liberi Quoque. In gloſſ. ſupra de hæredib. quæ ab inteſta.in fin. Hoc non eſt immutatum, vt ſcripſi per l. cum in adoptiuis.C.de adopt. Vulgo.vide ſupra, titu.1.§.nouiſſime.

1 *Sobrinus.*
2 *Sobrini quatenus iuncti.*
3 *Tranſuerſalium ſucceſſio quatenus protenſæ.*
4 *Maius ad minus trahi.*
5 *Legitimi.*

Hoc

Hoc Loco & illud. In glo.imo videtur. in fi. primo ap-
probatur,& obſt.in duobus quo ad agnatos & cognatos, ſed
ibi ſpeciale,quia eſt ius priuilegiatum,quod nō tranſit, ſicut
ius commune. In glo.ſed nunquid. ibi, cum alleg.l. ſcripto.
1 in fi.debes ſcire,quod † ſobrinus,& ſobrina dicuntur filij duo
rum fratrum,vel duarum ſororum,quos vulgo vocamus co-
gnatos germanos. nati ex ipſis admittuntur vſque ad ſepti-
2 mum gradum, † quando cognatione iunguntur. alij vſque
ad decimum. Et eſt ratio,quia ſucceſsio ex ſui natura deſcen-
dit: hi vadunt deſcendendo. Sed ſi conſideres in aſcendenti-
bus ſicut tritauum matris, vel nepotes, vel pronepotes pa-
truorum,vel propatruorum, vel amitarum, vel proamitarū,
ibi aſcendendo,potius quam deſcendendo, ideo non tantum
extenduntur, ſecundum glo. Doct. vero dicunt, quòd cauſa
eſt frequentiſsima,nam frequentius reperitur, quòd deſcen-
dentes ex conſobrinis viuant, & reperiantur ſuperſtites vſq;
ad 8.gradum,quam de aſcendētibus, vix enim aut nunquam
tritauus viuit tempore trinepotum, ſed ſecus in linea tranſ-
3 uerſali. nam ibi frequēter reperitur.ff. de vſucap.l.iuſto.†ſup
ponunt quòd in omni tranſuerſali extendatur ſucceſsio vſq;
ad ſeptimum gradum,& tamen text.videtur ſolum dicere de
natis ex ſobrino, & ſobrina. In ea glo.in fi. doct. approbant
opin.gloſ. Ad contraria poteſt dici, quòd ibi maior trahitur
4 ad minorem, quia conſtat partes in hoc conueniſſe, & † de
maiori non conſtat. hic autem ſatis conſtat de mente legis,
quæ ampliare voluit iura cognatorū in ſucceſsionibus. Præ-
terea cum vocati,per quancunque legem ſint legitimi,vt ſu-
pra in prin.titu. & lex hodie vocet cognatos, & agnatos con
ſtat iure legitimos cenſeri: & in legitimos debere ſuccede-
re vſque ad decimum gradum, vt hic §.ſiue de lege &c.& pa
tet 35.q.5.c. ad ſedem. de iure vero feu. vſque ad ſeptimum,
qui feud.da.poſſ.c.vnico. §.hoc quoque. de ſucceſſ.feu.c.vni
co.§.hoc quoque. in iure patronatus,vſque ad 5.infra de ſuc.
lib.§.ſed noſtra.

## *De gradibus cognationum.* *Rubrica.*

*Textus ſe continuat.*

1 *Gradus, & 3.*
2 *Gradus qui computandi.5.8.10.11.& 12.*
4 *Cognationes cur arbore oſtenſæ.*
6 *Cognatorum diſtantia qui dignoſcenda.& 7.*
9 *Stipitis ſitus.*

HOc loco. In glo.ſed quid ad nos. in fi.
in his enim nil mutatur per ius canonicū.
vt patet 35.q.5.c.ad ſedem.ſed quo ad ma
trimonia tantum. In glo. ſed quare. in fi.
1 debes dicere,quòd † gradus non poteſt di
ci, niſi in deſcendēdo, vel in aſcendendo.
in plano non eſt gradus igitur vbicunque
2 volueris ſcire,quoto gradu quis ſit ex tranſuerſo,oportet † ꝙ
incipias aſcendere, a perſona a qua computas verius perſonā
ex qua deſcenderunt,verbi gratia,ſunt duo fratres, inter ip-
ſos non eſt gradus,quia in eadem plana,& linea ſunt,quid er
go? aſcende,ab vno filio ad patrem, & eſt vnus gradus. de-
ſcende ad alium filium: & eſt ſecundus, & ſic hi duo ſunt in
ſecundo,& ita computa deinceps in collateralibus. In gloſſ.
hoc autem. in fi. non poſſum videre quid mouit. Reſponde.
qui bonos conſueuit motus habere. In glo. quaque perſona.
ibi,cum allegat.§.tranſeamus.& ibi,cum alleg.C.de tranſac.
nam tunc omnes non faciunt niſi vnum: cum omnes ſint in
eodem gradu. In ea.gloſſ. in fi. de hoc dicetur ſtatim,magis
in inferioribus. In glo.hoc poteſt colligi. in fin.dicunt doct.
quòd gl.diffinit gradum per gradum,& eſt abſurdum, quòd
idem cadat in ſui definitione. Canoniſtæ conſueuerunt defi-
3 nire altero de duobus modis.† Gradus eſt diſtantia vnius per
ſonæ ab alia,in linea conſanguinitatis. Vel gradus, eſt habi-
tudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agna-
tionis, vel cognationis diſtantia. approba, quam volueris,
quia nihil mutatur in re. In glo. propter duas. in fi.vt vide-
bitis ſtatim in fin. In glo. vnde quidam habent hic arborem.
text. videtur ſupponere, quod hic ſit arbor. ſed ego non ha-
beo, nec vnquam vidi arborem agnationis in iure ciuili. ſed
bene vidi in iure canonico, & Hoſtien. ponit in ſumma, vſq;
ad quartum gradum. Ego tamen ponam vnam nouam,vſque
ad decimum gradum quæ inferius pingetur. Pro cuius eui-
4 dentia,primo videamus, † cur dicatur arbor. Reſpōde,quia
arborem imitatur, ſicut enim arbor quatuor habet.videlicet
truncum in medio: ramos ad latus,& palmites de ſurſum,pe
damenta de ſubtus: ſic iſta. Sed vt melius videas hanc mate
riam,& arborem, ſcire te volo, aliqua præambula per modū
regularum. Primo,quòd perſona perſonæ addita,per carnis
propagationem, gradum adijcit, in linea aſcendenti, & de-
5 ſcendenti. † Verbi gratia. recipe filiū,addas patrem,eſt vnus
gradus aſcendēdo. recipe patrem,addas patrem,eſt vnus gra
dus aſcendendo. recipe patrem & auum: eſt alius. & ſic de-
inceps,ſemper aſcendendo. Eodem modo deſcendendo. re-
cipe patrem,adde ei filium,eſt vnus gradus.recipe nepotem,
adde ei filium, eſt alius. Et ſic deinceps deſcendendo. Vnde
quot ſunt perſonę vna minus,tot ſūt gradus, ſi quatuor ſunt
perſonæ eſt tertius gradus,ſi quinque,quartus. oportet enim
quòd vna excedat pro gradu faciendo. & hoc patet in §.ha-
ctenus,& per totum tit.Et no.quòd in omni caſu. computa-
tur perſona a qua fit computatio,& perſona ad quam.Et hęc
regula eſt communis pro iure ciuili,& canonico, nec eſt va-
riatio,de iure ciuili,& canonico,in linea aſcendēti,& deſcen
denti. in linea vero tranſuerſali,eſt variatio,nam quos nos le
giſtæ dicimus in ſecundo gradu, ipſi dicūt in primo, & quos
nos in quarto,ipſi in ſecundo,vt no. ſupra in glo. hoc eſt ve-
rum. Et videtur ꝙ nos legiſtæ melius moueamur. nos com-
putamus agnationem per gradus,gradus non poteſt dici,ni-
ſi in aſcendendo,& deſcendendo,vis ergo ſcire de duobus co
6 gnatis,† quoto gradu diſtant de iure ciuili, incipe ab vno, &
computa ab alio,aſcendendo ad perſonam,ex qua omnes de-
ſcenderunt,& poſt deſcende ab illa,ad aliam, vſque ad quam
vis computare,& apparebit,quoto gradu ſunt, ſicut vides de
duobus fratribus,aſcende ab vno ad patrem,& eſt vnus gra-
dus,deſcendas a patre ad alium.eſt alius,& ita ſunt in ſecun-
do gradu. vel de filijs fratrum, vel ſororū,de quibus ſupra.§.
conſobrinus.recipe alterum.aſcende ad patrem eius,eſt vnus
gradus.& de patre ad auū eſt alius. & poſt deſcende, de auo
ad filium,eſt alius. de filio ad alium nepotem, eſt alius, & ſic
ſunt in quarto,ſed de iure canonico fit alia computatio,quia
canoniſtæ incipiunt a ſtipite, videlicet a perſona, ex qua de-
ſcendunt perſonæ de quarum gradu agitur.Verbi gratia. Vis
7 tu ſcire quoto gradu, † ſunt filij duorum fratrum de iure ca-
nonico,incipe ab auo,& fac vnum gradum ad filium,de filio
aliū ad nepotem,& ſunt duo gradus, & eodem modo ad aliū
nepotē ex alio,qui ſimiliter eſt in ſecundo gradu.vnde quo-
to gradu quilibet diſtat a ſtipite, tali gradu ſunt inter ſe,& ſi
diſtent inęqualiter,quoto gradu remotior diſtat a ſtipite,to-
to gradu diſtant inter ſe,& remotior addit gradum,vt d.c.ad
ſedem. Et ſic videtur vna computatio iure ciuili, & canoni-
co,in effectu duplicando de iure ciuili numerum iuris ca. Et
ſic videtur concludi in d.c.ad ſedem.Sed hoc nō videtur ve-
rum. nam abauus eſt in quarto gradu,de iure ciuili, & abpa-
truus,& abamita,frater abaui,& abauię ſunt in vi.ſupra.§.vi.
& §.4. & ſic ſecundum dictam doctrinam abpatruus, & aba-
mita,de iure canonico,in tertio. ipſi ſtipiti ſimplando, ꝙ ius
ciuile duplicat,& tamen conſtat, quòd ſunt in quinto ſtipite
de iure cano. quatuor enim ſunt deſcendentes ab attauo vſq;
ad abnepotem,& ipſe eſt in vno cum attauo,& ſic in quinto.
Solutio in aſcendētibus, & deſcendentibus eſt conuenientia
in iure ciuili & canonico,vt ſupra dixi.In computatione er-
go aſcendentium,& deſcendentium nihil duplicator,nec ſim
platur,ſed idem numerus ſeruatur in computatione.Compu
8 tando † ergo vſque ad abauum, nihil duplicatur de vtroque
iure: ſed ſtatim quando fit tranſgreſsio ad abpatruū,qui col-
lateralis eſt,tunc fit variatio,quia legiſta computat inter ab-
auum,& abpatruū duos gradus,canoniſta vnum. & ideo ab-
patruus eſt in quinto de iure canonico, & ideo præfata obti-
nent, hoc caſu in tranſuerſali, qui eſt duplex de iure ciuili,
quia quod legiſta in tranſuerſali duplicat: canoniſta ſimplat.

Sed videtur obſtare alteri regulæ,quæ dicit, quod iſto gradu diſtat remotior inæquali gradu &c. quia abauus nõ diſtat ab abnepote, niſi per quatuor gradus, & ita inſpicitur gradus, qui eſt inter abauũ,& abpatruum, & tñ de iure canonico nõ debet inſpici, niſi quãtũ remotior diſtat a ſtipite,nõ aũt computatur gradus propinquorũ.Sed dic,ꝙ cõcordat,quia de iure canonico incipit computũ a ſtipite: & ita ab attauo patre abaui,& ille fecit gradũ.& ſunt quinq; gradus abſq; eo,quòd abpatruus computetur.& ita in alijs gradibus cõputa,& non potes deficere, & habes claram & certam doctrinã in vtroq; iure. Et pro euidentia arboris, ſcias quòd ego pono pro ſtipi
9 te,† locum vbi eſt caput, & ad locum illũ reducuntur, & incipiunt computationes,& licet non reperiantur propria nomina,niſi vſq; ad ſextũ gradum, ego volo iacere gradus vſq; ad x.cum tãtum ſucceſsio hodie extendatur, & fingatur,vel reperiam nomina, quæ deficiunt. Item ſcias, ꝙ per arborem non reperies gradus,niſi de perſona illa,cuius hoc caput depictum,& quæ ponitur pro ſtipite, & alias nominatas in arbore,& de alijs ad illam, non autem de qualibet linea ad aliã lineam,ſed per doctrinã præcedentem potes luculenter gradus diſcernere. Et nihilominus per arborẽ leuius cognoſces,
10 nam potes computare in ſucceſsione tranſuerſalium, † quot ſunt cellulæ in arbore aſcendendo, vſq; ad perſonã ex qua deſcenderunt: & quot ab illa vſq; ad perſonã ad quã computare vis:& reperies ſtatim,quoto gradu diſtant. ſtipes autẽ pro nulla perſona ponitur,ſed qñ volueris deſcendere repræſentat perſonam patris,qñ volueris aſcendere perſonam filij:ipſum.n.caput,nec addit gradum,nec interrumpit,nec ab ipſo
11 computũ incipit. In † hoc tamen aduerte,quia ſi velis computare de aliqua linea tranſuerſali,ad aliam tranſuerſalem ſuperiorem, oportet ꝙ ſuperuenias a perſona a qua inciperes computare verſus truncum. Et qñ eris vſq; ad truncũ,aſcende ad perſonam a qua ambo deſcẽdunt: & reperies gradum. Verbi gratia, ſi vis ſcire in quo gradu ſunt filij fratris ſtipitis ad filios patrui magni, ſeu ad eius nepotes, incipe a filio fratris,& aſcende ad patrem ſuũ,fratrem ſtipitis,& eſt vnus gradus.deinde ad auum patrẽ ſtipitis,eſt alius: & ex illo ad proauum perſonæ a qua incepiſti auumq; ſtipitis, & eſt alius, & exinde,deſcende ad patruum magnum,& eſt alius.exinde ad filium, & eſt alius. exinde, ad nepotem patrui magni: & eſt alius,& ſic deinceps,vnde hæc ſuper omnia tene in mente,ꝙ quando aſcenderis vſq; ad truncum, & volueris intrare lineã alicuius frondis, ꝙ aſcendas vnum circulũ vltra frondem, & computes perſonã quæ eſt in illo circulo,& ex illa deſcendas ad lineam frondis,quam intrare volueris.& no. ꝙ lineam arboris,quæ continet aſcendentes,& deſcendentes, voco truncum: omnia quæ ſunt ad latus,voco frondes,lineã vero, quæ protendit ad perſonas contentas in vna fronde. Per doctrinã ſupra poſitam potes infallibiliter cõputare gradus huius arboris. In hoc tamen caue, ꝙ ſi de vna linea tranſuerſali velis
12 cõputare ad aliam, † ꝙ deſcendas,ſicut ſupra dixi. Item no. ꝙ quãuis poſuerim x.circulos, tantũ in lineis deſcendentiũ, & aſcendentiũ:nihilominus ſuccedũt in infinitũ,ſi eſſet poſsibile,ꝙ tantũ durarent perſonæ,vt dicam j.ti.1.§.fi. Itẽ not. ꝙ multi ſunt in hac arbore in frondibus, qui nõ attinent ſibi inuicẽ,ſed oẽs ſtipiti,& cellulæ, vbi eſt caput, ꝙ faciliter potes videre,per doctrinã ſupra datam,qualiter autem parentela probetur,& quid teſtes deponere debeant:vide extra de teſti.c.licet.& c. quoties.& c.ſeries.qui filij ſint legi.c.tua.& c. ex trãſmiſſæ.ff.de prob.l.fi.C.eo.l.nõ epiſtolis. & l.nõ nudis.

### *De ſeruili cognatione.* *Rubrica.*

*Credo, quòd non debeat hic eſſe Rubrica: ſi tamen eſt, non eſt magna vis.*

1 *Seruum teſtamento,non ab inteſtato,domino quærere.*
2 *Patronus fratre potior.*

ILLVD certum eſt. In glo.ſed nec aliam.in fi.ſed in alijs caſibus non eſt proprie fallentia,cum habeatur pro liberto,quo ad alios caſus. In glo.hęc videtur in fi. aliud eſt in monacho, & monaſterio,vt l.Deo nobis.C.de epiſ.& cle. ſed mirandũ,
1 cur non acquirit domino † ab inteſta. ſicut ex teſtamento ſupra de hære.inſti.in prin.ff.de hær.inſti.l.non minus.ſed poteſt eſſe ratio, quia ius ſolum defert ſucceſsionem abinteſtato,& ſecundum quòd ſeruus nihil eſt de iure ciuili.ff.de reg. iur.l.quod attinet.ſed ex teſtamento,voluntas teſtantis,quando ius ſequitur. Et idem no.C.communia de ſuc.l.ſeruus,& ſemper ſine lege. In glo.aliud. ibi,cum alleg.§.quod autem. dic vt ibi. In ea.glo.in fi.hæc verior. In glo.1. parentes.in fi. opi.Ioan. videtur præſtantior, quia fortius ius habet patro-
2 nus,† qui impugnat teſtamentum liberti, quibuſcunq; inſtitutis,quam frater qui nõ poteſt impugnare,niſi turpibus inſtitutis: vt dixi ſupra de inoffic.teſta.§.ſoror. Et quod hic dicitur; alterum in alterius &c. reſtringe ad parentes, in primo nota. & vide infra de bono. poſſ.§.cumque.

1 *Filiorum genera.*
2 *Filiorum qui ex æquo ſuccedant.*
3 *Filij quouſque quique ſuccedant.*
4 *Legitimatos patri ſuccedere.*
5 *Naturales quando matri non ſuccedant.*
6 *Filiam feudo excludi.*
7 *Aſcendentes quando,quaꝰenusq; ſuccedant.& 8.9.*
10 *Cognatorum qui potiores, an non.*
11 *Cognatorum concurſus.*
12 *Succedi varie pro bonis.*
13 *Fratrum filij quibus potiores.*
14 *Spurios cognatis non ſuccedere.*
15 *Patri ſuccedit ex concubina natus.*
16 *Agnatos & cognatos hodie differre.*

REPETITIS itaque. In gl.no.rubrica.in fin.circa hanc materiã poſſet fieri longa diſtinctio,quæ potius iuuenes oneraret,quam inſtrueret, ſi vellemus antiquitates ſummare, & ſub diſtinctione perſtringere. Et vtinam Imperator prædictis antiquitatibus nõ furatus fuiſſet hunc librum. Dicamus ergo plenius, quòd hodie obtinet de ſucceſsionibus ſub di-
1 ſtinctione,quia † quæritur, qualiter deſcendentes ſuccedant aſcendentibus,aut qualiter aſcendentes, deſcendentibus, aut qualiter collaterales,collateralibus. Primo caſu, aut ſuperſunt legitimi,& naturales tantum, aut legitimi tantum: aut naturales tãtum,ſeu ex damnato coitu,aut permiſtim vtrinque. Primo caſu,aut primi gradus tantum, aut vlterioris tan
2 tum. Si primi gradus tantum,certum eſt,ꝙ ſuccedunt † ęqualiter,ſiue maſculi,ſiue fœmellæ, ſiue emancipati ſiue in poteſtate,vt in auth.de hæred.abinteſta.§.reliquum.& §.nullam. Si vlteriores,& primi gradus,& tunc ſi omnes primi gradus ſuperſunt,præcedunt alios,ſi autem aliqui ſint mortui: tunc liberi præmortuorum ſuccedunt in loco parentum ſuorũ in infinitum,ſupra de hęred.quæ abinteſt.§.fin.& §.cum filius. Et idem credo,quòd ſi patres non ſint mortui, veruntamen ex aliqua cauſa non poſſunt ſuccedere.ff de iure patro.l.ſiue §.fin.de bon.libe.l.ſi ex modica.§.filius.& l.ſi neceſſe.§.ſi deportatus. de contratab.l.1.§.filiũ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.l.ſi qua. ad Tertul.l.2.§.ſed ſi ſint infra titu. 1.§. ſi vero. Si impedimentum erat tempore mortis, vel deſtinationis teſtamenti ſupra de hære.quæ abinteſt.§.ita demum.& §.cum autem. Si vero vlteriores ſuperſunt, & nulli filij per ſtirpes
3 in infinitum ſuccedunt,† ſiue ſint in æquali gradu,ſiue in inæquali,ſeruato iure repręſentationis ſupra de hære.abinteſt. §.item ſi ex duobus. & §.fi.in feu.de prohib.feu.ali. per Lotha.§.fin.& hoc ſi erant concepti: vt d.§.cum autem.ver.plane.dic vt ibi.Multi tamen dicunt,quòd non ſuccedunt in ſtirpes, niſi quando ſuccedunt cum patruis,& ſic videtur tenere Dyn.in magna diſtinctione, quam fecit ſuper hac materia.ff. ad Tertul l.1. hoc autem fallit in iurepatronatus, vt videbis infra titu. 1.§.multis. Secundo caſu, quando ſuperſunt legitimi tãtum,vide plene C.de adoptio.l. cum in adoptiuis ſupra de hæred. ab inteſta.§. at hi qui. infra de acqui. per arrog.§. mortuo. & dic vt ibi. Tertio caſu, quando naturales tantũ, aut ex concubinatu, aut ex damnato coitu. Primo caſu, aut fuerunt legitimati altero de quatuor modis,de quibus dixi ſu
4 pra de nup.§. fin. & ſuccedunt † patri,ſed non alijs, niſi fuerint legitimati per matrimonium,vt ibi dixi, & allega hic,vt ibi

ibi allegaui. Aut non fuerunt legitimati, & tunc ſerua auth. licet, C.de nat.lib. Et hoc quo ad ſucceſsionem patris. In ſucceſsione matris, dic vt C.ad Orfi.l.ſi qua illuſtris ſ.ad Orfi. §.nouiſsime.in authen.de inceſt.& neſ.nupt. §.damus. C.de na.li.in auth.licet in fi. Sed ſi ſint permiſtim, naturales & legitimi, & naturales tantum & legitimi tantum, potes ex prædictis ſ.allegatis plenam doctrinam capere, in d.l.cũ in ado-
5 ptiuis.& d.auth.licet quia legitimi tñ†concurrunt in ſucceſſione abinteſtato, cum legitimis, & naturalibus naturales, excludũtur etiam legitimati, excepto etiam ſi per matrimoniũ, vt potes colligere, in dictis iuribus ſ.alle.& in d.§.fin.de nupt.vide quod ſcripſi C.de natu.lib.l.ſi quis, & quære hic, de eo quod ibi quæſiui. Item dic, ꝙ præmiſſa non procedunt, vſquequaque. vbi mater conuolauit ad ſecunda vota, vide C.de ſecun.nup.l.fœminæ, & l.generaliter. & hoc de iure Roma-
6 norũ. nam de iure feudorum aliud obſeruatur, quia filia†non ſuccedit in re feudali, ẽt ſi eſſet pactum, duntamen ſuperſint maſculi.in feu.epiſcopum, vel abba.§.quinetiam.de ſuc.feu. §.filia.de eo qui ſibi & hær.ſuis.§.1.de grad.ſucceſ.in feu.ca. 1. Item, nec ſuccedũt adoptiui, nec naturales, etiam legitimati, nec filij ſecundi matrimonij, ſi de feu.defun.conten.c.ſi de feudo.& §.naturales.& §.mulieres. Et vide de hac ſucceſsio-
7 ne deſcendentium, C.de legi.hæred.auth.in ſucceſsione.†In ſecundo caſu, cum quæritur, qualiter aſcendentes ſuccedunt deſcendentibus. Et dic, quod aut extant deſcendentes, & tunc nullo modo ſuccedunt, vt in authen.de hæred.ab inteſta.§.1. aut non extant, & tunc aut ſuperſunt pater, & mater tantum, aut alter tantum, aut vterque. ſeu alter cũ fratribus, aut auus ſeu auia, cum fratribus. aut ſupereſt auus ſeu auia cum matre. vbi ſuperſunt pater & mater, dic quod quicquid olim fuerit, hodie ambo pariter admittuntur, excluſis omnibus collateralibus, exceptis fratribus vtrinque coniunctis, de quibus ſtatim ſubijcietur, vt in authen.de hæred.ab inteſta.§.conſequens.& authẽ.defuncto. C.ad Tertyl.& hoc ſiue filius eſſet emancipatus, ſiue in poteſtate. duntamen haberet peculium caſtrenſe, vel quaſi, vel aduentitium, vt not.d.§.conſequens. vide ſupra quibus non eſt permiſ.facere teſta.§.1.ſuper verbo communi. Iaco.tamen de Ra.dicebat hoc verum, quo ad proprietatem, quia pater in aduentitijs retinet vſumfru. Vnde ſibi quæritur, pro quo facit C.de vſufru.l.fi.vide ſupra de Senatuſconſulto Tertyl.§.ſed cum antea. Secundo caſu, quan
8 do ſuperſunt alter†tantum, tunc ille ſolus admittitur excluſis omnibus alijs aſcendentibus, & collateralibus, niſi ſint fratres vtrinque coniuncti. illi enim admittuntur cum vtroque parente, vel cum altero, pro virilibus, & per capita, nec eſt locus repræſentationi ex parte aſcendentium, imo nec ex parte fratrum, per dictam auth.de hære.abinteſt.& §.huiuſmodi.§.ſed & ipſis, ſed per aliam auth.admittũtur filij fratrum,
9 cum aſcendentibus, vt ibi not. Tertio caſu † quando auus, vel auia, vel ambo ſuperſunt cũ fratribus vtrinque coniũctis, vel eorum liberis ſunt opi.quidam dicũt, quod fratres vtrinque coniũcti excludunt auũ, & auiam. Alij dicũt, quod admittuntur cum eis, & hoc communiter approbatur, vt not.in dicta auth.defuncto. Sinautem per ſe, ſine fratribus vtrinque coniunctis excludunt vterinos, & alios collaterales, & ſi ſunt plures in eodem gradu omnes admittuntur per ſtirpes, non per capita, ſi ſint in æqualibus gradibus, proximior ſuccedit excluſo remotiore, vt potes plene colligere in d.§.conſequens, hæc autem non procedunt in feudo in quo aſcendentes, non ſuccedunt, vt in feud.de nat.ſucceſſ.feud.ca.1. Item hæc non procedunt, vbi mater conuolauit ad ſecunda vota, ſed dic vt ſcripſi C.de ſecun.nup.l.fœminæ.§.illud. & authen.ex teſtamento.C.ad Tertyl. l. mater. In tertio vero caſu principali, cum quæritur, qualiter collaterales ſuccedant, dic quod aut extant fratres, ſeu ſorores vtrinque coniuncti, aut non vtrin
10 que, aut nulli. Primo caſu, dic quod vtrinque coniuncti†alijs cognatis præferuntur ex vna parte coniunctis. & quibuſcunque alijs cognatis, & agnatis, exceptis fratrum vtrinque coniunctorum filijs, qui cum eis admittuntur in ſtirpes, vt C.de legiti.hæred.authent.ceſſante, vide ſupra de hæredi. ab inteſta.§.cum filius.dic ibi.& §.fin.niſi in caſu ff.de bo.lib.l. communi liberto. & l. ſi libertus præterito. §. 1. Secundo caſu, quando non vtrinque coniuncti ſuperſunt, illi admittuntur
11 † æqualiter, vna cum filijs talium fratrum, vel ſororum præmortuorũ, ſi qui ſint, qui in ſtirpes eum eis ſuccedunt. in auth.de hær.ab inteſta.§.reliquum eſt, quæ eſt C.de legit.hær. auth.poſt fratres, & excludũt patruos, & alios agnatos, & cognatos, vt ibi patet. & hoc vbi ſunt ex vno eodemque latere tñ coniuncti, quia omnes ſunt ex uno patre, vel ex vna matre. Si autem ſint ex diuerſis lateribus, quia forte habebat cõſanguineos, & vterinos, tunc fuerunt opi.vt no.in auth.itaq;. C. commu.de ſucceſſ.ſed communis.opi. eſt gl.& doct. ꝙ in
12 bonis†quę obuenerunt defuncto ex parte patris, præferũtur conſanguinei in bonis ex parte matris, vterini in bonis aliun de quæſitis ſuccedunt æqualiter, vt ibi not. & ſcripſi. Tertio
13 caſu, qñ nulli fratres ſuperſunt,†tunc ſi ſuperſint eorum filij vr̃ ꝙ excludant patruos defuncti, quamuis ſint in æquali gradu, quia repreſentant perſonas patruorũ ſuorum fratrum defuncti, vt in auth.de hære.abinteſta.§.ſi igitur.2.verſi.vnde conſequens, & dicta auth.poſt fratres, & apparet in §.itẽ ſi ex duobus.ſ.de hær.quæ abinteſt. vbi veniũt per præſentationem, alias ſuccederent per capita. Et intelligo eandem diſtinctionem in his obtinere, quæ obtinet in fratribus, ſi viuerent. quia vtrinq; coniũcti pręferuntur. poſt ex vno latere, & in illis diſtinguũtur patrimonia, ſicut ſupra proxime dixi de fratribus. Si vero tales non extent, tũc ſemper ſuccedũt proximiores in gradu. per capita, nõ habita differentia agnationis, & cognationis, vel qũo ſint coniuncti, an vtrinque vel ex vno latere, vel an ſint collaterales, aſcẽdẽtes, uel deſcenden tes, vt patet in d.auth.poſt fratres.& in cor. de hære. abinteſta.§.ſi vero. Sed quæritur cũ ſit remota differentia agnationis, & cognationis, & ſola natura inſpiciatur, an ſpurij ſeu na
14 turales, ſuccedant hodie attinentibus ex†parte patris? Et videtur quod ſic, quia ſuccedunt cognatis & ipſi ſibi, vt l.ſpurius.& l. hac parte, ff.vnde cog.& ſic cũ per ius nouum ſit remota differentia cognationis, & agnationis, vr̃ quod ſuccedant agnatis, & agnati eis adinuicem. Sed hoc nõ credo quia prædicta auth.de hęre.abinteſta. non loquitur niſi de legitimis & naturalibus, alias ſequeretur ꝙ naturales tantũ ſuccederent, ſicut naturales legitimi, & cum ipſis naturalibus, & legitimis patribus ſuis, quod non eſt dicendũ, ſequeretur etiã, ꝙ auth.licet. eſſet correcta.C.de natu.lib.quod nuſquam auditũ eſt, dic ergo ꝙ non ſuccedũt etiam hodie, vt in authen. quib.mod.nat.effi.ſui, §.filiũ quę non reperitur correcta. Sed
15 cũ natus ex cõcubina,†ſuccedat patri abinteſtato, in duabus vncijs, ſobole vel coniuge legitima non extantibus, nunquid eodem modo pater ei ſuccedat in duabus, ſi naturales non habeat liberos? Non uidetur cur non, niſi quia non reperitur l. cautũ, & ceſſet agnatio, vt d.l.ex parte. nec reperitur immutatum, niſi in caſu illo, quo filius ſuccedat in duabus vncijs, quamuis ibi videatur contra in eo, quod dicit, hi ergo &c. ſed intelligitur quo ad alimenta. hęc autem procedunt in parentibus, & agnatis legitimis & naturalibus. Quid de legitimis tantum? Videbis infrà de acqui. per arroga. §.mortuo. Item dic, ꝙ hęc non procedunt in feu. quia ibi ſucceſsio non excedit ſeptimum gradum, vt dixi ſuprà de ſucce.cog.§.fin. Item ibi non ſuccedunt agnati in nouo feudo. in feud.de ſucceſſ.feu.§.fin. Item nec in patruo, niſi illi, qui deſcendunt ex perſona, quæ fuerit primo infeudata de grad.ſuc.in feu.§.his vero, & ibi dantur exempla in tex.de feu.marchię.c.fi.de cõſti.feu.domini Lotha.c.2. Item nec agnati, qui non ſunt de linea illius, in cuius portionem feudum deuenit, in feu.de nat. ſucce.feud.c.vnico ver.paternũ aũt voco. Itẽ durat in feudo,
16 differentia†agnationis & cognationis, niſi fuerit inueſtitura facta, vel ſit fęmineũ. quo caſu etiam extantibus agnatis non ſuccedũt fœmellę: de ſuc.feu.c.ſequitur.§.filia.de bene.feu.c. 1. Sed quare fiũt ſupra tantę diſtinctiones in ſucceſsione fratrũ.& patruorũ, ſed abinde in antea nulla ſit diſtinctio? Rñd. legũ conditores, maiorem prouiſionẽ adhibuerũt in his, quę ſępe contingunt, quã in his quę raro. in auth.vt ſine prohib. ma.debi.& credi.§.quia vero. ff.de legi.quod ſemel[alias incipit τὸν γὰρ.]alias, qm̃ (vt ait Theophraſtus) vnde quia frequẽtius contingit, ꝙ fratres, & filij fratrũ ſuccedãt, quam remotiores, lex maiorem prouiſionem adhibuit in prędictis pro-

pinquioribus,diſtiguendo proximiores,& faciendo locum re
præſentationibus,quam in remotioribus.Itē dic, quòd hęc,
quæ dixi de ſucceſsione aſcendentium, procedunt vbi nullū
fuit omnino factum teſtamentum. ſi autem fuit factum, &
rumpatur vide ſupra de inoff.teſta.§.ſoror.de S.C.Tertul.§.
ſed cum antea.

*De ſucceſſione libertorum.* *Rubrica.*

a NVNC [a] de libertorum. Gloſ.continuat Rubri-
cam,ſtatim in prin.tex.& tamen male eam cō-
tinuat ſecundum doc.quia ſupradictum,& tra
ctatum eſt de ſucceſsione libertorū.ſ.tit.1. vn-
de debet continuari ſic ſuprà tractatum eſt de
ſucceſsionibus,quę iure agnationis deferuntur,ſeu patriæ po
teſtatis:hic de ſucceſsionibus quę iure patronatus deferūtur.

a Adnot. Nunc. Diuide hunc titu. ſecundum Aret.& ſumma ſecundum Bal.
per l.12. tab.patronus ad ſucceſſionem liberti ſine liberis defunctl veniebat
conditio teſtamento excludere poterat:& adoptiuus filius eum abinteſta.ſuc-
ceſſione non repellebat.

1 *Libertus quis centerario maior.*
2 *Patrono filium præferri.*
3 *Bono.poſſ.cont.& emancip.differentiæ.*
4 *Onus traſmiſſibile.*

a SED noſtra. [a] In gl.& huius, vt credo.in fi.in illo §.nihil
agitur de hoc,ſed ponitur ꝙ dicta conſtitutio erat facta ante
tempora digeſtorum.quo iure ff.videtur idem, ꝙ hic, ff.de
iure patr.l.ſi libertus.de bonis lib.l.liberto ſine liberis.& l.li-
berto octuaginta.Sed dicas,ꝙ illud fuit additum a noui iuris
compoſitoribus. Super text.centum aureis.Quid ſit aureus?
vide ſuprà de Attil.tu.§.nos autem.de dona.§.& cum retro.
infra de pœ.te.liti.§.pe.Sed quid ſi libertus habeat hæredita
1 tem,quæ valebat centum aureos,† & vltra,veruntamen obli
gata erat creditoribus,forte quantum valebat vel vltra,nun-
nuid reputabitur maior centenario?videtur expreſſum quòd
ſic.ff.de bon.lib.l.libertus qui ſoluendo.In gloſſ. & in hoc.in
fin.hæc gloſ.eſt communiter male ſcripta, etenim communi
ter eſt ſcriptum.Not.ꝙ prodeſt paupertas filio liberti, quod
2 eſt falſum,qui ſi ſint †filij liberti,ſiue libertus ſit pauper,ſiue
diues, ſemper excluditur patronus, vt infra ver. cum vero.
ſed ſi diceret hęredi liberti,vbi dicit filio,melius ſuccederet.
& iunge ſuprà. de excu.tuto.§. ſed & propter paupertatem.
In gloſſ.quia iuſta cauſa.in fin.vide ſupra de exhære.libe.vbi
ſcripſi.In glo.ſcilicet condictione.in fi.imo videtur per con-
trata.& in hoc differt a querela,ff.de iure pat.l.ſiue,§.exclu-
ditur.& §.ex duobus.de bon.lib.l.nihil.Et no.ꝙ hæc bo.poſ.
contratabu.†differt in multis ab illa,quæ datur filio emanci-
3 pato:quia hęc datur ita demū,ſi fuit adita hæreditas,illa ſiue
fuerit adita,ſiue non.ff.de contratab.l. illud.in princi. de bo.
lib.l.etiam §.patronus.Secunda differentia eſt:quia hæc com
patitur bono.poſſ.ſecundum tab.illa non.ff. de bono. poſſeſ.
l.ſed cum patrono.in princi.de bono.poſſeſ.ſecundum tab.l.
æquiſsimum.Tertia,quia hæc rumpit in parte,illa in totum,
vt hic ff.de leg.preſtan.l.1.C.de col.l.vt liberis.Quarta,quia
iſta intentata, præſtantur legata omnibus,illa intentata non.
niſi certis perſonis, vt hic, & in d.tit. Sed hæc differentia eſt
ſublata, per auth.ex cauſa.Et quære harum rationes ſecundū
doct.de prima reddidi vnam rationem ſ̄.de inoff. teſta. circa
prin.Poteſt etiam aliam reddi:quia per hanc bo.poſ.remanet
quis pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus,quia non rum
pitur teſtamentū,niſi vſq; ad tertiam,& hoc non eſt poſsibi-
le de iure ante aditam hæreditatem, ſed poſt ſic. vt l.contra,
C.de inoff.teſta.ſed per illam rumpitur totum:vt ſupra dixi,
& non habet locum ratio prædicta. De ſecunda patet ratio:
quia ex quo non rūpitur teſtm̄ in totū, niſi vſque ad tertiam,
ſequitur ꝙ pro alijs partibus competat bo.poſſ.ſm tab.ſecus
in illa,quę in totū rumpit,vt dixi.De tertia poteſt dici,ꝙ ma
gis peccat,qui præterit filium,quam qui patronum,cum filio
debeatur magis hæreditas patris.ff. vnde lib. l. ſcripto. ff. de
bo.lib.l.nihil.De quarta patet ratio, quia teſtamentum non
rumpitur in totum,vt ſ̄.dictum eſt.In gl. præter hoc ius.ibi.
cum allegat in auth.vt li.de cæ.& hoc verum,quo ad ius ſuc-
cedendi.ſed quo ad reuerentiam debitā,non,vt dicta auth.ſe
cundum doc.vide C.de bo.lib.l.fi.In ea.gl.ibi,cum allegat l.
qui contra.an autem hoc noceat filijs, dic ibi de in ius voc.l.
adoptiuum.& vide ff.qui & a qui.l.pe.de ſuis & legi.l.inteſta
to,§.ſi quis libertam.In ead.gloſ.ibi,cum alle.§.toties.ſed ibi
non perditur iuſpatronatus:imo retinetur, cum recipitur,ꝙ
ex iure patronatus debetur,ſm docto.In ea.glo.cum alleg.l.
ſiue,ſed ibi loquitur de deportato,non de relegato,in quo nō
eſt verum, quod hic not.ſm doc.ſ̄.quib.mod.iuſpat.pot.ſol.
§.relegatis.In ead.gl.ibi,cum alle.l.ēt.§.1.dūm fiat reſtitu-
tio conſentiente patrono.ff.de nata.reſt.l.fi.& pe.Secus ſi ius
annulorum impetrauit,ff.de iure au.annu.l.pe.In ea.gl.cum
alleg.l.ſi quis a li.§. ſi quis. vide de hoc C. de oper. liber.l.ſi
quam.vbi plene diſtinguitur.In ea.gl.ibi,cum dicit,item qui
dam habent hic,ſi libertus,& debet eſſe in gl.ſi filius.& intel
lige hoc, ſi filius eſſet in mora vindicandi,ſm doct.ff.ad Ter
tul.l.2.§.ꝙ ergo.In eaſ.glo.ibi,cum dicit,ſi ſuis nummis, ſed
tunc non admittitur iuſpatronatus,ſed non acquiritur.& vi-
de ff.de ſuis & legit.hære.l.inteſtato, C.de oper.liber.l.3.In
ea.gloſ.ibi,cum alleg.l.qui cum:Hoc non eſt verum in patro
no, ſed in filio patroni.ff.de fideicom.lib.l.ſi filius.§. erit.ſe-
cundum doct.In ea.gl.in fi.hoc verum, ſi de voluntate patro
ni, vt ſ̄.dixi. Sed quid dices de libertis eccleſiæ,nunquid obti
net iſte §.?Non videtur,extra de ſeruis non ordi.c. de famu-
lis eccleſiæ.Sed dicas contra,& ibi loquitur qn̄ ſub illa condi
tione fuit manumiſſus, vt ibi not.vel dic,ꝙ ibi ſpeciale in li-
bertis eccleſiæ, vt ibi no.Inn.ꝙ ſi liberti ſint clerici.non obti
net iſte §.vt ibi not.Inno.pro quo,C.de epiſ.& cleri.authen.
presbyteros.In gloſ.ſic in authen.in fi.hæc videtur mala alle
gatio.In glo.ſed nunquid.quædam gloſ.videtur dicere ꝙ co-
hęres præſtat inſolidum coniunctis, vt ff.de cōdi.& demon.
l.Plautius.quinimo videtur,quod etiam omnibus.pro hoc fa
cit text.iſte, quia illud quod incumbebat patrono,ſoluerunt
cohæredes, vnde iſte tex.aperte facit contra hanc glo.quia ſi
cohęredes.non ſoluerent,niſi pro portionibus ſuis fruſtra di
ceret, ſed ad cohęredes hoc onus &c.Quod onus ? Certe il-
4 lud quod † patrono incumbebat:quia de illo loquitur,poteſt
dici, ꝙ ad cohęredes, transferatur ſaltem indiuiſibilibus.Et
ita not.ff.de leg.1.l.ſi fundum per fideic. §.ſi libertus.eo.tit.
ab omnibus.Item opp.ꝙ patronus teneatur pręſtare legata,
coniunctis perſonis.ff.de condi.& demon.l.ſi his. ſed hęc il-
lam corrigit,vt ibi no.Io.Fab.

a Adnot.Sed noſtra. Summa vt hic,per Ange. & vide eum inquieto : quia in
quibus hic Ioan.Fab.eſt breuis:ille omnino ſupplet.

1 *Patroni cognati qui ſuccedant.*
2 *Plures qui vnius loco ſint.*

a MVLTIS [a] alijs caſibus. In gl.nunquid filius.in fi. [b] Dic
b ꝙ liberi vocantur in infinitum, ſecundum docto.ff.de in ius
vo.l.ſed ſi hac.§.liberos.Et vide ſ̄.tit.1.§.repetitis.In glo.per
1 noſtram conſtitutionem.in fi.doc.videntur dicere,†quod co
gnatis patroni non competit contrata. ſed ſuccedunt tm̄ ab-
teſta.non autem rumpunt teſtamentum, de hoc magis in d.
§.5.& §.cunque.In glo.cum eo.in fi.non ſic in patronatu, ec
2 cleſiæ,vbi † plures hæredes habentur loco vnius,extra de iu-
re pa.ca.plures.In cle.Itē ſuccedunt filij alterius fratris cum
patronis,vt ibi,& tn̄ nō in iſto iure pat.ff.de bo.li.l.communi
liberto.Sed cur tam diuerſum in iſto iure patronatus? Re-
ſpon. propter ampliorem libertatem, ne libertus plures pa-
tronos habeat.In gloſ.propter tria.in fi.item aliud mirabile,
quia fratrer præponitur in ſucceſsione filio, vt d.l.communi
contra omne aliud ius,& contrarationem.

a Adnotatio.Multis. Liberto non tantum patronus ſuccedit, ſed etiam con-
iuncti ipſi patrono vſque ad quintum gradum in capita,tamen qui proximior
eſt patrono,præfertur.hoc dicit Ang.
b In fin.Iſta gloſſ.non videtur procedere ſecundum Ang.duabus rationibus,
Prima quia hic aſſumitur perſona alterius vt alteri pariter ſuccedatur. Secun-
da quia etiam in caſu vbi aſſumitur hoc non eſt vſque in infinitum, vt hic
per Angel.

De

*De aſſignatione libertorum.* *Rubrica.*

*Supra dictum eſt de ſuc.lib. & quõ patroni & eorũ liberi ſuccedunt libertis, verũ quia aſſignatione facta libertorum ſunt aliqua ſingularia, circa eorum ſucceſſiones, vt patet hic in tex.& ff.eo.l. vtrum ſequitur de aſſignatione libertorum.*

1 *Patronatus tranſmiſſibilis.* 3.
2 *Emancipato cur ut ſuo non adſignetur.*
4 *Emancipationis & exhæredationis diſcrimen.*
5 *Emancipatione adſignatio ſublata.*
6 *Adſignari uerbis poſſe.*

IN SVMMA. In gl.ff.eo.l.vtrum. in fi.eiuſdem gloſ.doct.approbare videntur opinionem Azo. ſed videtur mirabile cum iura patronatus † ſint tranſmiſſibilia, ita in emancipatos, 1 ſicut in conſtitutos in poteſtate. ff. de ope. lib. l.vt iuſiurandi.§.fi. cur pater non poſsit aſsignare emancipato, ſicut in conſtituto in poteſtate? Præterea fit violentia.d. l.vtrum. ſequendo Azo. Item videtur ꝙ ſaltem poſsit hodie aſsignari emancipato, cum ſit remota differentia emancipationis. † Sed ad hoc diceretur ꝙ illud quo ad ſucceſsionem 2 ab inteſt.hoc autem non poteſt dici ab inteſtato, ſaltem quo ad aſsignationem, ex quo facta eſt, quæ non poteſt fieri quomodocunque.ĩ.§.fi.Sed quæ poteſt eſſe ratio, ſequẽdo Azo. ꝙ non poſsit aſsignari emancipato? Poteſt dici ꝙ iuſpa. de ſua natura, & iure communi tranſit ad omnes liberos, nec pater poterat diſponere alias. Senatus autem qui permiſit aſsignationem fieri vni, non diſpenſauit contra dictum ius commune, niſi quo ad illos, qui ſunt in poteſtate. Et ideo ad alios dicta diſpenſatio non extenditur. & poteſt eſſe ratio quare melius permittitur aſsignari illis, qui ſunt in poteſtate, quam alijs, quia maiorem conformitatem habent cum patre, cum reputentur eadem perſona. ff. de iurepa.l.fin. & quaſi dñi in vita patris.ſ.de hær.qual.& diff.§.ſui. Et vox illorum, vox patris eſt.ĩ.de inut.ſtip.§.ei quoque.& ſecundum hoc quòd hic dicit, ꝙ filiæ & nepti poteſt fieri aſsignatio: intellige de nepte ex filio, quia neptis ex filia, non eſſet in poteſtate. ſ. de 3 pat.pote.§.fi. † Sed quid ſi filiæ fuit facta aſsignatio, nunquid poſt mortem eius tranſit iuſpat. ad eius liberos? Videtur ꝙ ſic, quia ex quo filia ſemel habuit ius virtute aſsignationis, videtur purgata prohibitio, & vitium.ff.de leg.3.l.pater. §.quindecim.& pro hoc facit, quia quamuis non poſsit fieri aſsignatio filio emancipato, vt hic, nihilominus ſi facta fuerit filio in poteſtate conſtituto, & ille habeat emancipatum, tranſit ad illum.ff.eo.l.3.§.emancipatos.& maxime hodie iure nouo, quo eſt remota differentia agnationis, & cognationis.per auth.de hær.ab inteſt.§.1.in fi.arg. contra in feu. de 4 benef.feu.c.1.ff.eo.l.1.§.vtique.Sed mirandũ quomodo † per emancipationem amittitur aſsignatio, & tamen non per exhæretionem.ff.eo.l.1.§.ſed ſi exhæredato.verſ.ſed & ſi poſt. Item quia legatum factum filio per patrem, per emancipationem, non adimitur, ſicut nec ſeruo per manumiſsionem. ff. de adi.le.l.ſi ſeruus.§.1.cur iſtud magis? Poteſt dici, ꝙ cum filius emancipatur, deſinit ſubſtantia materiæ, & perſona in qua aſsignatio poſsit conſiſtere, quæ non conſiſtit niſi in filio in poteſtate conſtituto, ſed in alio legato, non poteſt ita dici, quia illud poteſt conſiſtere in perſona emancipati ſicut in poteſtate conſtituti. Et ex hoc patet ratio, cur exhæredatio non reuocat aſsignationem, & emancipatio eam reuocat, quia emancipatio poteſt conſiſtere in perſona exhæredati. ff. de bon.liber.l.Paulus reſpondit. ſed non in perſona emancipati. Quid ſi eſſet aſsignatio facta inter viuos, quod eſt poſsibi-5 le.ff.eodem.l.aſsignare. † nunquid emancipatione tollitur? Non videtur, quia illa quæ fiunt inter viuos, non ſunt reuocabilia.C.de actio.& obligatio.l.ſicut. Dicas cõtra, quia ea quæ fiunt inter viuos ſunt reuocabilia, quando fiunt cum illis, qui ſunt in poteſtate.C.de don.inter virum & vxo.l.donationes Sic in præſenti propoſito doctores nihil dicunt in hoc tit.niſi quod inducunt principium huius tit.ad quæſtionem, nunquid dominus poſsit transferre homagium vaſalli, in extraneum inuito vaſallo. Et arguunt quod nõ. ſicut nec patronus ius patronatus, vt hic. Tamen ipſi dicunt qđ poteſt in potentiorem, ſed non in inferiorem, quia quando fit tranſlatio in potentiorem, non intereſt vaſalli, imo eſt ſibi vtile habere potentiorem dominum: in auth.de defen.ciui.§.audien. & ideo poteſt tali delegari. ff. ſol. mat.l. 2. ſecundum eos. de hoc eſt caſus in feu.l. Corradi.§. ex ea. Ratio docto.non eſt multum bona: quia imo intereſt potius vaſalli, quandoque eſſe hominem capellani ſui, qui modicum eum vexabit, quã magni tyranni, qui multas dat moleſtias, & iſtud tota die videmus in facto. Ius enim patronatus eccleſię, videtur melius poſſe aſsignari, cũ facilius poſsit transferri, vt dixi ſ.de hær. 6 quæ ab inte.§.cum filius. † In gl.etiam nutu. Dicunt doct. ſcis tu ad quid valet iſta? ecce, in terminis ego promitto tibi aſsignare centum libras terræ, & do fideiuſſorem, poſtea aſsigno verbaliter ꝙ in tali loco capias, nunquid ſunt liberati fideiuſſores? Arguitur ꝙ ſic, licet non ſit in terra tradita, ex quo eſt aſsignata ſecundum eos, & eſt ratio, quia ſe non obligauerunt niſi ad aſsignationem, quæ videtur facta abſque eo ꝙ ius conſtituatur in re, ſecũdum eos, pro quibus C. ne vxor pro mar.l.cum te.ergo caueas ꝙ qui promiſit aſsignare reditus, non tenetur tradere fundos, nec dominium eorum, ſed ſufficit dicere, ſuper iſto fundo, recipiatis reditus veſtros arguitur contra in auth.de non alie.§.alienationis.C.de don.l. ſi quis argẽtum, vide quod ibi ſcripſi, & hoc, ſi aſsignatio ſit bona & vtilis, vt extra de donatio.c.per tuas.

*De bonorum poſſeſſionibus.* *Rubrica.*

*Continuatio rubricæ patet de ſe.*

1 *Verborum inuerſorum vis.*
2 *Iudicatum ſolui quid.*

Dictum eſt ſupra de ſuc.ex teſtamento, & ab inteſtato ſequitur qũo, & quo iure ad eas peruenitur, ſaltem quantum tãgit ius prætorium, non tamen eſt inſtrumentum agendi, vt plene no.ff.eo.l.3.§.bonorum. Et no.ꝙ licet verba tranſpoſi 1 ta † alias idem ſignificent, non tamen hic, quia aliud eſt bonorum poſſeſsio aliud poſſeſsio bonorũ primum eſt in iure, ſeu ius: vt d.§.bonorum.ĩ.in prin. Aliud eſt facti.ff.de acq. poſ.l. 1.circa prin. Et iſta inducunt doc.ad quæſtionem. Quidã conſtituit procuratorem & cauit pro eo, ſolui iudicatum, nũquid eſt procurator ſufficienter releuatus? Arguitur ꝙ non, quia iudicatum ſolui eſt verbum iuris, & continet tres clauſulas. ff.iud.ſol.l.iudicatum, quas non continet, ſolui iudicatũ. arg. præmiſſorum, quia verba tranſponuntur, & facit C. de pac. inter empt.& ven.l.3. Ipſi determinant cõtra per ff.de præt. 2 ſtip.l.2.§.incertam, vbi verbum ſolui † iudicatum, tantum importat ſicut iudicatũ ſolui ſecundum eos. Caue, quia qñq; bo.poſ.ſonat ad poſſeſsionem facti.ff.de acq.hær.l. ſi minor. de ſuc.edict.l.1. circa prin. & hoc ſi proferatur in tali materia, alias obtinet qđ ſupra dictũ eſt ff.de contratab.l.filiũ.§.1.

IVS Bonorum poſſeſsio. In gloſſ. ideſt, ſupplendi, ibi cum alleg.ad legem Rhod.de iac. allegatur propter correctionẽ Pauli, quæ eſt ibi. Et caue quia gl.hęc non eſt vera ſecundũ doct. nam emancipatio eſt de iure ciui.ſ.de leg.agn. ſuc.§.vl.melius.ff.de reg.iur.l.actus legitimi. Sed gl.non videtur dicere quod emancipatio ſit cognita de iure ciuili, ſed ipſe emancipatus erat cognitus.

1 *Directo qui agant, eiuſque rei effectus.* 2.
3 *Hæres iure duplici qui fiat.*
4 *Repudiationis uis.*
5 *Ius unum ad aliud non trahi.*

QVOS Autem. In gl.vt C.in fi.ff.dc reg.iur.l.prætor. nec habet niſi actiones vtiles, non tamen ciuiles efficiuntur prætoriæ. Vide quod not.ff.de bonorum poſſeſsio. l. ſecunda. C.de poſſeſ.hæred.pet.l.2.ſecundum hoc bonorum poſſeſſor ſuccumberet, ſi ageret directa actione. Sed pro Deo 1 penes quem ſunt directæ, quæ † competebant defuncto? Et eſt promptum dicere quod ſi aliquis fuit hæres de iure ciuili, quod ſint penes illum. ff. de minoribus. l. & ſi ſine §. ſed

§.ſed quod Papinianus. ſed ſi nullus fuit hæres de iure ciui-
li, ſicut ſi emancipatus intentet contratab. antequam adeatur
hæreditas. ff. de contratab. l. illud remaneret in aere, alias di-
rectę efficiuntur inutiles. Et in hoc videtur magnus effectus.
2 Quia ille † qui hæres de iure ciuili forte poterit res vendica
re, & actiones directas intentare, vt dixi in ſimili ſupra qui-
bus alien. licet, vel non. C. de præſcr. 30. annorum. l. ſi quis
emptionis. Nec poterit exceptione repelli. Verum eſt tamen
quod bonorum poſſeſſor præfertur ei, ſi concurrerent. ff. de
procu. l. ſi procura. ſi ager vectig. pe. l. i. Et vide quod no. ff. ad
Treb. l. ex aſſe. Sed quid ſi ille qui adire poterat de iure ciuili,
bonorum poſſ. petijt quod poteſt. infra §. ſunt autem? Vide-
3 tur † hæres de iure ciuili, & prætorio, quia adire de iure ciui-
li non eſt niſi voluntatem ſuam declarare, ꝙ quis velit hære
ditatem ad ſe pertinere ſupra de hær. qua. & diffe. §. pro hæ-
rede. ff. de acquir. hære. l. pro hærede. ſed petendo ſecun-
dum tab. conſtat, quod vult eſſe hæres, ergo ſequitur quod
4 adit. & facit quia ſicut repudiando † ſimpliciter, repudiare
videtur hæreditatem quæ duplici iure defertur. ff. de acquir.
hære. l. illud. ita acquirendo videtur duplici iure acquirere,
ſupra de hæred. qual. & diffe. §. ſicut. Contrarium videtur ve-
rius per l. ff. de bo. poſ. ſecundum tab. l. æquiſsimum. §. ſi duo.
ibi enim tex. euidenter aperit, quod qui petit ſecundum tab.
5 non eſt hæres de iure ciuili. † Item qui habet duplex ius,
eligendo vnum, non amplectitur aliud. C. de teſt. mili. l. in te
ſtamento. ſicut nec perdit ff. de reg. iur. l. quoties duplici. &
ideo contraria non obſtant, quæ loquuntur vbi ſimplex agni
tio, vel repudiatio poteſt ad vtrunque extendi, quod hic non
eſt, cum expreſſe agnoſcat ex vno iure, videlicet prætorio.

1 *Suo præterito teſtamento corruere.*
2 *Nulla qui an non, valeant.*
3 *Bon poſ. contra tab cur. & quando detur.*
4 *Querelare quibus liceat.*

Svnt Autem. In gl. ſed quare. ibi cum alleg. §. quos
autem. hæc gl. ſupponit quòd teſtamentum, in quo ſuus eſt
1 † præteritus, tenet iure prætorio: & tamen hoc non eſt verũ
ſecundum doct. nam de iure ciuili, non poteſt ex eo adiri hæ
reditas, ergo non tenet. Item non poteſt peti ex eo bo. poſſ.
ſecundum tab. & ita nullum eſt iure prætorio. Sed alibi re-
2 ſpondet glo. verum eſt, ꝙ † nullum eſt, ſi filius dicere velit:
alias non. ſic in contractu bon. fid. vbi dolus dat cauſam con-
tractui: nullus eſt ipſo iure. verum eſt, ſi hæc vult allegare do
lum paſſus: alias non. Tamen ipſi dicunt quod eſt nul-
lum pure, ſine vlla conditione: vnde non eſt nullum, ſi fi-
lius velit dicere nullum, imo ſimpliciter: ſed tamen ex bo-
no & æquo conualeſcit: vt d. l. filio. Et ita propter conuale-
ſcentiam eſt ſpes aliqua † & contra ſpem illam datur con-
3 tra tab. ſecundum eos, ſatis conſonat hæc ſolutio ad illam,
quam gloſſ. ponit. ff. de lega. præſtan. l. is qui. & vide quod
ſcripſi ſupra de exhære. li. §. fina. & facit ff. de coutratab. l. ſi
duobus. §. ſi prius. & l. quod vulgo. Timore quarum fit iſta op
4 poſitio: quia contra tab. non datur † niſi tale teſtamentum,
ex quo poſsit adiri hæreditas, ſed ex nullo non poteſt adiri:
ergo &c. Sed reſponde vt ſupra. Et facit quod ſi quis petat in
libello appellationis ſententiam caſſari, quæ de ſe nulla eſt,
quod libellus procedat, nam pars aduerſa non poteſt hoc pro
ponere, quin libellus valeat, quia ſi diceret nullam ſententiã,
diceret & aſſereret contra ſe: & caſſabitur ſententia, quate-
nus de facto proceſsit. ff. de appel. l. expreſsim. & idem in
cauſa electionis. & vide in Spe. de ſen. §. iuxta, verſ. ſed quid
ſi a ſententia. In ea. gloſ. ibi cum dicit, quia ſine teſtamen-
to competere non poteſt. vt d. l. quod vulgo. ſupra alleg.
In ea. in fi. hoc verum, de aſcendentibus per maſculinum ſe-
5 xum: ſed aſcendentibus per fœmininum, datur † querela. ff.
de coutratab. l. illud. §. ad teſtamenta. argu. ad iſtam illatio-
nem ff. de inoffi. teſta. l. nam & ſi parentibus ſecundum doct.
& hoc ſi pater præterierat cum cauſa: alias eſt nullum teſta-
mentum. vide ſupra de exhære. lib. §. ſed hæc quidem. & §.
fin. vel dic, dari contratab. etiam quando eſt nullum: ſicut
de filio ſupra dictum eſt. In gloſſ. ſic, in fin. vult dicere
quo alias ſecundum nuncupationem ſibi datur bon. poſſ. quę
proprie non poteſt dici ſecundum tab. ſed ſecundum nuncu-
pationem.

1 *Succeſſionis ordo.*
2 *Parentes qui ſuccedant.*

Et cvm de testatis. In gloſſ. ſcilicet, inter
1 eas. in fin. vult dicere quod ſucceſsio defertur † ſecundum
hunc ordinem: quia patroni excludunt cognatos. ſupra de
ſucceſſ. libe. §. ſed noſtra. tamen in hoc ordine poſtponun-
tur. In gloſſ. quid erit econtra. ibi cum allegat ſupra de
legit. agna. ſucceſ. §. fin. de hoc not. magis plene. C. vnde li-
beri. l. finali. In gloſſ. fin. & tamen poteſt dici quod habeat
2 vnde legitimi. nam cum per leges nouas † vocetur ad ſucceſ-
ſionem filij emancipati: vt dicto §. fin. & etiam in poteſtate
conſtituti, ſi habeat caſtrenſe peculium, vel quaſi: vel aduen
titium: vt in authen. de hæred. ab inteſta. §. conſequens. cum
ibi notatis, ſequitur quod competat vnde legitimi. vt l. 3. vn-
de legi. Primæ vero opiniones non procedunt, nam vnde
parentes, nuſquam fuit introducta, & ſi prætor voluiſſet,
vtique introduxiſſet. Item nec vnde liberi, poteſt compe-
tere vtiliter, cum ſit introducta tantum pro liberis, vt no-
men ſonat & tractatus indicat. In ead. gl. ibi cum alleg. l. fi.
ſed datur ſeptima infra eo. §. ſeptima. & hoc ibi, quia liberi
ad ſucceſ. matris vocantur per ſenatuſconſul. vt C. ad Orfic.
per totum, & ideo per illam bon. poſ. venit, vide infra §.
ſeptimo.

1 *Partes qui dinoſcendæ.*

Sed eas quidem. In gloſſ. id eſt, vtiles. in fi. imo ſunt
aliquæ neceſſariæ, vt videbitis infra §. fin. ſuper tex. ſextam
1 autem. Contra ſupra ver. quarto † vbi dicitur quarta. Dic
quod eſt quarta computando tantum bo. poſ. quæ ab inte-
ſtato competunt. Sed eſt ſexta, ſi computes primas duas, quæ
competunt ex teſtamento.

1 *Bono. poſ. contra tab. quibus non datur.*
2 *L. liberto. ſenſus.*

a Cvmqve [a] antea. In † gloſ. ſcilicet, tam cogna-
1 tis. in fin. glo. hęc debet referri ad id quod hic dicitur, in tex.
ibi, quam vnde legitimi, & vnde cognati. hæ enim compe-
tunt ab inteſtato tam patronis, quam eorum liberis, & eo-
rum agnatis, & cognatis. nam non videtur quod agnatis,
ſeu cognatis patroni detur contratabul. nec ſuccedunt niſi
ab inteſtato, ſicut nec ſuccedunt agnati, & cognati ex car-
ne, qui non poſſunt querelare, nec intentare contratab. nec
ſuccedunt niſi ab inteſtato, vel niſi fuerint inſtituti vt l. fra-
tres. C. de inofficio. teſtam. & ita videntur ſentire doctores
ſupra de ſucceſsio. liberto. §. multis. & ibi ſcripſi. Sed quid
ſi libertinus habebat cognatos, & agnatos, nunquid excludit
agnatos & cognatos libertini? Bonum fuiſſet quod Impe-
rator hoc declaraſſet, tamen credo quod ſic, & videtur cau-
2 tum ff. de bonis liberto. l. liberto † ſine liberis. ibi enim tradi-
tur pro expedito quod vbi libertus non habet liberos, ſucce-
dit patronus, & poſt ipſum agnati, & cognati eiuſdem, non
faciendo mentionem de agnatis & cognatis liberti, vnde nul
la iniuria fit eis, quia ſi remanſiſſet libertus in ſtatu ſeruitu-
tis, nullum ius habuiſſent eius proximi in ſua ſucceſsione ſu
pra de ſerui. §. 1. ſed parentes excludunt patronum, vt d. §. 1.

a Adnot. Cumque. Bonorum poſſeſſio, cum qua ex familia & vnde liberi, &
parentes, & patroni, & vnde cognati patroni, ſunt ſublatæ, & remanent tan-
tum ſex bonorum poſſeſſ. ordinariæ.

1 *Sedis cauſa agi poſſe. & qui 2.*

Aliam vero. In gloſſ. not. in fin. ſed an agi ad hoc
poſsit verbi gratia. In quæſtio. quæ ſæpe eſt in facto † inter
1 vxores duorum nobilium, quarum vna tanquam nobilior,
vult prima ſedere in eccleſia, & offerre, alia ſe præferre con
tendit

tendit nobilior dat libellum : nunquid poteſt agere, quod inhibeatur minus nobili, ne prima ſedeat, vel, ne prima offerat? Hæc iura ſunt argu. quod ſic. ſed hic §. nihil facit, quia hic non dicit, quod ſit dignior, ſed quod eſt in altiori loco melius ergo ſequitur, eſt in altiori, ergo digniori. in quæſtione autem propoſita, videretur quod in officijs poſsit inten-
2 tari † officium iudi. vt minor cedat maiori, in ſedendo & in alijs. C. vt dig. or. ſer. l. 1. & 2. ff. de al. ſcri. l. fin. extra de maio. & obe. cap. 1. & ſatis eſt conſequens, & inter priuatos poſſet agi, non tamen poſſet agi iniuriarum, ſi minor non cedat maiori. ff. de iniu. l. iniuriarum actio. §. ſi quis de honoribus vide ſupra de re. diui. circa prin.

1 *Capto ab hoſtibus ſuccedi. & qui. 2.*
3 *Poſtliminij effectus.*
4 *Bon. poſ. genera.*
5 *Lege Cornel. qui ſuccedant.*
6 *Legitimus qui accipiendus.*
7 *Bon. poſ. ſeptima quibus data.*
8 *L. vnicæ ſenſus.*

Septima Eas ſecuta quam. In gloſſ. ponunt quidam. ibi cum alleg. ſupra eo. §. 1. hoc exemplum non valet, ſecundum do. quia aut quæritur de iure nouo : aut de antiquo. de iure nouo ſuccedit, de iure ciuili, & de iure antiquo, ſuccedit per bon. poſ. quã dat ei prætor, non lex. ſupra de lega. §. poſthumus. & ſupra §. 1. In ea. gloſſ. in fin. & hoc ſiue inteſtatus ſit, & tunc datur ſecundum tab. ac ſi fuiſſet mortuus in ciuitate, ſiue non, & tunc datur bon. poſſ. hic ab inteſta. ac ſi mortuus fuiſſet prima hora captiuitatis. & hoc ex l. Corne. Dicit Iaco. de Ra. hoc exemplum non procedit: quia ad hoc, quod hæc bo. poſſ. competat. oportet quod ille, qui eam intentat, ſit incognitus de iure ciuili, vt l. vnica. §. cum lege. ff.
1 vt ex le. ſena. bon. po. de. Sed certum eſt, quod de iure † ciuili, ſucceditur morienti apud hoſtes, ac ſi ſemper fuiſſet in ciuitate: ergo non competit in caſu glo. ſed ipſe dat alia exempla, in eiſdem terminis, & ſolum addit, quod inſtitutus ſit emancipatus. Verbi gratia pater filium emancipatum hæredẽ inſtituit, deinde pater capitur ab hoſtibus, & ibi moritur, fi-
2 lius emancipatus non poteſt venire, niſi per † bo. poſſ. ſimiliter ſi pater exiſtens ciuis, te filium emancipatum inſtituit, qui eras apud hoſtes, & poſt redis, habebis bonorum poſſeſ. & hæc eſt extraordinaria, quia lex ad talem hæreditatem te vocat, & dicit bonor. poſſ. competere, vt d. §. ſed eius. dicit Petr. de Bellaper. hoc exemplum approbo multum, quia ius ciuile omnes captiuos agnoſcit. quo ad ius poſtliminij. Vnde quamuis aliqui eſſent incogniti de iure ciuili, nihilomi-
3 nus ius † poſtliminij facit eos cognoſci. Vnde nec exempla gloſ. nec Iaco. placent ſibi. Reprobat tamen exempla alia ratione quam Iaco. quia lex Cor. non defert hæreditatem, nec facit hæredem, ſed remouet obſtaculum captiuitatis, & hæreditas defertur eo iure, quo deferretur, ſi captiuitas non interceſsiſſet : ergo non defertur ex lege illa. Vbi ergo reperiemus exemplum ? Ecce dicit ipſe, quando teſtamentum rumpitur per capi. dimi. & ex noua voluntate reconualeſcit. ſupra quib. mod. teſt. infir. §. non tamen. ſed dicit ipſe, ꝙ non eſt auſus dicere ꝙ illa bono. poſſ. ſit extraordinaria, imo eſt ſecundum tab. Plus dicit ꝙ imo illa bonor. poſſe. eſt extraordi. quia non defertur per edictum illud prætoris mortui, ſed per legem illam ſpecialem, de qua agitur d. §. non tamen. Item ponit aliud exemplum, quando aliquis eſt inſtitutus ſub conditione, & pendente conditione, agnoſcit ſecundum tab. ff. de ſecund. tabul. l. æquiſsimum. §. 1. Sed dicit ipſe hoc exemplum non eſt bonum, quia illa bono. poſſeſ. defertur per edictum ordinarium, non per legem. & ita trãſit ſicco pede per lutum, & ſic videtur reſidere in illo exemplo, de §. non tamen. ſupra alleg. Sed ego non video ꝙ pro-
4 cedat, quia ſecundum tab. & hæc ſeptima, † ſunt duæ ſpecies bonorum poſſ. vt apparet per totum hunc tractatum, & differt ſpecie, & numero. nam vna dicitur ſecunda numero, alia ſeptima, vna ordinaria, alia extraordinaria, vna ex teſtamento, alia ab inteſtato, cum ergo tex. dicat quod in illo caſu cõpetit ſecundum tabul. quomodo dicere poſſumus quod illa ſecundum tabu. ſit hæc ſeptima, non video. Quid ergo dicemus? Videtur quòd ratio per quam Petr. repræhendit Iacob. videlicet quod ex Cornelia non defert hæreditatem, ſed remouet obſtaculum, non procedit, quia imo defert, ff. ad legẽ Falci. l. ſi filiusfamilias. & not. ff. vnde liberi. l. 2. in fin. & patet ff. de teſtamen. li. lege. Cornel. §. de hæredib. ab inteſt. §. interdum. C. de ſuis & legitimis. l. apud hoſtes. Item exemplum Iaco. non videtur verum in emãcipato inſtituto, nam
5 lex † Cornelia perinde defert hæreditatem, ac ſi captiuitas non interceſsiſſet, vt dictis legibus. Nunc conſtat, quod ſi captiuitas non interceſsiſſet, emãcipatus inſtitutus poſſet ſuccedere de iure ciuili, ſicut & quilibet extraneus, ergo & hic poterit, & ſic competit hæc bonorum poſſ. cum ſit cognitus de iure ciuili, & ſic non videtur bonum exemplum Iac. in filio emancipato inſtituto. Præterea competeret ei ſecundum tabu. & non iſta. Quid ergo dicemus ? videtur remanere ſine exemplo. Præterea ſi vera ſit huiuſmodi concluſio, quòd hæc bonorum poſſeſ. non habeat locum, cum aliquis eſt cognitus de iure ciuili, prædictum exemplũ non procedit, quia lex Cornelia, & poſtlimin. agnoſcunt hęredem, & dant licentiam adeundi de iure ciuili vt l. ſupra alleg. videtur poſſe defendi prædictum exemplum gloſ. quia lex Cornelia defert hæreditatem, vt dixi, & eſt noua lex, & dat bonorum poſſeſ. vt §. ſed eius, & ſic iſta competit. Nec obſtant contraria. Primo quod opponitur, quod hæc bonorum poſſeſ. non datur cognito de iure ciuili, quia ſalua gratia gl. & doc. imo datur
6 nam † certum eſt quod quicunque vocatur per leges, vel cõſtitutiones, eſt legitimus, non legitimitate legis 12. tabu. ſed legitimitate legis, eum vocantis. Nam ſicut datur facultas adeundi de iure ciuili cognito per legem 12. tabu. ita cognito, ſeu vocato per ſenatuſcon. ſeu nouas leges factas poſt dictam legem 12. tabul. vt C. ad Orfician. l. mater. ff. vnde legitimi. l. 2. §. fina. & dixi ſupra de leg. agnato. ſucceſſ. §. fina. Sed conſtat, quod vocatis per nouas leges ſenatuſconſul. & con-
7 ſtitutiones datur † iſta bonorum poſſ. duntamen lex deferat bonorum poſſeſ. & illi poſſunt adire, vt prædictum eſt, ergo videtur ꝙ cognito de iure ciuili. & valenti adire hæc bonorum poſſeſ. detur. & hoc videtur expreſſum C. de legi. hæredib. l. ſi his, de quorum, ibi enim loquitur de hac bonorum poſſeſ. cum lex noua eam deferat. vnde dico ꝙ volenti adire ciuiliter ex teſtamẽto, vel ab inteſtato, datur hæc bonorum poſſ. duntamen hæreditas & bonorum poſſe. per nouas leges deferantur, & intelligo nouas leges poſt legem 12. tab. quia illi non daretur, vt d. l. vnica. ff. eo. nec obſt. l. 3. ff. vnde cognati. quia ibi ſunt diuerſe literæ. ſecundum tamen verum intellectum debet eſſe quod tam vnde legitimi, quam iſta concurrunt in caſu propoſito, & hoc etiam apparet in d.
8 l. 2. §. fin. eo. tit. Item non obſtat. ff. eod. l. vnica. † verſic. nunquam quia debet intelligi quod nunquam bonorum poſſeſ. quæ ex altera parte edicti agnita eſt, per prætorem mortuũ pollicita, impedit iſtam, quia iſta concurrit cum illis in caſu, quando per leges nouas defertur hæreditas, & bonorum poſſeſſ. vt dixi. & ita poteſt concurrere cum ſecundum tabul. & cum alijs in caſu ſuo præmiſſo. & ſic multa exempla poteris reperire, & procedit exemplum de §. non tamen. ſupra quibus mod. teſt. infir. item. ff. de bon. poſſ. l. ſed cum patrono. In gl. Orficiano. in fi. & hoc caſu concurrit cum vnde legitimi, vt ſcripſi §. proxi. ff. vnde legi. l. 2. §. fi. In gl. ponunt quidam exemplum in fi. vide ſupra in gl. ponunt quidam. In gloſ. no. duobus. in fi. dic vt in qualibet not.

1 *Repudiationis ineſſicacia*
2 *Repudiationem unius ad totum trahi.*
3 *Præbendæ tempus quibus currat.*
4 *Bon. poſſ. petituro obſeruanda.*
5 *Bon. poſ. genera & uirtutes. 6. 9. 10. 11.*
7 *§. Cum igitur. ſenſus.*
8 *Emancipatum incognitum qui accipiat.*
12 *Agnitio ubi facienda.*

Cum Igitur plures ſpecies. In gloſſ. alio mo. in fin. quia ſcripturæ edicti præpoſterantur, vt ibi ſcripſi, & dixi. In gloſſ. partes enim. in fin. & hoc ipſo iure, ſi eodem iure veniant

niant,ſecus ſi diuerſo.ff.de bon.poſſeſ.l.3.§.fin.cum ſeq.& l. ſed cum patrono. de iure patr.l.ſine.§.ſi ex duobus.In gloſſ. hoc intellige.in fin.dic plenius vt ibi ſcripſi. In gloſſ.excluſus.in fi. hoc verum, ſi repudiauerit nominatim ex illo capite.Quid ſi ſimpliciter? glo.dicit ibi quod nullo modo admittitur. quod non videtur verum, quia tunc repudiatio nocet in omni iure, quando omne ius eſt delatum. Nam
1 repudiatio † ſuper iure non delato, non tenet, vt ff.de ſucc. edi.l.1.§. decretalis. ſed conſtat, quod vnde lib. & vnde legiti.non deferuntur ſimpliciter, vt hic, & ff.quis or.in bon. poſ.ſer.l.1.nec ſecun.tab.& ab inte.ff.ſi ta.te.nul.ex l.1.§.ita aut ergo repudiatio ſimpliciter, non poteſt extendi, niſi ad delatam.ff. de legat.2.l. ſi ita ſcriptum.§. ſi ſub conditione. Nec ob.l. in plurium. ff. de acquir.hære. quia ibi repudiauit vtrunque expreſſe, & in præſentia iudicis, vt ibi notatur. Item nec obſt.quod vtriuſque petitio pendebat ex voluntate ſua:quia non ſimul. propter quod dic, quod vbi repudiatio vnius, non poteſt procedere ſine repudiatione alterius: & vtrunque ſimul competit, ad electionem & voluntatem
2 repudiantis † vno repudiato expreſſe, vel facta repudiatione ſimpliciter, videtur totum repudiatum.ff.de acqui.hær.l. illud.& l.nec is.§ hæres.ſed vbi non ſimul competunt, tunc ſecus.vel vbi alterum repudiatur nominatim.ff. de regu.iur. l.quoties. & hoc videtur ſatis fouere Dyn. poſt dictum glo.
In ea.gloſ.ibi,cum alleg.l.fin.tu vides,quod in forma gratiarum ſedis apoſtolicæ ſemper ponitur talis clauſula de be-
3 neficio, ſeu præbenda † quam intra menſem duxerit acceptandam. quæritur ſi ſint plures expectantes, ſub diuerſis datis, an tempus menſis currat poſterioribus, quamdiu primus poteſt acceptare? Et videtur quod non per hunc §. & d.l.fi.eod.tit.l.quamdiu.ff. de adul.l.quinquennium. & l.denuntiaſſe.§. quæritur. Sed contra.quia poteſt acceptare ſaltem de facto, & poſt ius ſuum declarabitur, & ita tempus currit ſ.de excu.tu.§.qui autem.ff.de excu.tu.l.ſcire.§.ſcire. de bo. poſ. l. cum quidam. de ad.tut. tutor. & in l.1.allegata, non poterant ſimul concurrere, nec ſimul intentari. Sed hoc quilibet poteſt acceptare ſub poteſtate,ſi ſibi de iure debeatur,ideo videtur currere tempus prædictum. In glo.erat enim.ibi cum alle.l.pe.in fi. Vt bene videas hanc materiam, ſcire te volo, quòd quando quis volebat venire per bo.poſſ.
4 oportebat † quod veniret coram iudice & formaret requæſtam ſuam,quomodo hæreditas defuncti, ad ipſum pertinebat, & quod peteret ſe admitti ad bo.poſ.Et tunc iudex informabat ſe ſuper hoc, & decernebat ei bo.po.in hac tñ cognitione non vocabatur pars,vt ff.de bo.poſſ.l.3.§.ſi cauſa.cum notatis. nec erat inſtrumentum agendi.ff.eo.l.3.§. bonorum & ibi not.& dicitur duplex,edictalis & decretalis, vt hic no. An autem eſſent duæ ſpecies, nota.ff.eod.l.3.§. a municipibus. Hodie vero ſufficit quòd veniat coram iudice, & quibuſcunque verbis agnoſcat bo. poſſ. nec iudex aliquid cognoſcit, nec decernit, ſed facit poni in actis tantum ad memoriam, & ideo ceſſat decretalis, vt d.l.fin. In ead.gloſſ.in
5 fin. dic plenius quod † decem ſunt bon. poſſ. tres quæ non tribuunt ius, & ſeptem quæ tribuunt, de primis tribus habuiſti ſupra §.decima.verſic.not. modis duobus &c.C. Vnde legitimi. l. fina. vbi plenius de hoc. Caue tamen, de eo quod ibi no.nam gloſ.videtur ibi ſentire, quod illæ tres non tribuunt ius in proprietate, ſed in poſſeſſione, quod non eſt verum, imo nec in poſſeſſione duæ, videlicet, quæ gratia agnoſcendæ litis, & quæ ventris nomine. Prima enim quæ gratia agnoſcendæ litis, nec poſſeſſionem, nec detentationem tribuit.C.de inoffic.teſtamẽ.l.3.ſed ſolum emancipatus venit ad prætorem. & petit ſe agnoſci, vt admittatur ad querelam inof.teſt. quia querela eſt de iure ciuili. quo emancipatus erat incognitus, ideo neceſſe fuit, quod agnoſceretur,antequam eam intentaret,& hæc (vt olim) eſt neceſſaria, vt d.l.fi.de hac habes.ff.de inof.teſt.l.papinia.§.1.& d.l. 2.& in d.auth.de hær.ab inte.nihil immutatur facto teſtamẽto,vt not.in auth.ex cauſa.C.de li. præte.Et ideo oportet, ꝙ emãcipatus hodie agnoſcatur ſicut olim. Secunda vero quæ
6 ventris nomine † non tribuit ius in poſſeſſione. vnde eſt facti,non iuris vt no.ff.de ventre in poſ.mit.in rub.& patet ff. de acqui.poſ.l.2.§.fi. ſed bene eſt verum, quod mulier eſt in poſſeſſione facti, vt patet per totum titu.de ven. in poſ.mit. & ff. ſi ventris nomine. Et eſt aliud poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe.ff.de acquir.poſſeſ.l.ſi quis ante.Tertia vero videlicet carbonia.tribuit ius.in poſſeſſione, vt plene ff.de car bo. edi. l. 3. §. miſſum. In his autem tribus, non habet lo-
7 cum quod in hoc.§.dicitur,videlicet quod † habeat peti intra annum, vel centum dies, & quod non ſit opus cognitione, quia illa quæ agnoſcendæ litis gratia datur quandocunque intra quinquennium,& illa,quæ ventris nomine muliere exiſtente prægnante tantum, & non plus,ſed carbo.intra annum,qui tamen annus incipit ab alio tẽpore,quam aliarũ bonorũ poſ.ff.de car.l.3.§.pen. & fin.Item carb.& quæ ven. nomine dantur cum cauſæ cognitione.ff.ad carb.l.3.§.cauſæ cognitio.de ven. in poſ.mit.l. vbicunque.Summariæ tamen & de plano dẽt cognoſci vt de plurimis. ff.eo. l.3.§. ſi cauſa. & ibi not. Aliæ autem dantur ſine aliqua cognitione hodie,vt hic, & d.l.fi.C.eo.Aliæ vero quæ ius tribuunt.ſunt ſeptem,vt patet in hoc tit.de quibus prima cõtrata.§.ſunt aũt. Hæc olim fuit neceſſaria, & hodie, vt hic not.& d.l.fin.quia contracta. eſt ex teſtamento vt d.§.ſunt autem, & in ſucceſſione ex teſtamento, nihil immutatur, per auth.de hære.ab
8 inteſta.vt ſ.dixi. Et ideo facto teſtamento † emancipatus eſt incognitus,ſicut olim quod intelligo,vbi præteritur cũ cauſa, alias ſi ſine cauſa, diceret teſtamentum nullum ipſo iure, ſuccederet abinteſta.de iure ciui.vt no.in authen.de hære.&
9 fal.§. exhæredatos.& ſcripſi ſ.de exhær.li.§.fi. Secunda † eſt ſecundum ta.& hæc nec olim,nec hodie eſt neceſſaria.niſi in tribus caſibus,vt no.in d.l.fin.Item adduntur duo,ff.ad treb. l.cum hæres inſtitutus.Item alius ff.de iniuſto rupto,& irri.
10 teſta.l. poſthumus.§. idem & circa. Tertia † eſt vnde liberi & hæc olim fuit neceſſaria emancipato, hodie non, vt nota. d.l.fi.quod eſt verum, niſi in caſu,quo ſuus eum præcederet & aliquo caſu deſineret eſſe hæres. quia forte abſtineret,vel per reſtitutionem,vel alias.Nam cum remaneat hæres de iure ciui. ſequitur. ꝙ ſucceſſor alius veniat de iure proprio ff. de mino.l.& ſi ſine.§.ſed quod Papinianus. ſi quis omiſ.cau. teſt.l.1. §.qui ſunt in poteſtate.C.vnde lib.l.qui ſe patris vbi de hoc ſcripſi. Quarta eſt, vnde legi.hæc non eſt neceſſaria, nec olim nec hodie,ſecnndum gloſſ.quod intelligo,niſi ſuus præcederet,qui abſtineret, vel alius qui fuiſſet hæres,& per reſtitutionẽ,vel alias,dimitteret hæreditatem,vt dixi ſ.pro-
11 xime. † Quinta,vnde cognati,quæ olim fuit neceſſaria,hodie non eſt: vt not.d.l.fi.intellige vt ſ.niſi alius præcederet, qui abſtineret,vel dimitteret &c.vt d.l.qui ſe patris.Sexta eſt vnde vir & vxor.hæc fuit neceſſaria olim,& eſt hodie,vt ibidem no.Septima, quæ eſt extraordinaria,fuit olim,& eſt hodie neceſſaria, ſecundum glo.ſed ſecundum illud quod ſcripſi, ſupra §.ſeptima non eſt neceſſaria,quia concurrit cũ aditione, vt ibi dixi. Poſſet tñ eſſe neceſſaria in caſu, quo alius fuiſſet hæres,& deſineret beneficio prætoris,vel per reſtitutionem vt ſ.dixi.ſed cum hodie, ſaltem de iu.can.quod etiã conſuetudo in hoc ſequitur. non ſit neceſſe exprimere nomen actoris, vt ſatis ſcripſi iuxta.l. edita.C. de eden. Nunquid ſi aliquis daret libellum,in caſu quo bon.poſ.eſt neceſſaria,& recitaret totum factum ſuum,& concluderet ſecundum narrationem facti,in bo.poſ.hær.pe.abſq; eo quod alias veniſſet coram iudice pro agnoſcenda bon.poſ.libellus procederet, ſic quod pars teneretur reſpondere? Videtur quod ſic.quia cum agnitio bo.poſ. hodie dependeat ex declaratione animi vt hoc §. & per narrationem facti & cõcluſionem, appareat,ꝙ eam agnoſcit,ſequitur quod nõ ſit opus alia agnitione.ſed hoc non eſt tutum dicere, quia text.omnes ſuppo-
12 nunt, quod † agnitio debet fieri coram iudice, vt hic & d.l. fi.ſicut in illa quæ gratia agnoſcendæ litis datur de qua ſ.dixi.Satis tamen poſſet dici, quod eodem libello poſſet agnoſcere,& agere ſicut videbis in ſimili infra de ac.§.rurſus.

*De acquiſitione per arrogationem. Rubrica.*

*Textus rubricam continuat euidenter, quia poſt alias ſucceſſiones vniuerſales tractat de iſta.& eſt mirabilis ſucceſſio quod*

*ſio quod hic ſuccedatur viuo, ſicut in ſequentibus duobus tit. vt ibi videbis, &c.*

1 *§.morte.ſenſus.*
2 *Succeſſioni vniuerſali comites.*
3 *Poſſeſſio tranſmiſſibilis.*
4 *Poſſeſſionem adipiſci tutius.*
5 *Actione ſingulari quæ peti poſſint.*
6 *Operarum genera.*
7 *Agnatio qui & an ammittatur.*
8 *Arrogatus quibus ſuccedat.*
9 *Arrogatus adit idque ſibi.*
10 *Arrogatum quæ deſerant.*
11 *Arrogator an retrahat venditum.*
12 *Homagia in tranſmiſſibilia.*

2 EST [a] Et alterius generis. In gloſ. ff. pro ſo-
1 cio. † in fin. illa lex eſt contra: quia ibi dicitur
quod ſocietas non tranſit ad arrogatorem: &
tamen hic dicit quod omnes res corporales &
incorporales tranſeunt. Sed dicas quod ibi eſt
ſpeciale in ſocietate, quod tranſeat per rationem, quæ ibi red
ditur. ſi quid tamen debetur ex ſocietate pro tempore præ
terito. arrogator poteſt petere per actionem pro ſocio, quia
actio pro ſocio bene tranſit pro præteritis ſicut & cæteræ
actiones, cum illa ceſſat ratio prædicta.

Item obſt. eod. tit. l. & quia ibi non tranſeunt incorporalia
ſine ceſsione. & hic ſupponitur tranſire. Solut. dicas ꝙ ibi
non proprie eſt ſucceſsio vniuerſalis. vnde per conſenſum,
2 non ſolum poteſt quis conſtitui ſucceſſor vniuerſalis, † vt
iura incorporalia tranſeant, imo opus eſt duobus: & quod
conſenſus interueniat, & quod ius introducat. nunc de iure
non reperitur quod quis ſit ſucceſſor vni per vniuerſitatem,
niſi in caſibus iſtorum trium titulorum, & ideo non videtur,
quòd ipſo iure tranſeant actiones directæ in alijs caſibus:
quia vtiles quandoque competunt. C. de legatis l. ex legato.
Sed hoc caſu tranſeunt ſine ceſsione, ſicut ad hæredem. Et
idem quando quis intrat religionem, nam monaſteria habẽt
iure ſucceſsionis omnia, vt no. C. de ſacroſa. eccl. auth. ſi quã
mulier. vnde hæc iura magis adaptantur ad illam materiam,
quam alia quælibet, & ſic non poteſt dici, nec fieri ſucceſsio
vniuerſalis aliquem contractum inter viuos, niſi in his caſi-
3 bus ſupra per quas perſonas. §. fi. iunge infra §. fi. † Sed quid
dices de poſſeſsione: nunquid tranſit in arrogatorem? Non
videtur: cum non tranſeat ad hæredem niſi apprehenſa: vt l.
cum hæredes. ff. de acqui. poſſeſ. Docto. dicunt contra per l. ſi
adoptauero. ff. de precar. illa parum facit. nam non aperit, ꝙ
ſine apprehenſione transferatur poſſeſsio. ſed dicit, ego quo
que precario poſsidebo. verum eſt, cum adoptatus fuero. vn-
de videtur abſurdum. ꝙ arrogator plus iuris haberet, quam
hæres qui repræſentat eandem perſonam cum defuncto, ad
quem non transfertur poſſeſsio, niſi apprehenſa. Sed ad hoc
poſſet dici ꝙ mortuo teſtatore vacat poſſeſsio, nec eſt perſo
na ſuper qua ſe retineat: ideo opus eſt apprehenſione in per
ſona hæredis: ſed his caſibus eſt perſona ſuper qua ſuſtinetur
videlicet illius qui cedit in arrogationem, per cuius perſona
arrogans poteſt poſsidere. ff. de vſuca. l. ſi homo. in fi. Proba-
4 bilius † eſt ſuſtinere, ꝙ oporteat quòd arrogans adipiſcatur
poſſeſsionem per ſe, vel per alium, vt dixi ſupra de rer. diui.
§. interdum. hodie vero non poſsidet pater arrogans res ad
uentitias, ſed vſumfructum tantum, ſicut pater naturalis, de
quo no. ff. de acquir. poſ. l. poſſeſsio. §. 1. & hoc facit contra
multos, qui faciũt actiones ſingulares vniuerſales. Verbi gra-
tia, dico quod talis obligauit mihi omnia bona ſua: tu ea
poſsides. peto quòd dimittas per actionem hypoth. nam cũ
ſit actio ſingularis, non videtur ꝙ poſsit intentari pro vni-
uerſitate: ſed pro certis rebus, iuxta illa, quæ notantur. ff. de
eden. l. 1. in glo. vt proinde. vnde non eſt in poteſtate acto-
ris mutare naturas actionem, & facere de ſingulari vniuerſa
lem, ſicut nec conſtituere ſucceſſorem vniuerſalem: vt ſu-
pra dixi. Argumen. contra ff. de legatis 3. l. vxorem. §. lega-
uerat. de oper. noui nuntia. l. de pupillo. §. qui nuntiat.
ff. ad Trebel. l. cogi. §. ſed & ſi quis. Certæ enim res vi-
dentur peti, ex quo conſtat, vt d. §. qui nuntiat. Solutio. per
5 actiones ſingulares † reales, etiam non poſſunt peti vniuer-
ſales, quæ continent corporalia, & incorporalia, vt ff. de rei
vendicatione. l. vendicatio nõ vt gregis, ſed bene poſſunt pe-
ti, quæ continent ſolum corporalia, vt ibi patet, & ideo cum
appellatio bonorum contineat corporalia, & incorporalia,
vt ff. de verb. ſigni. l. bonorum non videtur quod poſsit peti
per hypothe. in terminis propoſitis, & ita obtinui. & facit C.
de iur. do. impe. l. 1. C. de bo. autho. iud. poſſe. l. pro debito.
In gl. hoc intellige cum alleg. l. ſi operarum iudicio. Scire de
6 bes quod gloſ. diuiſit operas, quia † quædam ſunt obſequia-
les, quædam artificiales, quædam fabriles. Et vocat fabriles in
certas, artificiales certas. & dicit quod obſequiales & fabriles
non trauſeunt ad extraneum, ſed artificiales ſic, vt no. ff. de cõ
di. inde. l. ſi non ſortem. §. libertus. Et hoc etiam vult dicere
gl. hic. doct. dicunt quod obſequiales non poſſunt proprie di
ci operæ. Item dicunt quod artificiales poſſunt dici fabri-
les, & econtra. Vnde ipſi diuidunt alio modo, quia quædam
ſunt officiales, quædam artificiales. Officiales ſunt, ſeu di-
cuntur, quæ ſine doctrina conſiſtunt. ff. de leg. 3. l. ſeruis vr-
banis. Et ex his certas vocant, quæ declarantur & expri-
muntur, incertas quæ non exprimuntur, nec declarantur.
Si velles ſuſtinere gl. potes dicere quod artificiales ſunt ſem-
per certæ, quia in dubio videtur promiſiſſe tales operas, qua
les libertus. ſic ff. de oper. libert. l. hæ operæ. Quæ autem
tranſeunt, & quæ non, dic plenius vt in d. §. libertus, & ſcri-
pſi in d. l. liberti. quæ hic recitare eſſet longum, & quodam-
modo extra materiam. In gloſſ. id eſt, ius ſuccedendi. ibi
cum allegat infra §. mortuo. Dicunt docto. hoc eſſe hodie,
7 ſcilicet quod per arrogationem amittitur ius † agnationis.
Et iure huius voluminis. ſed non per ius authenticorum,
quia nõ amittitur ius agnationis per capitis diminutionem.
Et ius agnationis & cognationis non deſinit per authen. de
hæredi. ab inteſta. ſic videtur quod arrogatus retineat ſucceſ
ſionem patris naturalis, quia remanet cognatio. de ado-
ptato non eſt dubium, facta diſtinctione, an detur extra-
neo, vel alicui de deſcendentibus ſecundum ipſos. C. de
adoptio. l. cum in adoptiuis. Sed in hoc mirandum eſt,
quia adoptatus non retinet ſucceſsionem patris naturalis, ſi
detur in adoptionem alicui de aſcendentibus quia tranſit in
eius poteſtate, quomodo ergo retinebit arrogatus, qui tran-
ſit eodem modo in poteſtatem arrogantis? Præterea in
arrogato nil reperitur correctum de iuribus antiquis, vt d.
l. cum in adoptiuis. §. fin. per quem non ſuccedebant patri
naturali, ſupra de hæredi quæ ab inteſtato. §. at 2. vnde
non videtur debere vocari ad ſucceſsionem patris naturalis,
niſi in caſu §. admonendi. eodem titu. ſupra de ſucceſsion.
8 agnatio. §. liberi. Succedit ergo datus † in arrogationem pa
tri & remotioribus, cum cognatis, non cum liberis. mater
autem videtur ſuccedere cum liberis, quia illi ſucceditur iu
re cognationis. ſupra de legitima agnato. tute. circa princi-
pium. Item in ſucceſsione matris, in aliquo non deroga-
tur, vt alij ſubiectus ſit. ſupra de ſenatuſconſulto Orficia-
no. circa principium. ſed patri non ſuccedit vt filius, ſed
vt cognatus, quia deſiit eſſe de liberis, vt l. finali. ff. vnde libe.
& ideo liberi alij excluderent eum, ſi ſint. Sed ſi non
ſint liberi, ſed cognati, ſuccedit cum eis, vt dicto §. admo-
nendi. ff. vnde cognati. l. 1. §. cognationem. & ideo de iu
re authenticorum agnati excludebant filium arrogatum.
Sed hodie cum cognati vocentur vt agnati, & cum eis, vi-
detur quod ſuccedant cum agnatis. per authen. de hæredib.
quæ ab inteſta. quæ corrigit, quia hic agitur de ſucceſsione
naturalium, ſed vbi agitur de ſucceſsione legitimorum, nil
corrigit vt dicam infra §. mortuo. Item not. quòd ius ſuc-
cedendi non transfertur in arrogatorem, quia hoc ius po-
teſt transferri. ff. de iu. do. l. ſi mulier. §. ex aſſe. ideo intelli-
ge hic in eo quod dicit ius agnationis, id eſt, ius ſucce-
dendi, tanquam agnatus, quia deſinat eſſe agnatus per
cap. diminutio, & ita perdit ius ſuccedendi, tanquam
cognatus, alia tamen ratione, quia non eſt traſmiſsibile
antequam quæratur, nec tranſducibile, vt dicto §. ex aſſe.
in hoc tamen caſu ipſe ſuccedit & patri acquirit, ſed in
præcedenti

præcedenti ipſemet, non ſuccedit tanquam agnatus. In fin.eiuſdem gloſſ.ſed quid erat in aditione iuris ciuilis? Satis
9 videtur † quod arrogatus poſsit adire: etiam ſi ante aditionem dedit ſe in arrogationem & hodie acquirit ſibiipſi proprietatem,& patri vſumfruct.olim totum patri arrogatori. Digeſtis de lib. & poſthum. l. ſub conditione. Quid ergo ſi arrogatus, non vult adire? non videtur quod aliquid acquiratur arroganti. C. de hære. inſti. l.cum proponas. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta.lege prima.§.primo. Sed forte poteſt dici idem quod in patre naturali: cum illi comparetur: & in illo eſt expreſſum. C.de bo.quæ lib.l.fi. Sed cur arrogatus non poteſt ita bene bon.poſ.petere,ſi ante arrogationem non petiiſſet,ſicut adire de iure ciuili? Dicas, quod ille, qui
10 dat ſe in †arrogationem,deſinit eſſe de liberis patris naturalis,& ideo deſinit ei competeret cõtratab.& vnde liberi.quæ non competunt niſi liberis. & maxime contratab. quæ non competit,niſi emancipato,vt d. §. ſi emancipato. vnde ſecus dicerem in bo. poſ. quia ille competunt arrogato, arrogati non niſi ſecundum formam l. cum non ſolum. vt dixi §. in prox.additione.Et hæc faciunt ad quæſtionem, quod proximior de genere, poteſt rem proximi,vendicare, & retrahe-
11 re † intra annum.Pone: quod quis dedit ſe in arrogationẽ, vel dedit bona ſua, vel ceſsit actionem ſuam quam habet pro retrahendo alicui.qui non eſt de genere,nunquid ille poterit retrahere? Non videtur, quia dictum priuilegium datur ei de genere.talia non tranſeunt ad extraneum, ſicut nec iura ſepulchrorum.ff.ad treb.quia perinde.§.1.& hic.Itẽ ceſſat ratio conſuetudinis.quæ fuit inuenta,ne res exiret de genere, vnde ſi ius retrahendi poſſet transferri in extraneum fieret fraus l.& conſuetudini,& eſſet contra eius mentem,& ideo non poteſt transferri etiam cum vniuerſitate. ff. de leg. 2.l.peto.§.fratre.ff.de ver.obl.l.ſi ita quis.§.lege ea. Iura autem ſepulchrorum videntur debere transferri ad patrem arrogatorem,quia tranſeunt ad hæredem extraneum. ff.de relig.& ſum.fune.l.vel quæ paterfamilias.C. eo.l.ius. & l.pen.
12 † Sed quid de homagijs, ſi quæ debeantur arrogato, vel de
a feudis, quæ tenet arrogatus a domino? Videtur,[a] quod non
b tranſeant[b]: in feu.ſi de feu.defun. 1.§.in generali.de ca. qui cu.ven c. 1. quia talia non tranſeunt extraneum, iure hæreditario,ſed concernunt genus. in feu.an ag. repud. hær. defun.c.1.Doct.tamen conſueuerunt dicere, poſt gloſſ. & determinare in auth.ingreſsi.C.de ſac.ſan.eccl.quod tranſeunt in monaſteria: conrra quos videtur expreſſum de mili. va. qui ar.bel.c.1.ſi de feu.defun.conten.c.vnico.§.qui clericus.

In gl.nunc dando. in fi. Sed per cuius mortem extinguetur,an arrogatoris,vel arrogati? In patre naturali diſtinguitur cuius contemplatione relinquitur.C.de vſufr.le.l.fi.& in dubio durat ad vitam filij & patris ſuperſtitis, per illam l.& tamen, quando ingreditur religionem, gloſſ. & doct.dicunt quod petit per mortem ingredientis,vt no.in d. authen. ingreſsi. Vel dic, idem in hoc caſu lex fi. loquitur quando poteſt eſſe dubium,cuius contemplatione fuerat relictus vſuſfructus,hic autem non poteſt eſſe dubium, quia non habebat patrem arrogantem,tempore acquiſitionis. Et hæc faciunt quod ſi maritus acquirat vſumfruct. quod mulier, quæ habet partem de conſuetudine in conquæſtis, debeat habere portionem. Argu.contra quod not. C.de bon.quæ libe. authen.idem eſt.ſed nõ obtinet hic,vt no.d.l.fi. ſed de qua conſtitutione loquitur? Dic quod de l. corruptionem. C. de vſufruct.

a Adnotatio.Eſt.Diuide iſtum ti.ſecundum Aret.& ſumma ſic. in hoc prin. Olim etiam proprietas omnium bonorum,acquirebatur arrogatori: exceptis his quæ per capitis diminutionem perduntur: hodie vero acquiritur ſolus vſuſfructus, & ſic patri naturali cætera in hoc. §. bene declarat hic Ioan. Fabri.

b Non tranſeant. An autem poſſeſſio tranſeat ad arrogatorem: vide hic Ang.in fi.ver.quid de poſſeſſione. Item quid in nouo prælato,an poſſideat ipſo iure.etiam hic per Angelum. in 2.colum. verſiculo. Sed quid in nouo prælato.

1 *Arrogato qui ſuccedant. 2. & 3.*
4 *Authen licet.ſenſus.*
5 *Parentes qui fraudandi.*

Mortvo. In gl.vt deſcendens.in fin.Doctores dicũt,
1 quod † illæ perſonę ſuccedunt ei quæ ſibi ſuccederent,ſi non fuiſſet datus in arrogationem, ex ſtipulatione tacita vel expræſſa.ff.de do.l.non aliter.Et ita pater arrogator,repellitur. Sed ego hoc non credo ſi arrogatus fuiſſet pubes,quia illa ſtipulatio, non habet locum,niſi quando arrogatur & moritur impubes,vt ibi no. & ſcripſi ſupra de ado. §. cum autem. vt hic. alias ſequeretur quod quidam de genere excluderet pa-
2 trem arrogatorem,quod eſſet contra hunc. 2.Vnde †videtur eſſe dicendum,quod hoc iure deſcendentes, & fratres arrogati,excluderent patrem arrogantem,& non alij & hoc dicit iſte §.cum d.l.fi.C.communia de ſucce.Et ideo mater excluderetur per patrem arrogantem, & in hoc Pl.. male dixit. nec ob.ff.ad Tertul.l.patrem adoptiuum.& eo.ti.l. 2.§.obijcitur quia intelliguntur, quando arrogatus fuerat emancipatus,vt ibi no.alias autem de iure digeſtorum non haberet hęredem,nec iſto,niſi perſonas exceptas. d.l. fin. Sed quid de iure authenticorum? Gl. videtur velle, quod ſit immutatum,quo ad fratres & ſuccedant cum arrogatore,ſed ſi ſit immutatum cum fratribus,cur nõ cum parentibus naturalibus, qui ita pingue ius habent,ſicut fratres in ſucceſsione filij: vt d.§.conſequens, quod ſi eſſet verum parentes naturales excluderent patrem arrogatorem, & corrigitur in fi. iſte §.qui expreſſe dicit, quod nullæ aliæ perſonæ excluderent patrem arrogatorem,niſi illę quę excludunt patrem naturalẽ,& ſic, non ipſe pater naturalis, excludit ſecundum hunc §. Poteſt dici,quod dicta auth.nihil corrigit, de hac materia nã auth. illa non loquitur,niſi de ſucceſsione parentum,& liberorum naturalium,& legitimorum, vt apparet, quia alias corrigeret,authenti.licet.C.de natu.libe.& plura alia ſpecialia iura, quod non eſt dicendum. Primum non eſt dicendum,quod
4 auth.iſta † quæ loquitur generaliter,corrigit iura,quæ in caſibus ſpecialibus prouiderunt, & maxime l.in adoptiuis. C. de adopt. quæ non poſſet ſtare, ſiue illa auth. loqueretur de adoptione,ſiue de arrogatione, quia filius datus in arrogationem alicui de aſcendentibus ſuccedit patri naturali, per illã auth. & tamen non ſuccedit per d.l. quæ in iſto puncto,& in multis alijs eſſet correcta: & hoc vides, in alijs authenti. loquentibus in ſimili,quod non extenduntur ad filios arrogatos,quamuis enim quarta debita iure naturæ ſit aucta in liberis naturalibus,& legitimis, non tamen ſequitur quod quarta debito arrogato,ex conſtitutione diui Pij.vt no.in §. cum
5 autem ſupra.de adop. Nec mireris, ſi filius † poteſt parentes fraudare, dando ſe in arrogationem, quia & alias poſſet ſe vendẽdo.ff.ſi quis a pa.fu.ma.l.2. Item mutuum recipiendo. ff.ſi quid in frau.patro.l.1.§.ſi mutuam. Et propter hoc,quæ opi.eorum ſit verior, qui dicunt, quod intrando monaſterium poteſt parentes fraudare, quam aliæ de quo not.& ſcripſi.C.de ſacroſan.eccle.auth. ſi qua mulier. In gloſſ.vt in aduentitijs. in fin. quia l.cum oportet,nihil mutat in illis,vt no.in auth.de hær.quæ ab inte.§.1.& patet in d.l.cum oportet,C.de bo.quæ libe.

1 *Arrogator nominibus ſitne obnoxius. & 2.*

a Sed Ex diuerſo. a Dixi proxime de commodo, quod prouenit arrogatori,nunc de onere.& ita eſt ex diuerſo. In gloſ.de facto in fi.ſed pro his quæ ante debebat non fit miſſio,niſi in bonis proprijs arrogati,vt hic.ſed in mona.videntur dicere gl.& doct.poſt eam ſecus vt no.in auth. ſi qua mulier.in gl.ſaluo prope.fi.vnde mirandum eſt, cur arrogator,
1 † non teneatur de contractibus ante initis, nam fiſcus tenetur,ſi bona ad eum vniuerſaliter deueniant,vt l.1.C.ad l.iul. de vi publ.& hæc eſt ſucceſsio vniuerſalis, vt ſupra in prin. magis quam illa.Vnde poteſt dici,quod poſsit conueniri. Nã ſic videmus in eo,cui bona addicuntur, qui non tenetur ipſo iure,vt ff.de fideiuſ.l.4.§.pe. & tamen vtilibus actionibus conuenitur.eo.ti.l.2.Dic ergo,hic conuenitur ne dum de fa-
2 cto † imo de iure vtilibus actionibus,veruntamen dimittendo bona liberatur,vt hic,idem in fiſco.ff.de iure fiſci. l. 1. §. an bona.vnde fiſcus,non põt dici verus hæres,nec iſte,vt no. ff.de noua.l.quoties.in fi.idẽ poſſet dici,in eccleſia.arg.horũ iurium

iurium. Item quod hic dicitur in glo. quod de contractibus, tenetur, de peculio, intellige ſi contraxit de profectitio, alioqui ſi de lata fuit ei hæreditas, diſtinguunt an iuſſu patris acquiſiuit, vel non. Item an filius repudiauit, & pater acquiſiuit, vel econtra, ſicut in filio naturali, & legitimo dicitur in l. cum non ſolũ. C. de bo. quæ lib. quæ diſtinctio bene cadit in arrogato, & arrogatore, cum aſsimilentur, vt ſupra. §. nunc autem.

Adnot. Sed ex diuerſo. Et not. quod arrogans impuberem, debet ſibi quartam relinquere, & poteſt ei pupillariter & directo ſuſtituere. ſ. ante pubertatẽ, non poſt. Item debet cauere ſeruo publico de bonis impuberis, reſtituendis, coniunctis perſonis. l. ſi his verbis. ff. de adop.

*De eo cui liber. cauſa bona addicuntur.* *Rubrica.*

*Rubrica ſeipſam continuat.*

1 *Legata immenſa nulla.*
2 *Creditor pars maior quando inſufficiens.*

Accessit. In gl. Idem priuilegium. in fin. & præfertur qui præuenit, vt l. fi. §. ſancimus C. de teſta. man. In gl. quomodo ergo. in fi. No cõ
1 tra † multos, qui legatis exhauriunt hæreditates ſuas certis executoribus deputatis, & nullis hæredibus inſtitutis. quòd executores nullam poteſtatem habent, niſi hæredes ab inteſtato adeant, & idem ſi aliquos feciſſent hæredes, qui nolunt adire, imo legata videntur nulla. ff. de teſt. tu. l. ſi nemo. In glo. fideiuſſoribus. in fi. non ergo ſufficeret, ſi obligaret bona ſua, & non traderet. nec credo ꝙ ꝑ impoſsibilitatem huius cautionis, remittatur. ar. contra. ff. ſi cui plus quam. per l. falc. leg. l. cum non facile. Sed ibi legatum petitur ſm voluntatem teſtantis, hic bona addicuntur, præter, vel contra. Nec credo quod ſufficeret † ſi maior
2 pars creditorũ fidem haberet quia hic dicit de ſolido, quod cui, &c. Nec obſt. ff. de pact. l. & ſuum hæredem. §. fin. cum l. ſeq. C. qui bo. ced. poſ. l. fi. quia hoc beneficium eſt contra ius cõe, & ei addicitur certa forma, quam non licet tranſgredi. Vel forte poſſet dici, idem hic, ꝙ ibi. Et quod hic dicit de ſolido. intellige qñ hæreditas eſt ſoluendo. vel quando maior pars non conuenit, & hæc fauorabilior, prima tamẽ videtur de mente iurium. In gl. alias in ſeruitute. in fi. vide quod not. in d. l. fi. quia quod hic dicit, obtinet vbi extraneus petit addici ſibi bona, ſecus ſi aliquis de illis, quibus, fuit relicta libertas, quia ille poteſt ſibi petere addici, diſſentientibus alijs.

1 *Fiſco quis potior.*
2 *Fiſcus ad quæ teneatur.*
3 *Forma omiſſa actum corruere.*
4 *Solennitas omiſſa quando, an non, vitiet.*

Et Ne huius. In gloſ. olim. in fin. ibi parum aut nihil dicitur de hoc. & gloſſ. in d. §. pe. alio modo ibi dicit, quam hic: quia ibi dicit quod iſte §. corrigit leges antiquas, & non dicit de lege illa. Sed poteſt dici idem vtroq; iure ſaltem ff. nã
1 aut certioratus præfectus † ęrarij, & tunc valet aditio, nec reuocatur, aut non, & tunc aut bona ſunt ſoluendo, aut non: vt d. §. pe. qui etiam hodie obtinet. Sed hodie videtur quod ſiue ſint legatæ libertates, ſiue nõ ſiue ſit hæreditas ſoluẽdo, ſiue non quod ſui, & etiam extranei præferantur fiſco, in authẽ. de hære. & fal. §. in omnibus. & not. C. de fideiu. authent. hoc amplius, licet contra notetur in authen. de hær. & fal. §. inordinatum. Vel dic quod ibi loquitur in caſu, quo fuit adita hęreditas, & non completur voluntas defuncti, ſed hic eſt
2 alius caſus. † Et no. quod hoc caſu, fiſcus ſeruat libertates, & forte ſoluit legata ſicut in dicta auth. idem. Vbicunque ſuccedit propter delictum hæredis. ff. ad Syllania. l. cum fiſco. ſi quis aliquem teſta. prohib. l. 2. §. fi. de condi. & demonſtr. l. in facto. §. fin. ſecus ſi propter delictum teſtatoris. ff. de lega. 2. l. cum filio. §. fi. quando autem deferuntur ei, vt vacantia, quia forte nemo adit, vel adire non poteſt, tunc videtur tantũ teneri ad credita. ff. de iure fiſci. l. non poſſunt. Et no. quamuis res inepte fiat, & ſit in caſu a quo incipere non potuiſſet: nihilominus valet. ff. de bon. lib. l. libertus ſub conditione iuriſiurandi. Sed hoc non obtinet in caſibus, in quibus requi-
3 ritur † certa forma, ſicut in electione, quia ſi non ſeruetur, non valet quod agitur. extra de electio. cap. quia propter. vide ff. de tranſactio. l. cum hi. §. eam. & plenius quod ſcripſi C. de ſacroſanct. eccle. auth. ſi quas. ff. de fundo do. l. fin. vbi vi-
4 detur concludi quod ſi certa ſolennitas introducatur in † fauorem alicuius, & ſpreta ſolennitate faciat meliorem conditionem ſuam, quod valet: ſecus ſi ob fauorem publicum, ſolennitas introducatur, vt in contrarijs. Et hæc valent ad multa, vt ſi eccleſia ad cenſum dat, vel in emphyteuſim non ſeruata ſolennitate quod valeat, ſi ſit vtile eccleſiæ. & idem in minore, & in alijs priuilegiatis, quorum res transferri non poſſunt ſine certa ſolennitate. & de hoc ff. de offic. procur. cæ. l. 1. ſuper verbo, conſenſu. & plenius. in d. auth. ſi quas. in fi. ibi ſcripſi. In glo. hæredem. in fi. ſimilis text. ff. eod. l. 4. in princi. Sed quomodo erit certum, ſi repudiauerit, vel ſi hoc facere noluit? Præfigetur ei tempus. ff. de hære. inſt. l. ſi quis inſtituatur.

Haec Conſtitutio. Super text. ibi, ceſſat conſtitutio, ſed non ceſſat illa quæ eſt in authen. de hære. & fal. §. ſi vero ablata. vt ibi no. ſuper verbo, extraneorum. C. de fideiuſ. authen. hoc amplius.

1 *Dubium qui fiat.*
2 *Notorium qui ceſſet.*

1 Qvid Ergo. Super text. not. † quod ſicut negatio facit rem dubiam, ſic oppoſitio cum cauſa, & ideo conſeruatores, ſeu guardiatores, qui non poſſunt, niſi in notorijs, nil poſſunt, cum ſit oppoſitio, & cum cauſa. ff. de tab. exhib. l.
2 1. §. ſed ſi neget, & facit quod definat, † quid eſſe notorium, vbi quis ſe opponit ex cauſa. vide ſupra in procemio, ſuper verbo, proteſtatur. Super tex. & ne de hoc quæratur. quia eo quod petunt ſibi addici, & cauent, apparet quod creditores non fraudantur.

*De ſucceſſionibus, quæ fiebant per bonorum venditiones & ex ſenatuſcon. Claudia. ſublatis.* *Rubrica.*

Erant *Autem. Hodie mulier non efficitur ſerua, nec eius partus. C. de agnoſcen. libe. l. fi. & valet matrimniũ niſi alter alterius conditionẽ ignoraret, extra de cõiug. ſeruo. c. 2. et 3.*

*De obligationibus.* a *Rubrica.*

1 *Acquiſitio multiplex.*

Gloſſ. hanc rubricam continuat competenter: doctores tamen alio modo continuant, non tamen diſcedunt a cõ
1 tinuatione gloſſ. Supra dictum eſt qualiter † aliquid fiat noſtrum in titulis ſingularibus, vel vniuerſalibus a titu. de rer. diui. vſque huc: ſequitur videre qualiter fiat nobis debitum. Vel aliter. ſupra de rebus corporalib. & incorpora. enumerauit inter incorporalia action. & obligat. cum ergo tractatum ſit de incorporalibus, ſcilicet in materia de ſerui. & vſu. & ha. & de hæreditatibus. ſequitur videre de obli. & act. Et primo de obliga. quæ eſt mater, vt hic not. Quælibet eſt bona. illa gl. elegantior.

a Adnotatio. De obligationibus, Dominus Angel. facit hic tertiam partem principalem, totius iſtius operis. dicit enim, quod hic tractatur de tertia parte, ſiue de tertia materia, in qua verſatur ius noſtrum: quoniam verſatur circa tria, aut circa perſonas, aut circa res, aut circa actiones, & obligationes. & ſupra de iur. nat. gen. & ciui. §. fin. vſque huc tractauit de perſonis, & rebus. vt dicit gl. rubr. igitur aliam, & ſecundam partẽ faciemus. de obligationibus & actionibus: & per conſequens de tertia materia totius iuris ciuilis. ſecundum Ange. hic.

1 Obliga-

1 *Obligationum genera.*
2 *Speciem iunctis non fieri.*
3 *Obligatio ciuilis.& 10.*
4 *Obligationis naturalis genera.*
5 *Obligationis naturalis effectus.& 7.*
6 *Pacti nudi ortus.*
8 *Seruum natura obligari.*
9 *Actionem ex naturali non naſci, fallit 12.14.*
13 *Iuris ciuilis probata eſſe.*
15 *Obligationis ortus.*
16 *Actionum genera.*
17 *Sententia an pariat obligationem. & 18.*
19 *Obligatio, ius.*
20 *Exceptionum genera.*

NVNC Tranſeamus. Doctor. proſequuntur o-
bligationum materiam per longa & trunca-
ta verba, ego vero abbreuiando, plura tangam,
nec ſequar in omnibus ſtylum eorum. Et pri-
mo quæritur, quid ſit obligatio: & de hoc re-
mitto te ad tex. & glo. & ad ea quæ circa eam ſcribam. Secun
do quæritur de diuiſione obligationum, & vides quòd text.
1 diuidit hic in perſonales & prętorias, vt ꝭ.§.1. Sed † videtur
quòd ſit alia diuiſio, quia quædam ciuilis, quædam natura-
lis. ff. de condi. inde. l. ſi fideiuſſor. ad Maced. l. creditorem. ff.
de cond. & demonſt. l. quibus diebus. §. dominus ſeruo. vnde
(vt plene videas) ſcire te volo, ꝙ eſt quædam naturalis obli-
gatio, quædam ciuilis, quædam naturalis & ciuilis ſimul iun
2 cta, ſecundum communem opini. † Sed an ſimul iunctæ fa-
ciant tertiam ſpeciem, non videtur, quia ſpecies ſimul iun-
ctæ non cauſant tertiam ſpeciem, vbi ſuum eſſe retinēt, ſicut
videre potes ff. de interdi. l. 1. §. interdictorum. ff. de ver. obl.
l. 2. in princi. cum not. in glo. id eſt, promiſſione. ꝭ. de acti. §.
omnium. Si enim ſequeretur, ꝙ miſte vel iuncte facerent ter
tiam ſpeciem: text. ſtatim allegati minus ſufficienter diſtin-
guerent. qui ponunt diuiſiones bimembres, & deberent po-
nere trimembres: vt ibi ſatis patet. ꝙ non eſt faciendum, vt
not. d. §. omnium. & facit ſ. de rer. diui. §. ſi duorum. Sed mi-
randum, cum hic ſit ſolennis diuiſio obligationum, cur text.
iſtius tit. nō facit mentionem de ea, quæ nititur diuidere obli
gationes. Ad hoc poteſt reſponderi, quòd iſte liber factus eſt
principaliter cauſa inſtructionis iuuenum rudium, ſupra in
procem. §. cumque. quos Imperator grauare non vult. ape-
riendo eis ſubtilia. Et ideo hanc diuiſionem prætermiſit, &
ſic reſpondetur ſupra de iuſtit. & iur. §. fin. ſuper verbo, pri-
3 uato. † Vel dic ꝙ appellatione ciuilis, largo ſumpto vocabu
lo continetur naturalis ad differentiam prætoriæ, quæ quo-
dammodo abuſiue dicitur obligatio, vt videbis iuxta text.
Redeamus ergo ad naturalem, & eſt ſciendum ſecundum do
4 cto. quòd reperitur triplex naturalis. Quædam † quæ a iure
non recipitur, ſed eam diſsimilat, vt obligatio ad antidora.
Quædam quæ a iure recipitur in ſuo eſſe, & in ſtatu, in quo
eſt abſq; eo quod præſtet ei aliquam efficaciā agendi, vt obli-
gatio quæ ex pacto nudo proficiſcitur. Quædam quæ a iure
recipitur: & ei dat efficaciam agendi, vt illa quæ ex contra-
ctu iuriſgen. deſcendit. Redeamus ad primam quæ a iure
non recipitur, & hæc ſunt verba docto. & tamen non ſunt
multum propria: quia imo huiuſmodi obligatio a iure reci-
pitur, nō tn̄ aliquam efficaciam ſibi præſtat, vt ſatis patet ff.
5 de pet. hære. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. & hoc verum † quo
ad agendum, vel defendendum. Habet tamen aliquot effe-
ctus, quos vltra docto. hic placet annectere. Primo quia fa-
cit præſumere animum donandi, ff. mand. l. ſi vero non re-
munerandi. §. inde Papinia. Secundo inducit repetitionem,
vbi alias non repeteretur. ff. illo. tit. mand. l. idemq;. §. fi. cum
l. ſeq. Tertio, obligat ad alimenta donatarium. C. de reuoca.
don. l. fi. cum ibi no. Quarto, impedit reuocationem rei, alias
de natura ſua reuocabilis, vt ff. de donat. l. Aquilius Regul.
eo. tit. l. Aulus Lucius. Sed forte in l. Aquilius. erat obligatio
efficax, vt ibi not. & idem poſſet dici. ff. de tute. & rat. diſtr.
l. 1. de admi. tu. l. cum plures. §. cum tutor. Quinto, facit quē
teneri de furto. ff. de furt. l. ſi pignore §. 1. Sexto, facit valere
donationem quæ alias non valeret. C. de ſacroſan. eccl. l. iube.
mus. la 2. quo autem iure introductum ſit, vide quod not.
in §. conſuluit. ſ. allega. Nunc accedamus ad ſecundam na-
turalem, quæ eſt ſola, & hæc ex nudo pacto oritur, vt ſupra
dixi ff. de pac. l. 1. & patet. in tex. ad hoc ſpeciali. ff. de ſol. l. in
his. §. Imperator. & de his pactis nudis videbis ꝭ. tit. 1. circa
6 prin. vnde quandoque eſt nudum, † & ſolam naturalem pa-
rit propter frigiditatem contractus. ff. de pact. l. iuriſgentiū.
§. ſed cum nulla. quandoque non eſt nudum, ſed naturalis
cauſatur, & ſola remanet propter conditionem perſonarum:
vt eſt videre in ſeruo, vt d. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de
act. & oblig. l. ſerui. de pecul. l. nec ſeruus. & l. ſed ſi damnum
§. 1. & in fratribus in eadem poteſtate conſtitutis ſi inter ſe,
vel cum patre contrahant. ff. de condi. inde. l. frater a fratre.
& in pupillo. ff. de noua. l. 1. in fin. ad l. fal. l. ſi pupillus. quan-
do dies le. ce. l. cū l. cum illud §. hæres. ad Treb. l. ſi eius. vnde
multa exempla poſſunt reperiri, in quibus eſt ſola naturalis,
ſine concomitantia. & ciuilis ab initio, vt in religioſis, qui re
putantur mortui quo ad actus ciuiles. C. de epi. & cle. l. Deo
nobis. in authent. de nupt. §. diſtrahuntur. & etiam reperi-
tur caſus, in quo ab initio fuerunt duæ, ſcilicet naturalis, &
ciuilis, & poſt remanet ſola naturalis, vt ſi eas obligatus ci-
uiliter, & naturaliter, & fuiſti abſolutus. tollitur ciuilis, &
7 remanet naturalis. ff. de cond. inde. l. Iulianus. † Sed quæri-
tur, quis ſit effectus huius obligationis naturalis? dicas quòd
parit exceptionem: ſed non actionem. ff. de fideiuſ. l. fideiuſ-
ſor obligari. §. fideiuſſor. & impedit repetitionem. ff. de ac. &
obli. l. naturales. ff. de condi. inde. l. ſi pœnæ cauſa. in princip.
Item inducit compenſationem. ff. de compen. l. etiam. Item
poteſt nouari. ff. de noua. l. 1. Item conſtituit. ff. de conſt. pec.
l. 3. Doctor. quærunt hic, quo iure eſt introducta iſta natura-
lis obligatio? Et dicunt ꝙ de iuregen. & hoc eſt neceſſe di-
cere, quia cum meum & tuum illo iure ſint inuenta ſupra
de iuſt. & iu. §. ex hoc iure. ff. eo. l. ex hoc iure. ſequitur quòd
obligationes quæ ſupponunt proprium, illo iure ſint indu-
ctæ, vt ibi patet ff. de pact. l. iuriſgentiū. ſed hoc iuſgen. quā-
doque dicitur naturale. ſ. de rer. diui. §. ſingulorum. Sed con
tra hoc. doct. opponunt, primo, quia hæc naturalis parit ex-
ceptionem: & exceptio eſt actionis excluſio. ff. de except. l.
2. Exceptiones autem ſunt de iure ciuili. ff. de ori. iur. l. 2. §.
deinde. ergo videtur quod naturalis ſit de iure ciuili. Iſtud
contrarium non meruit ſignari, quia quamuis per effica-
ciam datam a iure ciuili pariat exceptionem, non propter
hoc ſequitur ꝙ ius ciuile repoſuerit eam in eſſe. Negari ta-
men non poteſt quin poſsit dici de iure ciuili propter aditio
nem, & alios effectus a iure ciuili datos. ff. de iuſti. & iur. l.
ius ciuile eſt quod neque, &c. Item oppo. quòd ſeruitus eſt
de iuregen. vt d. §. ex hoc iure. & ſic ſeruus nil eſt de iure-
gen. ſicut nec de iure ciuili. ff. de regul. iur. l. quod attinet. Et
ideo ſi huiuſmodi obligatio ſit de iuregentium ſeruus obli-
gari non poteſt, quod tamen falſum eſt, imo naturaliter obli
gatur, vt ſupra ſatis probatum eſt, ergo videtur falſum quòd
huiuſmodi obligatio ſit de iuregen. Dicunt docto. ꝙ quam-
8 uis † ſeruus nihil ſit de iuregen. nihilominus tamen de iure
obligatur, non conſiderato ſtatu, in quo eſt de iuregentium,
ſed conſiderato ſtatu primæuo iure naturali, quo omnes
ſunt liberi. ff. de condi. inde. l. ꝙ ſi dominus. Sed pro Deo,
cur ſecundum ius ciuile, non obligatur, conſiderato primo
ſtatu iuris naturalis, ſicut ſecundum iuſgen? poteſt dici, quia
ius ciuile non vitiatur ita primæuo iure naturali, ſicut iuſ-
gen. Vel poteſt dici ꝙ quamuis ſeruitus ſit de iuregen. non
tamen ſerui ita reputantur nihil de iuregen. ſicut de iure ci-
uili, quod in multis addit, & detrahit de iuregentium, vt prę
9 dicta l. ius ciuile. † Sequitur videre de tertia, ſcilicet de na-
turali, quæ a iure recipitur, cum agendi efficacia. & de
hoc poteſt poni exemplum in omni contractu iuriſgent.
quo ſunt fere omnes, vt d. l. ex hoc iure. in quibus dicit Ia-
cob. de Ra. ſolum contrahi naturalem, & ex illa ſola agi. &
hoc probat per verba legis, quæ dicit tota obligatio extin-
cta, & ſic non dicit omnes in plurali, imo ſupponit vnam, &
cum hoc ſignum totum diſtributiuum eſt vnius, & ſic indu-
cit. ff. de fideiuſſ. l. ſi debitori deportato. Præterea omnes fe-
re obligationes dicuntur eſſe de iuregen. vt d. l. ex hoc iure.

Si ergo,

Si ergo ponas in contractibus iuriſgen. ciuile vinculū,ſeu ci-
uilē obligationē,nō dicetur de iuregen.ſed potius de iure ci
uili,cum ipſum haberet, ibi partem.ff.de iuſti.& iur.l.ius ci-
uile. falſum ergo cōcluderet ille tex. quod eſſet nefas dicere.
Præterea, naturalis oritur ex conſenſu.ff.de pac.l.1.Contra-
ctus autem iuriſgen.ſolo conſenſu perficiuntur.ff.de cōtrah.
emp.l.in venditionibus.& l.1. & ſic vr̄ cauſari tantum natu-
ralis.Sed Pet.de Bel.perti.dicit,ꝙ contra hanc ſententiā ob.
forte, quia per pactum tollitur naturalis, & remanet ciuilis.
ff.de ſolut.l.Stichum, aut Pamphilum.§.naturalis.ergo ſup-
ponitur, ꝙ ſint duæ.Salua eius gratia, ſi bene aduertas text.
non dicit ꝙ remaneat ciuilis.Itē lex dicit,ꝙ ꝑ pactū eliditur
ciuilis: & remanet naturalis.ff.de pac.l.ſi vnus. §.pactus.er-
go ſunt duæ.& hoc arg.eſt difficile ſecundum eum.Verū di-
cit,ſi tex.ſic diceret illud ꝙ ipſe, dicit, ꝙ proprie nulla dicit
naturalis obligatio, niſi illa quæ eſt de iuregen.nec ciuilis,ni
ſi illa quę mero iure ciuili inducitur:ſed quædā eſt naturalis,
& quædā ciuilis, improprie per tranſumptionem.Verbi gra
tia,quādo eſt ſolus cōſenſus, & nudus, abſque qualificatione
iuris ciuilis:illa eſt proprie naturalis.Itē quando eſt ſola ciui
10 lis inducta a iure ciuili,abſque cōſenſu obligationis:illa † eſt
proprie ciuilis, ſed qn̄ ius ciuile qualificat naturalē vel indu
cit ciuilē & cū ea qualificatū conſenſum:tunc nec eſt proprie
ciuilis, nec proprie naturalis: & talis naturalis nō tollitur ꝑ
pactū:ſed ꝓpria ſic.&.ita intelligitur.§.pactus.Et hanc ſentē
tiam credit eſſe veram, quantum ad præſens:tn̄ dubia eſt ſm
eum.vult ergo cōcludere, ꝙ in contractibus iuriſgen.eſt na-
turalis qualificata a iure ciuili, per quod poteſt dici ibi ciui-
lis:improprie tn̄.Quomodo ergo ponemus exēplum de iſta
naturali ſola,quæ recipitur a iure cum agendi efficacia?Si be
11 ne attendas gl.1.huius ti. videtur hic cōcludere, ꝙ ex † nul
la ſola naturali oriatur actio: & ſic nulla naturalis recipiatur
cū agēdi efficacia,vt patet in eo quod dicit, ꝙ ſola naturalis,
hic non efficitur: quia ex ſola non agitur, ſed hoc ſtare non
pōt,nā tex.expreſſe dicūt,quod ex ſola naturali agitur,& ex
ea actiones cōpetunt.ff.de act. & obli.l naturales.de fideiuſ.
l.fideiuſſor obligari.§.fideiuſſor.& gl.huic contraria,ibi niti
tur dare exēpla,de caſibus, in quibus ex ſola naturali agitur,
vt in donatione:in qbus caſibus ex pacto nudo oritur actio,
qui notantur.ff.de pac.l.iuriſgē.§.ſed cum nulla. Vnde ratio
gl.ibi quærit exēpla extranea, quia ſupponit quod in cōtra-
ctibus iuriſgē. ſit vtraque.pro quo facit ff.de condi. inde.l.ſi
fideiuſſor. & d.l.creditore ad mace.C. de pac.l. creditori.&
12 iura s̄.per Pe.alle.opponendo contra Iac. † Ego credo fixe.
quod in cōtractibus iuriſgē.qui trāſeunt in nomen cōtractus
ſola naturalis,parit actionē, & hoc pōt hic probari,certū eſt
quod iuſgen. fuit ante ius ciuile. & ideo vocatur vetuſtius.
ſupra de re.diui.§. ſingulorū. & illo iure fuerunt inducti iſti
cōtractus,& obligatio ex eis reſultans & actiones, alias fuiſ-
ſent fruſtratorie introducti,niſi partes obligarentur, & poſ-
ſent agere.ergo cū tunc ciuilis non eſſet inuenta,ſequitur qđ
ex ſola naturali, agebatur.& hoc videtur expreſſum in d.l.
iuriſgentium.in prin.Conſtare, ergo vr̄,quod ſola naturalis
parit actionem in illis cōtractibus.Nunquid ergo,eſt ibi ſola
naturalis?Ego credo,quod non,imo eſt ibi ciuilis,nam certū
13 eſt,quod hi cōtractus ſunt approbati,& † recepti de iure ci-
uili, igitur ciuile ius aliquid apponit de ſuo.vnde cū ius ciui
le cōfirmando.iuſgen.dicat,ex talibus cōtractibus, cōtrahen
tes obligari,& ex eis agi,poſſet dici,ibi eſſe ciuile vinculū,&
hoc vides in materia poſſeſſionis, naturalis enim poſſeſio,
acquiritur de iuregen.vt l.1.ff.de acquir. poſſ. & quando ius
ciuile.illam naturalē recipit vel confirmat,accedit ei ciuilis,
& eſt duplex.C.de acqui. poſ.l.cum nemo.ff.pro hære.l.2.§.
quod vulgo. Si autem ius ciuile non confirmet,ſed infirmet,
remanet ſola naturalis.ff.de acquir. poſſeſ.l. quod vxor.ff.de
vi & vi arma.l.1. §. deijcitur. idē in ſimili obligatione dicā.
quod enim dicitur de vna, pōt dici de alia,per ſimilitudinē.
ff.de acqui.poſ.l.quāuis.Concludo ergo, quod ibi ſunt duæ,
14 ſicut & gl.dicunt,ſed naturalis tm̄, † parit actionem, nō ius
ciuile,quod factum eſt ad eā confirmandam, vt no.infra pro
xi.nihil enim debet ei tollere,de primis viribus,ſed corrobo
rare,& cōfirmare, quod alias ei tolleret de virtute ſua, quod
eſſet abſonum.ff.de condit. & demonſtr.l.cum tale.§.fina.&
hoc vult dicere d.l.iur.gen.in princ.iuncta l.legitima.præce
denti.ibi cum dicit, quod conuentio parit actionem in con-
tractibus iur. gen. qui tranſeunt in nomen proprium, & ex
conuentione, oritur naturalis de iuregen.& iſta naturalis,cū
agēdi efficacia pōt exēplificari in omnibus cōtractibus iuriſ
gen.quibus,lex dat robur agendi,vt l.legitima.ff.de pact.Vn
de,non videtur procedere,quod gl.volunt dicere, quod ſolū
ſint exempla iſtius naturalis. caſus in quibus agitur ex nudo
pacto, quia cū lex dat ei robur, & efficaciā agendi in caſibus
illis, cur nō dicerem melius eſſe ibi vtranque, & naſci actio-
nē,ex vtraq;, quā in contractibus iuriſgē.cum ius ciuile, ma
gis addat in his caſibus,quā in illis?vnde ſi concederē,quod
in contractibus iur.gen. actio naſceretur ex vtraque, multo
fortius,cōcederem in caſibus iſtis.quia ius ciuile,in iſtis plus
15 operatur. † Quæritur vnde oritur hæc obligatio, & prom-
ptum eſt dicere, quod ex conſenſu.ff.de pact.l.1. & ex qua-
dam æquitate, vt d.l.Stichum aut Pamphilum.§. naturalis.
ff.de ſol.ſed hoc non videtur verum, imo ſine cōſenſu,vt qn̄
delinquimus.ȷ.§.fi. & ȷ.de ob.quæ ex deli.na. per totū.Præ-
terea, non deſcendit ex æquitate. vbi enim quis obligatur
per metum, vel per fraudem.non eſſet æquum eum obliga-
ri, & tamen conſtat metum vel dolum paſſum, obligari,l i-
cet iuuetur remedijs. ff. quod met. cauſa.l. metum.§. ex hoc
edicto.ff.de verbo.oblig.ſi quis cum aliter.Item, quandoque
obligatio,re contrahitur,nō conſenſu.ȷ.tit.1. per totum.So.
16 dicunt doct.quod ſicut eſt reperire † actionē natiuam,& da
tiuam, ita eſt reperire obligationem natiuam, & datiuam.
Natiua dicitur,quando hoc non habet,ſed datur vel introdu
citur a lege ſicut in delictis. vnde natiua oritur ex conſenſu.
alia introducitur per legem ſicut videbis in materia actio-
num ſecundum Petr.pro quo.ff.de acti.& obli.l.obligamur.
Nunc videndum eſt de ciuili,& eſt ſciendum quod reperitur
ciuilis triplex,ſola, concomitata nunc, cōcomitata dudū.De
ſola,poteſt poni exemplum in illo, qui nihil debebat, & fuit
condemnatus,vt hic not.de concomitata dudum, patet exē-
plū, quando fuit vtraque ſimul.& ſit pactum de non peten-
do, vt hic no.in 1.gl.De concomitata pro nunc,eſt exemplū
in ſtipulatione,& in emphyt. & in alijs contractibus per ius
ciuile introductus. Nunc de vtraque ſimul iuncta. & de hoc
patet exemplum in ſtipulatione, emphyt. vt ſtatim, & in
contractibus iuriſgen.ſequendo opin.gloſ.& meam, ſed non
17 ſequendo opi.Iaco. vt ſupra eſt tactum. † Gratia præmiſſo-
ſorum, quærunt docto.nunquid ex ſententia oriatur obliga-
tio naturalis, & poſt multa verba, declinant in hanc ſenten-
tiam, quod ex ſententia lata in reali, nulla oritur obligatio,
quia nil dat, ſed declarat.ff.de rei ven.l. & ex diuerſo.ſi ſer.
ven.l.ſicut.§. ſed ſi quæratur. In perſonali dicunt naſci ciui-
lem, ſicut hic nota.& ex illa agi. C.de iureiu.l.actori. & hæc
ſola gignit actionē propter authoritatem rei iudi.ff.manda.
l. ſi fideiuſſor.§. in omnibus. His prælibatis pro proue-
ctis,redeamus ad text. & gloſſ.pro nouis lectoribus,& audi-
toribus, qui non multum indigent dictis. In gloſ.videtur.
idem ibi, cum alleg.de dona.l.hoc iure.§.fin.vide ibi melius
tamen facit.ff. de pact.l.iur.gen.§. ſed cum nulla. iuncta l.in
his.§.imperator.de ſol. In ea.glo.ibi definitur,hæc gloſſ.be-
ne dicit,in eo quod dicit quod vtraque definitur,ſed male di
cit in eo, quod dicit, quod nulla per ſe, quia imo in caſibus
18 quibus pariunt actiones per ſe, vt eſt † videre in ciuili, quæ
oritur ex ſententia,vt s̄.ſcripſi.& no.ff. de cond.inde.l.Iulia
nus.& in chirographo poſt bienniū, vt videbis ȷ.de lite, ob.
§.1.Item in naturali ſola. niſi in caſibus, in quibus ex pacto
nudo agitur, vt not.ff.de actio.& ob.l.naturales. de fideiuſſ.
l.fideiuſſor obligari.vbi ſunt gloſ.contrariæ iſti.& hæc patu-
lo patent, in his quæ s̄.ſcripſi. In ea.gloſſ.ibi cum dicit, cum
ſuo definito.ff.de dolo.l.1.In fin.eiuſdem.glo.no.de illa quæ
inſtinctu naturæ euenit.In glo.id eſt, ius vinciens.in fi.ff.de
19 actio.& oblig.l.obligamur.Et no.quod ipſa † obligatio, non
eſt vinculum,ſed ius, quod reſultat ex eo,quo vincitur,ſicut
dicitur ſeruitus eſt cōſtitutio, non qđ ſeruitus ſit illa cōſtitu
tio,ſed qui per illā conſtitutionē fuit inducta.s̄. de iu.perſo.
§.1.ideo obligatio, non eſt ipſum vinculū, ſed verba quibus

ligamur,ſecundũ Iaco. Vide infra §.fi.in fi.Hoc videtur etiã de mente glo.ff. de acti.& obliga.l.non figura.& tamen text. videtur ibi dicere contra:quia ex intellectu reſultante ex verbis vel literis, obligatur. Et hoc eſt neceſſe dicere, quia verbum proprie dicitur illud,quod in corde concipitur.illud qđ eructatur, eſt vox vel ſonus. vnde nec vox nec ſonus nec conceptus in corde proprie obligant, ſed ius reſultans ex eis, & illud ius dicitur rei obligatio, quia quis obligatur, id eſt fortiter ligatur, & eſt oblig.ens per ſe,& incorporale.ſupra de re. cor. & incor. §. 1. An autem ſit ens reale vel intellectuale, diſputa logice, qui nouiter veniſti Pariſijs, qui nondum applicaſti ad illa, ex quibus fluunt, lac, & mel. & diſputando parum lucraberis. de iure tamen, videtur intellectuale: cum corpore demonſtrari non poſsit. ff. de ſtipul. ſer.l.ſeruus communis.In gloſſ. tunc enim ibi, definitur hic ff.de re iu.l. non videtur cœpiſſe. In ea.gloſſ.ibi.vt Maced. & Velle. ff. ad Mace. quia naturalis. ad Velle.l. ſi mulier. ita parum cum hæ definiuntur cum neceſsitate non adſtringãt. Quid ergo vult ſibi iſta glo?Credo,ꝙ vult dicere contrariũ, ꝙ talis obligatio diffiniatur. Et vult facere differentiam, in-
20 ter excep.deſcendentes, † cauſatas ex facto pariente alterã, vel vtranque de obligationibus, & illæ non definiuntur &
21 cauſatas ex facto: vel materia elidente: & illæ ſic. † & mouetur forte ex hoc, quia res definiuntur ſecundum ſui naturam: non ſecundum varietates accidentium.Vnde, quando ſemper competit actio, quamuis poſsit elidi accidentaliter definitur: quæ ſui natura inſpecta qua neceſsitate adſtringit, ſub definitione comprehenditur. & hoc dixi quaſi in ſimili in definitione iuſtitiæ, quæ eſt conſtans & perpetua &c. quamuis enim accidentaliter, non ſit apud aliquos conſtans & perpetua: tamen in ſua ſubſtantia naturalis eſt: & in illa definitur:vt dixi ſupra de iuſtit.& iur.in prin.Et ideo credo, ꝙ omnis obligatio, quæ poteſt exceptione vera excludi, hic definitur. Sed vbi eſſet tale factum quod ipſo iure extinxiſſet actionem: credo ꝙ illa non definiretur: quia nec tunc ad veritatem eſt oblig. & potius dicitur exceptio,quæ tunc opponitur excluſioni intentionis, quam actionis.ff.de exce.l.2. in prin.In ea.glo.ibi,per ſententiam. Quidam doc.dicunt,ꝙ per ſententiam non tollitur ciuilis: ſed inefficax redditur: ꝙ eſt non multum probabile. In gloſſ.iſtud.de eui.l.2.vide ſupra §.ſi res.ff.de condi.cauſa da.l.fin.In fin. eiuſdem glo. caue,quia ſi eſſet competẽs iudex: quamuis forte inep ta actio. teneret ſententia,vide extra de iudic.ca.examinata.C.de an. ex.l.fi.& vide in l.edita.C. de eden.& ibi ſcripſi. Omiſsis tamen alijs expoſitionibus, credo quod hic definitur obligatio, quæ recipitur a iure ciuili, cum agendi efficacia.& hoc vult dicere tex.ſecundum noſtræ ciuitatis iura.

1 *Obligandi modi varÿ.*
2 *Obligatio abuſiua.*

OMNIVM autem obligationum. In gloſſ. diuiſio. in fin:ſupra de leg.§. ſed non vſque adeo, de except.do.l.1. In gloſ.vt l.aqui.in fin.hoc, ꝙ ad pœnam:ipſum tamen furtum lege naturali prohibitum eſt. ff. de fur.l.1. in fin. In gloſſ. quia prætores.in fi. vt quando prætores aliquid præcipiunt, vel prohibent.ff.de actio.& obligatio.l.obligamur.ver. iure. Vel pone, in actione de peculio, & noxali.Et ſic, iſte text. videtur expedire, quod pater obligatur ex perſona filij: vel dominus ex perſona ſerui. ſuper quo gloſſ.variant. Dicunt
1 † enim quandoque quod obligatur perſonaliter: vt not. ff. de aqua plu.arcen.l. ſi tertius.§.Celſus.ſi ſerui.vend.l.ſi forte. §.etiam.Quandoque dicunt:ꝙ obligantur ciuiliter:vt no. ff.de cond.ind.l.frater a fratre. in contentione,quæ eſt ibi inter Azo.& Hug.Sed dicas, quod obligatur prætorie: ſed non ꝑſonaliter nec ciuiliter nec naturaliter.ff.de accept.l.an inutilis.§.fin. C.quod cum eo.l.dominum. Et not. ꝙ huiuſmodi obligatio prætoria, in noxali, & de pupillo, non eſt proprie obligatio,cum nõ adſtringat.imo abuſiue,vnde hæc diuiſio,
2 eſt potius diſtinctio veræ obligationis, † & abuſiuæ quam veræ obligationis,ſequendo diffinitionem.Et tunc caue,quia in hac diuiſione ſub appellatione, ciuilis, cõprehenditur naturalis, vnde hæc diuiſio ſolum fit ad differentiam abuſiue obligationis prætoriæ.

SEQVENS diuiſio.In gl.proprie.ibi:ſi valet ponitur verbum proprie & improprie.Eedem gl.ibi dicit:hincinde naſcitur.facit.ff.manda.l.1.Contra.ff.de iudicijs.l.omnem.Sed ibi improprie, vt ibi no.& vide pleniorem diuiſionem.ff.de act. & obli.l.obligamur.ſed ſatis poteſt illa reduci ad iſtam.

## *Quibus modis re contrahitur obligatio.* *Rubrica.*

*Continuatio patet ex fine præcedentis tituli,incipiendo ab vltima ſubdiuiſione.*

1 *Pactum nudum quid.*
2 *Pactum quibus nudum.*
3 *Pactum variæ veſtiri.5.6.7.8.*
4 *Contractus nominati non nudi.*

RE CONTRAHITVR. In gloſ. in primis.ibi cũ alle.ex placito.Vt melius videas, hoc ſcias,
1 quid eſt pactum nudum.Et eſt certum,† ꝙ pactum nudum dicitur conuentio habita inter duos, vel plures, cui ius non præſtat agendi efficaciam:vt l.legem quam.C.de pact.ff.de pac.l.iuriſgẽ.§.ſed cum nulla.alias tamen nudum pactum, dicitur quandoque a
2 veſtibus. † C.de re mili.l. cum ſupra virentes de ca. di.tutelas.§.fin. Item nudum a ſufficiente cauſa.ff.de acqui.re.do.l. nunquam nuda. de dona.l. nuda. Item nudum ſine acceſſorio.ſupra de vſur.in princip.ff. de eden.l. ſi quis ex argentarijs.§.rationem. Sed videtur, ꝙ nullum pactum ſit nudum, & ꝙ omnino ſit efficax ad agendum, quia quando quis promittit per pactum, videtur donare.ff.de oper. lib.l. campanus.de re iudi.l.cuius per errorem. & ex pacto nudo, agitur in caſu donationis.C.de do.l. ſi quis argentum.§.fin.ſed hoc argu non concludit,quia ſi promitteret errans, non videretur donare.ff.ſolu.mat.l.in his.§.mulier. Item ſi promittatur ex cauſa, quæ credebatur vera. vide tamen de hoc plenius.ff.de doli exce.l.2.§.circa. infra de act.§. ſequens.Item in contractibus nominatis. Si promitto facere domum tibi, vt vadas pro me Romam. Item ſi facio tibi pactum, de bonis communibus diuidendis. C. de rer.permut.l. ex placito. ff.de pact.l.diuiſionis placitum. Item, ſi promiſi mutuare, vel commodare, vel vendere, vel quodcunque aliud. omnia enim pacta talia, quæ non tranſeunt in ſpeciale nomen contractus, ſunt pacta nuda.ff.de pact.l.iuriſgen.in princi.& §.quod fere. His præſuppoſitis, redeamus ad gloſſ.& ſcias
3 quod communis opin.glo.eſt, quod pactum nudum † veſtitur ſex modis. vt hic no.& plenius in §. quinimo. & adduntur alij duo,vt ibi,& hic no.Item ſeptimus, vt infra in fi.dicetur.Ia.autem de Ra.& Pe.dicunt,quod pactum nudum veſtitur vno modo, videlicet rei interuentu. & ſic tranſeunt hic, quod videtur probabile prima facie, illud enim dicitur proprie veſtiri, quod ſemel fuit nudum, & non, quod ſemper fuit veſtitum, nam non dicitur veſtitus, qui nunquã nudus fuit, ſicut nec equus deferratus, niſi alias fuerit ferratus. Nunc in contractibus, qui conſenſu contrahuntur, & tranſeunt in ſpeciale nomen contractus,certum eſt,quod ipſo conſenſu perficiuntur.infra de obli. quæ ex conſenſu per-
4 fici.in prin.& in d.l.iuriſgen.vnde illa cõuentio † ſeu pactũ, non poteſt dici fuiſſe nudum. Item in contractibus, qui re contrahuntur, oritur obligatio a rei traditione, non ex pacto,vt patet hic.& ff.de actio.& obli.l.obligamur.ergo conuentio, ſeu pactum, non veſtitur, nec ex ipſa reſultat actio, ſed ex re.& hoc patet, quia aliud eſt,ſi conuenio tibi mutuare, aliud ſi mutuo, non enim mutuat,qui mutuare conuenit. ff.qui po.in pig.ha.l.potior.ff.ſi cer.pet.l.qui pecuniam.vnde ex re ipſa oritur obligatio & actio, & eſt alius contractus a
5 primo,vt hic not.Idem † in ſtipulatione,quæ verbis conficitur.ſemper enim eſt ab initio verbis veſtita,nec vnquam fuit nuda.Item in literis, quia ex ipſis oritur obligatio, & actio, non ex conuentione.infra de lit. ob. & ibi videbis. Et idem poteſt

poteſt dici, in cohærentia contractus, ex quo enim ſtatim,&
incontinenti fit,cenſetur veſtitum. etiam ab initio.ff.de con-
trah.emp.l.pacta. iunge quæ dicam infrà in additione ex di-
ctis ſuprà rei interuentu,eſt bene verum,quod pactum veſti
tur, quia tunc re ſecuta oritur actio.ex primo pacto, vt l.ex
placito, C.de rer.perm. & idem intellige in omni contractu
innominato, vt promiſi facere domum ſi manumitteres ſer-
uum, vel ires Romam. etenim implendo ex parte tua veſtis
pactum,& datur actio.ff.de condi.cauſa dat.l.ſi pecuniam.&
idem videtur vbi veſtitur legis auxilio. nunquam enim fuit
nudum imo ab initio veſtitum.Item in principio rei,non po
teſt dici veſtri pactum: ſed pollicitatione, quæ eſt aliud a pa-
6 cto.ff.de pollici.l.pactum. † Sed pro Deo, ſi quis conuenerit
aliquid alicui nomine reipublice paciſcenti, cur non veſtie-
tur ita iſtud pactum initio operis,ſicut pollicitatio,cum ma-
ioris effectus debeat eſſe pactum, quam pollicitatio? vt d.l.
pactum. non video. Vnde hoc caſu dicerem pactum veſtiri
7 initio rei,ſicut & pollicitationem.†Item veſtitur iuramento.
ff.de libe.cauſa.l.fi. de ope.lib.l.vt iuriſiurandi.illæ tamen vi
dentur loqui in caſibus ſpecialibus:& innuunt eſſe contra de
iure communi.ff.de fideiuſ.l.ſi quis pro reo, & hoc commu-
niter tenent doct. alibi. videlicet quod iuramentum non ve-
ſtiat,quia non reperitur inter modos veſtiendi pactum.& ſic
non debemus ampliare.ff.de acti.& ob.l. obligationum fere.
§. placet. Nec obſt.C.de iureiu.l.actori. quia ibi in iudiciali.
Item nec ob.auth.ſacramenta. C.ſi aduerſus ven.quia ibi lo-
quitur in contractu.qui de ſe tenet vt ibi ſcripſi. Sed canoni-
ſtæ non approbarent hoc, vt ſcripſi in d.l.actori ſed nihil ad
eos de hac materia, quia ſecundum eos omne pactum parit
actionem extra de pactis. c. Antigonus.vide ibi.& C.de ope.
lib.l.1.per doct.In ea.gloſ.ibi cum alleg.l.ex placito.hæc ra-
tio non videtur bona, quia idem poſſet dici in mutuo.Pone,
ꝙ conueniſti mihi mutuare pecuniam:poſtea traditis,cur nõ
dicitur ita bene oriri obligatio ex cõuentione, ſicut ex cõtra
ctu permutationis? Forte glo.vult dicere,quod in contracti-
bus,qui re contrahuntur, res ipſa deſignat ad quid contraha
tur obligatio,quia ad rem ęque bonam reddendam,& in con
tractu commodati,ad ipſam rem reddendam, non ſic in per-
mutatione, ſeu alijs cõtractibus imo voce oportet declarari,
& verbis. & hæc eſt bona ratio, quia re oritur vna a re, alia
non, Differentia autem de ſe patet: quia in obligationibus,
quæ re contrahuntur, obligatio & actio a re contrahuntur,
in contractibus innominatis ex conſenſu dudum inito, re po
ſtea interueniẽte,vt l.ex placito ſupra alleg.vnde cum quęri-
tur quæ ſit differentia,dic.quòd hæc,quam vltimo dixi,cum
quæritur quæ eſt cauſa differentiæ,dic,ꝙ illa quam ſupra di-
a xi primo interpretando.In fi.ea.gl.[a] Ex dictis ſupra in prima
additione potes colligere.quod recipiendo pactum, pro con
ſenſu,ſimpliciter procedit opi.glo.& antiquorum doct. quia
verum eſt ꝙ conſenſus aſſumit efficaciam agendi, ex altero
de nouem modis prædictis, vt ſupra dixi.ſed recipiendo pa-
ctum nudum,proprie & ſimpliciter. videtur verius,quod nõ
8 veſtiatur niſi rei†interuentu,vel in re, Vel initio rei.in caſi-
bus, vt ſupra dixi, vel cohærentia contractus, quo caſu non-
dum fuit conſiderata veritas originis ſuæ,& hoc ſatis conclu
dit text.in l.iuriſgen.§.ſed cum nulla. cum ver. ſed quinimo
&c.text.enim in §.ſed cum nulla, loquitur de nuda conuen-
tione, & poſt ſequitur excipiendo, & continuando quinimo
ſupponendo etiam,quod pactum nudum dicitur incontinen
ti. appoſitum, alias non bene continuaretur, nec eſſet bona
exceptio.

a Adnot.In fi.eiuſdem glo.Vide hic Ang.in 2.col.in me.verſic. in ea. gloſ.in fin.quærit hic idem Ang.an ex pacto de donando, quis poſſit conueniri.vide eum hic in 3.col.poſt prin.ver.an autem de pacto.

1 *§.mutui ſenſus.*
2 *Certi condictio ad quæ data.3.*

MVTVI. In gloſſ.vt ff.ſi cer.pe.in fin. & vide plenius in
a cõtrario.In gl.vt ære & argento,ibi cum dicit,aptitudo,[a] ff.
de lib.& poſth.l.ſi quis poſthumos. vnde nihil eſt,quin men-
ſurari poſſet, menſuratur enim terra.C.de meta.per totum.
ff.ſi.regum,per totum.& ſi men.fal.di.l.1.turres,& mœnia,
& vniuerſaliter omnia menſurantur,quinimo ad hoc huma-
na peritia,ſcientias adinuenit proprias,videlicet geometriã,
1 & arithmet. ſed hic † ſumitur pro rebus quæ ita dari ſolent
ſub nomine mutui,& hoc vult dicere tex.quas res &c. reſtrin
gendo,ad eas quæ conſueuerunt ita mutuari, recipi,& tradi.
& vide plene in ea.l.2.§. mutui.In ea.gl.in fi.ff.eo.ti.ſed & ſi
certos, de verb.obli.l.ſi certos.& hoc verum, vbi fuit tradita
pecunia aſignata vel ſine numero,alias ſi ad numerum ſicuti
ad 10.libras.quæ in hoc ſacco ſunt, & ſine aſignatione, eſſet
mutuum,ſi recipiens fungatur eadem.ff.depoſi.l.die ſponſa-
liorum, cum notatis. ff. loca. l.in naue Saufeli. §.idem iuris,
& idem ſi traderetur ſignata, & conueniret, ꝙ poſſet vti. ſi
vellet,vt no.d.l.die in fi.gloſ.In glo.componitur.in fi.poteſt
addi quartus, vt ibi not.Item quintus legali repudiatione, vt
l.perinde.in fi.eod.ti.Item ſextus, debiti agnitione.ad mace-
do.l.ſi paterfa.in princip.Item ſeptimus in inficiatione.C.de
non nu.pec.auth.contra qui proprium.In gloſ. ſcilicet certi.
ibi cum allegat l.certi condi.in prin.hæc eſt opi.gloſ.vbique.
Quidam vero docto.antiqui vt Odofr. dicunt, quòd non eſt
2 niſi vna certi condi. † & illa datur pro mutuo, & pro omni.
vbi ad certum agitur.nec eſt ſpeciale pro mutuo,& pro hoc,
quia ad identitatem nominis ſequitur identitas rei, vt ex no-
mine arguamus.vt §.prox.Conſtat autem quod idem eſt no-
mine,& eadem res,& pro hoc facit,quia quamuis actio in fa
ctum diuerſificetur per varias figuras cauſarum, nihilomi-
nus vna eſt.ff. de præſcri.verb.l.quoties.C.de ſacroſan.eccle.
l.ſancimus. & hoc vides in petitione hæred. de qua no.in ſi-
mili.ff.de bo.poſ.hære.pe.l.1.& etiam ibi videtur gl.notare,
idem in l.certi condictio. & hoc videtur expreſſum.ff.ſi cer.
peta.l.certi condictio.§.quoniam.quicquid ſit de certi condi
ctio.quæ datur pro mutuo, ad minus triticaria,eſt nomen a-
ctionis,per ſe:vt ff.de tritica.l.1.de certi condictio, ex ſtipu-
latu.videbis infra de verbo.obliga. ſed quamcunque opinio-
nem teneas,ſi ſpecifices nomen actionis in libello, fac men-
3 tionem † de mutuo,dicendo quare peto,per certi condictio.
ex mutuo &c.vnde ſiue ſint plures,ſiue vna,non multum cu-
res,quia modicus eſt effectus.iunge infra de actio.§.ſequens.
In fine.eiuſdem gloſſ. hæc opi.poteſt eſſe vera,vbi in libello,
declarat ſummam ſui intereſſe, alias quomodo daretur certi
condi. ſi concludatur ad incertum in libello? ex concluſio-
ne etiam metimur iudicia.C.de fideicom.liber.l. fina. de his
plenius videbis infra de actio.§.curare.

a Adnot.Aptitudo.Quamuis enim inter aliquas ſpecies,ſit omnimoda ſimilitudo: tamen niſi ex conſuetudine recipiant functionem in genere ſuo in eis mutuum non conſiſtit ſecundum Ang.
b In prin.Et Vide hic Ang.qualiter differant, in modo concludendi,4.co.ante me.ver.in glo.condictio.

1 *Indebitum qui condicendum & 2.*
3 *Minor qui obligetur.*

a IS QUOQUE. [a] In glo.aliud.in fin. [b] vide ibi plene,de re.
b iur.l.cuius per errorem,C.de iur.& fact.igno.l.cum quis ple
ne ibi ſcripſi.In gloſſ.id eſt condictio.cum alle.l.indebiti, §.
imo.& quandoque, & ſi non ſit facta accipientis,vt ibi nota-
tur ſaltem valet quo ad poſſeſsionem, vt ibi patet.idem vide
tur in mutuo, C.ſi certum peta.l.quamuis,& hoc erit diffici
le probare ꝙ ſuam pecuniam ſoluerit; cuius erat dominus.
1 caueat†ergo in libello,in caſu quo non poſſet probare domi-
nium,ꝙ petat poſſeſsionem,tanquam de pecunia aliena ſolu
tam,vel ſi petat pecuniam ſolutam, dicat ſe dominũ,& pro-
bet:aliter ſuccumbet,niſi fuerit conſumpta,nam tunc recon-
ciliatur,vt notatur in l.indebiti.§.1.in fi.magnæ gloſ.An au-
tem ipſa pecunia,vel tãtundem petetur? Gl. videtur velle,ꝙ
tantundem.ff.de condi.indebi.l.quod indebitum, pro qua fa
2 cit ff.de iure fiſ.l.Titius,in fi.Forte non eſt vis in hoc,ſed† cõ
cluditur ſic, quare petit reum condemnari in decem ſibi red
dendis,nec dicat in prædictis decem ei ſolutis. In ead. gloſſ.
ibi cum dicit,non ad ciuilia,vt vſuræ,& dic plene in dict.l.1.
In ea.gloſ.in fin. quia non datur niſi quando ſoluens erra-

uit in perſona,vt ibi not.In glo.quia neutra tenetur efficaci-
3 ter.naturaliter autem tenetur,ſi†ſit maior infante,& cum ex
traneo contrahit:vt ſcripſi ſupra de autho.iud. in magna di-
ſtinctione.

a Adnotatio.Is quoque.Si ſoluitur debitum per errorem:re contrahitur obli-
gatio ſicut ex mutuo,pupillus tamen ſine tutoris authoritate non obligatur.
b In Fi.No. hic per Angel.medium concludendi eſſe, quod ſoluit in debitum
per errorem iuris,vel facti:prout fuerit,& eſt neceſſe hic exprimere, niſi qua-
litas perſonæ agentis,eſſet cauſa dandæ condictionis: vt in pupillo, demente,
vel furioſo,vt hic per eum in 1.col.in verſi.in glo.1.in fi.Item,prope fi.§.quæ
rit hic Ange.cui competat iſta condictio indebiti.vide eum hic.

1 *Mutui,& commodati differentiæ.*
2 *Contractus quorum gratia fiant.*
3 *Culparum genera,& vires.*
4 *Commodatarius in quo teneatur.*
5 *Caſu fortuito qui,& in quibus teneantur.*
6 *Caſus quando,& an excuſet.7.*

a ITEM a is,cui.In gloſ.quaſi dicat.not.differentiam,inter
1 illum qui mutuum†accepit: & illum cui commodata eſt res.
quia ſi commodauero tibi equum meum,ego non do tibi,ita
eum vt tuus fiat: & ideo teneris mihi de eadem re reſtituen-
da. Secus in mutuo. quia ſi mutuaui tibi, non teneris mihi
reddere eandem rem:ſed aliam rem eiuſdem naturæ,& æque
bonam. Alia eſt differentia: quia qui mutuum accipit:ſi caſu
fortuito amiſerit ꝙ accipit mutuo, veluti incendio, ruina,
naufragio, aut incurſu latronum:nihilominus poſſum agere
contra eum ex mutuo, ſed commodatarius,diligenter debet
cuſtodire rem ſibi commodatam. nec ſufficit: ſi adhibeat ta-
lem diligentiam in cuſtodiendo,quam in ſuis rebus ſolet ad-
hibere,ſi alius homo diligentius potuerit cuſtodire, propter
maiores vero caſus, commodatarius non tenetur. ſi tamen
propter culpam ſuam caſus iſte non accidit non ammittit,a-
lioqui ſi tibi commodauero ſciphum meum,vt haberes in do
mo tua, & tu forſan tecum in peregrinatione detuleris, &
incurſu latronum amiſeris, vel naufragio,teneris mihi de eo
reſtituendo,vel eius æſtimationem licet gloſſ.hanc differen-
tiam tetigerit: nihilominus eam hic poſui. In gloſſ.hic not.
in fin.gloſſ.melius,ff.de regu.iur.l.contractus.in fi. & hoc ſi
b ſine culpa accidunt:b vt videbis inferius.In glo.alias exactiſ-
ſimam.in fin.iſta materia conſueuit tradi per modum doctri
2 næ, & in hoc contractu.& in alijs, quia † aut contractus fit
gratia tradentis tantum,& tunc ſolus dolus,& lata culpa ve-
nit, ff.depoſi.l. quod Nerua.aut gratia vtriuſque:& tunc ve-
nit leuis infra eo.§.ſi.ff.commo.l.ſi vt certo.§.ſed vbi.aut gra
tia accipientis tantum, & tunc leuiſsima,vt d.l.ſi vt certo.§.
cuſtodiam. hoc autem vltimum: fallit in precario, quod fit
gratia accipientis tantum, & venit ſolus dolus.ff.de preca.l.
quæſitum,§.illud.Et eſt ratio: quia quandoque poteſt reuoca
ri, vt ibi notatur in text. Et ideo imputet ſibi concedens,niſi
3 cito †reuocet:ſi precario recipiens abutatur.Et ſcias,ꝙ quan
do quis tenetur de leuiſsima, tenetur ad exactiſsimam dili-
gentiam.Et poteſt dici exactiſsima, quam diligentiſsimi,pa-
trisfa.diſcretio præſtitura eſſet.Sinautem de leui, tenetur ad
exactam.infra §.fin. quam diligens paterfa.adhibet,nec ſuffi
ceret talem, qualem in ſuis rebus adhibere conſueuit, ſi in
ſuis eſſet minus diligens, vt hic.& ff.ſo.ma.l.ſi conſtante.§.ſi.
maritus.Si autem de lata,ſufficit ꝙ præſtet talem,quam com
munis natura hominum,qui non admodum ſapientes,& vi-
gilantes reputantur,conſueuerunt in talibus præſtare, dunta
men tantam adhibeat diligentiam,quantam in ſuis,quia ſi di
ligentior eſſet, debet talem qualem in ſuis diligentiā de hoc
adhibere.ff.depo.l.quod Nerua.vide plene.ff.fami.erciſ.l.hę
redes.§.nō tantum.infra de ſocie.in §.fi.Exempla autem ho-
rum debent committi arbitrio boni viri, qui ſecundum facto
rum varietatem, habet iudicare de diligentijs huiuſmodi.Et
potes ponere exemplum in æquo commodato. nam quando
4 commodatarius † tenetur de leuiſsima, non debet confidere
etiam in diligenti famulo, imo ipſe debet videre proprijs
oculis, & manibus palpare ne ſtabuletur,ſeu adaquetur cali-
dus, & quod ſit bene,& ſecundum menſuram ligatus & cæte
ra prouidere neceſſaria.Quando de leui,ſufficeret,quod præ
ciperet famulo,alias diligenti,quod bene curet de eo, de cu-
ius famuli diligentia, eſt expertus. Si autem de lata tantum,
ſufficit quod commendet famulo non ita experto, quem cre
debat bonum, quem forte reperit in caupona, ſeu in ſtabulo
5 hoſpitis ſui, & ſic de ſimilibus poſſunt poni exempla. † Ca-
c ſus autem c fortuitus non venit in contractu,vt patet,& hoc
in contractu, ex quo dominium non transfertur, alias ſecus,
vt hoc verſ.& is quidem. ff. de peri. & commo. rei ven. l. ſi
vendita.vide quod ſcripſi.C.ſi cert.pe.l.incendium.Fallit ta-
men in multis caſibus, quibus quis tenetur, quamuis domi-
nium non fuerit tranſlatum, vide. ff.depo. l. 1. §. ſæpe. qui
quamuis loquantur in depoſito,tamen conuenienter poſſunt
ad alios contractus adaptari,nam culpa, mora,pactio, & do-
lus faciunt teneri de caſu fortuito, vt ibi notatur, & hoc ex-
preſſe patet, quia vbi culpa præceſſerit commodatarij tene-
tur de caſu fortuito. Quod poteſt dici verum, vbi culpa eſt
ordinata ad caſum: & eſt cauſa, quare caſus euenit, ff.de rei
ven.l.qui petitorio, §.1.ff.loca.l.videamus.in fin.de dam.in-
fect.l.fluminum, §.idem ait, ſi damni.ar.ff.de ſta.liber.l.non
omne. Sinautem culpa nō fuit ordinata ad caſum nec eſt cau
ſa caſus, tunc aut fuit culpa cum mora,aut culpa ſine mora.
Primo caſu videtur dicendum prout infra dicam, vbi mora
præceſſit.Secūdo caſu vbi nulla mora, ſed ſimplex culpa præ
6 ceſſit dic quod aut ante caſum non † erat nata actio, nec ius
agendi ad intereſſe, & tunc excuſat. Verbi gratia.in actione
de dote quæ oritur demum ſoluto matrimonio.ff.de bo.dan.
ſed ſi alia.in qua caſus excuſat culpam, ff.de impen.l.3.& fa-
cit.ff.de ſo.l.ſi ſtipulatus.§. ſi lancem. Si actio erat nata tunc
excuſat ab eo, quod non venit principaliter in obligatione,
ſed per modum acceſſorij.ff.ad leg.Rho.de iac.l.fina.§.ſi ea.
ſed non ab eo quod principaliter venit in actionem, vt ff.lo-
ca.l.ex conductio.§.ſi. de alie.iu.mutan.cauſa.l.non ſolum.§.
pe.Et hoc in contractibus.in delictis, vel quaſi.videtur quod
ſi per factum actoris deſijt intereſſe,quod caſus excuſet.ff.ad
leg.acquil.l. legis acquiliæ debitori.alias non excuſat culpam
latam,ſed leuem.ff.quod vi aut clam.l.ſi alius,§.eſt & alia.de
vi & vi arma.l.1.§.rectiſsime.de fur.l.inter omnes. in princ.
7 de re mili.l.qui commeatus ſi quis cau.l.2. §.ſi tamen. † Vbi
autem mora, dolus, vel pactio præcedit caſum. dic plene. ff.
de reg.iur.l.contractus.per gl.extra de reg.iur.c.contractus.
lib.6.& ibi per Dyn.C.commo.l.1.per doct.Quos caſus non
proſequor,quia nec text.noſter tangit, ſed tantum vbi culpa
præceſsit, ſuper quo diſtingue, vt ſupra ſcripſi.quam diſtin-
ctionē ſupportes, & emendes charitatiuo calamo.Scio enim
quod periculoſum eſt, & maiori elimatione id indigere poſ-
ſet.In gloſſ.ſic infra loc.in fi.hoc verum,cum res conſiſtit in
pecunia, alias præſcript.verbis agitur.ff.depoſi.l. 1.§.ſi quis
ſeruum.de præſcrip.ver.l.naturalis,§.at cum do.iunge.infra
de actio.§.ſequens.

a Adnot.Item is.Qui recipit commodatū, obligatur re,& differt a mutuo,
quia in commodato non trāſfertur dominium,nec tenetur de caſu fortuito,
niſi culpa eius præcedat caſum, & hoc ſi gratis concedat:alias ſi cum merce-
de,eſſet locatio.
b Accidunt.Nam quod hic de incendio dicitur, intellige verum, quando ab
alio,ſine culpa inhabitantium,exortus fuerit ignis: alias ſecus vt per Ang.hic.
c Caſus autem.Quid ſit dolus.quid culpa leuis, quid leuiſſima. & quid venit
in vno contractu,& quid in alio,vide latiſſime per Bart.in l.quod nerua.ff.de
poſiti.

1 *Culpa quando,an non,caſus fortuitus.*
2 *Caſus incendij in quo ſpectandus.*

PRAETEREA. In gl.nota.in depoſito.in fi.Vide melius
1 eod.titu.l.ſi plures.§.fi.& dicto §.ſæpe.†In gl.hic not.aliud.
ibi.ſtudioſa. cum imitatione veritatis.in auth.de fid.inſtru.in
prin.ibi cum allegat.l.late.eo.tit.l.cedere.§.fin.In ead.gloſſ.
ibi cum dicit,leuiſsima, imo ſine aliqua.ff.de fur.l.eum qui.
§.idem ſcribit.& not.ff.pro ſocio.l.cum duobus, §.damna.Si
tamen ſit leuiſsima, adhuc reputatur caſus fortuitus,& forte
hoc vult gloſſ. dicere hic. & not.ff.nau.cau.l. & ita §. mira-
tur. Sed ſi leuis præcedat, tunc non computatur inter caſus
fortuito

fortuitos & ſic intellige, quod not.eo.tit.l.natura. vbi not.ꝙ
furtum, non eſt caſus fortuitus. Et potes ponere exemplum
ſi fiat a familiari, alias probato, & bonæ famæ, & qui nun-
quam alias commiſerat. & de loco vbi tales res furatæ ſunt,
in quo etiam diligentiſsimi conſueuerunt ſeruare. In ead.gl.
ibi cum allegat l. ſi vendita. ille duæ ſunt contrarie, ſed dic
a vt notatur in d.l.3.§.1.de offi.præfe.vigi. Et † caue: quia pōt
eſſe caſus fortuitus illis qui non ſunt cauſa incendij, ſed illis
qui ſunt cā: nō. vnde aduertēda eſt culpa, vt dixi ſ̃. proxime.

1 *Caſum culpamue quis & qui probet.*

Creditor. In glo.not.caute.in fin.ff.de pig.l.grege.
§.& in ſuperficiarijs. audiui tamen quoſdam voluiſſe ad-
ſtruere neceſſariam traditionem, de quo plenius videbis in
§.item ſeruiana.ſi incidit. In gloſſ. quæ naſcitur.in fin.prima
vera: non tamen naſcitur ex ſolutione, ſed ex contractu, du-
dum inito: vt videbis in materia actionum. In gloſſ.ſed quis
1 in fin.communis opi.& quaſi omnium, † eſt, ꝙ creditor pro
bet caſum. debitor culpam, vel dolum, ſi allegat. Sed an de
a caſu,[a] creditur iuramento creditoris? Argu. ꝙ ſic.C.de fid.
inſtru.l.fin.ſed ibi ſpeciale. Vnde doct.conſueuerunt dicere,
b ꝙ probetur[b] per teſtes.item per coniectnras.ff.de re milita.
l.qui commeatus.eod.titul.l. non omues. §. a barbaris. & de
hoc in Specu.de pigno.ver.ſed qualiter.nu.15.16.& 17.De
his not.per glo.& doct.in d.l.ſi creditor.de eden.l. ſi quis ex
argentarijs.§. fina.loca.l.ſi quis domum.§.imperator. Et ca-
ue, quia quidam habent hic quandam additionem, quæ ma-
le iacet, quę dicit, ſed tertio &c.hoc, enim eſt falſum, imo pri
mo, creditor probat caſum vt dixi.

a Adnota. An de caſu. Adde Ant.Corſe. in ſing.ſuis in verſi.teſtis incipi.in loco. vbi inſtruit paſſos damnum. per caſum fortuitum, in locis remotis: quod faciant ibi examinari teſtes, quibus credetur non obſtante, quod non fuerit pars in eorum productione citata. vide quæ dixi, ibi in apoſt.ad eum. vbi remitto me ad ea quæ notaui in apo. ad Lanfr. in c. quoniam contra §.teſtium depoſitiones.extra de proba.

b Quod probetur. An creditor teneatur probare caſum, vide Barto. in l.ſi quis ex argentarijs.§. an nec hæredi.ff.de eden. & Salic.in l.ſi creditor.C. de pign.act.

## *De verborum obligationibus. Rubrica.*

***Continuatio patet ex his, quæ leguntur ſupra.tit.2.§.fin.***

1 *Inueſtitura quo iure neceſſaria.*

a Verbis[a] obligatio. In gloſſ.eſt autem. in fin.
dic vt ibi. & dic promittitur futurum, vt ibi
not. In gloſſ. ſi autem incertum. hoc ſatis vide
tur probabile. ff.de act.emp.l.ſi tibi liberum.de
ſerui.vrba. præd.l. ſi binarum. quandoque ta-
men ponitur pro adiectione.ff. depoſiti.l. pen. de vſuris.l.ſi
ſtipulatus.de lib.le.l.non ſolum.§.pe.ſi quis inius voca.nō ie
rit.l.fina.de arbi.l.diem proferre.§.fin. In glo. niſi in caſu.in
fi.vide ſupra de leg.§. ſi generaliter. ff. eo.l. qui ex pluribus.
In gloſſ.nam & baculum.in fin. illa lex facit, quia ibi expo-
nitur pactum, ſicut hic ſtipulatio. Vel dic ſtipulationum di-
1 ci a ſtipite, ideſt, columna, quæ fortis eſt & firma. De † in-
b ueſtitura[b] de qua hic in gloſſ.tangitur, dicas, ꝙ non eſt ne-
ceſſaria de iure ciuili: ſed de iure feudorum eſt neceſſaria.in
feud.de cog.feu.ca.fin.quid ſi inueſti. in princip.& quaſi per
totum. & in beneficialibus de iure cano. non tamen per in-
ueſtituram poſſeſsio adipiſcitur. vide extra de conſuet.ca.2.
de his quæ fi.a ma.part.c. ex ore.per doct.de reg.iur.ca.1.ſe-
cundum Dyn.de feu.de noua.for.fi.c.2.in feu.

a Adnot. Verbis. Diuide hunc tit.vt hic per Ar. quia hic Io.Fa.leuiter pertranſit.vide hic Ang.Bar.& Chriſtoph.Por.

b De inueſtitura. Vide de hoc dicto, Ang.hic in 2.col.& circa fi.in ver.in gl. firmum.idem tenentem, & allegantem.Ioan.Fab.

1 *Errore nominis ſtipulationem vitiari.*
2 *Interpres neceſſarius.*

In hac re. In gloſſ. proprie in fin. & dic habeat per
ſe vel per ſuum ſufficientem interpretem.ff.eo.l.1.in fi.ſigna
autem non ſufficerent.ff.eo.l.1. Super tex.congruenter ad in
terrogata. In gloſſ.habilibus. melius ff.de re.dub.l. in ambi-
guo.verſi.neque.de regu.iur.l.in ambiguis. de ſuppel.lega.l.
1 legata. l. Labeo. & ideo ſi † alterentur nomina, vt ſi boui
imponatur nomen aſini: vel econtra, ſicut truffatores, quan-
doque alterant & mutant: non videretur bona ſtipulatio,
quamuis adinuicem conſentirent, per dictas leges: & facit
qđ libellus debeat offerri laico in romantio. Sed hoc non vi
2 detur verum: quia per interpretem, poteſt ſcire quid † conti
net in latino: & ſi ſit omnino expers literarum, & ita parum
ſciret, quid continet in romantio, ſicut in latino, niſi haberet
expertum in literis, qui ei legeret.in hoc tamen eſſet attēdē-
dus vſus. & ſtylus curię.C.de emā.li.l.1.ff.de re iu.l.decreta.

1 *Obligationis tempus varie conſiderari.*
2 *Dies quando tacitæ inſit.*
3 *Ex actionis tempus.*
4 *Diem differri qui accipiendum.*
5 *Sententia quando ferenda.*
6 *Legatorum & contractuum diſcrimen.*
7 *Annua a ſingulis annis differre.*
8 *Obligatio ad diem qui accipienda.*

a Omnis.[a] In glo.ſtatim.in fin In hoc puncto ſunt gloſſ.
variæ. nam in l. promiſſor, videtur tenere, quod ſit ſpecia-
le in conſtituta pecunia. & idem videtur tenere in d.l. eum
qui.§.fin.remittendo illam. & idem in l.omnibus.ff.de iudi-
cijs.hic tenet contra, alibi diſtinguit inter debitum quantita
tis, & ſpeciei.infra de inuti.ſtipu.§.fin. Dicas latius, quia aut
1 quæritur an in obligatione † præſenti detur tempus, quo ad
obligationem contrahendam: aut quātum ad petitionem in
choandam, aut quantum ad moram inducendam: aut quan-
2 tum ad executionem faciendam.† Quantum ad primum, dic
quod niſi inſit tacita conditio, quod ſtatim contrahitur obli
gatio, ēt ſi dies tacite ineſſet.ff.de op.li.l.quoties.ſi tacita cō-
ditio ineſſet ab euentu conditionis: vt not.ff. de pac.l. item
quia conuentiones, & ſic intellige.l.interdum.ff.eod.l.inter
ſtipulantem.§.ſacram. Quantum ad ſecundum dic, quod ſta-
tim peti poteſt: & hoc vult dicere hæc litera. & videtur qua
ſi expreſſum.ff.de leg.1.l.ſi domus.§.in pecunia.de verb.obl.
l.liber homo.§.decem.de act.empt.l.ſi ſterilis.§.cum per vē
ditorem. nec eſt aliquid ſpeciale in cōſtituta, quia ſi bene ad
uertas ad tex.illum, ibi datur tempus, non ad petitionem in-
choandam, ſed ad exactionem celebrandam: vt ibi patet, cū
dicit, vt exactio celebretur &c. vnde quamuis in prin.loqua-
tur de petitione, nihil tamen de ea loquitur in reſponſione,
& per conſequens reſponſum eſt ad moram inducendam:
quia ſtatim interpellari poteſt: effectus tamen moræ differ-
tur modico tempore, arbitrio iudicis.ff.de colla.bo.l.ſi quis
filiū.§.ſtipulatio.& l.quod dicimus.ff.de ſolu.de vſur.l.ſcien
dum. Vel dic, ꝙ ad petitionem, & interpellationē datur tm̄
temporis: ꝙ potuerit tradidiſſe per §.fi. infra de inutil.ſtipu.
ſaltem in ſpeciebus.ff.de leg.1.in princip. Quantum vero ad
3 † exactionē temporis, eſt arbitrarium, vel quatuor menſium:
vt in l.ſi debitori.de iudic.vel 10.dierum: vt l.promiſſor. vel
aliud prout iudici videbitur, ſecundum locorum & perſona
rum varietatem: vt l.quod dicimus.ff.de ſol.& ſecūdum ſum
marum quantitates.ff.de iur.fiſ.l.in fraudem.§.fiſcalibus.ſu-
ſpectus tamen cauere debet. vt l.ſi debitori. & ff.de iudic. &
4 ff.de pign.l.quæſitum. † Sed an obligatus in diem, gaudebit
huiuſmodi dilatione? Non videtur, ex quo dilatione ſibi pro
uidit.C.de pac.con.l.fi.ff. de prec.l.& habet.§. cum quis.ex-
tra de dila.c.præterea.ff.de vſuris.l. in fideicommiſsi. Cōtra.
C.de repu.hæred.l.fi.ff. de act.& obli.l.quoties.C. de ſepul.
vio.l. qui ſepulchra. de an.leg.l. Titia.§. qui marco. de ali.
leg.l. alimenta.§.Baſilicæ.& hoc fauorabilior, cum dilatio,
ſeu prouiſio iſta ſit de iure cōmuni, & oriatur ex præcepto
ſuæ condemnationis. vnde primum tempus, ſeu prima dila-
tio, eſt appoſita ad differendam condemnationem tantum,
non autem ad executionem, & ſic poſſunt euadi contraria,
quæ loquuntur vbi prouiſiones tendunt ad vnum, & non

ſunt de iure communi, & ex eis ſequeretur iniquum, aut cauſarum prorogatio, vt d.ca.præterea. In gloſſ.ſic.ff.ſi cert.pet. in fin. Maxima quæſtio conſueuit eſſe, an ex obligatione in diem, ſit dare actionem ante diei euentũ. De obligatione nõ dubitatur, quia illa bene eſt nata. Et glo. & Iac. de Ra. dicunt ꝙ ſic. Pet. de Bel. pert. tenuit contra, & ſuper hoc multas allegationes, hinc inde cõceſſerunt, de quibus ſatis Cy. recitauit, C. vt act. ab hærede, & contra hæredem. l. 1. tamen quaſi omnes moderni tenent quod ſit nata. & ad hoc allegant. ff. mãd. l. 1. §. mandatum, modicus tamen eſt effectus huius diſputationis recurre ad Cy. ſi velis hoc dilatare. In gloſſ. niſi ab initio. in fi. Vide melius ſupra ſuper dicto verbo confeſtim, vnde in d. §. decem. non cenſetur dies appoſita, quæ differat. vt ibi patet. Item not. ꝙ illud quod hic dcitur de ſtipulatione concepta in diẽ, obtinet ſi intra diem. ff. de verb. obl. l. ſi quis intra. & l. quicquid. §. fin. In gloſſ. hic. not. ad quæſtionem in
b fin. De hac quæſtione,[b] eſt caſus extra de offi. de leg. c. con-
5 ſuluit.† vbi dicitur, quod eadem die poteſt ferre ſententiam,
c circa vltimam horam, vel expectare in diem ſequentem,[c] niſi in illa die deberet eius officium finire, dic vt ibi. In gloſ. aliud ſi dixerit. cum allega. l. nec ſemel. dic, quod non eſt contra, quia idẽ eſt, ſiue dicat ſingulis annis, ſiue in annos. vt no. d. l. 1. quando di. le. ce. vbi eſt contraria gloſ. huic. ſed illa verior vt videbis plenius ℑ. de inuti. ſtipu. §. pen. In ea. glo. ibi
6 cum allegat. l. cum in annos, † Sed quæ eſt ratio huius rationis, vt plenius ſpectetur tempus in legatis, quam in contractibus? Reſpondeo, quia contractus cedunt in vna hora, & in vno tempore, ſed non legata, vt dictis legibus. Sed cur non æque? Reſpon. quia contractus ſunt fortiores. quia volũtate duorum nituntur quã legata conditione, & hoc ſatis apparet in tranſmiſsione, quia legata conditionalia non trãſmittuntur, ſed contractus ſic, vt ℑ. §. ex conditionali. ſecundum domi. Iaco. & Pet. In ea. gloſſ. ibi cum dicit, vna eſt, verborum conceptio. ff. eod. l. ſtipulationum. §. ſtipulatio. In ea. gloſ. in fi. de quibus conſtat, quod ſunt plures, vt l. ſenatus. §. ſi. & ideo videtur præcedens approbanda, & Dy. eam appro-
7 bat in l. ſenatus, quia quando dicitur, ſingulis † annis non exprimuntur diuerſæ ſpecies temporum, ideſt ſtipulatio vna. Sed vbi dicitur. annua bima &c. exprimuntur diuerſæ ſpecies temporum, vnde qua ratione, expreſsio plurium rerum diuerſas facit ſtipulationes. vt l. ſcire debemus. eo. tit. eadem ratione, expreſsio diuerſorum temporum. ff. de milit. teſta. l. miles ita. §. quod diximus, ſecundum eum. In gloſſ. ſcilicet, ratione primi. in fin. hæc eſt veritas. cum enim ſit vna vt d. l. ſenatus. tota eſt in diem, & pro primo, & ſequentibus annis. Et in hoc differt a legato, quod eſt cõditionale proſequẽtibus annis. vt d. l. ſenatus. ſatis not. ff. eodem l. Stichum. §. fin.

In gloſſ. id eſt donec viuat. in fine. Sed quid ſi non eſſet adiectum verbum, quoad viuam? Verbi gratia, promiſiſti mihi per ſtipulationem decem annua, vel ſingulis annis in d. l. ſi Stichum, §. 1. videtur velle, quod obſtet exceptio, poſt mortem ſtipulatoris, ſed illa gloſſ. reprobatur ibi per omnes, per caſum illius. §. Et eſt ſecus in legatis. C. de leg. l. in annalibus. præſumitur enim, paciſcendo ſibi, & hæredibus prouidere. ff. de probatio. ſi pactum. §. ex conditionali. Item not.
8 quod ſi quis † eſt obligatus, vſque ad diem, & ſint plures præſtationes faciẽdæ, vt annuum diurnum, vel menſtruum: tenetur ante diem cum effectu: ſed poſt diem, ſine effectu: ſed vbi eſt vna præſtatio facienda, tenetur ante diem, ſine effectu, ſed poſt diem cum effectu & eodem modo, ſi promiſit ex die. nã ante diem obligatus eſt ſine effectu tm̃. ff. de actio. & obligat. l. obligationum fere. §. placet. in 1. gloſſ. & hoc. intelligo, niſi dies appoſita fuerit cauſa limitationis, & obligationis, tunc enim teneretur ante diem, ſed non poſt. ff. de dam. infe. l. 4. de præto. ſti. l. valeriano. ff. manda. l. ſi fideiuſſor. §. fin. niſi eſſet ante contracta obligatio, quæ poſt diem duraret, vt eod. titul. l. ſi mandato titij. §. Paulus reſpondit die adiecto. & §. ille. vide quod ibi no. in dubio autem. promittendo ad diem, videtur promittere, vt poſt teneatur, & non ante, niſi eſſent plures præſtationes faciendę, quia tunc præſumeretur contra ff. eod. titu. l. eum qui ita §. qui ita. In gloſſ. 1. in aliquam, fortunam. in fin. quia vbi ſe habet omnimodo ad eſſe, cenſetur in diem: vt ℑ. glo. fin. & not. quod tex. plenius hoc diſtinguit in d. l. obligationũ fere.

a Adnot. Omnis. Stipulatio, vbi eſt pura, ſtatim poteſt peti. Si vero eſt in diem, non poteſt peti, niſi præterierit tota illa dies. Angelus.
b Quæſtione. De hac queſtione vide hic Ang. in fi. 2. col. ver. in gl. debet. item quærit hic Ang. in 3. col. an ſententia poſſit ferri de nocte vide eum hic.
c Sequentẽ. Ange. hic. & ante fi. 3. col. ver. quæro an die ſequenti. dicit tamen hic Chriſt. cũ Io. Fa. de hoc eſſe clarũ caſum in c. conſuluit. extra de of. dele.

1 *§. ex conditionali. ſenſus. & 4.*
2 *Tranſmiſſibiles conuentiones.*
3 *Seruitus quando, & an tranſmiſſibilis.*
5 *Conditio quando, & an tranſmiſſibilis.*
6 *Facta an tranſmiſſibilia.*

Ex Conditionali. In gloſſ. ſed quare legatarius. in fin. quid ergo ſi legatarius ſtipulatur legatum ſibi reddi? Videtur quod tunc tranſmittat, attenta hac ratione: ſed hoc non eſt verum, vt ff. vt in poſſeſſ. leg. l. 1. §. ſi quis ſub conditione, de conſtit. pec. l. ſi id quod. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniu-
1 riarum. & gloſſ. hic loquitur, † quando principaliter, quis ſtipulatur, ita quod ſtipulatio non ſuccedit in locum alterius actionis, non tranſmiſsibilis, nam tunc non obtinet iſte §. nec ratio gloſſæ ad hunc caſum extenditur. eſt ergo ſen-
2 tentia gloſſ. quod pactum, & ſtipulatio † cenſentur realia. & tranſmiſsibilia ad hæredes. hoc tamen fallit in duobus caſibus, qui notantur in l. ſi pactum. ff. de probatio. Item vbi perſona apponitur in executione negotij. ff. de pact. do. l. ob res quoque donatas. §. fin. ff. ſolut. mat. l. ſi maritus. §. 1. de pact. l. qui in futurum. §. 1. Item fallit de ſer. ruſt. prædi. l. Lucius. ſed ibi, forte non fuit pactum, ſed ſimplex conceſsio, vel
3 dic, quod vbi ſeruitus † conſtituitur, facta mentione perſonæ non prædij, vel prædij & perſonę, tunc non tranſit ad hęredem, niſi fiat mentio de eo. ſed ſi conſtitueretur prædio, tranſiret, & eſt ſecus in alterius rei obligatione, quæ tranſit, quamuis fiat mentio de perſona, quia illa eſt magis tranſmiſsibilis, de natura ſua. & magis perpetua, quod patet, quia durat vſque ad 30. annos: & ſeruitus vſque ad 10. ſi ſit conſtituta, vt patet C. de præſcript. 30. anno. l. omnes. ff. de ſeruitu. l. ſeruitutes. Si ergo aliquis ſtipulatus fuerit ſibi ſeruitutem ſub conditione, ſtipulatio huiuſmodi non tranſit ad hæredem, per d. l. Lucius. Sed hæc ratio poſſet impu-
4 gnari per l. corruptionem. C. de vſufruct. † Item dic generaliter quod vbicunque ſtipulationem quis interponit. ſuper actu non tranſmiſsibili de natura ſui, non obtinet iſte. §. per ll. ſupra allega. in princip. ff. de vſuris. l. ſi ſtipulatus. Item nec obtinet, in caſu, quo ſtipulator deberet condi. implere,
5 † in propria perſona. Verbi gratia, promitto tibi centum, ſi Romam ad indulgentiam veneris, vel ſi te contingat capi ab inimicis ſi enim moriaris, ante conditionem impletam, non tranſmittitur. Et eodem modo, non obtinet in conditionibus quæ ſunt in non faciendo, quarum implementum dependebat ex non facto ſtipulatoris, tunc enim non tranſmittitur ſpecies, ſed ipſum debitum purificatum ſupra proxi. §. in fi. Sed an debitum conditionale, tranſmittatur contra hæredem promiſſoris? & certum eſt quod ſic, ſi erat in faciendo, & factum faciendum erat ex parte promiſſoris, niſi eſſet tale factum quod non poſſet per alium adimpleri. C. de contrahend. & commit. ſtipul. l. veteris. Sed ſi factum
6 erat in non faciendo † non tranſit contra hæredem promiſſoris, niſi eſſet commiſſa in vita promittentis. ff. eod. l. ex ea. §. fi. ſi ſerui. ven. l. loci. §. ſi fundus, vel niſi de hoc fuerit facta mentio. ff. de pact. l. qui in futuro. §. 1. & hoc ſi in ſtipulatione fuerit facta mentio de perſona, ſicut in ſtipulatione per te non fieri. Item alias contra per d. l. ſi pactum. Quid ergo ſi quis promiſit aliquid facere etiam ſub pœna? Poteſt dici, quod hæres faciendo euitat commiſsionem pœnę: per d. l. veteris. Sed quid, ſi eſſet electa induſtria? tunc videtur obligatio extincta, per mortẽ promiſſoris, vel poſſet dici, quod duraret, quia iſta electio fuit in fauorem ſtipulatoris, ſi ergo ſtipulator vult recipere operas, vel factum alterius, cur non poteſt renuntiare fauori ſuo? Et forte hoc vult dicere l. veteris vide ibi. & facit. l. inter artifices. ff. de ſol. ibi: non conſentiẽte ſtipulatore, & hoc verum in priuatis perſonis, ſecus in eccle-

ecclesiaſticis.in feu.qui ſuc.te.c.1.hic poteſt eſſe tit.ſi de feu. defun.conten.c.vnico.§.moribus.

a Adnot.Ex conditionali.Stipulatio conditionalis tranſmittitur ad hæredes. Ang.Ioan.Fab.latius ſcribit ſuper hoc.§.quam Ang.& Bald.ideo vide eum diligenter.

1 *Diem in mora conſtituere.*
2 *Tempus cur a lege datum.*

a LOCA a etiam.In gl. ratione.in fi. b Sed op.contra hunc
b §.ff.loca.l. inſulam.§.1.Sed ibi in contractibus bonæ fidei,in quibus temporis anguſtia non vitiat. item contra, ff. de leg. 1.l.ſi mihi.§.1. Sed ibi in legatis,quæ fauorabiliores interpretationes recipiunt. Dominus Petr. de Bel. per. mouet hic vnam quæſtionem,& parum aliud,aut nihil dicit vltra gloſ.
1 in hoc tit.nec præcedenti.† Pone quòd aliquis promiſit centum dare Pariſijs, ſub pœna, venit Pariſios intra diem, ſed non ſoluit: nunquid committit pœnam,abſque aliqua interpellatione? Videtur quod ſic,quia ſicut dies expreſſa conſtituit in mora. C.de contrahen. & commit. ſtip.l.magnam.ita videtur,ꝙ tacita, ff.eo.l.ſi inſulam.igitur videtur ꝙ hæc pœna hoc caſu committatur:cum tacita dies ſit elapſa. Pet.ipſe dicit, ꝙ ſi venit Pariſios intra diem, non committitur pœna ſine interpellatione: ſi non venit, committitur.Et eſt ratio,
2 quia tempus,† quod conceditur a lege:conceditur ad veniendum non ad ſoluendum:& ideo licet non ſoluerit,non committitur pœna: quia per ipſum non ſtetit quin venerit,& ita non obſt.d.l.ſi inſulam, quia ibi nihil fecit,nec compleuit,ad hæc.fecit, quod in ſe erat,veniendo ad locum.Quid ſi conceditur ad ſoluendum,vt in conſtituta?Dic vt infra de act.§.de conſtituta.

a Adnotatio.Loca. Adiectio loci, in ſtipulatione eius effectum ſicut dies retardat, & obligationis natiuitas non ſuſpenditur. & impoſsibilitas, in ſtipulatione adiecta,eandem infringit.hoc dicit Bald.
b Quæſtionem.Hanc etiam mouent hic doc.& Ang.in fi.in 1.col.ver. quærit hic Pe.& Ioan.Fab.

1 *Aditionis condit comites.*
2 *Tutor quando ſub cond. recte detur.*
3 *Dies quibus cond.non inſit.*
4 *Conditionum quæ non ſuſpendant.*

a CONDITIONES a In gloſſ.ff.de regu.iur.in fin.& non requiritur ſcientia de præſenti: quia partes volunt ex certa ſcientia,talem ſcientiam requiri, & ſic non errant.Sed quid dices in caſu, quo certitudo requiritur,ſicut in aditione hæreditatis.ff.de acqui.hære.l.is qui putat.& l.ſi is.nunquid ſub talibus conditionibus poteſt fieri? Videtur, ꝙ ſic, cum tales conditiones non ſuſpendant actum, vt hic.Contra, quia in aditione hæreditatis,debet quis eſſe certus,vt ff.de acqui.hæredi. l. qui hæreditatem. & l. in repudianda. iſta autem poſſunt eſſe incerta,vt in fin.huius §.Solu.quantum eſt de adi-
1 tione. † poteſt talis conditio apponi.& valet aditio, cum tamen tria concurrant,quod talis ſit ſua ex iuſta cauſa,& communi opin.Item & veritate rei & ſic valet,alias non, vt eod. titu.l.cum quidam.§.quod dicitur cum ibi not. Sed an quod dixi in aditione, obtinet in alijs actibus legitimis,qui non recipiunt diem,nec conditionem, ff.de regu.iur.l.actus legitimi?Et poſſet dici,quod ſic,ſi agentes negotium apponant cõditionem, quæ ſit vera, & quam credant veram vehementi præſumptione, & communi opin.cum ſit eadem ratio.vnde ſi iudex, qui dat tutorem, & ipſe tutor credat patrem pupilli mortuum, & ſit communis de hoc opinio, vt verum ſit,
2 † quamuis iudex apponat talem conditionem ſi pater pupilli mortuus ſit. crederē valere dationem: quia etiam tacite hoc intelligebatur,ff.de tutel.l.muto.§.ſub conditione.& facit dicta l.cum quidam, §.fina.cum l.ſequen. alias non credo.Sed econtra videtur quod quamuis tales conditiones non ſuſpendant obligationes, tamē dies tacite ineſt quo ſciatur veritas, an ita res ſe habet,nec ante peti poſſunt, quouſque certū ſit. ſupra proxi.§.& tamen conſtat quod illi actus non recipiunt diem, ſicut nec conditionem.Poteſt dici quod in huiuſmodi
3 conditionibus† non ineſt dies etiam tacita,imo ſtatim poteſt fieri interpellatio, & res peti, & poſt in probatione veniet, quod res ita ſe habet,ſicut in conditione appoſitum eſt,& ita in actibus illis legitimis,nullam diem important huiuſmodi conditiones. Sed hoc videtur non poſſe ſtare. pone quod tu promittis mihi decem dare ſi arethuſa ſit prægnans. hoc eſt de præſenti,& de natura ſua,videtur importare diem.ff.eod. l.interdum. Sed dicas quod hoc non eſt verum. imo ſtatim poſſunt peti decem, vt dixi. Nec ob.d.l.interdum.quia ibi loquitur in caſu,quo partus deducebatur in ſtipulationem.in illo enim caſu eſt dies,& tacita conditio,vt ibi not.& ſupra de pact.l.item quia cõuentiones,quia niſi ſit partus & naſcatur, dare non poteſt, non ſic in hoc caſu vbi promittūtur decem ſi ſit prægnans, quia tunc ſtatim poteſt peti. Sed habet pars probare, quod ſit prægnans.Sed op. contra hunc §.ff.de hære.inſti.l.ſi Mæuia. vbi videtur concludi quod valet actus nõ obſtan.ꝙ non ſit vera conditio.hic autem dicitur contrariū. Nec poteſt dicere quod ſit ſpeciale in vltimis voluntatibus, quia in illis dicitur idem,quod hic.ff.de iniuſt.rupt.& irri.teſta.l.cum in ſecundo.gloſſ.ſoluit ibi, quod ibi eſt nugatio &
4 truffa & non conditio.† Sed certe idem poſſet dici, de qualibet conditionali de præterito,vel de præſenti,ſi teſtator ſciret non eſſe veram, & ita is §.poſſet reſtringi ad caſum quo contrahentes ignorarent & eſſent incerti de conditionis veritate. Vnde poteſt dicere, quod ibi ſunt verba de futuro,illa enim verba, ſi viuerent, ſimpliciter extenduntur ad futurum.ff. de condit.& demon.l.multa, §.1.& ſic is §.obtinet, ſiue contrahentes ſcirent veritatem conditionis, ſiue ignorarent quæcunque dixi in actibus legitimis, qui non recipiunt diem,nec conditionem.7.quæſtio. 1.capit.paſtoralis. vnde tales prouiſiones non vidētur valere, prouideo tibi de tali beneficio,ſi vacat,niſi concurrant,illa, quæ ſupra dixi.

a Adnotatio. Conditiones. Conditione de præſenti ſtipulationis valorem non ſuſpendi.ſed vera ſtatim puram reddit ſtipulationem, falſa vero reddit infirmam.h.d.ſecundum.Bal.

1 *Pœnam quis an non adijciat.*
2 *Intereſſe qui probetur.& 3.4.6.7.*
5 *L.quadam ſenſus.*
8 *Pœna quando.& an ſæpe commiſſa.& 9.*

a NON SOLVM. a † In glo. ſic.ff. ibi concilium ſimile.in
1 fin. ſed an pars poteſt compelli,apponere pēnam in contractu? Dic quod non.niſi fuerit conuentum,vt ibi not.Bene tamen verum eſt, quòd iudex ex cauſa, poteſt apponere pœnam præceptis ſuis.C.communi.vel epiſ.l.1. in fi. & facit C. de re iudi.l. ſi pecuniam. de vſuris.l. 1.ff.de excep.do.l.apud
2 Celſum.§.Labeo.† In glo.ſed quomodo.in fin.ſupponit glo. quod vbicunque dolus arguitur,ſiue in contractibus, ſiue in
b delic. ꝙ intereſſe probetur b per iuramētum,& facit ff.de in lit.iur.l. 2.& l.in actionibus.& idem not.ff.quod vi aut clam. l. ſemper. §. hoc interdicto. idem not. Hoſtien.extra de for. competen.cap. dilecti.extra quod met.cauſa.cap.fin.Sed glo. videtur alibi diſtinguere, inter, intereſſe ſingulare, & commune:vt primum non probetur per iuramentum,ſecundum ſic.C.de in lit.iur.l.alio.Sed ibi in alio caſu,quando culpa arguitur.Sed contra primam opinionem, videtur aperte,quia furtum non committitur ſine dolo, & affectu. infra de obl. quæ ex deli. na.§.furtum. & tamen in talibus furtis videtur ꝙ oporteat alias probari, quam per iuramentum.ff.de fur.l. quidam tabularum.ff.ad l.aquil.l.in lege. la 1. In hoc poteſt ſic diſtingui,quia aut petitur intereſſe ratione delicti, aut ra
3 tione contractus.Primo caſu,† dic quod intereſſe, probatur per iuramentum non in litem, ſed quanti res eſt in veritate, ſi res non poſsit reſtitui. vt ff. de in litem iuran.l. cum furti. de aqua plu.arcen.l.ſi tertius.§.ſi.& d.l.ſemper.§.hoc interdicto.ſi autem res poſsit reſtitui.& iudex condemnauerit ad reſtituendum,& non vult reſtituere,iuratur in litem.ff.de in litem iuran.l.2.ff.de dolo l.arbitrio.de appel.l.creditor.§.iuſſus.eodem modo in caſu ſpeciali,quando quis in ius vocatus: vi eximitur, propter authoritatem iudicialē.ff.ne quis eum

qui in ius voca.eſt vi exi.l.fina.§.1. Et forte poſſet hoc tradi
pro regula, vbicũque iudicialis authoritas contemnitur,per
leges prædictas,niſi in caſu,quando quis miſſum in poſſeſsio
nem non admittit,vel prohibet.ff.ne vis fiat ei qui in poſſeſ.
miſſus.eſt l.1.§.hæc verba. Sed certe tunc crederem iurari in
litẽ, ſi vim adhiberet, vel iuſſui iudicis,in ſpeciali ſibi facto,
contumaciter reſiſteret,vnde illum §.intelligo,quãdo iudex
ſimpliciter decreuerat,aliquem mittendum in poſſeſsionem,
cui aliquis ſe opponit prohibendo,qui alias nõ fuit vocatus,
nec condemnatus:alias ſi ad hoc vocatus ſpecialiter,& iuſſus
vt non impediret, prohiberet, & parere contemneret, vel ſi
miſſum per iudicem violenter in prædicto caſu expelleret:
non video, cur non iuretur in litem, contra ipſum per l. ſu-
4 pra allegat.† Sed adhuc opp.primo dicto.de d.l.quædam ta-
bularum.vbi videtur concludi,quod oportet probari per te-
ſtes:imo dic,quòd non obſtat,ſed intellectum præmiſſorum
aperit.nam quod dixi,ꝙ in delictis intereſſe probatur per iu
ramentum,intellige,id eſt,æſtimationem damni,ſeu rei,ipſo
delicto probato.nam ipſum delictum probari oportet.Verbi
gratia,ſi dicam,ꝙ tu ſurripuiſti mihi equum,vel bouem,hoc
debeo probare:& hoc probato,ſtabitur iuramento meo æſti-
5 matione ipſius, & hoc vult dicere d.l. quædam† tabularum.
ibi enim oportet probare, quod habebat tales tabulas,& tale
debitum continentes:& reum eas ſurripuiſſe, & hoc proba-
to ſtabitur iuramento ſuo de damni ſui æſtimatione.In vio-
lentia tamen , eſt aliquid ſpeciale.nam ibi probata violentia,
creditur iuramento , nedum de rerum æſtimatione ; imo de
his quæ ſe amiſiſſe dicit.nec habet probare quales res amiſit:
& hoc in odium violentiæ.C.vnde vi.l. ſi quando. In ſecun-
do caſu , quando petitur ex contractu: tunc aut dolus argui-
tur, aut culpa.Primo caſu , aut quæris de actionibus arbitra-
rijs,ſeu bo.fi. & in illis conſtat quod probatur per iuramen-
tum in litem:niſi in caſu,vbi eſt de veritate.ff.de in litem iur.
l.minus.vide tamen plenius.infra de actio.§.præterea.aut de
alijs. & tunc ſi res non extat : æſtimatio probatur per iura-
mentum, ſi non poſsit alias ſciri.ſi extat:oportet probari per
teſtes.vt hic & ff.de in litem iuran.l.videamus.§.ſi.cum l.ſe-
6 quenti.ſi autem culpa arguitur.ſingulare,debet probari† per
teſtes de commmuni, vult dicere glo.quod probetur per iu-
ramentum, vt d.l.ſupra allega.quæ poteſt eſſe vera,vbi alias
non poteſt probari æſtimatio per dictum §.planè,& ita opor
teret dictum. §. extendi , ad omnia præcedentia. & ſatis hoc
innuit,conſequentia literæ.vel dic,illam gloſſ.veram in caſu
illius legis.vbi ex officio tenebatur facere diligẽtiam, & hoc
niſi fuerit contumacia in non petendo , tunc enim dicerem,
7 vt ſupra proxime in delictis dixi. †Sed quid debent depone-
re teſtes , qui producuntur ad probandum intereſſe? Dicas
quod ſi producuntur ad probandum ſingulare intereſſe, de-
ponent,quod ſi haberent talem rem,& ita eis cedentem groſ
ſam vel vtilem,nollent ea carere pro tanto.In communi ve-
ro quod res tantum valet,ſecundum communem æſtimatio-
nem.Sed quid,ſi dicerent , ſe tantum daturos ? Dicas ꝙ non
bene deponerent, per ea, quæ not.C.de reſcinden.vendi.l.2.
de his ſcripſi.C.de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.l.vnica.
& vide quod ibi not.per glo.& doct.In gloſſ.puta non ire.ff.
eo.l.vbi autem.§. qui id quod.In gl.hoc refertur ad primum
in fi.ſuper hoc dic plenius : quia aut ſtipulatio fuit appoſita,
ſuper facto non iterabili: vel ſuper eo toto. quod principali-
8 ter in obligationem deuenit : † & non poteſt pluries com-
mitti : quia nunquam ſtipulatio pœnalis, pluries committi-
tur.ff.de hære.vel act.vend.l.venditor hæreditatis.de verbo.
obligatio.l.ſi ita quis. aut fuit appoſita in facto iterabili , vel
plura capita continente : & tunc videtur ſæpius committi,
pro quolibet facto iterabili; vel pro quolibet capite,ſi conti-
neat intereſſe , vel loco intereſſe ſit appoſita pęna.ff.eod.l.ſi
ſic.ff.rem pupil. ſa. fo. l. 2. rem ra.ha.l. ſi procu. ſi cui pluſ-
quam.per l.fal.l.3.§.quæſitum.vſufr.quemadmo. ca.l.1.§.ha
9 bet autem. Sinautem non continet intereſſe : † ſed mere ſit
pęnalis , propter contemptum fortem: tunc non committi-
tur niſi ſemel.ff.de arb.l.ſi duo.§.1.illa enim ibi erat appoſi-
ta, loco contemptus,vt eod.tit.l.ſi quis rem,cum ibi not.Vi-
detur ergo, quod pronuntiatum fuerit in cauſa,quæ verteba
tur inter vniuerſitatem & eccleſiam Tullen. in palatio apo-
ſtolico,vbi dicebat eccleſia,quod dicta vniuerſitas, ſub certa
pœna promiſerat non inſultare perſonas eccleſiaſticas. &
plura alia capitula , & quod dicta vniuerſitas fecerat contra-
rium frequenter,& in pluribus capitulis petebat ſolidam pœ
nam pro quolibet.determinatum fuit quod poterat , de quo
multi fuerunt admirati , & maxime legiſtæ ſequentes gloſſ.
Item oppoſi.quod conſilium huius §. ſit nullum. Et ſolue vt
infra de inuti.ſtipula.§.alteri.[qui eo pertinet,vt oſtendat,ſi
quis velit alterius nomine ſtipulari pœnam , adijcere debet,
quod & probat Iuriſconſultus in l. ſtipulatio iſta habere. §.
alteri.verſic. plane.ff.de verbor.oblig. Nam pœna adiecta,ſi
non fiat , quod ſtipulatione conuentum eſt , ſtipulatio com-
mittitur etiam ei cuius nihil intereſt.Ratio autem, quare al-
teri ſtipulari non poſſumus eſt,quia quæcũque gerimus,cum
ex noſtro contractu originem trahunt , niſi ex noſtra perſo-
na initium capiant obligationis , inanem efficiunt actum l.
quæcunque.ff.de actio.& obligationibus.]

a Adnot.Non ſolum.Etiam facta poſſunt in ſtipulationem deduci, in quibus vtile eſt pœnam adijcere: ne alias ſtipulator habeat probare intereſſe.l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig.

b Intereſſe probetur.Qualiter probetur intereſſe : vide doct.in l.1.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt. & in l. 2. C.de reſcind.vend.Adde Bar.Ang.& Imo.in l.prætia rerum. ff.ad l.falci.& nouiſſime Ang hic late.

## *De duobus reis ſtipulandi , & promittendi.* *Rubrica.*

*Glo.ſufficienter continuat rubricam:ideo tranſeas.*

1 *Rei an expreſſim conſtituendi*
2 *Reos non niſi ſtatim, conſtitui fallit.3.*
4 *Reos diuerſis temporibus conſtitui.*

ET STIPVLANDI. In glo. hic dicitur reus.
in fi.dic plenius ibi.In glo.hoc adiecto.in fi.Sci
re debes, ꝙ glo.in d.§.cum tabulis.alleg.in gl.
videtur velle quod iure antiquo, & nouo ſuffi-
1 ciebat † exprimi, ꝙ eſſent duo rei:nec oporte-
bat,dici,quod tenerentur inſolidum,& illam ſequitur ibi Ia.
Dyn.dicit quod de nouo oporteret dici, quod ſint duo rei , &
quod inſolidum teneantur,& ideo hic glo.errauit hoc dicen
do:hoc adiecto,vt ſint inſolidum &c.quia de iure veteri non
oportebat dici,quod eſſent inſolidum, quod gloſ.hic ſuppo-
nit, & male, quia §.cum tabulis.dicit contra, & magis etiam
errauit in authen.hoc ita.C.eod.tit.vbi dicit, ꝙ ſi vnus pro-
miſit decem, & poſtea alius eadem decem: ꝙ ſunt rei deben-
di, quod non eſt verum,niſi hoc agatur expreſſe,per dictum
2 §.cum tabulis.†In gl.ex interuallo in fi. a dicas,ꝙ ſine inter-
a uallo debent fieri interrogationes, & reſponſiones , ita quod
non fiat diuerſio ad alios actus extraneos,quia ſi diuerteren-
tur ad alios actus non extraneos & non eſſet magnum inter-
uallum,valeret, verbi gratia.Si alter de duobus reis promit-
tendi eſſet præſens, & alter non, & interrogatione facta,ille
præſens iret quæſitum alium,qui erat prope,non eſſet diuer-
ſio ad alios actus,& ſic poſſet intelligi lex,duos.eo.tit.§.ſi.&
3 hoc eſt indubitatum. † Sed pone,quod adhibetur interuallũ,
tamen agitur quod ſint duo rei,an erunt duo rei? Gloſſ. mo-
uet hoc in l.ſi ex duobus.eo.tit.& videtur dicere, quod non.
Dyn. dicit quod vbi fuit vna interrogatio ſi vnus reſpondeat
hodie, alius cras, non eſſent duo rei,ſed vbi vnus interroga-
tur hodie, alius cras, erunt duo rei , dum tamen hoc agatur
expreſſe,& quilibet reſpondeat poſt ſuam interrogationem.
& idem in duobus reis ſtipulandi , vt ſcripſi in d.l.ſi ex duo-
bus ſupra allegat. Ego non video quod hoc poſsit ſuſtineri.
nam aut dices,quod hoc contingit propter diuerſas,& ſepa-
ratas interrogationes,quia hoc agitur expreſſe,ſed neutrum
eorum poteſt eſſe cauſa, ergo &c. Quod diuerſæ interroga-
4 tiones † diuerſis temporibus factæ non ſint magis cauſa quã
ſi eſſet vna interrogatio , patet , quia non refert an fiat ſub
vna

vna interrogatione, an ſub diuerſis. vt hic patet, & d. l. 3. §. & parui. ff. eo. cum ergo nil referat, cum ſit incontinenti, ergo ita parum ſi in diuerſis temporibus, imo diuerſitas interrogationum magis faceret cenſeri diuerſitatem obligationum, quam vnam. vt hoc verſic. nam ſi prius. & diuerſitas interrogationum nihil facit. Item minus facit, quod dicitur: quòd actum fuit &c. quia etiam ſi incontinenti fierent interrogationes, & reſponſiones: oporteret ꝙ ageretur expreſſe, vt eſſent duo rei, vt ſupra in prin. ſcripſi. & ſi ſic hoc eſſet in cauſa, non eſſet differentia an incontinenti fieret vel ex interuallo, quia ſecundum hoc ſequeretur, quòd eſſent duo rei ſiue in continenti, ſiue ex interuallo hoc ageretur, & tamen hæc iura innuunt contra. & ideo tene cum gloſ. & intellige dictam l. ſi ex duobus vt ibi notatur.

1 §. *Duo. ſenſus.*
2 *Correo ſolutí pars reddenda.*

Dvo. Pluresve. In gloſ. hoc acto. vide ſupra prox. §. In gl. ibi. id eſt vtriuſque. dic melius in d. l. 3. quia plures ſunt in eſſentia, & conſiderata rei veritate. vt ibi not. ſecundum Pet.
1 de Bel. per. hic. Et no. quod caute dicit hic tex. † debitum accipiendo. nam agendo, non liberaret etiam lite conteſt. vt ff. de pecu. l. quoties. §. ſi creditor. & not. in ſum. & in gl. in auth. de duo. reis. §. fi. in glo. fi. ſuper verbo, legibus. Vnde pendente appellatione vnius, poteſt alius conueniri. ff. manda. l. credi-
2 tori. i. reſponſo. & de hoc per gl. & Dyn. ff. eo. l. 2. † Conſueuit quæri, an ille, qui debitum totum recepit: teneatur reddere partem alteri correo, ſcilicet ſtipulanti? Et doct. alibi conſueuerunt determinare ꝙ ſic. & videtur notari, per gloſſ. ff. de condi. inde. l. frater a fratre. ff. de leg. 2. l. ſi Titio §. Iulianus. & hanc opin. ſequitur Iac. de Ranen. per l. ff. de noxa. l. ſi in re communi. & idem videtur tenere. ff. de ſolu. l. qui hominem. §. 1. Pet. de Bel. perti. tenuit contra per l. 2. ff. eo. tit. pro quo videtur caſus ff. ad leg. Fal. l. in lege Fal. la 3. in prin. ſed hoc eſſet, niſi eſſent ſocij, vel eſſet ex re communi debitum, vel proprium alterius, non exigentis. iunge §. fin.

1 *Diſparitas quando, & an, vitiet. & 2.*
3 *Correi an conſi deiuſſores.*
4 *Correo quando, & an danda actio.*
5 *Cedere an, & in quem cogatur correus.*
6 *Correorum vnus quando conueniendus.*
7 *Diuiſioni quando. & an locus ſit.*
8 *Venditum a duobus quis retrahat.*

1 Ex dvobvs. † In gl. ſed nonne. in fin. dic plenius quia aut diſparitas eſt circa rem, quæ vertitur in obligatione, & tunc vitiat, ſaltem quo ad conſtitutionem duorum reorum. ff. eo. l. ſi id quod. Aut eſt diſparitas, circa ſubſtantiam obligationis, & non vitiat. ff. eo. l. ſi ex duobus. §. fi. Aut circa qualitatem: & tunc non vitiat: vt hic & ff. eo. l. ex duobus. Aut eſt diſparitas circa id quod habetur, loco qualitatis: vt vnus teneatur de lata culpa, alius de leui, & ſic vitiat. ff. eo. l. eandem. §. 1. Hanc diſtinctionem ponit Dy. ff. eo. l. ſi ex duobus. Sed quæ ſunt rationes diuerſitatis, inter tam diſpares caſus? Item quare non ita bene dicitur diſparitas, in qualitate, quando vnus obligat ſe de leui, alius de lata, ſicut quando vnus pure, alius ſub conditione, vel ex diuerſis locis da-
2 re? † Vnde ſuper hoc videretur poſſe dici breuiſsime, ꝙ diſparitas, quæ nō poteſt re, vel ſpe. reduci ad paritatem, vitiat, alias non. Verbi gratia. quando vnus promittit vnum, alius aliud: vel vnus leuem, alius latam: nunquam huiuſmodi obligatio re, vel ſpe erit par, ſed vbi vnus pure, alius ſub conditione eſt ſpes, ꝙ conditio implebitur ſupra. eo. ti. §. ex conditionali. & ipſa exiſtente retrotrahitur, quaſi pura ab initio extitiſſet. ff. qui po. in pig. ha. l. potior. §. 1. de peri. & con. rei vē. l. neceſſario §. ꝙ ſi pendente. Eodem modo, vbi in diuerſis locis pecunia eſt danda. quia elapſo die, quo quilibet dare poteſt: vna & eadem efficitur in effectu. ff. de conſti. pe. l. id qđ.
3 & l. eum qui in prin. † Sed cur ſecus in fideiuſſore, & reo. ff. de fideiuſ. l. græce. §. illud infra de fideiuſ. §. ſi fideiuſſores. Reſpōdeo fideiuſſoria eſt acceſſoria, ideo reſpondetur ſecūdum principalem naturam, hic vtraque principalis, & propria in perſona cuiuſque. ff. eo. l. eandem. in fi. & hoc eſt magnum argumentum, quod non videantur adinuicem fideiubere, de quo vide gl. fi. ff. ad Vellei. l. vir vxori. §. fi. vbi ſunt opi. Ma. dicit quod videtur fideiubere. Ioan. contra. Azo diſtinxit, aut pecunia peruenit ad vnum, in toto, vel pro parte, & tunc alius videtur fideiubere pro parte, quæ peruenit ad illum, vel pro toto, ſi tota peruenerit. & illam ſequitur gloſſ. ibi & in auth. de duo. re. & illam ſequitur Dy. Sed C. eod. l. 1. gloſſ. videtur ſequi opinionem Io. quam etiā ſequuntur Iac. & Pe. & credo
4 ꝙ ſit verior. † In gl. ſed adueniente, ibi cum allegat C. eo. l. 1. Vide ibi per doc. & gl. vnde dic, ꝙ aut ille qui ſoluit habuit totam pecuniam, & in vſus proprios conuertit, & tunc nulla actio ei datur, quia ipſe teneretur correo, ſi ſoluiſſet. Si autem conuerſa eſt in vtilitatem communem vel forte eſt perdita, tunc ſi ſunt ſocij, agunt pro ſocio. vel man. ſi mandatum interceſsit. alias non ſecundum opi. Io. ſed ſecundum Mar. ſemper videtur interceſsiſſe, ideo datur mandati, vel nego. geſt. ſi prædicta ceſſant. ff. de neg. geſt. l. cum pecuniam. & datur vtilis. ff. cōi diui. l. ſi quis putans. §. 1. C. de neg. geſt. l. ſiue pro fratre. C. ſi cer. pe. l. ſi in rem communem. ff. de ſol. l. qui hominem. §. 1. vel actione ceſſa, ſi ceſſa fuerit a credito-
5 re. † Sed an compellitur credere? Gl. videtur velle, ꝙ ſic, niſi renuntiatum eſſet beneficio diuiſionis. ff. commo. l. vnde quęritur. in fi. gl. Sed doc. conſueuerunt tenere. idem ſi renunciatū eſſet: niſi propter dolum proprium fuiſſet conuentus. ff. de admi. tu. l. ſi plures. Et fit ceſsio contra reum, inquantum peruenit ad eum, vel ſi nihil, pro media parte. ff. de in rē ver. l. ſi pro patre. §. fi. ad mace. l. ſed & Iulius. §. 1. & vide plene in d. l. 1. per gl. & do. Illud autem conſtare vr̄, quod ſi duo rei promiſerunt, nulla recepta pecunia, vel forte ex cauſa donationis, quod ſi vnus ſoluit ſolidum, non vr̄ hr̄e actionem contra alium, vt l. in Falc. hoc eſſet obſeruandum niſi eſſet ceſſet ceſſa, vt dixi. In ead. gl. in fi. iuxta hanc materiam conſueuerūt multa quæri quæ non proſequor diſputādo, ſed ponendo concluſiones tantum. quia doc. ſatis late notauerunt in d. l. 1. & in auth. hoc ita. C. de duob. reis. Et primo conſueuit quæri: quid ſi obligatio ſit indiuidua, an fiet huiuſmodi diuiſio Gl. dicit, quod ſic in l. reos §. cum tabulis. ff. eod. tit. & idem dicit in quolibet caſu, vbi plures re ipſa inſolidum tenebantur, vt no. eod. tit. l. eandem. ff. depoſi. l. 1. §. ſi apud. manda. l. creditor. §. duobus. Sed contra notatur in corpore auth.
6 de duobus reis. & verius ſecundum do. † Item conſueuit quæri, quid ſi vnus pure, alius ſub conditione? Gloſ. in auth. hoc ita. dicit, quod obligatus pure poteſt inſolidum conueniri abſque beneficio diuiſionis, & ita corrigitur hic in fin. & l. ex duobus. ff. eod. quæ idem dicit. Et pro hoc faciunt verba auth. quia ille qui ſub conditione promiſit non eſt habilis ad conuentionem. Dy. tamen tenet contra per l. ſi plures. ff.
7 de fideiuſ. † Item, quid creditor diuiſit, & poſtea reperit alterum non ſoluendo. nunquid poteſt redire ad alterum? Dic quod non. ff. de fideiuſſ. l. inter eos. §. 1. Sed ſi alter abſens, & rediiſſet poſt lit. conteſt. fieret diuiſio ff. vt in poſ. leg. l. ſi pecuniæ. §. 1. Item quid ſi alius impetrauit priuilegium, vt non conueniatur? Dic quod non, propter hoc alter perdet beneficium diuiſionis. ff. de fideiuſſ. l. Titius.
2 Item an omnes poſſunt conueniri vno libello? Dic, quod ſic. duntamen de hoc fiat mentio in libello, & vide plene de his per do. C. eo. auth. hoc ita, & de hac materia, tractat Spe. in tit. de conclu. & renun. §. 1. verſic. ſequitur videre. num. 14. & ſequen. Sed ego moueo tibi vnam quæſtionem nouam, quæ ſæpe poteſt cadere in facto, ſuppoſita conſuetudine, quæ eſt talis, quod vbi aliquis vendit reditus, obligando bona ſua, etiam generaliter, quod proximior de genere poteſt retrotrahere, & ab emptore vendicare rem venditam ſeu reditus, ſoluendo pretium, quæ conſuetudo eſt in multis locis regni Franciæ. Caſus talis incidit, duo
8 † forte coniuges, vel quiuis alij vendiderunt decem libras rendales perpetuas, ſuper omnibus bonis ſuis, certo pretio, obligauerunt ſe inſolidum, & omnia bona ſua hoc acto, vt eſſent duo rei debendi, & rennnciauerunt authentico

tico de duob.re.venit vnus de genere alterius venditoris, of
fert pretium,vendicat ſolidos reditus,venit & alius,de gene
re alterius , & vendicat etiam offerendo pretium , quæritur
quis eorum admittetur,vel an ambo? & ſi ambo : an quilibet
ad ſolidum obligationis , & ſic emptor habebit duplex pre-
tium & quilibet ad ſolidũ obligationis admittetur? Et ſeque
rentur duo inconuenientia . Primum, quod emptor haberet
duplex pretium,Secundum,quod ille qui non eſt de genere ,
retrotrahere illud, quod alius qui non eſt de ſuo genere ven
didit,alias non admitterentur ad ſolidum , quod eſſet contra
conſuetudinem prædictam,& ſi dicas,quod quilibet admitte
tur ad ſolidum obligationis venditoris, de ſuo genere,adhuc
ſequeretur primum inconueniens , quia habere emptor du-
plex pretium . Et ſi dicas , quod quilibet ſoluet medieta-
tem,pretij,ſequitur inconueniens , quod admittatur ad ſoli-
dum,ſoluendo medietatem pretij,contra conſuetudinis,ver
ba,quæ dicunt ſolidum pretium offerri . Præterea,ſi vnus ſo
lus de genere alterius vẽditoris,veniret,eſſe maior quæſtio ,
quia ille ſolueret totum pretium . & non retrotraheret niſi
obligationem proximi ſui,& ſic remanerent penes emptorẽ
alia ſolida , & totum pretium . quo nil iniquus . Et ſi dicas ,
quod quilibet admittetur ad medietatem,ſic duæ aliæ medie
tates remanerent penes emptorem,ſuper hoc cogita,& inter
roga maiores tuos,qui tibi annunciabunt .

Adnotatio.Vno libello.Dic vt per Ang.in ſuperiori.§.prope prin.ver.quæ
ro an plures.Item hic Ang. quæ diuerſitas impediat conſtitutionem duorum
reorum.in 2.col.circa fi.ver.quæro itaque.

## *De ſtipulatione ſeruorum . Rubrica.*

*Continuatio patet de ſequenti , qui de materia verborum obligatio,ſemper agitur .*

1 *Debere quando nequeat.*
2 *Imperſonalitas an vitiet.*

a SERVVS a Ex perſona. In tex.ius ſtipulandi,
id eſt, vim & poteſtatem,idem in legatis.ff.de
leg. 1.l.ſi mihi & tibi.§.interdum & in inſtitu-
tione. ff. de hære. inſt.l.idque in fi. In gloſſ.
hoc propterea. in fin.& eſt ratio quæ ibi poni-
1 tur,quia vſusfru.accedit perſonæ.Vnde ſi non ſit † perſona ,
deberi non poteſt.ff.de vſufr.l.ſi Titio.§.fin.[melius allegaſ-
ſet l.Titio.ff.illo tit.] In gloſſ. b non hæredis . cum allegat
b §.ſeruus,vide,quod ibi ſcripſi. In gloſſ.niſi in caſibus,in fi.
gl.in princ.l.vbi eſt idem text.qui hic . In gloſſ. nullius.in
2 fin. † imperſonalitas enim non vitiat ex parte ſtipulantis :
quia ſemper intelligitur acquirere ſibi:vel domino.ff.de ver.
oblig.ſi ita ſtipulatus.§.Criſogonus.ſed ex parte promitten-
tis,vitiaret.C.de conſtit.pe.auth.ſi quando.quia non eſt ve-
riſimile quod aliquis velit ſe obligare. ff. de probatio.l. cum
de indebito.

a Adnot.Seruus.Diuide hunc titul. ſecundum Are. & hoc principium , ſic
ſummatur ſecundum eum.Etiam ſeruus hæreditarius,poteſt ſtipulari , & ac-
quirit hæredi futuro.Item ſeruus , ſiue filiusfa. a quocunque ſtipuletur , & in
cuiuſcunqne perſona ſtipulationem concipiat,acquirit domino,& patri. h.d.
vſque ad. §.ſed cum factum .
b In gl.Iſta gl.facit ad quæſtionem , vt monachus ſine cuius vitio monaſte-
rium eſt deſtructum acquirat futuro monaſterio ſicut ille ſeruus hæredi. qui
tamen ficte,& improprie,cenſetur dominus,de quo Bart.in l.quod ſeruis,nu.
2.ff.eo.Inno.in c.cum olim propter.nu. 3.do priuil.

1 *Seruus quando ſpectandus.7.*
2 *Dare quid.*
3 *Seruo ſtipulato an tradendum.*
4 *Seruus cui quærat.& 5.& 6.*
8 *Stipulationis & legati diſcrimen.*

a SED Cum a factum . In gloſſ. ſed ſi ſtipuletur . in fi-
b ne. b Imo videtur idem,etiam ſi ab alio. ff. de verb. oblig.
l.ſtipulatio iſta. §. hi qui.verſic. cum vero,ibi enim , ſibi ac-
quirit ſtipulando. vt ei poſſeſsio per alium inferatur. Præte-
rea, vbi ab alio dandum eſt, inſpicitur perſona ſerui , & non
domini.ff.de cond.& demonſt.l. qui hæredi. ergo multofor-
tius , vbi ab alio faciendum . Solut. ibi in ſtipulatione , ſer-
1 uus perſonam ſuam adijcit , † vel vbi adijcitur per alium , ſi
res in ſtipulationem deducta,poſſet extendi ad effectum,qui
poſſet cadere,ſeu conferri in perſona ſerui,tunc perſona ſer-
ui inſpicitur,vt in eius perſona effectus conferatur , nõ vt ſi-
bi acquiratur, quia cum nihil ſit , ſibi acquirere non poteſt:
ſed in eius perſona effectus ipſe complẽdus eſt re.verum eſt ,
quod ſi emolumẽtum inde exeat, domino acqniritur, & hoc
vide in dictis legibus contrarijs . conditionis implementnm
facti eſt,& factum concernit.ff. decondi.indeb.l.mulier.§.1.
ideo in perſonam ſerui conferri poteſt , & ei dandum eſt .
2 Vnde licet † dare in propria ſignificatione importet ius , id
eſt accipientis facere . infra de actio.§. ſic itaque . tamen vbi
materia ſubiecta ſe refert ad factum : & ius effectus quaſi fa-
cti cenſetur in ſtipulatione, confertur in perſonam ſerui, vi-
delicet vt ita faciendum ſit in eius perſona . & pro hac ſolu-
tione bene facit .ff. de verbor. obliga.l. quod dicitur in fine .
3 † Quid ergo ſi ſtipuletur ſibi tradi domum , vel rem , nun-
quid ei debet tradi, ita quod non ſufficiat tradi domino , vel
promiſſor non teneatur tradere domino,ſed ipſi ſeruo? Dico
quod ſi contractus , vel cauſa præcedat talis , ex qua domi-
nium, vel proprietas, vel poſſeſsio, vel emolumentum,irre-
uocabiliter poſſet acquiri domino,quod tunc dominus aget.
& ei dari, vel tradi poterit, ſine ſeruo, ſeu eius voluntate.ff.
de vſu & habit.l.filio.C.de vſu.l. fina. alias non ff.de ſolu.l.ſi
ſtipulatus ſim. ibi enim ex adiectione ſerui , nihil debebat
quæri domino, quin reſtitueret.ff.de verbor. obligatio.l. Iu-
lianus.§.qui fundum.Vnde pro breui doctrina,potes dicere,
quod vbi tale quid confertur in perſonam ſerui, quod domi-
4 no † acquirendum . non eſt in effectu : & attento effectu po-
teſt cadere in perſonam ipſius ſerui tantum , & continetur .
vbi autem poteſt vtilitas acquiri domino , tunc ſi in ſtipula-
tione adijciatur perſona ſerui , & eſt tale quid , quod poteſt
habere effectum collatum in perſonam ipſius ſerui , tunc e-
tiam quod inſpicitur , & continetur , veruntamen per eum
domino acquiritur, vt l.qui hæred.& in §.hi qui ſupra alleg.
quo ad vtilitatem non quod dominus exercere poſsit per ſe,
ſed ſi vtilitas reſultat ex facto in ſtipulationem deducto, ipſi
domino acquiritur, nam ſi ſtipulatus fuerit ſibi ire, agere li-
cere, per fundum vicini, ad fundum domini, ſeruus ire age-
re poteſt, non dominus , & tamen ipſe ſeruus agit, vel adit ,
ad vtilitatem domini. & illa vtilitas domino acquiritur , niſi
in caſu ſpeciali.ff.eo.l. ſi ſeruus meus a liberto . & ſic intelli-
5 ge pro & contra . † In gloſſ.hæc verba. in fine gloſſ. hic fa-
cit differentiam vtrum ſeruus per verba , vel per nomen ſti-
puletur . Verbi gratia. an dicat, promittis mihi ire agere li-
cere, per tuum fundum ? & tunc ipſe prohiberi non poſſet ,
an promittis iter ſeu actum ? & tunc domino liceat, & domi
no acquiritur ſeruitus . Sed quæ eſt ratio huius ? poteſt dici,
quia per verba ſtipulatur , factum in ſtipulatione vertitur :
quia ſecundum grammaticos , omne verbum ſignificat age-
re , vel pati . igitur cum talis qualitas facti poſsit conferri in
perſonam ſerui , eius perſonæ factum inſpicimus . ſed ſi no-
mina ſignificant ſubſtantiam, cum qualitate propria vel com
muni, ſic in tali ſtipulatione, ius vertitur, quod ſeruo acqui-
ri non poteſt , vt dixi ſupra proxi. & ideo acquiritur domi-
6 no . † Sed cur ſecus in legato.ff.de ſerui. lega. l. & ſi maxi-
me. text. reddit ibi rationem,quia in legatis inſpicimus per-
ſonam ſerui, an poſsit capere , ſi liber eſſet.ff. de legat. 2.l. ſi
debitor . in fine . Conſtat autem , quod ſeruus ſi liber eſ-
ſet, non poſſet acquirere ſeruitutem talem , ex quo fundum
7 non habet . & ideo non valet legatum . Sed † pro Deo ,
quare inſpicitur magis perſona ſerui in legato talis ſerui -
tutis , vt non valeat , quam in ſtipulatione , quæ valet , vt
hic ? Dyn. dicit ff.eodem, lege proinde . in fine . quia in ſti-
pulationibus vertitur factum ſerui , quod cenſetur [illegible]ni-
ni , in legato vero nullum : ideo facilius ex ſtipul[illegible]ne
acquiritur , ſimile eſt videre in ſtipulatione a filio con[illegible]e-

pta,

pta,& legato ei relicto, nam facilius ei acquiritur in ſtipula-
tione,quam ex legato,ratione prædicta.ff. de rei vend.l.quæ
legata.de verbo. obliga.l.ſi filius, hæc ſunt fere verba ſua,ſed
hæc ratio nõ videtur bona,quo ad ſeruum, qui in hoc differt
a filio : vt ff.eo.l.ſi. Vnde ratio eſt,quia in ſtipulationibus in-
8 ſpicimus initium & † tempus conceptionis ſtipulationis,quo
ad acquiſitionem : & ideo non mirum , ſi inſpiciatur ſolum
perſona illius, cui acquiritur,ſed in legatis, inſpicimus diem
legati cedentis , quo ad acquiſitionem , & ideo quia poſsibi-
le eſſet quòd a die legatæ ſeruitutis cedente , videlicet, tem-
pore aditionis, ſeruus poſſet eſſe liber: & ita ſeruitus eſſet ei
quærenda.ff.quando dies leg.ced.l.ſi poſt diem. ſed eius per-
ſona magis in legatis inſpicitur. Sed cur non inſpicitur , ſal-
tem tempus legati cedentis, ita quod ex tempore illo , vide-
retur legatum tenere,vel non tenere ? Reſpondeo,quia in le
gatis factis ſeruo,inſpicimus tempus mortis,vt dixi ſupra de
hæred.quali.& differen.§.extraneus.ſupra de leg.§. an ſeruo.
Iſta iura non ſunt hodie inutilia : quia quicquid diximus de
ſeruorum ſtipulatione, poteſt applicari ad religioſos,qui fre
quenter paciſcuntur, & ſtipulantur.

a Adnotatio. Sed cum. Si ſeruus ſtipulatur ſibi ire agere licere : ſolus ipſe: non etiam dominus eius ire poteſt. Ang.

b In fin.Dicit Ang. quod factum ſi perſonæ ſerui inhæreat, a quocunque: ſiue ipſi ſeruo, ſiue ſibi ab alio ſit præſtandum: non acquiritur domino alias ſecus.

1 *Commiſſum quando tranſmiſſibile.*
2 *L proinde.§.1.ſenſus.*

a Servvs a Communis. In glo.imperſonaliter.in ſi. Pet.
de Bel.perti. dicit quod per hæc iura conſueuit determinari
1 quæſtio iſta. † Ita eſt , quod vbi alicui committitur cauſa ſub
b nomine dignitatis , b ſucceſſor poteſt cognoſcere , ſi ſub no-
mine proprio , non , de quo no.ff. de pact.l. tale.§. fin. & eſt
expreſſum extra de offic. delega. ca. quoniam Abbas. Pone
quod committitur , expreſſo vtroque , vt Titio abbati , tunc
refert ſecundum eum quid præcedat, per hæc iura. In gloſ.
hoc diſiunctim. in fin. doct. antiqui ante tempora codicis.
vide ff.eodem,l.ſi ex re. §. 1. In gloſſ. nam cum ſua . in fine
huic dicto obſt. ff. eodem.l.proinde. §. 1. ibi paternam par-
2 tem . vide ibi , † quia ibi loquitur , quando ab altero ex do-
minis ſtipulabatur , quo caſu non acquiritur alijs , pro por-
tione eius quam iure retentionis ſibi vendicat : vt ibi nota-
tur & vide plene hanc materiam .ff. eod.l. ſi communis ſer-
uus ita ſtipuletur.

a Adnotatio. Seruus. Vide hic diſtinctio. Ang. quæ faciunt ad quæſtionem, de monacho, qui mandato meo a titio ſtipulatur. item de inſtitutore, pluriũ ſociorum contrahente,cui & pro qua parte acquirat.

b Sub nomine dignitatis. Adde Albe.de Roſ. in l.placet.C. de peda. iud. & l. moræ.ff.de iur.om,iud.& Fel.plene in c.cum Berth.nu.17. ver. multa.c. ſuborta ver.limita quarto.nu.& c.ſi. extra de re. iu.plenius. in c. nonnulli. col.2. ver. inquantum dicit ſupra & in c. ſuper literis.col. 16. de reſcrip.;& in c.cum forma.colum.25.de conſti.

## *De diuiſione ſtipulationum.* *Rubrica.*

***Declaratis quibuſdam qualitatibus ſtipulationum, venit ad diuiſionem earundem, continuando materiam.***

1 *Prætoriæ, vox quid.*

Stipvlationvm. In glo. quando iudex.
ibi cum dicit, dicuntur iudiciales a iudicio.
vt illæ ſolum quæ in cauſis iudicis officio præ-
ſtantur , contineantur . In ea. gloſſ. hic a iu-
dice . vt quæcunque per iudicem ſeu eius of-
ficium præſtantem , contineantur , & intelli-
1 gas iudicem viuum . † ſed cum verbum prætoriæ recipiatur
generaliter quare nõ ſit ibi quadrimembris diuiſio,ſicut hic?
Reſpondeo , diuiditur hic ſtipulatio in genere generaliſsi-
mo, ibi, ſtipulatio prætoria, in genere ſubalterno .

1 *Cautio ob quæ præſtanda.*
2 *Stip.præto & iud differre.5.*
3 *Prætoria ſtipulatio.6.9.*
4 *Iudicialis ſtipulatio.7.*
8 *Communis ſtipulatio.*

Praetoriae. In gloſ. id eſt, puro. ibi . quod non iu-
dicis officio. ſed alterius quam prætoris.nam prætores,eran-
iudices vide infra ſuper glo.cum ædiles. In glo. vt ſi alias.in
1 fi.& hoc † in cautione,quia præſtatur propter vitia.nam pro
dupla eſt communis.ff.de verb.oblig.l.ſtipulationum aliæ.§.
communes. In gl.cum ædiles. ibi. prætoria & iudicialis.quia
prout ſumitur.ff.de præt.ſti.l.1.differentia patet. In ea.gloſ.
ibi cum dicit,vt patet ex ſupra dictis exemplis. Hæc non vi-
2 detur bona,quia cautio de rato, † & iudicatũ ſolui,ſunt præ-
toriæ : vt patet ff.de præto. ſtipu. & tamen iudex non aditur
principaliter pro eis,imo ſuper petitione, ſeu cauſa, quæ in-
tentatur. Præterea in iudiciali principaliter aditur iudex
quandoq;.ff.de iud.l.in omnibus. Sed glo. vult recipere, alio
modo hic prætoriam, videlicet prout eſt ſpecies, quam reci-
piatur.ff.de præt. ſtip.l. 1. & 2.in princ. vbi recipitur vt ge-
nus,vt ſupra in prin.ti.no.ſed adhuc ob.l.in omnibus. In ea.
glo.ibi cum dicit.ff.de præt. ſtip.l. 1. hæc non videtur vera,
quia cautio quam præſtat filius,de bonis conferendis,eſt præ
toria.ff.de colla.bo.l.1.§.iubet,& tamẽ de ipſa nihil dicitur,
3 in d.tractatu. In ſi.eiuſd. glo. vult dicere glo. quòd † præto-
riæ ſunt,quæ per ſolum iudicem ordinarium interponuntur,
ſub habentem merum , vel mixtum imperium . ſed iudicia-
les per minores iudices, poſſunt interponi : & pro hoc facit.
ff. de iuriſ.om.iud.l.iubere.& hanc videtur Pet. de Bel. pert.
hic ſequi. Nec obſtat,ꝙ minores iudices cautionem de dam.
infec.faciant interponi,& tamen eſt prætoria.ff.de dam.infe.
l.1.quia iſtud eſt ex quodam accidenti cõceſſum. propter pe
riculum,ſed de natura ſua ſpectat ad maiores, vt ibi ſecũdum
eum. ſed hæc opi. poteſt impugnari,quia ſecundum eos, iu-
4 diciales dicuntur † illæ, quæ a minoribus iudicibus iubentur
interponi. ſecundum hoc ſequeretur , quòd omnis iudicialis
ſit communis,& omnis cõmunis iudicialis, quia certum eſt,
quòd communes dicũtur,quæ a prætoribus,& iudicibus ſub.
minoribus interponuntur infra proxi.§. Tunc arguo ſic non
5 licet minori, quin liceat maiori in actibus † iudicialibus, ſed
conſtat , quòd minores iudiciales iubent interponi , ergo &
maiores , ergo vtrique , & ſic ſunt communes & ſic non de-
buerunt hic poni, pro ſpeciebus oppoſitis,vel diuerſis. Præ-
terea, cautiones de rato, & de euictione ſunt prætoriæ,vt ſu
pra proxi. dixi. & tamen nullus negaret quin poſsint inter-
poni a minoribus, & cautio de bonis conferendis . Quid er-
go dicemus ? Teneamus primam,quæ hic ponitur in gl. nam
6 prætoriæ, † dicuntur,quæ a prætore mortuo videntur inter-
poni. & ſunt inuentæ, ſicut dicitur de actionibus prætorijs ,
vt videbis infra de ac. Sed iudiciales,quæ per Iuriſconſultos,
7 vel † ex officio iudicis introductæ ſunt , quando videtur æ-
quum,& iuſtum præſtari, & ad hoc facit hæc litera, cum di-
cit proficiſcuntur a iuriſdictione &c. In glo.abnegatiue,vult
dicere glo.quòd non ſunt prætoriæ , nec iudiciales : ſed ter-
tia ſpecies,ſcilicet communes. In ea.gloſ. vel dic communes
alio modo. videlicet quas prætor mortuus ſtatuit interponi,
& iudex viuus iubet, ſed gloſ. infert, ſed ſecundum hoc om-
nis . Sed dic, quòd hæc illatio,non eſt bona, quia fruſtra po-
nerentur, vt diuerſæ ſpecies. vnde expone hic text.vt expo-
nitur in l. ſtipulationum .§. communes. in glo.mortuus. ver.
8 eſt ſimilis.ff.de verb.oblig. † In glo.hæc eſt communis. in ſi.
hæc videretur melior, quòd dicerentur communes,quæ par-
tim per prætorem, partim per iuriſcon. ſunt inuentæ. Verbi
gratia prætor cõſtituit,quòd procurator actoris caueat, ſi ſit
dubium de mandato , ſed Iuriſcon. hoc ſtatuerunt etiam in
procur.rei in caſibus,vt l.hic alleg. ideo cautio de rato, dici-
tur communis. ſimiliter prætor ſtatuit caueri ſeruo vendito.
Iuriſc. hoc etiã ſtatuerunt in pretioſa re vendita.ff. de euict.
l.emptori. Sed pro Deo ad quid tantum laboramus,in hoc ?
quis eſt effectus harum diuiſionum ? quid ad nos , an ſint
prætoriæ vel iudiciales ? Poſſet dici , quòd ſit magnus , quia
prætoriæ habent aliquã ſingularia, quia in illis per alium
acquiritur

9 acquiritur.ff.de præt.ſtip.l. in omnibus. Sed ego † credo, ꝙ
hoc nomen prætoriæ,compræhendit etiam communes,quia
ſtipulatio rem pupilli ſaluam. & aliæ compræhenduntur.ff.
rem pupil.ſal.ſo.l.3. Præterea, prætorias neceſſe eſt præſtari
ſemper,& pro ſemper,ſed iudiciales,& communes non, niſi
ſecundum ꝙ iudici ſederit. etenim ſi vult inquirere de perſo
na tutoris: & ſic de magnis iudicibus: non coget eum ſatiſ-
dare, vt vidiſti ſupra de Attil.tuto.

*De inutilibus ſtipulationibus.* *Rubrica.*

*Materia ſeipſam continuat.*

1 *Scientiam vitiare.*
2 *Obligatio quando non oriatur.*

a OMNIS. a In glo.cuius. in fi.ff. de verb. ſi-
gni.l.mouentium. In glo.maxime.in fi.&
eſſent contra. niſi ſic intelligerentur, ſed
hæ leges, nil faciunt ad propoſitum gloſ.
videlicet,quòd non ſit differẽtia,an ſcien-
1 ter,vel ignorãter† ſed facit,quòd ibi ſcien
ter,minus valeat ſtipulatio.ff. de contrah.
emp.l.domum. In gl.animalis. in fi.Iſidorus dicit quòd hyp
pocentaurus eſt homo equo miſtus,|& nunquam fuit in rerũ
natura, ſed dictum fuit ſic ex quadam imaginatione, quia e-
quites currentes in bello, videntur facere cum equis vnum
corpus. & eodem modo dicit, de Syrena maris, & de Sylla:
omnia enim hæc & ſimilia dicit fuiſſe ficta, & non eſſe nec
fuiſſe in natura. vide in fi.lib.11. in lib. etymologiarum. In
2 glo.1.vitioſa. in fi.adeo, quòd † nulla obligatio oritur etiam
naturalis,quamuis ſit ibi conſenſus.vide per Dyn.extra de re
gul.iur.c.nemo ad impoſsibile.lib.6.

a Adnotatio. Omnis. Iſte titulus per Ang.non diuiditur, quia dicit ipſum ha
bere multos.§.& quemlibet.§. ſuam propriam materiam, & ſi fieret diuiſio,
eſſet nimis prolixa. tamen primum h. d. ſtipulatio rei, quæ non eſt nec eſſe
poteſt in rerum natura, non valet. ſecus ſi poſſet in noſtro dominio eſſe.
hoc dicit Ang.

1 *Alienum ob ligabile.*
2 *Sacri ſtipulatio quando,& an teneat.*
3 *Venditio qualis.*
4 *Commercium vetitum quando licitum.*
5 *Contractu vetito ne ſtipuleris.*
6 *Pendere quæ, & an poſſint.7.*
8 *Defectu quid quandoque corruat.9.*
10 *§.Idem iuris ſenſus.*

a IDEM Iuris. a In gloſ. licet non valeat. in fi.hæc ſimili-
1 tudo non videtur vera. quia † res aliena bona fide poſſeſſa po
teſt obligari: vt d.§.quod dicitur.ff.de pig.l.ſi ab eo. Sed po-
teſt dici,quod ille reputatur quaſi dominus,quia ita poſsidet:
vt videbitis infra de actio.§.aliæ. Sed adhuc non videtur pro
cedere prima ratio,quia ipſa obtinet. vbi ſtipulatur rem da-
ri. Sed quid ſi ſtipulatur rem ſibi tradi? tunc ceſſat illa ratio.
vnde in illo caſu,videtur valere,verbi gratia:mihi ignoranti,
2 vendidiſti rem ſacrã, † vel hominem: & ſtipulatus ſum eam,
mihi tradi: cur non valebit ſtipulatio,ſicut emptio,cui acce-
dit? nõ video.vnde dicas quòd ſi ſtipulatio concipitur,ſuper
huiuſmodi rebus ex cauſa,non lucratiua:videtur quod ſtipu-
lator ignorans,poſsit agere,ne decipiatur: ſed vbi ex lucrati-
ua,non poteſt agere: & ita ceſſat,quare & erit idem in ſtipu
latione,quod in venditione. Si velles tenere glo. poſſes dice-
3 re,quod venditio † eſt cõtractus bo.fi. ſtipulatio ſtricti iuris,
ideo videtur, ꝙ magis debeat dolus abeſſe a contractu bo. fi.
& magis ſit ſibi contrarius,quã in ſtipulatione.ff.de do.l.ele-
ganter. Sed hæc ratio non obtineret vbi ambo ignorarent,in
quo caſu valeret emptio.& tamen nullus dolus eſt.ff.de con-
trah.empt.l. & liberi. In gloſ.alias ſi non eſt. in fi.ne quid in
lo.pu.l.2.§.hoc interdictum.2.vide ſupra de rer.d.§.vniuer-
ſitatis.cum §.præcedenti & ſequenti. Idem † de decimis,quę
4 ad eccleſias debent pertinere. & idem de rebus eccleſiæ, vel
principis,& de omnibus,quæ non cadunt in cõmercium,ſine
authoritate principis.ff.de leg.1.l. apud Iulianum.§.fin. ex-
tra,de teſta.c.dilectus filius.vide ſupra.de rer.d.§.nullius, &
plenius ſupra de lega.§.non ſolum. Et quod ibi dicitur de le-
gato.potes hic trahere ad ſtipulationem. In glo. ſcilicet vbi
redditur. in fi.prima verior. & probatur,extra,de verb.ſign.
c.forus. In glo.expone.in fi.debes ſcire, quod reperitur thea
trum,amphitheatrum. & ſcęna. Amphitheatrum,eſt quodã
ædificium rotundum,altum,per latera, vbi aſcendit populus
pro ludis videndis.& intra fiunt ludi,vel circunquaque fiunt
lipſæ pugilibus,& capharium in gallico. Theatrum eſt ſemi-
circulus,habens figuram medij amphitheatri. Scæna, eſt lo-
cus intra theatrum,vel amphitheatrum conſtitutus cum pul
pito,vbi cantant comici,& tragici, ſaltant hiſtriones, & mi-
mi.vide plene in Iſido.lib. etymo.18. melius quam.ff. de his
5 qui no.infa.l.2.§.fin. † In glo.generale nomen.in fi. dic ple-
nius in l.mulctam. & vide quod ſcripſi & no. ſupra de leg.§.
non ſolum. de leg.1.l. ſed ſi res & caue,in eo quod glo. dicit
in prin.hic quo ad omnes cõtractus,&c. quia quandoq; inhi
betur venditio & non alij contractus.C. de præd. decur.l.fi.
in princ.lib.10.Quandoque donatio,& non alij, & in his nõ
6 tenet ſtipulatio, in alijs ſic. † In gloſſ. id eſt, ſtatim. in fi. ſed
quæ eſt ratio quare non ita poſt pendere ſtipulatio, ſicut cæ-
teri contractus ſeu actus viuorum, cum poſsit ſuſpendi con-
ditione? ſupra de verb.oblig.§.omnis, Poteſt dici,quod con
tractus non pendent. ſicut nec ſtipulatio,ſed qualitates con-
tractus, ſicut tranſlatio dominij, vel cui acquiratur ex con-
tractu, pendere poſſunt: & ex his dicitur pendere cõtractus
ff.de do.cauſa mor.l.2.in fi.& ibi de hoc. de vſufru.l.ſed & ſi
quis.§.interdum. ad Maced.l.1.§.ſi pendeat. Sed bene recipi
tur,quod etiam ex poſtfacto confirmetur, vnde pendere dici
tur propter euentum confirmationis, in veritate tamen non
pendet imo interim nullus.ff.ſi cert. pet.l.proinde. De acti-
bus vero defunctorum, dicunt gloſſ. quod illi pendere non
poſſunt, ex quo dies ceſſerit, quod tamen videtur falſum ſe-
cundum Dyn.in d.l.2.nam legatum cui tacita conditio ineſt:
ſtatim cedit:ff.de cond. & demon.l. conditiones extrinſecus,
quando di.le.ce.l.cum illud.§.fina. Et tamen conſtat ſuſpen-
di.eo.tit.l.hæredis aditio.Dic ergo,quod aut quæris an actus
morientium poſsint pendere ante mortem,& dic quod ſic.ff.
de. do. cauſa mor.l. in mortis. Et an poſt? & dic quod puri
actus non: ſed conditionales,habentes conditionem tacitam
vel expreſſam ſic. vt in contrarijs loquitur, ergo hic in acti-
bus puris. Quid ſi ſub conditione ſtipulor rem,cuius non ha
beo commercium? text. videtur tenere idem in d.l.vſufr.&
in d.§.ſacram.& tamen contra cauetur.ff.de verb. oblig.l.exi
ſtimo.& l.ſi rem meam. in hoc glo. dedit diuerſas ſolutiones
minus veras in d.l.vſufru. Dicas tamen cum Dy. quia aut eſt
circa perſonam ſtipulantem, aut circa rem, in ſtipulatione
deductam, aut mixta conſideratione vtriuſque rei, & perſo-
7 næ. Primo † caſu non poteſt ſuſpendi,imo ſtatim eſt nulla.ff.
de ſer.expor.l.ſi minor. & d.l.vſuſfr. Secundo caſu,dic idem
per d.§.ſacram. In tertio caſu, valet ſtipulatio ſub conditio-
ne,vt lege exiſtimo. & l. ſi rem meam. ibi enim non eſt de-
fectus in perſona ſtipulantis, quia talis eſt,quæ poteſt ſtipu-
lari, nec in re: quia bene cadit in commercio ſed habita con
ſideratione de vno ad alium, eſt defectus mixtim.& idem in
ſeruitute poteſt videri. Sed quæ eſt ratio, quare magis va-
let, quando eſt defectus in mixta conſideratione vtriuſque,
8 quam in alijs duobus caſibus? Poteſt dici quod † defectus,
qui eſt in alijs duobus caſibus, eſt circa ſubſtantiam rei,vide-
licet perſonæ ſtipulantis, vel rei in ſtipulationem deductæ,
in quibus conſiſtit effectus, non ſic in dicto tertio caſu, quia
tunc deficit in qualitatibus, quæ non faciunt tantum defectũ
ff.de iniuſto.rupt.& irri. teſta.l. poſthumus.

Et hæc poſſunt facere ad quæſtionem: de conſuetudine
Parlamenti eſt, quod dominus, qui comparuit in propria
perſona non poteſt dimittere pro ſe procuratorem, niſi ob-
tenta licentia a curia vel gratia regis. Pone,quod ante obten
tam gratiam,vel licentiam,conſtituit procurat. deinde obti-
9 nuit gratiam,vel licentiam † nunquid valet procuratio? vi-
detur quod ſic, quia nõ eſt defectus in perſons conſtituentis,
vel conſtitutæ. dicas, quòd ſi conſuetudo dicat, quod non
poſsit

poſſit conſtituere procuratorem, conſtitutio nulla eſt, quia facta eſt pure. ſicut ſtipulatio rei ſuæ cōtracta pure, eſſet nulla: vt hic. Sed ſi conſuetudo dicat, ꝙ non poſſit comparere per procuratorem, niſi obtenta gratia vel licentia, tunc non eſt quæſtio, quia valet procuratio de ſe, cum conſuetudo nō refragetur, ſed procuratorium admittitur, ſicut gratia. Pe. de Bel. per. inducit hunc §. ad queſtionem, ſuppoſita conſuetudine, per quam, qui nubit ancillæ efficitur ſeruus domini ancillę. Quidam manumiſit ſeruum, lege adiecta, ꝙ nunquam ſeruus efficeretur manumiſſus, demum nubit ancillæ, nunquid efficitur ſeruus virtute cōſuetudinis? videtur, ꝙ ſic, quia hęc conuentio facta de libero homine, nullius eſt momenti per
10 hunc §. Sed iſte §. parum facit † ſecundum eum quia loquitur qñ conuentio fuit facta tp̄e libertatis. Sed hęc conuentio fuit facta tp̄e manumiſsionis, ſed bene facit, ꝙ non ſit ſeruus manumittendis. ff. de re. eo. qui ſub tu. vel cura. l. 2. in fi. cum l. ſeq. ſecundum eum. In gl. ar. contra. in fi. dic vt ibi. In gl. puta rem ſacram. Sed contra ff. de leg. 3. ſi chorus. §. fi. ſed ibi erat ſeruus, quo tempore potuit legari, hic erat liber tempore ſtipulationis. & tamen ſi tempore ſeruitutis ſtipularetur, & poſt efficeretur liber, & iterum ſeruus, non conualeſceret ſtipulatio. vide. ff. de ſolu. l. qui res. §. aream.

Adnotatio. Idem iuris. Stipulatio rei quæ in noſtro dominio non eſt, vel quæ eſt: ſed poſtea deſinit, licet poſſit effici in noſtro commercio, non valet, ſiue pure, ſiue conditionaliter ſit concepta. hoc d. Ang. l. Inter ſtipulantē. §. ſacram. ff. de ver. obli. l. apud iulianum. §. ſi na. ff. de contrahe. emptio.

1 *Stipulati facti effectus.*
2 *Siſtendi ſtipulatio qui accipienda.*
3 *Habere licere, quid contineat.*
4 *Factum alienum promittere quid & an liceat. & 5.*
6 *Alienum factum promittens quando, & an obligetur.*

a Si Quis alium. a In gloſſ. prorſus extraneum, ibi, quia factum hęredis promittere poteſt infra gl. proxi. in fi. vel forte factum filij vel ſerui & hoc ſupponit hic gl. & apparet, quæ
b locant operas eorū. ff. de ope. libe. l. patronatus. §. fi. In gl. b & eſt ratio. ibi cum allegat §. verſa vice, vel intereſſe, vt l. ſtipu-
1 latio iſta. §. ſi quis inſulam. ver. ſi quis. † Sed contra arguitur, cum factum promittitur ſemper videtur promitti intereſſe, niſi fiat, quod fieri conſueuit. ff. de verb. obli. l. ſtipulationes. §. Celſus. de re iudi. l. ſi quis ab alio. §. fi. Sequitur ergo, ꝙ facti alieni promiſsio ſemper teneat. dicit Dy. in d. l. ſtipulationes, verum eſt, quod intereſſe videtur promiſſum, vbi promiſsio facti eſt vtilis, ſed vbi eſt inutilis, ſicut quando factum alienum promittitur, qua ratione expreſſum eſt inutile, eadem ratione & tacitum, videlicet intereſſe. arg. de do. inter vir. & vxo. l. ſi ſponſus. §. 1. de libe. leg. l. petitor. de ſerui. ruſt. prædi. l. 3. §. qui habet. In ead. gl. cum allegat l. quoties dicit Petr. quod hoc non eſt verum, nam ſuum, non alienum factum promittit, promittendo Stichum ſiſtere, & idem dicit Iac. in d. l. quoties. Quid ergo dices, ſi promittebat, quod
2 Titius ſiſtet vel veniet die aſsignata? Videtur † non valere, & ſic videtur tenere Iac. in l. quoties ibi non promiſit ſiſtere ſed ſiſti. Vnde (ſi bene cogites) promittendo ſiſti, promittere videtur, quod faciam, vel curabo ſiſti, & ideo factum ſuum videtur promittere, & forte idem in omni alio facto, vt ſi promitto librum fieri, vel domum. verbum enim hoc, nihil aliud importat, niſi, quod faciam fieri & ſic procedet opin. Iacob. & idem videtur tenere in omni infinitiuo tali, vt promittis fundum dari, vel præſtari. ff. de verb. obl. l. ſi fundum certo die. de euic. l. ſi ita quis. in fi. & hoc dicit tex. in d. l. quo
3 ties. in verſ. nam qui alium. † In ea. gl. ibi. habere licere hæc gl. poſſet procedere. vbi hæc ſtipulatio interponitur ſuper contractu emptionis, vbi de euictione promiſſor tenetur, nam tunc hæc ſtipulatio comprehendit factum extraneorum, alias videtur promittere tātum factum ſuum, & hæredis ſui, vt d. l. ſtipulatio iſta. §. quæſitum, & ibi, de hoc & plenius. ff. de act. emp. l. emptorem. §. qui autem. Sed ob. ff. de ver. obl. l. inter ſtipulantem. Glo. ibi ſoluit multis modis. hic tamen conſueuit approbari, quod intelligatur in caſu quo præceſsit talis contractus, &c. ſed hoc eſt diuina re. Præterea, in l. ſtipulatio, præceſsit venditio, vt apparet in §. ſi quis forte. cū dicit diſtractum eſt, nec videtur valere euaſio, quam dat gl. in d. c. qui autem. quia ibi eſt maior diuinatio. Idcirco poſſet dici ꝙ nec in contractu emptionis, nec in alio teneatur: niſi de facto ſuo, & hæredis: ſiue promiſit ſimpliciter habere licere, ſiue hoc adiecto, per ſe, & alios, &c. niſi promiſerit, vel quanti intereſt, vel pœnam, & hoc apparet in l. ſtipulatio iſta in prin. & in toto proceſſu eiuſdem, hoc etiā apparet in d. l. inter ſtipulantem. in princ. Nec obſt. quod ibi ſequitur: idem &c. debes enim exponere, non ſimpliciter ob mutuum ſpondet. i. ſpondere debet, ſi vult alienum factum promittere, ſed curaturum ſe, & ſic nihil eſt ſpeciale in ſtipulatione, habere licere, nec eſt fallentia, veriſimile enim eſt, ꝙ ſi eſſent tot fallentiæ, ſicut gl. ponit, ꝙ text. aliquid expreſſiſſet, qui hic pro regula ponit ꝙ non tenet promiſsio, niſi dicat effecturum, &c. Nec ob. §. qui autem. ibi enim non dicit, ꝙ ſi promittatur per omnes, ꝙ habere liceat, qđ teneret promiſsio, nec quicquam determinat de hoc. & ita non ob. & ſi hoc diceret, deberet intelligi, modo & forma, quo obligatio tenet. per verba, ſe curaturum, facturum, &c. nec ſit violentia textui, quia ibi verba illa non apponuntur ad determinationem. an valeat promiſsio, vel non, ſed ad differentiam oſtendendam ideo breuius ponendo terminos tales pertranſiuit, In ea. gl. ibi cum alleg. l. ita quis. hoc non eſt fallentia,
† promittere enim factum alienum, eſt, ꝙ ille faciet vel dabit ſed promittere quod res talis ſit, vel quis ita inductus, vel equus bene ambulans, hoc non eſt factum alienum. i. ab alio faciendum. ſed quædam qualitas, ſecundum præſens tempus, vel præteritum, & ideo in ædilitiis, non eſt aliquid ſpeciale. Quid enim ſi quis promitteret librum eſſe bonum, & ſi deliter ſcriptum, vel ſimile? vnde ſalua reuerentia gloſſ. illa lex nihil facit ad propoſitum. In ea. gl. ibi cum alle. rem pu. ſal. fo. Pet. de Bel. per. dicit, ꝙ ibi non promittit factum alienum, ſed ſuum. cum promittit pupillum ſeruari indemnem: vt l. 2. ff. rem pu. ſal. fo. certe ſi ſic promittat, non eſt dubium. Sed quid ſi promittat ſecundum verba, quæ ſunt in glo. quæ videntur verba illius prætoriæ? videtur quod tunc ſit fallentia. Item, videtur maior fallentia in ſtipulatione de rato: ibi enim promittit dominum rem ratam habiturum. ff. de rem ra. ha. l. in ſtipulatione. & l. ſi procurator. & ita factum alienum, & tamen valet. Poſſet dici, quod vbi quis promittit expreſſe factum alienum veluti quod Titius faciet, quod Titius dabit non valet promiſsio. vbi vero, non ſic expreſſe, ſed indefinite, tunc valet: ſi ſtipulatio eſt apta comprehendere factū promittentis, & ab ipſo faciendum: & extraneo, ſicut habere licere: tunc compræhendit factum promittentis tantū, & eius hæredis, vt ibi & non extranei, vt dixi: vbi vero, non comprehendit factum ipſius promittentis tm̄, & ab ipſo faciendum, ſed alienum, & indefinite profertur per verbum infinitum, tunc valet, & ſubintelligitur, ꝙ promittit ſe curaturum, vt his ſtipulationibus, rem pu. ſal. fo. rem ratam dominū habiturum, iudicio ſiſti. & ita poteſt intelligi l quoties. & l. inter ſtipulantem. & ſic erit vera opi. do. quæ no. C. de procu. l. 1. quod ſtipulatio rem. ra. ha. poteſt ſic interponi, promittit rem ra. dominum habiturum. licet Odo. tenuerit contra ibi. Sed quæ eſt ratio quare melius in his ſubintelligitur curaturum, quam in illa habere licere, tantum tangit factum extranei, in qua non ſubintelligitur imo eſt nulla quo ad hoc? Reſpondeo, ſtipulatio illa hr̄e licere, ſatis operatur, abſq; ſubauditione, quia comprehendit factum promittentis, & eius hæredis: ſed iſtæ nihil operarentur niſi ſic intelligerentur, & verba ſunt ſubaudienda vt res valeat, quando ad hoc poſſunt extēdi. ff. de reb. dub. l. quoties. de reg. iu. l. ſemper. in fi. & ſm̄ hoc in parte ceſſat vna difficultas, quam gl. faciunt, quō fideiuſſor poteſt accedere in obligationibus facti, nam ſi promittat idem factum, promittit factum alienum. ſi vero ſuum, promittit aliud, quam principalis. ff. de fideiuſ. l. Græce. §. il-
5 lud. Sed ad hoc † dici poteſt, ꝙ poteſt promittere ſimplici-
c ter. ff. loc. l. quæro. & videtur promiſiſſe ſe curaturum c per prædicta. vide plene. ff. de re iud. l. nemo. de fideiuſ. l. ſi quis pro eo. in prin. & l. ſicut reus. ff. de op. lib. l. ſi libertum morā.

Sed huic doctrinæ refragatur, quòd dicit in ratihabitione. nam ibi promittit factum alienum expreſſe, videlicet dominum

minum rem ratam habiturum, & tamen tenet ſtipulatio: & non deberet tenere, ſecundum primum membrum huius doctrinæ. Sed ad hoc poteſt dici, quod doctrina prædicta in primo membro intelligitur, vbi principaliter promittitur factum alienum: ſed vbi conſecutiue, ſeu acceſſorie, ad fortificationem facti alicuius principalis præſertim per ipſum promiſſorem initi: tunc valet & videtur promittere ſe curaturum ſeu facturum. ſeu ſtipulatio non poteſt alias habere effectum, ſed ſi poſſet habere alias effectum, non. vt dixi in ſtipulatione habere licere: & eſt ratio, quia quando aliqua præcedit obligatio principalis præſertim ex qua promittens obligatus eſt: ſemper videtur factum ſuum adijcere, ſcilicet ſe curaturum alias non fortificaretur, ſicut in ſtipulatione de rato, iterum comparendo, vel contrahendo pro domino contrahit, vel quaſi, igitur ſi ad fortificationem illorum quæ agit promittat dominum ratum habiturum: videtur promittere factum ſuum, ꝙ curabit vel efficiet, alias nil fortificaretur per illam promiſsionem. Eſt ergo diſtinguendum, aut quis promittit factum alienum expreſſe: & tunc refert, an principaliter, aut ſecundario, aut per indefinita verba, & tunc refert, an poſsit ſtipulatio alias habere effectum vel non, per prædicta, quamuis autem ſit communis opin. & quaſi omnium, quod hæ ſtipulationes de rato, & rem pupilli, &c. valeant ſimpliciter conceptæ: tamen conſultius fiet, ſi adijciatur verbum curaturum, &c. & eris ſine dubio.

Sed quæ eſt ratio, quare non poteſt promitti factum alienũ expreſſe, ſicut per verba inflexa, me curaturum? Reſpondeo, factum alienum expreſſe non poteſt quis promittere:
6 quia promittendo, non poteſt alium † obligare. Se autem non videtur velle obligare, nec verba important, nam quęque de ſe promittere oportet: ſed quando promittit ſe curaturum velle, ſubauditur tunc, ꝙ factum ſuum promittit: vt hic no. & verba ſunt magis apta ad ſe obligandum, quorum aptitudo & reſpicitur in verborum obligatione. ff. de verb. oblig. l. quicquid, ſi promittens alienum factum iurauerit? Reſpondeo, de iure ciuili, non valere. C. de lega. l. non dubium. Sed de iure canonico, forte contra: extra de iureiur. c. ex reſcripto. vide in ſimili infra prox. §.

a Adnotatio. Si quis alium. Factum alienum, non poteſt in ſtipulationem deduci h.d. Ang.

b In gl. Super hanc gl. ponit Ang. regulam, quod factum alienum, regulariter promitti non poteſt. ab hac regula ponit ſeptem fallentias quas diligenter hic vide in ver. in ead. gloſſ. in fin. Cætera valde bene explicantur hic per Ioan. Fabri.

c Curaturum. Adde Thomam ferratium de aduocatis de Brixia, in ſuo tracta. cautelarum caut. 43. incip. anno pręterito. vbi dat optimam cautelam, qui promiſit factum alienum, ſub pœna curando, pro poſſe negotium illud, in pœnam non incidit. ita no. & ibi poſui in apoſt. ad ipſum.

1 *Stipulationis concipiendæ vſus.*
2 *Adminiſtrator cui quærat.*
3 *Procurator cui acquirat.*
4 *Stipulatio cur inuenta.*
5 *Stipulari nobis qui poſſint.* 7. 8.
6 *Iudex quatenus nobis quærat, an non.* 10.
11 *Arbitrium alij non ſtipulari.*
12 *Dos qua cauſa habita.*
13 *Matri an quæratur.*
13 *§ ſi quis alij. correctus.*
15 *Procuratori an recte ſoluatur.*
16 *Adiecto an recte ſoluatur.*
17 *Vtile an ab inutili vitietur.* 18. 19.
20 *Adcreſcatne in contractibus.*

a Si qvis a Alij. In gloſ. id eſt. dominio. in fin. Item multi alij ſicut beneficiati, beneficijs ſuis, extra de pecu. cler. per totum. & videbitis infra in gloſſ. proxi. In gloſſ. & eſt ratio. ibi cum dicit: rem pu. ſal. fo. vide infra eodem §. ſed & ſi quis ſtipuletur, ff. de verb. oblig. l. liber homo. §. fin. In ead. gloſſ. ibi cum allegat. §. ſi quis inſulam. ſed non videtur fallentia in his caſibus, quia non alijs, ſed ſibi principaliter ſtipulatur, propter intereſſe ſuum, & ſibi principalem actionem quærit: vt videbitis infra. §. ſequente. ſed & ſi quis ſtipuletur. In ea. gloſſ. ibi cum allegat l. in cauſæ. §. fi. etiam ſi formet verba in perſona domini, quamuis alias non valet vt videbitis infra §. alteri. Dyn. tamen tenet contrarium, in l. in omnibus, & eſt ratio authoritas iudicialis, per quam interponuntur. ſ. de diui. ſtipula. circa prin. In ea. gl. cum allegat. l. ſi procuratori. in cuius perſona habeat concipere verba: not. glo. ꝙ in ſua, vt d. l. ſi procuratori. Docto. ibi tenent
1 contra & in illo † & in omni caſu, quo acquirere poteſt. ꝙ nõ refert, in cuius perſona, verba concipiantur. ſicut nec in tutore, vel in alijs, & idem videtur notare glo. in l. quod procurator. ff. de procu. & infra §. alteri. In ea. gl. ibi cum alleg. de inſti. l. 1. in fi. idem videtur in omni procuratore. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. ſi procurator. Sed gl. intelligit ibi in inſtitore, vt ibi no. in l. multum. C. ſi quis alte. vel ſibi. non ſic in geſtore. vide infra §. alteri. Idem quoque videtur in quibuſcunque
2 † habentibus adminiſtrationis officium, ꝙ poſsint acquirere, ratione rei, quam adminiſtrant: vt bailliuis contratarum, procuratoribus operum publicornm, ad inſtar tutorum, & curatorum, & rectores eleemoſynarum vel aliorum officiorũ, eadem ratione ff. quod cuiuſque vniuer. l. fi. de vſuca. l. Caius. In ſtipulando tamen eſt ſeruandus ordo. ff. de adm. tu. l. quoties. nõ tamen neceſſario, vt ibi no. Item quicunque ſimplex procu. poteſt acquirere, vbi ex re domini ſtipulatur, vt l. ꝙ procurator. ff. de proc. alias non videtur, quòd procura-
3 tor † acquirat domino, ſine ceſsione. ff. de acq. poſ. l. poſſeſsio quoque. §. videretur enim iuſtum, & æquum prædicta. l. 1. §. fi. cum l. ſeq. de inſti. obtineret in omni procuratore. ꝙ actio detur domino in ſubſidium proc. mortuo ſine hærede ar. C. de act. & obl. l. 1. Item in mutuo procurator acquirit domino certi cõdictionem. ff. ſi cer. pe. l. certi cõdictio. §. ſi nummos. & in caſu actionem ex ſtipulatu. eo. tit. l. ſi pecuniam. & iunge infra quod cum eo. vbi plenius dicam. In ea. gl. ibi cum alleg. §. ex his. ibi videtur loqui in prætorijs, ſeu iudicialibus. Sed quid in conuentionalibus? Non videtur idem, quia non
4 reperitur, † & ſtipulationes inuẽtæ ſunt ad hoc, vt vnuſquiſque ſibi acquirat j. §. alteri. Præterea, omnes tex. videntur cõcludere, quòd publica perſona ſemper ſtipulatur, vbi pars nõ poteſt ſtipulari, vt d. l. 2. & l. 3. rem pu. ſal. fo. eo. tit. l. ſi ſer. & d. l. quoties. de admi. tu. Igitur in conuentionalibus, quæ conficiuntur mera volũtate, quid ad ipſum ſi partes conueniãt ſi velint inter ſe? & pro hoc facit, ꝙ not. in cor. de excu. & qui cum &c. ſuper verbo cautionem. Vt autem ſuper hoc plenius inſtruaris, (ne hæ glo. te decipiant) ſcire debes, ꝙ iudex
5 ſtipulari poteſt, † & illud non reperitur in multis legibus expreſſum, niſi de magiſtratu. in l. ff. de magiſtra. conue. l. 1. §. exigere. tamen hodie bene expreſſum eſt extra de vſuc. c. quanquam. lib. 6. alle. in glo. Præterea ſi licet minori, multomagis & maiori. vt in §. ex his. bene reperitur, quòd recipit renuntiationem. Sed de ſtipulatione non loquitur. Item notarius, ſeu tabellio publicus de hoc C. eo. l. cum cognatos. & d. l. 2. rem pu. ſal. fo. de ado. l. non aliter. ſupra de ado. §. cum autem. ff. de vſuca. l. Caius, ſecundum vnum intellectum. & in multis alijs legibus. Item dicit gloſſ. vel ſimili perſona publica. Quæro pro Deo quæ eſt ita ſimilis perſona? certe officialis ſeu executor curiæ in d. authen. de his qui con. & recon. quæ eſt C. de litis conteſta. authen. libellum. ff. de in ius vocan. l. eum, pro quo quis & l. 3. ff. rem pu. ſaluam fo. C. ſte oper. noui nuntiatio. l. fin. Item de iure cano. proprius ſacerdos, exta de conuer. coniuga. c. dudum. Sed Hoſt. dicebat, quòd illud fecerat ſacerdos, de mandato epiſcopi. hodie eſt expreſſum contra de vſur. c. quamquam.
6 lib. 6. Igitur redeundo † ad ſingula, credo, quòd iudex non poſsit acquirere, niſi in rebus & cauſis, quæ ad eius pertinent officium & in caſu, quando non eſt pars, quę ſtipulari poſsit. & hoc eſt expreſſum d. cap. quamquam. & d. §. exigere, & dicta l. ſeruum. hoc etiam no. in d. authen. de exec. licet videatur notari C. de tab. l. generali. ſed illa in tabellione. de quo infra dicetur. & eſt optima ratio, quia huiuſmodi ſtipulationes, fuerunt inuentæ in ſubſidium, & contra ius commune. quia de iure communi vnuſquiſque debet ſibi ſtipulari infra §. alteri. ideo in terminis ſuis teneri debet, & hoc etiam ſentit Innoc. in cap. dudum. ſupra alleg. & bene apparet, quòd hoc fit in ſubſidium, quia lex dicit. quod ſeruus emendus eſt pupillo, pro ſtipulando, ſi habeat de quo, antequam hæ per-

hæ perſonæ ſtipulentur, vt d.l.2. Et credo, quòd ſi non pertineat ad officium, ſicut in mere voluntarijs conuentionalibus omnino extraiudicialibus, quod nõ valet ſtipulatio. imo nec in illis, ſi ſit perſona præſens, quæ ſibi ſtipulari poſſit, ſeu perſona eius iuri ſubiecta, per dicta iura, quæ dant ordinem, & non ſine miniſterio, videtur ibi. Sed huic obſt. quod not. in d.l. quoties. de admi. tut. vbi dicit gloſſ. quòd valet ſtipulatio, etiã ſi turbetur ſimilis ordo. Sed ſuppoſito, quòd
7 illa gloſſ. eſſet tex. non eſt idem, quod in tutore, † & pupillo, & alijs publicis perſonis, quia tutori nedũ permittitur, imo iniungitur, pro vtilitate pupilli ſtipulari: his autem nihil iniungitur, ſed permittitur in caſibus prædictis propter neceſſitatem, & apparet, quòd non eſt idem, quod in tutore, quia ille non debet emere ſeruum pro ſtipulando, ſed iudex hoc debet facere, vt l.2. ff. rem pu. ſal. fo. Item obſt. quòd abſenti poteſt acquirere: vel alias impedito, multofortius præſenti. ff. de verbo. obli. l. ſi procuratori præſentis. Sed ratio eſt hæc: quia hoc eſt repertum in ſubſidium tantum, vt ſupra dictum eſt ex neceſſitate quadam, in procu. non ſic. Præterea, procu. habet mandatum a domino, & eius perſonam repræſentat,
8 magis quam iudex. † Circa vero acquiſitiones: ſeu ſtipulationes, quę fiunt per notarios, ſeu officiales, credo idem. non ob. eo quòd habetur in d.l. generali. & per iura prędicta. Plus dico quod illi non poſſunt ſine iuſſu iudicis ſtipulari, nec acquirere: iudex vero poteſt, ſine iuſſu. & ita no. Inno. in c. dudum. ſupra alleg. & patet in d.c quanquam. de vſur. ſupra alleg. & hoc ſatis dicitur in d.l.2. rem pu. ſal. fo. ibi apud prætorem &c. & per hoc poſſes multas procurationes, & literas alias impugnare, in quibus notarij ſtipulantur abſque iuſſu iu
9 dicis. Quod autem dixi de ſacerdote, quòd poſſet † ſtipulari ſine iuſſu iudi. hoc intellige in actibus morientium, & conſcientiæ, in quibus eſſet periculum iuſſum expectare, in alijs non crederem. & ſatis innuit text. in d.c. quanquam. ibi cautionem huius præſentis conſtitutionis autoritate. q. d. quòd non alias de iure communi concederetur, & facit quòd conſueuit dici iuxta c. cum eſſes. extra de teſta. & per hoc credo, quòd iudex non poſſit ſtipulari in negotio, cuius iuriſdictio ad ipſum non pertinet, vel ratione rerum vel perſonarũ quia
10 † quo ad illos eſt priuatus, & (ſicut dixi) non poteſt ſtipulari, niſi negotium tangat eius officium. Sed ſatis poteſt dici quòd ſi promiſſor in hoc porriget iuriſdictionem eius, & ſe ſubijciat: quòd valeat ſtipulatio. ff. de iuriſd. om. iu. l. eſt receptum. de iud. l.1. & bene facit quod no. in fi. ff. de tu. & cur. da. ab his. l. diuus. Et idem ſi officialis vel notarius ſtipulare-
11 tur de iuſſu iudicis & prorogati in caſu prædicto. † Sed quid de arbitro? Videtur idem: quia ad morem iudiciorum redacta ſunt. l.1. ff. de arbi. Sed poteſt dici cõtra, quia priuata perſona eſt arbiter ff. de ar. l. arbiter intra certum diem. In ea. gl. cum alleg. l. quoties. ſuper hoc reperies iura varia. quædam enim leges dicunt, quod ex pacto appoſito in rei traditione, acquiritur alij: vt d.l. quoties. & l. Publia. & l. Caius. C. de pact. conuen. l. pater. C. ad exhi. l. ſi res de pig. act. l. ſi cum venderet. Alia iura dicunt contra. ff. ad Trebel. l. debitor. §. fin. C. de donat. l. cum res. ff. de pact. do. l. inter ſocerum. §. cum pro ſe filia. C. de pac. con. l. pactum. de iure dotium. l. ſi genero. ff. de ſolu. l. ſi cum Cornelius. Doct. conſueuerunt dicere. in l. cum res. C. de don. quod ideo non quæritur actio, quia alia via creditoribus prouiſum erat. Quæ ſolutio non videtur ſufficiens, quia in l. ſi res etiam, alia via erat prouiſum, & in l. ſi cum venderet. Pet. de Bel. per. parum dicit hic, ſed ibi cum gloſſ. alleg. l. quoties. opponit de l. ff. ad Trebel.
12 l. debitor. §. fin. & ſoluit, quòd debitor maritus † non habebat dotem ex cauſa lucratiua: ideo non mirum ſi non potuit onerari per pactum filiæ, ff. man. l. Iulian. in l. quoties. habebat cauſam lucratiuam. nihil aliud dicit pertinens ad hunc §. niſi quod aliquantulum tractat materiam, quando committatur ſtipulatio pœnalis, quæ non eſt proprie. Hic ergo ſupponitur, quod vbi recipiens habet lucratiuam cauſam poteſt onerari pacto vt tertio quæratur actio. Sed contra hoc eſt l. cum res de do. vbi habebat tit. lucratiuum. & valet pactum. Item contra hoc eſt l. ſi cum venderet. ibi habebat non lucratiuum, & tamen valet, & l. Caius. & l. pater. Præterea, quid refert ex qua cauſa, ille qui pacto oneratur, haberet rem, cũ certnm ſit ipſum ex ſua voluntate, & conuentione onerari? Præterea videretur dicendum quod aut pactum apponitur, in traditione pro tertio, qui eſt dominus rei, vel ad quem pertinet, vel alias pertinere deberet, & tunc de rigore non agit, ſed de æquitate datur vtilis, vt l. ſi res ad exhib. & l pater. de pact. con. & l. Caius. ſol. mat. Si vero pactum apponatur pro alio, tunc ſi donare voluit illi, pro quo opponit, datur ei actio ex æquitate: vt l. quoties ſupra alleg. alias non, vt iuribus allegatis pro contrario. Sed nonne ſemper videtur donare, ex quo ſtipulatur ei reddi? Reſpon. non, ff. de dò. l. donationes. §. pen. niſi hoc dicat, vel ratio affectionis hoc faciat præſumi. ff. de proba. l. Procula. de do. inter vir. & vxor.
13 l. ſi ſeruus communis. Cur † ergo non acquiritur & matri, in l. debitor. §. fin. ff. ad Trebel. cum ibi præſumatur affectio? Dicas quod loquitur ſecundum antiqua tempora, ſed ſecundum iura. C. acquiretur vtilis per l. quoties. Vel dicas, ad ll. quæ dicunt non acquiri, verum eſt, de rigore, ſed de æquitate ſic, per leges Codicis in caſibus prædictis. Rationes autem præmiſſorum, ſatis patent, quia iura fauent dominis, & intereſt plus eorum agere ex pacto, quam rei vendicatione, in qua vix probaret, & quòd dixi de dominis, idem crederem, de quaſi dominis, cum æquiparentur. Quinimo de omnibus, qui rem pro ſuo tenebant, ſi pactum apponatur per illos, qui cauſam habebant ab eis, & qui eis reſtituere tenebantur rem ab ipſis traditam, ſecus ſi alias debitã per l. cum res. Sed quid: ſi quis alteri paciſcatur, vel ſtipuletur, & promiſſor ſe obliget iuramento? Reſpon. de iure ciuili non valet, vt dixi in ſimili ſupra proxi. §. Sed Ioan. glo. decretorum, vi-
14 detur tenuiſſe, quòd iſte † §. ſit correctus, de iure cano. maxime quando appoſitũ fuit iuramentum, vt no. 1. q.7. c. quoties. in glo. ſuper verbo, & per te. Ego non credo hoc maxime, quia de iure cano. nouiſſimo. eſt ſpeciale in certis perſonis, & caſibus, quod alij acquiratur vt c. quanquam, ſepius allegat. & ſic in contrarium eſt ius commune. Sed bene credo, quòd vbi iuramentum fuit appoſitum, quod eccleſia debet compellere promiſſorem ad tenendũ iuramentum, & ſic quo ad hoc poſſet verificari, quod dicit Ioan. In gloſ. non tamen hæred. ibi cum allegat. l. cum quis. Pet. dicit quòd per legem illam poteſt dici quod ſi quis abſuturus, conſtituit procurato
15 rem ad negotia, cum † poteſtate exigendi, quod ſi procurator mutauerit conditionem ſuam de frugi, ad prodigũ, quod debitores non liberantur ſoluẽdo tali, ſubaudi ſcienter, & de hoc dicit eſſe caſum. ff. de ſol. l. ſi cum Cornelius. pro quo facit. ff. de teſta. tut. l. pater. Sed quid ſi erat talis tempore conſtitutionis, conſtituens tamen ignorabat, debitor ſciebat, & ei tali, ſciens ſoluit? Videtur idem ſi conſtaret ſibi de ignorantia conſtituentis per d.l. ff. de confir. tut. l. vtilitatem. Sed in caſu quo conſtituens ſciret, videretur liberatus. ff. pro emp. l. ſi quis cum ſciret. & idem dicerem de executoribus vlt. volun. quos epiſcopus poteſt remouere ſi mutata fuerit eorum conditio, vel ab initio fuerint inſufficientes. vide C. arbi. tut. l. fi. vbi ſcripſi & no. quod iſte. §. obtinet, quãdo adijcitur hęc diſiunctiua, aut ſecus ſi diceret & Titio, vt infra proxi. quia tunc adijceretur ad obligationem, quo caſu nõ operatur ad-
16 iectionem. ff. de verbor. obliga. l. eum qui la 2. §. qui ſibi, † In gloſ. niſi in caſu. in fi. & per hoc videtur, quod ſi adiectus reciperet monetam, quam ſtipulator non teneretur recipere, quod ſoluens ei non liberatur. In gloſ. nunquid. ibi cum allega. l. qui fideiuſſor. & l. qui patitur eod. titu. In fine glo. tenet Dyn. in d.l. vero procuratori. §. interdum, & ſic intelligas quod no. ff. de ſolu. l. qui res. §. mihi Romæ. de vſufruct. l. ſed ſi quis ſtipuletur, & hoc niſi animo donandi fecerit, quod non præſumitur, vt no. §. qui in fundum alleg. in glo. niſi adijceretur in facto, quod filius ſtipulatoris, non intereſſet vt §. mihi Romæ ſupra allegat. tunc enim non videtur habere animum obligandi adiectum, ſicut nec ſi ipſemet
17 in alieno ædificaſſet, vt ſupra de re. diu. §. ex diuerſo. † In glo. pro parte. in fine in hoc brocardo conſueuerunt glo. diſtinguere an vtile & inutile poſſunt ſeparari, vel non, primo caſu vitiat, ſecundo non, vt not. ff. de vſuris. l. pecuniæ fœnebris, per l. 1. §. Trebatius, verſicul. Marcellus

lus autem. & §.item quæritur. de aqua quotidiana,et eſti.de condit. furt.l.ſi ſeruus.§. boue. ſed contra hoc inſtatur, quia ſeruitus eſt indiuidua,niſi ſeruitus vſusfruct.ff.ad l.fal.l.vſufruct.& tamen in eo inutile nõ vitiat, vt in leg.ff. communia prædi.l.proprium. Dy.diſtinguit tres caſus,extra.de reg.iur. ca.vtile,dicit enim quod quandoq; reperiuntur duo concurrere ad confirmationem alicuius actus: quorum vnum vtile,alterum inutile,tunc ſi vnum ſufficeret,valet quod agitur ff.quod falſ.tut.auto.l.1.§.idem Pompo.melius in §.1. verſi. interdum.de arbi.l.ſed ſi ita. alias ſi vtrunq; requireretur,nõ valet,vt l.parui. §.1. allegata pro contraria. Sed contra primum membrum,eſt manifeſte extra.de offic.deleg.cap. cum ſuper. vbi alter ſolus poterat & tamen propter adiunctũ inutile totum vitiatur. Sol. quicquid agant homines, intentio iudicat omnes, nam ſi animus agentis negotium erat talis, quod negotium virtutem reciperet ex vtroque, tunc non valet,etiam ſi vnum ſine alio eſſet ſufficiens, quia intentio non fundabatur ſuper vtili, & hoc ſi de hoc conſtat, alias in dubio procedere deberet quod Dy.dicit. Quandoque actus conſtat ex pluribus. quibuſdam vtilibus, quibuſdam inutilibus, & talia plura ſub eodem actu compræhenduntur,& tunc diſtinguitur, an poſsint ſeparari,vel non,ſecundum Dyn. Sed obſt.l.proprium & l. fundus ille. quæ ſtatim allegantur in gl. proxi. Item ob.ff.de pecu.leg.l.1.& ff.de condi. & demonſt.
18 l.cum tale.§.Mæuiæ. Poteſt aliter diſtingui,quia † aut actus vtilis: vel inutilis. ſe habent per modum principalis, aut alterum, per modum acceſſorij. Primo caſu, aut idem poteſt aſsignari cogens quod vtile debeat ad ſe trahere inutile, & tunc trahit, vt l.fundus ille.ff.de contrahen.empti.ff.de donatio. inter vir. & vxor.l.ſi ſponſus.§.generaliter. aut econtra, quòd inutile trahit ad ſe vtile, & tunc inutile trahit, vt ff.ad legem Cor. de falſ.l.filius emãcipatus. & d.l.proprium aut non poteſt ratio aſsignari maior in vno,quam in alio,ſed quolibet habet rationem ſuam ſeparatam, & abſque inconuenientia poſſunt ſeparatim iudicari,tunc vnum non trahit ad ſe aliud, ſed vnum remanet vtile, aliud inutile.C. de dona.l. ſancimus.§.ſi quid autem,& hic. & d.l.1.§.ſed ſi mihi. In ſecundo caſu quando alterum ſe habet per modum acceſſorij, tunc erat quæſitum in vtroque, & tunc per vnum non vitiatur alterum,de pecul.lega.l.tunc inutile,aut non,& tunc aut per acceſſoriũ deuenitur ad principale, & poteſt dici, quod, vno vitiato,vitiatur aliud,vt in d.§.Mæuio. Aut non,& tũc, viciato principali, vitiatur acceſſorium, vt d.l.1. & 2.de pecu.leg.ſupra deleg.§.ſi quis ancillas.Quandoque ſunt plures actus diſtantes,& ſeparati, quorum alterum vadit ad deſtructionem alterius, & illud membrum proſequere vt Dyn. ibi
19 quia non tangit hanc materiam. † Modo redeamus ad declarandum aliquantulum huiuſmodi membra: aut ratio poteſt &c.& de hoc potes ponere exemplum ff.qui.ad li.procl. non lic.l.fin.§.fin.ibi enim ratio,eſt pro vtili: videlicet bona fides illius ementis.Item quia mala fides vnius,non debet nocere alteri, item ex parte vendentis erat intentio, ſe inſolidum iugo ſeruitutis ſupponendi ſcienter, vnde ratio dictat, quod vendentis ſcientia,& alterius emptoris, eis nocere debeat. non autem alij ignoranti,qui bonam fidem habebit,& eodem modo in l.fundus. illa erat intentio venditoris totũ vendere, & ſi defectus ſit, quin totus ſit venditus perueniebat ex parte emptoris, qui alium intendebat aſſociare, ideo expedit venditori, quod totus ſit venditus, quia ſic ſatis fit rationi, & nullum ſequitur inconueniens, & eodem modo in §.generaliter, quia cum prohibitio ſit quodammodo contra ius commune,non eſt mirum,ſi vtile trahat eam ſed ſecus in caſu iſtius. §. quando promittit ex cauſa donationis, quia tunc magis expedit, promiſsionem in parte non tenere, quã ſi tota teneret,& hęc ratio not.ff.de acquiren.rer.domi.l.per ſeruum.§.quod vnius.ſed contra, vbi fortior ratio facit, pro inutili, vitiat vtile. vt in §.item quæritur ſupra allegato ibi enim fortior eſt ratio, pro inutili, quia ibi vtens aqua aliam immiſcuit. & ita facto ſuo damnificat alium, & alio modo vtitur, quam debeat. Idcirco maior ratio eſt,quod ipſe prohibeatur in totom: quam quod vteretur in totum, ne lucretur ex culpa ſua: ideo in totum prohibetur. Item in l.proprium ſupra allega.quando ſtipulatur ſibi,& ſocio,ratio eſt, quòd inutile trahat ad ſe vtile,quia ſequeretur abſurdum iuris,quòd vnus poſſet quærere ſeruitutem alij, quod eſt cõtra ius: vt ibi. Et ſic potes dicere, in multis alijs caſibus. & per hoc videtur quod ſi res indiuidua verteretur in obligatione, vel aliqua alia,cuius ratio traheret totum,ad alteram partiũ: ꝙ non obtineret iſte §.imo aut tota ſtipulatio valeret, aut to
20 ta annullaretur per prædicta. † Et nota ꝙ per hunc §.cũ concor.conſueuit dici,quòd in contractibus inter viuos, non eſt locus iuri accreſcendi.ff.de verb. obli.l.ſi mihi & Titio. & de lib.cau.l.liberum.§.ſi duo.quemadmo.ſer.ami.l.aquam. in fi. & d.l.per ſeruum.§.quod vnus. Aliqui inducunt in feud. de duo.fra.de nouo benefi.inueſt.c.1.& 2.qui feud. da.poſſ.c.1. Sed illa parum faciunt,quia ibi agitur de ſucceſsione,non de iure accreſcendi. Sed pro parte cõtraria facit.ff.de autho.tu. l.ſi ſeruus communis. ſupra de ſtip. ſeruo.§. fin. Sed ibi non iure accreſcendi,imo ab initio, illi qui capere poteſt totum, acquiritur ex diſpoſitione legis,perinde ac ſi eſſet ſeruus ſolus illius. item facit C.ſi libera.imperia.ſo.ſine hæred. deceſ. l.vnica.lib.10. ibi, nil agitur, de iure accreſcendi. ſed de ſucceſsione. Item facit d.l.fundus ille. Sed ibi ex proprio contractu, totum acquiritur, l.diſponente. Et idem dicas,ad legem Iulianus §.idem Celſus. de actio. empt.de bon. liber.l. communi liberto. de aſsigna. liber.l. vtrum. ad legem Cornel. de fal.l. filius emancipatus. §. 1. quia in nulla reperies, quod hoc ſit iure accreſcendi, ſed propter indiuiduitatem, vel aliam rationem, niſi in vſufruct.vt not.ff.de vſufruc.accreſcen.l.1.§.quotidie. In glo. ſcilicet per patientiam. vnde proprie ius accreſcendi locum habet,quando duobus,vel pluribus,poterat res acquiri,& alter repudiat,ſicut patet in materia.C.quando non petentium partes petenti. accreſcant.

a Adnotatio. Si quis. Alteri ſtipulari nemo poteſt, niſi ei cuius poteſtati ſit ſubiectus: extraneus vero poteſt ſolutioni eſſe adiectus,h.d.ſecundum Ange. Cætera dic vt hic per Ioan. Fab.

b Ad mortem iudiciorum redacta ſunt &c. Adde hoc eſſe verum in arbitris iuris. & ſtatutarijs: vt no.cano. & præſertim Fely.in c.ſi.col.pe. & fin.verſi. ſententiæ arbitrorum. nume.11. extra de re iudi. & an æquiparentur iudicibus ordinarijs, vel delegatis: ponit idem Felyn. vbi, ſupra verſic. vnde dicit Bald. nume.12.

1 *Pater quando & an quærat filio, 2.3.& 4.*
5 *L.quod dicitur. ſenſus.*
6 *Pater an recte filio paciſcatur.7.*
8 *Filio non niſi in mortem rectè ſtipulari 9.*
10 *Filio quæ acquiruntur an non. 11.12.& 13.*

a EI VERO, a Qui. In gloſſ.ſic de verb.ſignifi.in fi.gloſſ. ſed huic.ſi.obſtat.ff.de verbo. oblig.l. quod dicitur. la 2.ver. alioquin.ff.de pact. do.l.cum dos.§.2.verſi.quo caſu.de pact. l.ſi tibi.§.ſi pactus. vbi pater nõ acquirit filio nec eadem vox imo diuerſæ voces reputantur,& diuerſæ ſtipulationes. Di-
1 cas † plenius, quia aut pater ſtipulatur filio emancipato, aut in poteſtate conſtituto. Primo caſu non acquirit filio.C. de iur.do.l.ſi genero. & ibi nota.& hoc tenet Dyn.in l.quod dicitur ſupra alleg.niſi in caſu,quo extraneo poſſet paciſci, vel acquirere. de quo §.proxi. ſcripſi, vide ibi. Et ita non obſt. ff.ſolu.matrim.l.Caius.vbi acquirit liberis filiæ,qui non ſunt in poteſtate.& aliæ leges quæ concordant cum d.l.caius.quę loquuntur in caſibus ſuis, vt ibi ſcripſi. Sed huic opin. obſt. ff.de caſtr.pec.l.ex caſtrenſi.vbi pater acquirit filio in caſtrenſi peculio, & tamen filius,quo ad caſtrenſe peculium, habetur pro patrefam. ff. ad Mace.l.2. & multo fortius videretur quod filio emancipato acquirere deberet,& hanc opin. tenet
2 Iacob.de Ra.alibi. per dict.l.ſed ſatis poteſt dici.quòd † non acquirat emancipato, nec eſt bonum argumentũ,de caſtrenſi peculio, quia pater maius ius habet in illo quam in bonis emancipati, quod apparet, quia illud occupat iure peculij, ſed bona emancipati non, præterea pater reputatur quaſi dominus caſtrenſis peculij.ff. de ca.pe.l.proponebatur. & l.filius.& l.de hęreditate.§.1.propter quòd videtur prima opi. glo. & Dy. verior. nam cum pater non poſsit acquirere filio in poteſtate conſtituto, vt infra patebit. multominus eman-
3 cipato. † In ſecundo caſu quando ſtipulatur filio in poteſtate conſtituto.

conſtituto. gloſ. diſtinguit, quia aut ſtipulatur filio, vt hæredi, aut vt filio, aut vt extraneo, aut filio in poteſtate bene merito: aut eſt dubium, vt not.ff.de pact.l.ſi tibi decem.§.ſi pactus. Alij dicunt, quòd aut ſtipulatur dari, aut fieri: & ſi fieri, aut per alium ipſi filio, aut per ipſum filium, alij. vt no. in l.quod dicitur. & ibi Dy. dicit quòd coniungendo illas duas glo.habes plenam notitiam huius materiæ: & mihi videtur quòd per illam habeas ignorantiam. nam prima diſtinctio gloſ. videtur inſufficiens. ibi enim dicitur quòd vbi pater ſtipulatur filio, vt hæredi, datur directa, & in dubio videtur, vt hæredi ſtipulari, & ſic illa diſtinctio videtur loqui, quando pater poſt mortem ſuam ſtipulatur. Quid ergo, ſi in vita? diſtinctio prædicta non te inſtruit. item prædicta diſtinctio eſt inſufficiens, quia loquitur de exceptione doli, non de actione doli querenda. & ita illa glo.non plene loquitur:
4 nec plene inſtruit. Præterea † prædicta diſtinctio habet neceſſario intelligi, quando pater poſt mortem ſuam ſtipulatur: quia ſi in vita, ſibi acquireret, vel nulli, vt d.l.quod dicitur.& ſic in illo caſu non poſſet obtineri prædicta diſtinctio. Et in hoc eſt inſufficiens, nam non declarat, nec plene diſtinguit quomodo fiet ſtipulatio in vita, vel poſt mortem, in quo cadit diſtinctio, vt l.quodcunque.§.non ſolum.ff.de verb.ob. Item illud quod no. in d.l.quod dicitur, non videtur procedere. dicit enim ibi glo.quòd ſi in ſtipulatione per patrem facta, vertiturfactum per filium faciendum, non valet, ſed vbi vertitur factum per alium filio faciendum, bene valet, quia non confertur in perſonam filij, hoc non videtur procedere, quia omne factum cõcurrit circa perſonas illorũ, qui edunt, & quibus eduntur.ff.de ope.lib.l. operæ.& ſic aliquid confer
5 tur in perſonam filij. Præterea ſi bene cogites in l.quod †dicitur. non videtur in ſtipulatione factum, a filio faciendum: ibi enim pater ſtipulabatur a tertio filio ire agere licere. Certe in hac ſtipulatione non vertitur, quod filius eat vel agat, nec ad hoc quid obligatur: nec quiſquam hoc promiſit. Sed vertitur quòd poſſeſſor non impediat eum, ire agere: vt l.ſtipulatio iſta.ff. de verbor. obliga. & ſcripſi ſupra eo.§. ſi quis alium. Et ita factum non promittentis eſt in obligatione, nõ factum ipſius filij. Vnde glo. illa videtur errare manifeſte, ſal
6 ua reuerentia ſua, propter quod dicas plenius: quia † aut pater paciſcitur, vel ſtipulatur pro filio ad eius liberationem: & tunc pactum valet indiſtincte, ſi pater nomine filij conueniatur, ſeu conueniri poſsit.ff. de iureiu.l. qui iuraſſe.§.1.ff. de pac.l.& hæredi.§.nos autem. & prodeſt vtrique, patri, & filio, vt ibi. Si vero pater non poſſet conueniri: quia filius nõ habebat peculium: tunc potes diſtinguere, vt gloſ.fin.d.§. ſi pactus. quia aut paciſcitur, vt hæredi: & poſt hæres efficitur, & tunc datur directa exceptio. aut ſimpliciter, tunc doli. Illud autem membrum quod ſequitur in glo. aut vt extraneo, tunc nulla, non mihi placet, nec leges, quas glo. ibi allegat, faciunt, quia loquuntur, quando pater ſtipulatur ad obligandum, de quo ſtatim ſubijcietur. Præterea talia verba, promittis, vt extraneo, & alias bene merito, non vt filio. non abdicat filiũ, nec iura filiationis tollunt: quia non nudo cõſenſu, &c. C.de eman.lib.l.nec auus.ff.de pac.l.ius agnationis. Nec tales expreſsiones, vel diſpoſitiones iuris immutant.ff.de caſtr. pec.l.ſi forte. Vnde talia verba eſſent valde extranea in ſtipulando: & ipſe eſſet bene fatuus, ſi talia apponeret. Et miror vbi gloſſatores repererunt hoc. Sed huic opinioni obſt.§. ſi pactus ſupra alleg. ſed intellige quod non prodeſt filiæ directa, etiam ſi hæres extitit, ex quo non paciſcebatur, vt hære-
7 di, ſed prodeſt exceptio doli: vt §.nos autem. Si vero † pater ſtipulatur, vel paciſcitur filio, alium obligando: tunc aut ſtipulatur ſimpliciter, aut poſt mortem ſuam. Primo caſu, aut tale quid vertitur in obligatione, quod eſt acquiſibile: & tũc ad ipſum patrem tranſit, & ſibijpſi acquiritur, vt hic. & l. quod dicitur. & l.eum qui.§.2. aut de natura rei eſt acquiſibile filio, quia forte eius perſonam ſolum concernit, & non patris: tunc nihil valet ſtipulatio, nec filio acquiritur: vt l. quod dicitur.2.reſpon.ff.de paſt.dot.l.cum dos.& hic in fin. cum dicit in his rebus quæ tibi, &c. & hoc niſi tenderet ad exonerationem patris. Quid enim ſi pater ſtipuletur a magiſtro, quòd alat & inſtruat filium in aliqua ſcientia, vel artificio? dic quod in vita patris non valet.ff.de pact. l. & hære. §.nos autem. In ſecundo caſu, quando poſt mortem ſtipulatur filio, acquirit vtilem ſecũdum omnes glo.doc.vt l.quodcunque.§.2.& ſi bene reſpicias, hoc volũt text. qui nunquam faciunt differentiam, niſi inter res acquiſibiles, & non acquiſibiles. Modo videamus de rationibus diuerſitatum: & certe quatenus tangit prima membra, quod pater melius acquirat ad liberandum, quam ad obligandum, patet ratio vulgaris, quia proniores ſumus, &c.ff.de actio. & obli.l. Arrianus. Sed
8 quatenus tangit duo membra ſequentia, quæritur quare† me
b lius acquirit filio, ſtipulando poſt mortem, b quam in vita? Poteſt dici quòd quandiu pater viuit, filius non habet integram perſonam, & eſt ſub regimine patris, & ideo iura non curant, quòd ei aliquid quæratur per patrem in vita, ſed poſt mortem eius ſic. Sed contra hoc obijcitur quòd pater poſt mortem, non debeat ſtipulando acquirere filio, ſed ſibijpſi: quia in ſtipulationibus inſpicimus, quo ad acquiſitionẽ tempus ſtipulationis interpoſitæ.ff.de verb.oblig.l.ſi filius. quamuis ſuſpendatur, vel differatur ſtipulatio per euentum conditionis. Igitur videtur quòd ſtipulando poſt mortem debeat ſibi acquirere, non filio, inſpecto tempore interpoſitæ ſtipulationis. Sed ad hoc poſſet dici quod illud obtinet vbi ſtipulatio ſuſpenditur per conditionem extrinſecam, ſecus ſi agatur, vt in aliquod tempus differantur.ff. de ſtipu. ſeruo.l.fin. Sed fortius opponitur, illa ſtipulatio non valet, quæ confertur in tempus, quo ſi iniretur, tenere non poſſet.C. de dona. ante nup.l.quod ſponſæ. ſed quando confertur poſt mortem patris, confertur in tẽpus quo filius futurus eſt ſui iuris, quo caſu acquirere non poſſet ei, nec teneret ſtipulatio: vt l.ſi genero. cum ibi notatis ſupra alleg. ergo nec iſto caſu acquireret, imo nec valebit ſtipulatio. Sol. † verum eſt quòd non va-
9 let nec acquiritur de rigore, ſed ex quadam æquitate diſpenſatiue valet, videlicet vt vtilis acquiratur. Vel ſi velles poſſes dicere, quod ille §.de lege quocunq;. intelligatur in caſu, quo poſſet ſtipulari alij: vt l.Caius. & non cõtineat ius commune. Sed ſecundum hoc §.ille non reſtringeretur, vel poſſet intelligi quando in vita ſtipulatur ſibi, & poſt mortem filio, tunc enim videtur valere iure patris. Sed huic obſt.l.cum dos. vbi eſt communio, & tamen non prodeſt pactum filiæ. iunge infra glo. prox. In glo. vt in profectitio. in fi.ſed nunquid proprietatem poteſt acquirere filio? videtur quod non, quia illa patri non acquiritur per allegata ſupra prox.§. glo. videtur dicere contra.ff.de verb.oblig.l.dominus. in gl.ſi ea. Præterea pro hoc facit, quia ex quo acquirit in caſtrenſi peculio, vt l.ex caſtrenſi. ſupra alleg. multo fortius in aduentitio, vbi pater habet maius ius, & hoc non erat dubitabile iure iſto, & ff.ſed quid de iure nouo? adhuc d.glo. idem ſentit, pro qua facit.C.de bon.quæ lib.l.fi.§. non autem. vbi iniungit patri quod de pecunia aduẽtitij, acquirat nomine filij hæreditates. Item acquirit infanti hereditatem, vt §.vbi autem. de iure delib.l.ſi infanti.C.eo. & facit d.l.ex caſtrẽſi. Sed mul
10 tum ob.leges prædictæ.l.quod dicitur.& aliæ leges, quæ † dicunt ſtipulationem non tenere in his quæ non ſunt acquiſibilia patri, ſed poteſt dici quod caſtrenſia, & aduentitia, cenſentur acquiſibilia propter legitimã adminiſtrationem vſusfructus, quod conſequitur in aduentitijs & caſtrenſibus, nam cenſetur quaſi dominus, vt l.de hæreditate.§.1. de caſtrenſi pec. Quid ergo in caſibus in quibus nil quæritur, de quibus habes C.de bon.quæ lib.l.fin. & in auth. item excipitur cum alijs? Non videtur quod pater poſsit acquirere filio, per l. quod dicitur ſupra alleg. Sed pro Deo, cur non ita bene quæritur filiæ in dote profectitia, cuius actio eſt communis, & tamen non quæritur, vt l.cum dos. ſicut filio in caſtrenſi, vel aduentitio, & maxime cum dos poſsit ſoluto matrimonio, ad eum redire.C.ſol.ma.l.dos. ſicut peculium caſtrenſe, vel aduentitium? Solutio, quantum ad aduentitium, pater ius maius habet in eo, quã in dote, quod apparet, quia habet vſumfru. & ſolus agit, & conuenitur, quod non eſt in dote. Item in caſtrenſi pater quaſi dominus reputatur, vt d.l.de hæreditate.§.1. Et idem deberet dici in caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi, cũ æquiparentur. de inoff. teſt.l.fi. Reſume ergo quia aut pater
11 † ſtipulatur filio emancipato, & non quærit ei niſi ſicut ex-

traneo, aut in poteſtate conſtituto, & tunc aut ad liberandũ, & ſubdiſtinguitur, aut tanquam hæredi, aut tanquam filio, aut ad obligandum, & tunc aut erat acquiſibile patri, & quærit ſibijpſi, aut non, & tunc in peculiaribus caſtrenſibus, ſeu quaſi, ſeu aduẽtitijs quęrit filio, in profectitijs ſibijpſi, in alijs non quærit, niſi ſtipularetur poſt mortem, & hoc in liberis natis. Sed an in naſcituris poſsit ſtipulari poſt mortem? Videtur ꝙ ſic, quia poſt mortem ſuam videtur collata ſtipulatio. ff. de ope. lib. l. ſi quis operas. Sed hoc verum, ſi eſſet poſthumus, & facit quod no. extra de ec. ędifi. c. ad audientiam. el 2. de ſtipul. ſer. l. vſusfructus. Quid ſi ſtipulatus ſit naſcituris, & naſcuntur in vita? nõ videtur valere, niſi ex natura rei appareret, quod poſt mortem ſuã vellet dari, & hæc omnia potes colligere, ex præmiſsis. Nec facias differentiam inter facta a filio, vel ei facienda, ſed in hoc, an ſint patri, ſeu peculio acquirenda, vel ipſi filio, ſimpliciter, tanquam patrifam.

12 † Quid ergo ſi pater ſtipularetur filio, ire licere agere per fundum vicini, ad fundum peculiarem aduentitiũ, vel acquireret nomine filij iuriſditionem. vel aliud ius, nunquid acquirit filio? videtur expreſſum quòd non, vt l. quod dicitur. Ego contra per l. caſtrenſe. & d. l. quod dicitur, quæ loquitur quando pater ſtipulabatur filio, licere ire ſimpliciter, non habito reſpectu ad rem peculiarem, ſed ad perſonam filij, quo caſu tota vis ſtipulationis, & effectus cõferebatur in perſonam filij, nec patri aliquid acquirebatur, ſed hic ſecus in caſu quæſtionis noſtræ, quo habetur reſpectus ad peculiũ. Et per hoc videtur quòd pater nõ poſſet quærere in alijs quæ tangerent hæreditatem, per patrem repudiatam, vel per filiũ agnitam, cum illa hereditas non videatur contineri ſub aliquo genere peculij, vel dic ꝙ ſit aduentitium, habẽs inſtar caſtrenſis, vel quaſi, & idem dicatur quo ad acquiſitionem, vt in illis dicitur. Item quid ſi pater emat, vel acquirat nomine filij in vi-

13 ta? Dic quòd non quæratur † filio, quod eſt notabile, niſi circa res aduentitij peculij, nam nõ poteſt quęrere, niſi circa res peculiares quę obuenerunt filio ex ſucceſsione, vel ex induſtria, vt pręmiſi, vel niſi poſt mortem ſuam ex æquitate. Vnde non credo ꝙ l. 2. C. ſi quis alteri, vel ſibi. ſit in aliquo mutata, nã traditio, ſeu quaſi, quæ ſit in emancipatione. facit valere quaſi donationem. & hæc faciunt ad hunc caſum ꝙ Abbas non poſsit acquirere prioratibus ſibi ſubiectis, quæ habẽt ſpeciales adminiſtratores, & intitulatos. Vel dic quòd poſsit quaſi illi prioratus ſint de natura caſtrenſis peculij, vel quaſi per prædicta, Quid ergo ſi quis ſtipuletur ſibi, & liberis, ſicut tota die ſit? Satis poteſt dici quòd valeat. & proderit eis quamuis hæredes non ſint, quia videtur collata poſt mortem l. quodcunq;. §. 2. ſupra alleg. ſed in vita nihil poſſunt petere, nec cum eo concurrunt. ff. de lib. & poſth. l. Gallus. §. 1. in gl. hoc ideo dicit. videtur enim feciſſe ordinem. ff. ad Treb. l. hæredes, item quod dixi, quod quærit ſibijpſi, intellige ſi talis ſit intẽtio. C. de iu. dot. l. ſi genero. ſi quis alteri vel ſibi. l. multum. in dubio præſumitur quod vellit ſibi quęrere, niſi verba aliud importẽt. ff. de ver. ob. l. ſi ita ſtipulat⁹. §. Chryſogonus.

a Poſt mortem. Vide hic Ang. in 2. col. poſt me. in ver. quod autem ſi conferatur. Item iuducit hic in fi. 2. col. Ang. vnam quæſtionem, pater recipit in emphyteuſim ab eccleſia pro ſe, & pro filijs, quod videtur paciſci pro filijs, vt filijs, non filijs vt hæredibus quia de natura emphyteuſis eccleſiæ & peculiare quòd non tranſeat ad hæredem extraneum, vt in auth. de non alie. §. emphyteuſim, & ideo ſi pater inſtituat filios, ex diſparibus partibus, tunc emphyteuſis, diuiditur æqualiter, & etiam ſi repudiarent hæreditatem paternam, tamen emphyteuſim debẽt habere, vt per Ang. allegantem Iac. de Bel. & Bartolum.

1 *§. cum adiicitur. limitatio, & ſenſus.* 2.
3 *Stipulatio quando, & an difformitate corruat &* 4. 5. 6. 7. 8.
9 *Venditionem difformem ſubſtituere.*
10 *Repetitioni præcedentium quando locus non ſit.*

a Praeterea. a In gl. interdum. in fi. vide infra gl. prox. In glo. ſcilicet, congrue, ibi cum allegat. §. cum adijcitur in hoc articulo fuerunt gloſ. diuerſæ, & doct. antiqui. Quidam

1 enim † reſtrinxerunt illũ §. cum adijcitur, quando eſt diuerſitas in quantitate, non in ſpeciebus, & hanc videtur innuere glo. & quaſi ſequitur in §. cum adijcitur. in glo. cum diuerſitas. ſed Azo & Ioan. etiam quando eſt diuerſitas in qualitate, vt ibi no. in glo. quòd conſtat. Hæc autem gl. videtur velle, quod vbicunq; eſt diuerſitas, quod valeat, ſi diuerſitas illis

2 placuerit. & hæc verior, quia §. ille † cum adijcitur, indiſtincte loquitur. hoc intellige cũ adijcitur, vel detrahitur interrogationi, non ſi omnino aliud præmitteret. V. g. ſtipulor equum, promittis bouem, non videtur valere, quia eſſet omnino alia. & ideo videtur tex. notanter dicere cum adijcit, vel quod detrahit, illo autẽ caſu nõ adijcit nec detrahit, imo omnino aliud dicitur infra. §. ſi de alia. In ea. gl. ibi cũ dicit, ſinautem non placeat. id eſt non dicat ſibi placere: quia ſi diſpliceret, & non acceptaret, nõ eſſet locus illi §. cum adijcitur, nec

3 huic materiæ † In fi. eiuſdem glo. b Et eſt ratio, quia in alter-

b natiua ſummarum, minor eſt in obligatione. ff. de verb. ob. l. ſi ita ſtipulatus fuero. x. aut quindecim, & ideo non videtur diuerſitas in interrogatione, & reſponſione, quia interrogatũ, & reſponſum videtur de decem tantũ. Sed in ſpeciebus, videtur de qualibet interrogare ſub conditione. Et ideo cum reſpondetur de vna, eſt diuerſitas in qualitate, quia interrogatio conditionalis eſt & reſponſio pura de vna, ſecundũ Dy. in d. §. cum adijcitur. Et hæc eadem ratio poteſt reddi, quia qſi copulatiue ſit interrogatio de pluribus & reſpõdetur de vna, valet, ſed nõ quando ſit alternatiue, quia alternatiua interrogatio eſt quddammodo conditionalis, promittis illum aut illum? hoc eſt, ſi illum nõ dederis dabis illũ? & ſic eſt difformitas in qualitate. ſecus quando præcedit copulatiue interrogatio, & ſequitur reſpõſio ſimpliciter vnius rei, quia tunc reſpondetur ſecundũ qualitatem interrogationis, licet diminuatur de numero rerũ contentarũ in interrogatione. Et fa-

4 cit pro hac ratione. ff. qui & a qui. ma. li. non. ſi. l. 3. in fi. † Habes ergo, quod vbi præcedit interrogatio in ſummis alternatiua reſponſio ſingularis, nõ vitiat quia ſicut ſtipulatio cenſetur minorem ſummã continere, ita interrogatio. Quid ergo, ſi ſit vna ſumma, in interrogatione, reſpõſione, diuerſitas tamen monetarum. V. g. promittis mihi centũ libras in ſterlinguis vel in Turo. groſsis? & promiſſor reſpondet de altero, tunc ceſſat ratio prædicta. Sed tamen credo idem, quia nõ videtur difformitas, cũ ſit vna ſumma, & quia vna moneta poteſt ſolui pro alia ſed ſecus forte, vbi vna non poſsit ſolui pro alia, ſicut pro aurea argentea, vel pro argentea, ære contaminata, iuxta illa quæ notantur, & ſcribuntur. ff. ſi cer. pe. l. 2. C. de colla. æris. l. 1. & C. de ſol. auth. hoc amplius. & videbis infra quib. mo. tol. ob. Item huic gl. in ver. ſi vero in quantitate. obſtat is text. cui gloſſ. non videtur reſpondere. ſed ſolue, vt in §. ſi ſtipulanti quia nolebat alias valere, niſi valeret in totum: ibi ſic. Dic, ꝙ gl. intendit hic ſoluere hoc contrariũ, dicit. n. in alio non valet. vt hic veluti &c. vult dicere, quod hic debet intelligi, quod dicit tex. Præterea, inutilis eſt, &c. ſub. quo ad illud in quo excedit, vt hic, ſed in ſumma, in qua

5 conueniunt valent, vt §. ſi ſtipulanti. † Quid in alijs, quam in ſummis, in quibus interrogatio totũ cõtinet, reſpõſio partẽ? Verbi gratia, Interrogo te promittis fundum Sempronianũ? tu reſpondes, promitto vſumfr. eiuſdem fundi, vel promittis hominem? tu promittis Stichum. In primo exemplo poteſt dici, quòd ſit difformitas, recipiendo vſumfructum, tanquam ius ſeparatum in gl. magna. ff. de adi. le. l. 1. & ideo vitiatur ſtipulatio, quia vſusfru. nõ eſt pars rei niſi per ſimilitudinem. ff. de vſufru. l. 4. Sed ob. ff. de fideiuſſ. l. ſi area. §. ſi fundum. Sed non eſt bonum argumentũ de fideiuſſ. in quo non inſpicitur difformitas, ſed ſolum, ne obligetur in duriorem cauſam, vt

6 patet. ff. de fideiuſ. l. græce. §. illud. ver. item ſi accepto. † Sed quid in ſecundo exemplo, quando interrogatio continet genus, reſponſio vero ſpeciem? Videtur etiam non valere ſtipulatio, quia obligatio generis æquiparatur ſpeciei alternatiue. ff. de condi. in d. l. cum is. §. fin. In alternatiua autem certum eſt, quod talis reſponſio non valeret. ff. de verb. obl. l. inter ſtipulantem. Quid ſi ſtipulor omnes ſeruos tuos? tu reſpondes promitto præter vnum. Io. & gl. poſt eum, videntur tenere quod nõ valet in §. cum adijcit. in glo. cum diuerſitas. Sed Iaco. ibi tenet contra. eo pro quia ibi non eſt difformitas in qualitate, ſed in quantitate ideo valet, per §. ſi ſtipulante. l. inter ſtipulantem. ff. de verbor. obligat. & idem ſi interrogatio continet totum hominem, reſponſio partem, per dic.

7 §. † Sed quid, ſi interrgatio continet totum integrale, reſpon-

ſponſio partem. Verbi gratia: promittis domum? promitto tignum, vel promittis gregem? promitto ouem talem, dicas ꝙ hic eſt difformitas: & non valet, quia quodammodo res aliæ cenſentur.ff.de euict.l.naue.de acquir.poſ.l. qui vniuerſas.de vſucap.l.eum, qui.& l.rerum miſtura. Secus tamen dicerem, ſi reſponſio continet partem, quantitatiuam: vt promittis domum? vel promittis gregem? promitto partem me diam, vel tertiam.arg.§.ſi ſtipulante.& illorum quæ,& dicta ſunt,& facit ff.de excep.rei iud.l. ſi quis cum totũ.& l.ſi mater.§.eandem §.vide quod ibi not.in glo.imo.& ff.illo tit.de excep.rei iud.l.ſi cum teſtamento.§.ſi fundum.ff.de verbor. ob.l.qui vſumfructũ. Item iuxta illud quod dicitur hic, quod difformitas in qualitate vitiat, ſicut ſi vna pure, & alia ſub
8 conditione,&c. Quæritur,†quid ſi in interrogatione,& promiſsione contineantur conditiones, vel dies diuerſæ tãtum? Verbi gratia, promittis, ſi nauis ex Aſia venerit? promitto, ſi Titius conſul factus fuerit. videtur ꝙ non vitiaret: præſertim ſi conditio appoſita in promiſsione ſit facilior, vel prius exiſtat.ff.de fideiuſ.a reo. Dic contra, quia ſemper eſt difformitas in qualitate conditionum, nec obſt.l.ſi a reo, quia ibi non quæritur de huiuſmodi diſparitate, ſed an cauſa ſit durior, vt
9 ſupra dixi. Hęc procedunt in ſtipulatione.†Quid in alijs con tractibus, vltro citroque obligatorijs? Verbi gratia, ego dico, vendo tibi fundum, tu dicis, ego retineo ſub conditione ſi na uis ex Aſia venerit, vel ſi placet Sempronio: nunquid tenet venditio? Et idem poteſt quæri in alijs contractibus. Et certe videtur ꝙ difformitas non vitiat, quia ex vna parte poteſt eſſe pura, ex alia conditionalis, ff.de in diem adiec.l.Sabinus.& de l.commiſ.l. cum venditor. Vnde appoſita conditione per emptorem, venditor videtur in eam conſentire.ff.de contrahen.emp.l.ſed Celſus. §.fin. Nec oportet ꝙ verbis exprimat difformitatem, ſibi placere, ſed in ſtipulatione credo ꝙ opor tet: vt ſupra dixi. Et eſt ratio quia cum ſtipulatio dicatur a fir mitate,& ſit firmum vinculũ,& ad hoc ſit inducta: iura volue runt omnem firmitatem,& claritatem verborum intercedere. Et hæc ratio poteſt etiam aſsignari: quia interrogatio debet præcedere rationem in ſtipulatione, magis quam in alijs contractibus. Super tex. idem ſi cui. iſte text. videtur repetere quod ſtatim dictum eſt, ſed dic ꝙ repetit,& addit de die, ante enim fuerat factus ſermo de conditione tantummodo.
c In gloſ.quæ enim in præfationibus in fi. c hoc † fallit. vbi per
10 repetitionem actus vitiaretur: vt d.§.idem reſpondet. ff.de leg.1.l.ſeruo alieno.§.ſi ab impubere. & l.ſi quis a filio. §.1. Item fallit, ſi primo dicto, vel perſonæ, vel materiæ ſingulari cohæret.ff.de adi.leg.l.legatum.la 2. Item ſi ex aliquibus con iecturis apparet nolle repeti, quia forte illud quod in pluribus tacite intelligebatur, fuit expreſſum ſuper vno: & ita in alijs non videtur velle intelligi.ff.de iudic. l. cum prætor. & ſic poteſt intelligi.ff.de conditio. & demonſt.l.ſi intra diem. vel ſi alias appareat.ff.de vulga.l. iam hoc iure.§.ſi.de hære. inſtit.l.ſub conditione.C.de impub.l. quamuis.

a Adnotatio. Præterea. Diuerſitas in quantitate, interrogationum & reſponſionum, vitiat ſtipulationem quatenus eſt diſcordia.
b In fi.eo.gloſ. Vide hic diſtincte Ang.in ver.in gloſ.magna, quæ eſt pulchra, & notabilis.
c In fi.No.Ang.quod ex præfationibus,& contractu, poſtea incontinenti ce lebrato, aliquid inter partes actum fuiſſe probatur.& ideo probato, quod partes egerant de pignore, licet incontinenti factum fuerit inſtrumentum de venditione: contractus eſt ſimulatus: ſecus ſi ex interuallo, vt hic per eum quæ ſunt notabilia dicta.

1 *Voto qui, an non obligetur.* 3.
2 *Votorum genera, & effectus.*
4 §.*Voto ſenſus.*

Item inutilis. In gloſ.quantum ad ciuile.in fin. Idem poteſt dici de aduentitio, quando patri non quæritur vſuſfructus, vt in caſibus exceptis, vel quia forte non vult: iuxta l. fi. C.de bo.quæ lib. tunc enim videntur, & actiones, & obligationes contrahi efficaces.ff.ad Treb.l.Imperator. & tit.l.mu lier.§.1.ff.de accuſ.l.hi tamen.§.1. Idem in beneficialibus, vt extra de iud.c. ſi annum.lib.6. In gl.ex omni.in fi. Hæc gloſſ. fuit male ſcripta prope finem, ibi non licet alias, &c. vnde vult dicere quod licet alias qui voluit, poſsit conueniri a prælato, vt l.nulli.§.ſin autem.C.de epiſc.& cle. filius tamen famil. nec vouere, nec ex voto conueniri poteſt, vt hic in gloſ. in fi. Et caue, quia hæc gl. videtur habere cõtraria in l.ſi quis rem.§.voto.alleg.in glo.hic enim videtur gloſ.dicere ꝙ non obligetur Deo ſe vouendo, & ibi dicit contrarium, quia imo perſonam poteſt vouere Deo & obligatur.& hoc idem no. ff. de min.l.ſi ex cauſa.§. Papinianus. pro quo C.de epiſ.& cle.l. ſi.§.2.in auth. de ſanc.epiſ.§.interdicimus. Dic plenius quòd
2 aut † filiusfa. emittit votum perſonale, id eſt in ſua perſona conſiſtens, aut reale, id eſt in rerum præſtatione conſiſtens, primo caſu, aut intrat religionem, & votum ibidem profeſſionis emittit, & obligatur, vt ex dictis §. 1. & §. interdicimus. 2. aut non intrat religionem, & tunc non obligatur in præiudicium patris, niſi in voto vltramarino, vel niſi in neceſsitate, vt quia iniecit manus violentas in clericum, ſed in præiudicium ſui ſic, vnde ſi placeat patri, debet cõplere, vel cum erit liberatus a patria poteſtate. Si autem vouet res, dic quòd aut intrat religionem,& dic quod res caſtrenſe & quaſi aduentitiæ, dedicantur ſaluo iure patris, quantum ad vſumfruct. Si vero
3 †non intrat, ſed alias vouet, tunc in caſtrenſibus vel quaſi,& in aduentitijs, in quibus pater non habet vſumfruct. tenet, in alijs non. cum non poſsit alienare, & ideo non videtur quod poſsit vouere res profectitij peculij, nec eleemoſynas facere etiam moderatas, ſine licentia patris, prout hæc omnia reperies no.extra de voto.c.ſcripturæ.per Inn.& docto.& plenius in ſumma Hoſt.eo.ti.§.quis uouere.ver.ſed nunquid filiusfami. An autem pater priuetur patria poteſtate? Docto.iuris canonici dicunt quod non. in his tamen quæ tangunt religionem, nõ curatur patria poteſtas. uide per Inno.de æta. & qual.c.indecorũ.& in Spe.de ſtat.monach.uer. duodecimo quæritur, & uer. 2.& uide quod ſcripſi C. de ſacroſ.eccl.auth.ingreſsi. Sed an pater poſsit eum obligare uouendo ipſum? gl. dicit quod ſic.& notatur.C.de agri.& cenſ. l.ne diutius. contrarium eſt verum, niſi conſentiat tacite uel expreſſe, uide extra de reg.c.cum uirum.20.q.2 c.1.& 2. dic ut ibi. Vnde uidetur mirabile cur non poſsit filius ſe obligare Deo, cum in ſpiritualibus non curetur de patria poteſtate, imo nec de his quæ ius publicum tangunt, ut ff.ad Treb.l. nam quod ad ius publicum. Sed dic quod non curatur, quin actus teneat, ſine præiudicio tamen patris, etenim pater non debet ex facto filij priuari ſua patria poteſtate, niſi in caſibus, ut fauore religionis, uel propter conſulatum & ſimilibus.C. de epiſ.& cle.authen.ſed epiſcopalis. Intellige ergo, quod l.ſi
4 quis.† §.uoto. dicit indiſtincte ſecundum diſtinctionem prædictam. Et quando dicit, non obligatur ſub uoto rerum, nec uoto perſonali in præiudicium patris, niſi intraret religionẽ, ut prædixi. per hoc ceſſat, quare melius obligatur diabolo delinquendo, quam uouendo, quia (ut dictum eſt,) & Deo obligatur. Item eſt alia ratio, quia Deus, qui iuſtus eſt, non quærit ſacrificia cum aliena iactura, & ideo quia preiudicaretur patri, non obligatur, diabolus (qui ſemper iniuſtus eſt) nihil querit niſi iniuſtitiam.& alienam iacturam, cur non mirum.

1 *Mutus an contrahat.*

a Mutum. a † Hic nihil notandum eſt. & concor. ff.eod.l.
1 1.in prin.& uide ibi, quia ei prouidetur, de remedio ſtipulandi. alios autem contractus qui conſenſu perficiuntur, poteſt inire.ff.de iure dot.l.mutus.extra de ſponſ.cap.cum apud.& uide quod ſcripſi ſupra de mili. teſt.§. quinimo. & per hunc §.patet, quod non poſsit teſtis eſſe, cum teſtis uerbo deponere habeat. uide ſupra de teſta.§. teſtes.

a Adnot. Mutum. Quærit hic Ange. qualiter mutus, vel ſurdus, poſſit alium contractum præter ſtipulationem celebrare & dicit, quod debent adhiberi amici noti.& coniuncti ſui:& ipſe mutus faciat talia ſigna per quæ det intelligere, quod velit vendere, vel emere?& tunc illi noti muto dicant, ꝙ ipſi intel ligunt ex talibus ſignis ꝙ vult vendere liberum pro decem, & ita ſcribat nota rius,& ſic valebit contractus, vt hic per eum.

1 *Furioſo quæ, an non liceant.*

Furiosus. In gloſ.ſ.obligatorium. ibi, idem in prodi-

go. intellige idem quod non poſsit obligari, promittendo,
1 ſed non † idem quin poſsit ſtipulari. vt d.l.is cui.& vide qđ
ſcripſi ſupra de cur.§.furioſi. In ea.gl.in fi.hoc intellige de
mentecapto, qui omnino nihil rationis ſapit infra prox. §.
ſed quod diximus.

1 *Pubertati proximus.*
2 *Filio quæ & qui, an non, liceat.*
3 *§. Filius enucleari.*
4 *Patri cur quæratur.*

Pvpillvs. In gl.1.vſque ad 10.in fi.hæc fuit opi.gl.
vbique.& no.ff.de re iud.l.pupillum.canoniſtæ,gl. & Inn.di
1 cunt pubertati † proximum,qui per ſemeſtre tempus accedē
do,vel excedendo,propinquat,vt no.extra de deſpon.impu.
c.continebatur. Sed Hoſt. ibi dicit ꝙ eſt proximus, per tres
dies ante,vel poſt,per c.ad noſtram.extra de reg.pro gloſ.&
Inno.facit ff.de exc.tut.l.non tantum.quam legem ipſi etiam
allegant pro Hoſtien.facit ff.de lib.exhi.l 3.§.pe. Si ſequaris
opi.gl.& Inno.in iudicij coronaberis,præſertim in curia ec-
cleſiaſtica,vbi adorantur vt idolum.Inter has opi.poteſt me
diari ꝙ ſit arbitrio iudicis,qui ex maleficio,& perſpicacitate
impuberis,poterit maius,vel minus tempus interpretari:re-
periuntur enim quidam maioris indolis & intellectus in 10.
anno.quam alij in 14.C.ſi mi.ſe ma.dix.l.3.& facit ff.de ver.
obl.l. mulier. In gl.ſed quæ eſt ratio. ibi cum dicit,ad cor-
rigendum.ex hoc apparet ꝙ ſexagenarius poſſet eſſe in pote
a ſtate patris. In ea.gl.in fi.[a] melius in §.hoc proculdubio.&
hoc eſt verum iure antiquo, quo pater non erat adminiſtra-
tor.Quid hodie,ſecundum iura Conſtantini,ſecundum quæ
pater habet legitimam adminiſtrationem filij? Videretur cō
tra: & hoc tenent Iac.& Pe.in l.fi.C.de bo.quæ lib.& l. cum
oportet.§.non autem.eo.tit.item facit quod legitur & no.in
2 d.l.fi.§.filius autem famil.†vbi alienat filius cum licentia pa-
tris Et ita patet quod authoritas patris facit valere,quia alie
natio alias eſſet nulla.Præterea conſtat ꝙ ſine patris volunta
te filius non debet,nec poteſt acquirere hæreditatem vt d.l.
fi.Poteſt dici ꝙ iſte.§.hodie.ſtat, cum non reperiatur corre-
ctus. Nec ob.d.§. filius. nec quod ibi not. nam quod ibi dici-
3 tur † de licentia,ſeu voluntate,non eſt authorizatio, ſed ſo-
lū conſenſus,ſeu voluntas quę requiritur ꝓpter ius, quod habet
pater in re.& apparet bene,ſuppoſito ꝙ filius eſſet 60.anno.
requireretur conſenſus,ſeu voluntas prędicta:per illum §.&
ita illud nihil facit, quo ad authorizationem minoris ætatis
quamuis rō quæ ibi redditur, videatur reſtringere d. §. me-
lius eſt enim coarctare iuueniles,&c. Sed illud non ob.quia il
lud ideo ponitur quia iuuenes magis conſueuerunt vendere
ſuum,quam alij:ideo illa ratio inducitur.Idem tñ ſi ſint per-
fectæ ætatis.Item nec obſt.quod adhibetur conſenſus in hæ-
reditate: quia illud propter ius vſusfr. quod eſt acquirendū
patri: quia pater debet implicari oneribus. Non ob.l.ſi infan
ti.C.de iur.delibe.quia ibi nihil agitur de patris authoritate
4 præſtanda: ſed bene verum † eſt,ꝙ acquiritur filio per patrē
ꝓpter periculum, quod eſſet ſi hæreditas non acquireretur, &
deuolueretur ad alios: in cuius vera acquiſitione non eſt
maius periculum,quam in ſimplici contractu, & ſpecialia iu
ra,& cautelæ adhibentur. ſupra de auto.tuto.§.neque.

a Adnot.In fi.Ang.hic concludit hoc modo. Quandoque tractatur de pupil
lo obligando mere,& authoritas patris non ſufficit,vt hic.quandoque tracta-
tur de mera vtilitate:& tunc poteſt etiam ſine patris authoritate, vt ſupra de
auth.tut.in pri.quandoque tractatur de actu,in quo poteſt eſſe vtilitas,& dā-
num:& tunc patris authoritas ſufficit,vt l.ſi infanti.C.de iur. delib. Et eſt ra
tio,quia iura noua faciunt patrem legitimum adminiſtratorem.

1 *Impoſsibilia quando, & an actionem pariant.*
2 *§. Si impoſsibilis, quando, & an locus ſit & 3.*
4 *Conditionis ante vel poſtpoſitæ vſus. & 5.6.*
7 *Perplexum.*

Si impossibilis. In gl. quibuſcunque. vide ibi:
& quod ibi ſcripſi.Sed opp.ff.de condi.ob cauſ.l. ſi militem.
gl.dicit in l.non ſolum.hic allegata,ꝙ ibi in cōtractu, qui re
contrahitur:hic in contractu,qui cōſenſu.Sed hoc non valet:
1 quia iſte §.obtinet † in quibuſcunque cōtractibus:vt hic not.
in prin.gl.& hæc gloſſ.eſt contraria illi.hæc tamen verior il
la eſt enim contra caſum.ff.ſi cer.pet.l.certi condictio.§.item
quæri pōt.Ad contrarium dic ꝙ concordat,quia hic.& ibi cō
ditio,ſeu cauſa impoſsibilis effectum annullat: nec ex eo agi
poteſt ad conficiendū:ſed bene verū eſt ꝙ agi poteſt ad reuo
cāda data ex tali cōtractu,& hic crederē idē, ſi res eſſet tradi
ta vigore cōtractus talis.ff.de act.emp.l.ex empto.§.is qui vi
na. Item obſt.ff.loca.l.inſulam.§.in operis. Si velles intelli-
gere legem illam,prout gl.ſecundo modo intelligit,in nullo
obſt. Sed ſi ſecūdum primum intellectum intelligas, oportet
dicere,ꝙ interdum illud, quod in vim conditionis apponi-
2 tur,eſt impoſsibile de ſe: & † in illo caſu obtinet iſte §.Inter
dum non eſt impoſsibile de ſe, nec ſui natura: ſed propter
circunſtantias quæ per partes apponuntur: efficitur impoſ-
ſibile.& in illo caſu diſtinguitur caſus bonæ fidei,a contracti
bus ſtricti iuris.vt in primo valeat,in ſecundò non,vt ſcripſi
§.de verb.oblig.§.loca.ff.de leg.1.l.ſi quis ſeruos.Item oppo
ponitur extra de condi.appo.c.1.& fi.vbi conditio impoſsi-
bilis adiecta contractui, matrimonium non vitiat, niſi eſſet
contra ſubſtantiam mrīmonij. Sed dicas ꝙ ſpeciale eſt fauo-
3 re matrimonij: vt ibi.no.Item quæro,† an iſte §. obtinet,vbi
obligatio incipit à conuentione,an vbi incipit à conditione,
4 vel an in vtroq; caſu,nam interdū reperitur promiſsio, † ſeu
ſtipulatio,incipere a præcedenti conuentione,interdū a præ
cedenti conditione.Verbi gratia, promittis hominem dare,
& ſi non dederis promittis dare equum,uel centum,hic inci
pit a præcedenti conuentione.Quandoque a præcedenti con
ditione.Verbi gratia: ſi Stichum non videris promittis cen-
tum,qui Stichus mortuus erat,vel ſi cœlum digito tetigeris,
promittis centum: & videtur expreſſum quod obtineat,vbi
a pręcedenti conuentione.ff.de verb.obl.l.ſi homo mortuus.
ibi enim à præcedenti conuentione incipit. In l.non ſolum.
in ſecundo dicto de act.& oblig. Oportet dici quod incipit
a præcedenti conuentione, in eo quod fit ibi mentio de em-
ptione & locatione, vbi vero a præcedenti conditione inci-
pit, non eſt dubium quod obtinet: quia is eſt caſus huius §.
5 & hoc indubitate,vbi ab ini tio erat impoſsibile.† Quid ſi ex
poſtfacto? Verbi gratia,promittis dare,vel ſiſtere Stichum,
& ſi non dederis, promittis dare centum? Stichus tunc vi-
uebat,ſed poſt moritur,ante mortem nunquid valet?& caue
quia hoc ſolum debuit quærere Dyn. & diſtinguere caſus,
an ab initio eſſet impoſsibile,an ex poſtfacto, & tamen am-
bos caſus miſcuit,extra de reg.iur.c.nemo ad impoſsibile. in
q.fi.Et videtur expeditum, quod tunc non ſit locus huic ff.
de verb.obl.l.in illa. Super hoc gl.variant. nam quædam vo-
luerunt dicere quod pœna committitur,niſi in iudicialibus,
& ita videtur ſentire ff.qui ſatiſd. cog. l. ſi deceſſerit. de do.
excep.l.apud Celſum.§.ſi arbitrum. Sed in l.ſi homo. tenet
contra, & illa approbatur.ff.ad l.Rhod.de iact.l. pe. §. pe.
Item conſtat quod caſus poſt promiſsionem contingens, ma
gis debet liberare,quam ſi eſſet ab initio,ſed ſi eſſet ab initio
obligationem vitiaret, ergo multo fortius poſt contingens.
Prima probatur,quia difficultas,quæ eſt ab initio non impe-
dit obligationem.ff.de verb.obli.l.continuus.§.illud.& tamē
ſuperueniens impedit in effectu. ff.de contrahen. empt. l. ſi
in emptione.§. item ſi res. ſi cer.pet.l. quod te. ibi, in pote-
ſtate, &c. Secunda patet per ſupradicta, ideo dic quod non
committitur in alium regreſſum.ff.ad leg.Aquil.l. proinde.
6 Item † hoc veum,vbi incipit a præcedenti conuentione, ſe-
cus ſi à pręcedenti conditione, vt d.l.in illa. Quæ ſit ratio,
patet: quia vbi a præcedenti conuentione res quæ moritur,
fuit in obligatione, ideo eius interitu liberatur. ſecus vbi a
præcedenti conditione. & hanc rationem reddit Dyn. in d.
c.nemo.nec ob.ff.de noxa.l.ſi ad libertatē.§.ſi qs quia ibi da-
mni æſtimatio erat in obligatione, quæ euaneſcit ex perſona
delinquente,vt ibi no.Dyn. In gl.non ita.ibi. Ioan. illa lex
quam Io.allegat eſt directe cōtraria,quia ibi idem quod hic.
hic enim non valet ſtipulatio,nec ibi in facto. In ea. gloſſ.
ibi, ſecundum Azo.dicas quod idem eſt, ſi ſit impoſsibilis,
propter perplexitatem,ac ſi eſſet de eius natura, per l.ſi Ti-
tius. ff. de condi. inſti. & eſt mirum, quomodo Ioan. alle-
gauit eam ad contrarium. Sed credo quod fuit error ſcri-
ptoris.

ptoris. Nec obſt.l.ſi Titius.ff. de verb. oblig. quia ibi non eſt
7 perplexitas. Nam † perplexum dicitur indiſſolubile, ita quod ad poſitionẽ vnius requiratur remotio alterius, vel inconueniens, quod non eſt in d.l.ſi Titius.ff.de ver. ob. imo vtrunq; perplexum ſe compatitur, quinimo diſſolutio perplexitatis pendet ex facto promiſſoris, vt ibi Dy.no. Item dic idem ſi ſit turpis, vel de iure impoſsibilis ſupra eo.§.idem de iure, cum ibi notatis. In glo.cum ſpatio.vide ſupra de ob.§.omnis.

1 *Inſtrumento quando danda fides.*
2 *Scripturæ priuatæ quatenus ſtandum.*
3 *Inſtrumentis inſerenda.*
4 *Inſtrumentum accuſaturo an edendum.*
5 *Data an reſpondenda.*
6 *Dies quando, & an edendus.*
7 *Cap. cum Ioannes explicatur.*
8 *Superaditio qui petatur.*
9 *Teſtium quibus ſtandum.*
10 *Inſtrumenta an impugnabilia. & 11.*
12 *Teſtibus negantibus inſtrumentum reprobari. & 13.*
14 *Teſte vno inſtrumentum uacillare. & 15.*
16 *Tabellione negante inſtrumento non ſtandum.*
17 *Teſtes an tabellioni præferendi.*
18 *Inſtrumentum quot teſtibus reprobetur.*
19 *Inſtrumentum qui probetur.*
20 *Teſtium qui potiores.*
21 *Tabellio quibus teſtibus præferendus.*
22 *Inſtrumentum quando duobus æquiualeat.*
23 *Sigillo ſtandum.*

ITEM Verborum, In glo. ita intellige ibi, cum allega.§. eo.Item intellige audiri ſub. & intellige. plerunq; enim vox auditur, & verbũ non intelligitur.ff.eo.l.1.§.fi. In ea gl.cum alleg.de ſpon.l.4.iuncta.l.2.eo.tit. In glo.poſt.ideo.in fi.quo tempore forte fuerunt teſtes mortui, & non poteſt probari præſentia, niſi ſcriptura probetur. In gl.no.ſtandum. Et hoc
1 quando habet formã publicam, † puta manu tabellionis conſignatam, vel authentico ſigillo, cui de iure, vel conſuetudine adhibetur fides, vide extra de fid.inſtr.c.2. & quod ibi no. per glo.& doct. In fi.eiuſdem glo. melius facit, pro ſecundo membro.ff.depoſi.l.Publia.§.fi.C.de proba.l. inſtrumenta.& l.exemplo.de conue.fiſ.de l.1.lib.10.& hoc niſi eſſet ſubſcripta trino teſte.C.qui pot.in pig.ha.l.ſcripturas. Sed nec nũc facit fidem mortuis teſtibus, & niſi olim in rationibus publicis.ff.de eden.l.quędam ſunt.§.nummularius.hodie cõtra vt
2 ibi no. Item dic, quod ſi priuata† ſcriptura ſit vetus, vel alias non ſuſpecta, facit ſemiplenam fidem, ita quòd per eam poſſit deferri iuramentũ, ſi alia concurrant. de quibus.C. de reb. credi.l.3.& ff.de iureiur.l. admonendi. dic plene in Spec. de inſtr.edi.§.nunc dicendum.ver.priuatum nu.4.5.6.& 7.& in d.l.ſcripturas. & in d.c.2.de fide inſtr. ſupra de teſta.§. ſigna autem. & §.poſſunt. In gl.id eſt, præſentes, ſed quamuis hæc ſcriptura non cõtineatur, nihilominus ſi dicat ſtipulationem fuiſſe interpoſitam, præſumitur.C.de vſu.l.1. & infra eo.§.ſi ſcriptum. In glo.nota.ibi, cum allegat.C.de diuer.reſcri.l.ſi qua melius.C.de tabula.l.generali.lib.10.Sed an hora ſit ponenda? doct.conſueuerunt dicere quod non.ff. de accuſ.l.libellorum.C.de apo.pu.l.1. in quibus nulla fit mentio de ho-
3 ra. Sed an locus † debeat apponi? Doct. conſueuerunt dicere quod ſic etiã ſingularis. Vnde non ſufficeret dici in inſtrumento, actum in tali ciuitate, niſi etiam diceretur, in tali domo, vel tali loco, vt cõſueuerunt notare docto.in l.optimam, & facit in auth.quib.mod.natur.effi.leg.§.quantum. & d.l.libellorum. Item conſul.menſis, & alia quæ in d.l. nominãtur, alias non valeret inſtrumẽtum, vt no.in Spec.de inſtru. edit. §.poſtremo.verſ.quid ergo. cum verſi.ſeq. & hoc niſi ſit alia conſuetudo, quæ in talibus eſt multum attendenda, vt no. in authen.vt præpo.no.imper.circa med.in gl. puta in nomine. Præmiſſa autem intellige in inſtrumentis publicis, nam in priuata ſcriptura non requiritur tanta ſolennitas dumtamen conſtet eam ſcriptam per illũ, cui preiudicatur, vel per aliũ eius conſenſu, vt d.l. Publia.§.fin.ff. de pig.l. cum taberna.§. idem quærit. Quidam autem faciunt differentiam, an fiat ad probandum, vel ad contrahendum, vt primo caſu debeat apponi dies, ſecundo non. per d.§. idem quærit. In ea.glo. ibi cum dicit, vel datur hæc glo. ſupponit quod ſiue velit argue
4 re de falſo † criminaliter accuſando, ſiue ciuiliter excipiendo, quod debeat edi cnm die & conſule, & tamen cõtrarium innuit in d.l.fi.de fide inſtr.ſuper verbo falſum. Et pro illa facit tex.l.3.C.de accuſa.cum dicit, inſcriptionum pagina, &c. quæ pagina non interponitur, niſi cum criminaliter accuſatur, vt l.fin.C.de accuſ.Pet.de Bellaper.videtur in hoc facere quandam diſtinctionem, quæ notatur in §.editiones.l.1.ff.de edendo, nã aut quis vult accuſare ſeu redarguere inſtrumentum de falſo, in ea parte, in qua eſt dies, & conſul, & tunc debet edi.aut in alia parte, & tunc non.& ſi dubitetur, an malitioſe dicat ſe velle accuſare in illa parte, iurare debet ſecundum eum. Finaliter tamen dicit, quod hic loquitur, quando vult accuſare ciuiliter ad finem, quòd inſtrumentum non faciat probationem, quo caſu non eſt locus inſcriptioni. Sed ſi dubitetur de malitia, debet imponi mulcta per iudicem, ſi accuſans ſuccumbat. C. qui accuſa. poſ. vel non.l.3. Et ita videtur declinare in hanc ſententiã, quòd ſiue criminaliter ſiue ciuiliter quis velit inſtrumentũ reprehendere, debeat huius editio fieri, & ita tenetur de conſuetudine. veruntamen, ſi iudex præſumit, quòd falſitas opponatur malitioſe, cogere debet accuſatorem ſe obligare ad pœnam extraordinariam. Et ita no.Spe.de fide inſtru.§.videndum, verſi.facienda, cum verſi.ſeq.nu.13.& 14.& facit.C.de epiſc. & cler.l. ſi qua per calumniam.in prin. Sed pone quòd inſtrumentum nõ eſt in caſu exhibitionis cum die & conſule, quia forte pars non audet ſe ingerere ad reprehendendũ de falſo. ſed facit talem po
5 ſitionem, ponit quòd ſi inſtrumentum habet aliquid † de tali contractu, quod eſt de tali data, nunquid exhibens tenetur reſpondere? & non videtur, quia pręſtaretur materia falſum fabricandi. ſicut ſi inſtrumentum exhiberetur cum die & conſule. Et ita non videtur reſpondendũ per d.§. editiones.arg. ff.de ſpon.l.oratio. Spec.tangit hoc in tit.de teſte.§. qualiter autem. ver.quid ergo. & videtur tenere quòd ſit reſpondendum, tamen ſufficeret reſponderi, ita credit, ſicut inſtrumento continetur. vnde quamuis ſit reſponſio incerta, ſatis tamẽ certificatur iudex, cui totum exhibetur, vide ibi. Iſta ſunt valde bona in practica, quando reus opponit pręſcriptionem, & lapſum temporis, tũc enim neceſſe eſt ita articulari. Sed pro Deo, quando quis vult reprehendere inſtrumentum, tanquã falſum, & exhibetur ei dies & conſul: nunquid paratur ei materia falſum fabricandi, ſicut in omni alio caſu? Nam die exhibito, poterit quærere teſtes falſos, per quos probabit ſe alibi fuiſſe, & ſic videtur eadem ſuſpicio. Ad hoc poteſt reſponderi, verum eſt, quod videtur ſuſpicio poſſe falſum committi: ſed iuſtius eſt hoc caſu audire opponentem, quam ſi forte veritas remaneat cooperta. Vnde vt tenebræ criminis falſi prodeant in lucem, hoc conceditur, quia in hoc crimine debet fieri acerrima indagatio.C. de fal.l.vbi. & iunge ſupra quib.ex cauſ.maio.non lic.§.ſemel. Videntur ergo dicere gl.
6 & Pet.de Bellaper.quod non debet edi dies, niſi † petens edi, velit probare falſitatem in data, ſecus in alia parte, vt ſupra ſcripſi, & ad hoc facit c.cum Ioannes. extra de fide inſtru.vbi reprehendebatur inſtrumentum, quia puram venditionem continebat, & tamen debebat conditionalem continere. vnde ibi dies non erat exhibitus, quod apparet, quia teſtes, non deponebant de certo tempore, quos veriſimile eſt depoſuiſſe, ſi dies fuiſſet eis exhibita. Iſta tamen opin. mihi non placet, quia ſequeretur inconueniens, pone enim quod ego volo probare de die, & hora inſtrumenti, fuit alio modo factum, quam inſtrumẽtum dictat, & ita in alia parte, quam in data, quomodo probabo, niſi exhibeatur data? oportet enim articulare, quod fuit vnicus actus, ſicut in c.cum Ioannes. de fid. inſtrum.vnde ſi plures contractus fuiſſent, vel pars quæ producit inſtrumentum, hoc diceret, omnis probatio mea eſſet inutilis. ſemper enim producens inſtrumentum poterit, dicere, frater probatio tua nil valet, nam plures fuerunt contractus, is tamen, qui in meo cõtinetur inſtrumento nouiſsimus & purus fuit, per quẽ fuit receſſum ab alijs. Vnde niſi dicas, quod die & hora dati inſtrumenti fuerit conditio appoſita, nihil probas. oportet ergo neceſſario edi hoc caſu, & ſimili-


bus

bus datam. Nec ob. † c. cum Ioannes. quia ibi non fuit petita dies edi, vel ſi fuit, teſtes non recordabantur de certo tempore. Præterea ibi non redarguebatur inſtrumentũ de falſo: ſed ꝙ minus continebat, ibi enim continebatur ꝙ vendiderat, & pars aduerſa dicebat, ꝙ plus debebat continere: videlicet conditionem. Sed ſi inſtrumentum diceret, ꝙ pure vendiderat, tunc bene eſſet falſum, ſi probaretur cõditionem adiectam: ſemper ergo dicerem, datã edendam, in quacunq; parte falſitas proponatur, ſi alio modo non poſſit falſitas bono modo probari, nec detegi. quod ex qualitate factorum poteſt bono iudici apparere. An autem nomina teſtium, & tabellionis debeant edi. no. in §. editiones. in fi. magnæ glo. In ea. glo. ibi cum alleg. l. quædam. vt act. ad exhibendum. vide ff. ad exhib. l. 3. §. pe. C. de condi. ſine cau. l. diſſolutæ. Item condictione ex leg. C. de lib. cau. l. ſicut datã. Item act. ex ſtipulatu. C. de fideiuſ. l. ſi Barſatoram. Et potes dicere ꝙ vbi ſecundario
8 ſeu acceſſorie petitur † ſupereditio, imploratur officium iudicis. Si principaliter: tunc ſi præceſſit contractus, vel materia, cuius actio poterit extendi: illa datur in factũ, vel officio iudicis, quæ concurrunt. ff. de tuto. & rat. diſt. l. 1. §. officio. & ibi per Dy. & hoc quando petitur exhiberi cautio, ſed ſi dari, vel reddi condi. ſine cauſa: vt l. diſſolutæ. ſupra alle. In ea. gl. ibi cum alleg. §. cum fere. præſumptio enim transfert onus probandi. ff. de fideic. lib. l. generaliter. §. ſi petitũ. & ff. de prob. l. ei, qui. In ea. gl. ibi, item nunquid. Vt plene videas hanc quęſtionem, & materiam, oppono cõtra literam, & intentionem gl. & videtur ꝙ poſſit probari contra inſtrumentũ per teſtes. Certum eſt quod ſcriptura publica maiorũ virium eſt, quam priuata: ſed contra ſcripturam priuatam non poteſt probari per teſtes, ergo nec contra publicam. maior probatur. C. de prob. l. inſtrumenta. iuncta. l. in exercendis. C. de fid. inſtr. minor probatur. C. de non nu. pec. l. generaliter. Præterea aut quis vult probare inſtrumentũ, per teſtes ibi ſcriptos, aut per alios: ſed per neutros poteſt, ergo &c. ꝙ non poſſit per teſtes ibi ſcriptos apparet. certum eſt ꝙ ſcriptio facta per notariũ, habetur pro eorũ atteſtationibus: alias non faceret fidem inſtrumentũ, vt in auth. de fid. inſtr. §. ſi vero, ſed conſtat, quod teſtis ſuæ depoſitioni, ſiue atteſtationi cõtradicens, nõ admittitur. extra de teſt. c. ſicut nobis. ergo videtur, quod ſi dicti teſtes velint inſtrumento cõtradicere, non audientur. Præterea certũ eſt, quod inſtrumentũ de ſe facit fidem vice teſtium, vt l. in exercendis. Item certũ eſt, quod ſi duo teſtes aliquid de-
9 ponerent † affirmatiue, plus eis crederetur, quã centũ qui deponerent de negatiua, extra de elect. c. bonæ. & c. cũ dilectus, & no. ff. de arbi. l. diem proferre. §. ſi plures. Sed cõſtat, quod inſtrumentũ ponit, & affirmat, ergo &c. teſtes econtra producti negant, ſeu negatiuam adſtruunt, ergo magis creditur inſtrumento, quã quibuſcunq; teſtibus, & quantiſcunq;. Quod hoc ſit verũ, videlicet quod inſtrumentũ ponat, & affirmet, patet de ſe. Dicit. n. inſtrumentum. Notum ſit quod talis in præſentia notarij, & teſtium ſubſcriptorũ conſtitutus ſic fecit, ſic operatus eſt, ponendo factũ, & ſic neceſſario ſequitur quod teſtes, qui contra deponunt, negent ita fuiſſe, & ſic negatiuã adſtruant, vt patet in d. c. cũ dilectus. Quid plura? caſus ſunt, quod nõ debet admitti talis probatio. C. ad Velle. l. antiquæ. C. arb. tut. l. fi. non. n. poteſt dici, ibi ſpeciale, cũ ratio quæ ibi redditur, videatur ad caſus ſimiles extendenda. Contrarium apparet eſſe verũ hic, & in l. optimã. & extra de proba. c. 3. de teſti. c. tam literis. de fid. inſtr. cũ Io. C. de prob. l. iubemus. ad l. Cor. de fal. quaſi per totum. & de fi. inſtr. l. fi. quæ omnia iura cũ infinitis cõcludunt ſcripturã poſſe reprobari, etiã per teſtes. Sol. ſuper hoc videntur duæ quæſtiones, eodẽ modo principales. Prima, an ſcriptura poſſit reprobari, & quæ. Secunda, quomodo, & per quot teſtes. Ad primã dicendũ, quod caſus ſunt diſtinguendi. nã aut quis vult reprobare
10 ſcripturã † quã cõſtat per eius confeſſionem, vel alias factã, in tali forma fuiſſe de eius cõſenſu, aut aliã de qua ſic nõ conſtat. Primo caſu, quæritur an debeat admitti ad probandũ. Et videtur quod non, niſi ſaltem per aliã ſcripturã, vt d. l. generaliter. non. n. præſumitur aliquis ita eſſe ſtultus, quod in publico inſtrumento, vel alia publica ſcriptura, aliquid permiſerit cõtra ſe ſcribi, vt l. fi. C. arb. tu. Prĕterea pro hoc facit. ff. de vſuf. leg. l. ſi alij. Præterea videtur fortiter probari in cõtractibus, qui cõſenſu cõtrahuntur, a quibus receditur nudo cõſenſu, & per nouũ conſenſum de nouo cõtrahitur. ff. de contrah. empt. l. pacta. de pact. l. ab emptione. in quibus videtur, quod quicquid ante prolocutũ, ſeu conuentũ fuerit, debeat reduci ad id, quod de cõmuni conſenſu ſcriptum eſt, cum in hoc partes finaliter concordarint. & pro hoc C. plus vale quod agitur. l. fi. & id ſolum agi videtur inter partes. Et hoc maxime conſtare videtur, quando fit contractus in ſcriptis, quo caſu vis & effectus totius contractus, nititur ex ſcriptura, vt videbis infra de empt. & ven. in prin. igitur alia omnia quę in ſcriptis nõ ſunt, pro nihilo ſunt. Et ſic, id, quod ibi ſcriptum eſt, tenendum eſt inconcuſſe, & pro hoc facit. l. cum precibus de proba. cum dicit, ignorante te, &c. a contrario ſenſu. Oppoſitum videtur expreſſum. C. de do. l. nec ignorans. ff. de pact. l. item quia cõuentiones. in fi. & l. iuriſgẽtium. §. quod fere. C. plus val. quod agitur. l. 1. & 2. Super hoc dicunt quidã, quod ſi ſit priuata ſcriptura, poteſt cõtra probari per aliam ſcripturam, vt l. generaliter. de nõ nu. pec. Sed ſi ſit publica, nõ. hoc caſu, quando fuit facta de voluntate & cõſenſu reprobare volentis. & ita tenet hic Pet. de Bellaper. tranſeundo, qui parũ aliud dicit hic extra gl. Sed hæc opi. nõ videtur bona, per leges, quas ſupra allegaui pro parte cõtraria, & maxime per l. nec ignorãs. & C. de fal. l. & ſi ad te. ibi. n. ſcripſerat, & ſic conſenſerat. Præterea ſequeretur magna iniuſtitia, ſi hoc indiſtincte verum eſſet. Pone, ego & tu fecimus finale computum coram tabellione publico & teſtibus, & ſub inſtrumẽto, in quo continetur, quod refuſis hincinde omnibus, vterque remanet quietus, ſi eiſdem die & hora, & forte coram iiſdem tabellione, & teſtibus, vel coram alio, etiam alio tempore das inſtrumentũ, quod quantuncunq; in tali inſtrumento contineatur, in fine computi remanemus inuicem quieti, quod nihilominus, tu debes mihi ex fine computi centum, nunquid hoc inſtrumentũ reprobat primum, & huiuſmodi probatio admittetur? Et certũ eſt quod non, ſecundum opi. Pet. in caſu, quo conſtaret primũ factum de conſenſu, quod eſſet iniquiſsimũ, cum hoc ſit vltimum, & contineat clauſulam derogatoriam, & faciat mentionem de alio. ff. de iur. do. l. diuus. §. licet. C. de pact. l. pacta. Vel pone, quod tu oſtendis inſtrumentũ, in quo continetur, quod ego dedi tibi pure, & ſimpliciter fundum, ego confiteor dictum inſtrumẽtum factũ de voluntate mea, ſed volo probare per aliam ſcripturã, quod tempore datæ inſtrumenti, agebatur inter partes quod eſſet conditionalis, nõ obſtãte dicta ſcriptura, quæ forte ob cauſam fictitiam fiebat, cur non potero, etiã per teſtes? non video & iura illa plus valere quod agitur: hoc concludunt. Vnde (vt hoc plenius videas) diſtingue caſus, nam aut quis vult probare contrarium illius, quod continetur in inſtrumento, & ipſum falſum continere, nullo allegato errore, vel fictione alia, vel alio facto pertinenti. Et tunc non poteſt, ſi conſtet ipſum de ſua voluntate factũ, & abſolutũ in forma, qua eſt. Verbi gratia, inſtrumentum dicit, quod tu mihi vendidiſti fundum Titianum pretio x. talibus die, loco, & hora, & cõſtat quod illud inſtrumentũ, ſeu not. ex qua contractũ eſt, fuit per te viſum, & ſic cõcordatum. tu vis probare, quod alio pretio, nũquid admitteris? Poteſt dici, quod non, nec per aliã ſcripturã, nec per teſtes, nec credo quod deberes audiri, ſi velles probare abſentiã hoc caſu: quia cõtradiceres inſtrumento, & ipſum arguere falſi, ad quod nõ debes audiri per pręmiſſa. vbi vero allegas errorem, vel fictionẽ, tunc audieris ad hoc ꝓbandũ, vt ſi alleges plus, vel alias conuentũ, cũ clauſula nõ obſt. inſtrumẽto. Verbi gratia, ꝓducitur inſtrm̃ per me ſubſcriptũ, vel de cõſenſu meo, in forma qua eſt actũ, vel in nota redactũ, & hoc forte probabatur, vel ego hoc confiteor, veruntamen dico quod fuit error, & hoc volo probare, tũc debeo audiri, vt l. nec ignorans. hic all. & hoc, ſi allego iuſtũ errorem. vt ſi mihi aſſertum ſit, quod ita erat ſcriptũ ſicut actũ, & ego fidẽ adhibui, & ſubſcripſi, vel dixi, placet mihi in forma, in qua eſt, vel ſi ſim laicus, & aliqua puncta ſint ibi ſubtilia, quæ nõ intelligo, nec fuerũt mihi declarata, & dixi, trãſeatis, placet mihi in forma, in qua eſt, cõcordo. ſi. n. poſſit probari error, nõ video, quin debeam admitti probare volens. & hoc ſatis cõcludunt iura alleg. ff.

de verb.

de verb.ob.l.ſi quis cum aliter.& eodem modo,ſi velim probare fuiſſe, quæ ſcripta ſunt fictitia, vt in tota materia plus valere quod arguitur:vt ſ. ſatis exemplificatum eſt:& multo magis, ſi velim probare, ꝙ in conceſſione inſtrumenti,alio modo actum fuerit,non ob.conceſſione inſtrumenti,ſeu contenti in eo,ſiue eodem tempore,ſiue alio,ſicut ſ.tactum eſt. & non eſt mirandum, ſi in ijs vltimis caſibus admittar, quia hic reprehenditur inſtrm de falſo, imo pars cõfitetur ipſum eſſe verum,tñ dicit aliud, vel plus,extra inſtrumentum eſſe contentum.Sed vbi reprehenditur de falſo, tunc ſecus:vt in primo caſu.in ſecũdo vero caſu principali,qñ non conſtat ꝙ inſtrumentũ fuerit in tali forma de voluntate & cõſenſu partis reprobare volentis factũ, certum eſt poſſe reprobari, vel per aliam ſcripturam, vel per teſtes:& ſic intelliguntur omnia iura ad hoc inducta, quæ dicunt reprobari poſſe, vt hic
11 cum concor.ſ.alleg.†Sed quid ſi in inſtrumẽto continetur, ꝙ de conſenſu partis fuit redactũ in forma,in qua eſt:nũquid ex hoc probabitur conſenſu partis. inſtrumentum in forma qua eſt,factum fuiſſe·vt ſic pars non admittatur ad reprobandum ipſum? Vr̃ quòd ſic, cum inſtrumento ſtari debeat,donec cõtra probetur:vt l.cũ precibus.probatio aũt huius negatiuæ vr̃ impoſſibilis:& ſic vr̃,ꝙ non admittatur. Sed ſi hoc eſſet verum,notarijs aperiretur via excludendi oẽs ab obiectu falſi.ſemper enim ponerent in inſtrumentis,ꝙ pars ipſum approbauit,in ſui forma. Vnde ego partem admitterem: & ſuper illa clauſula,& alijs veritatẽ indagarẽ.ad officium.n.iudicis pertinet,vt accerrima fiat indagatio:vt l.vbi.C. de falſ.& forte probata falſitate, in alijs articulis,cenſerem idem in illo. C.de proba.l.iubemus.Et ita ſm præmiſſa lex illa finalis. C.arbi.tu.non continet ſpecialitatẽ,imo eſt intelligenda ſm præmiſſa,vt l.antiquæ.ad Velle.C.ſi ponas mulierem inſtrumentũ probaſſe in forma, in qua eſt. ſed ſi pones ipſam non approbaſſe,quod videtur verius. tũc eſt ſpeciale. Et eſt ratio odiũ receptionis pecuniæ, Item quia vir poſſet probare negatiuam,quod noc recepit pecuniam. Nunc veniamus ad ſecundam qõ. quomodo & per quot teſtes [a] poteſt reprobari
a inſtrumentum. Et hic varij varia dixerunt, vt not.C.de fid. inſtr.l.in exercendis.in auth.de fid.inſtr.ſ.ſi vero aliquid tale.extra de prob.c.3.& in gloſ.hic per doct.de fide inſtr.c.cũ Io.& ibi plenius per Inno.& Hoſt.& per Spe.de fid.inſtru.ſ. reſtat.ver.tu vero.per.Io.4.q.4.c. item ſi teſtis.Omiſſis autẽ his videtur dicendum ꝙ ad ſolutionem huiuſmodi quæſtionis aduertendi ſunt caſus,& negotia,& eorum veritates: nã interdum: quis nititur probare inſtrumentum, per teſtes ibi ſcriptos: interdum per alios. Item interdum adminiculatur fides inſtrumenti: interdum non.idcirco omnes iſtos caſu,&
12 alios qui occurrent, dicamus per quæſtiones. † Et primo quæritur, quid ſi pars contra quam producitur inſtrumentũ,dicat ipſum falſum,& vult probare per teſtes ibi ſcriptos, qui omnes dicunt ſe non interfuiſſe: nunquid ex hoc cenſetur reprobum?videtur ꝙ non:certum eſt enim ꝙ tabellio ex officio ſuo facit fidem,& ſolus dat robur inſtrumento, ſeruata ſolennitate debita:& inſtrumentũ ab eo factum,probat ſicut depoſitio teſtium, abſque omni alio adminiculo, vt clamant omnia iura. ſi ergo probationem facit, qũo debilitatur fides eius per negationem teſtium?iuxta c.ſicut.cum ſint ſingulares,& negatiui iuxta illud,quod ſcripſi ſupra in prin.huius notæ.Contrarium cõiter tenetur per c.3.extra de proba. de teſt.ca.tã literis. Nec ob.quod opponitur,videlicet,teſtes ſingulares,& negatiui nõ debilitant probationem affirmatiuæ,quia illud verũ,vbi fit per teſtes, vel ẽt per ſcripturã inductam ad probãdum aliquod negotiũ aliud a viribus & falſitate inſtrumenti. Sed vbi fit probatio ad probandũ ſcripturã per teſtes ibi ſcriptos,non obtinet.Et eſt ratio.Certum eſt
b quòd de ratione naturali,nõ debet credi vni perſonæ.[b] Item nec voci mortuæ,ſed ex quadam neceſſitate fuit inductũ,ne periret probatio, quòd crederetur voci vnius perſonæ etiã mortuæ: videlicet tabellioni,adhibita ſolennitate, quæ fit in inſtrumẽtis condendis, & inter alias ſolennitates prædictas, fuit conſtitutum, quòd adhiberetur duo teſtes, ad finẽ quod minus falſitas poſſit committi,& per illos veritas poſſet ſciri,ſi inſtrumentũ reuocaretur in dubiũ, vt in auth.de fid.inſtru.ſ.ſed & ſi.vnde nõ mirum,ſi his ſtetur tm̃, ſaltem quod fidem inſtrumenti faciant vacillare,cum ſint de ſubſtantialibus ſolennitatis ad hoc adhibiti, vnde non proprie probant falſum,ſed fidẽ inſtrumenti debilitãt,ex qua debilitatione iu
13 dicatur falſum,ſic quod nullã probationẽ facit.†Sed quid ſi alter ex teſtibus ſubſcriptis ſit mortuus, alter viuus, qui viuus eſt,contradicit inſtrumento,nunquid ex hoc debilitatur fides inſtrumenti?Non vr̃,per argumenta ſupra inducta pro hac parte. Põt dici contra per rationem ſupra tactã. Nam ex quo falſum obijcitur,acerrima debet fieri indagatio cum teſtibus ſcriptis. Vnde cum alter de teſtibus contradicit,appa-
14 ret vacillare fides inſtru. ff. quemad.teſt.aper.l.1.ſ.ſi.† Item quid ſi tabellio,& duo teſtes viuerent,quorum alter cum tabellione deponit pro inſtrumento,alter contradicit, nũquid debilitatur fides inſtrumenti?videtur quod non, quia duo ſuperſunt, qui deponunt pro inſtrumento, & in ore duorum ſtat omne verbum,&c.Ego credo quod imo fides inſtrumenti debilitatur, cum ſit contradictio in altero teſte,qui eſt de ſubſtantialibus, vnde ego concedo quod factum in inſtrumẽto contentum bene poteſt probari per tabellionem & alterũ teſtem,ſed non credo,nec video, quod ipſum inſtrumentum probet,cum careat altero de teſtibus, & hoc ſi ille alter con-
15 tradicat tenori inſtrumenti.† Quid ſi dicat ſe non interfuiſſe,& producuntur tabellio, & alter teſtis, deponentes quod ipſe interfuit,nunquid inſtrumentum facit fidem?Credo qđ non,eadem ratione,quia non adſunt ſubſtantialia inſtrumenti,quamuis etiam per multos alios probaretur ipſum præſentem fuiſſe.argu.ff.de excuſ.tu.l.qui teſtamento.& facit quod no.in auth.de fid.inſtru.ſ.ſi vero neque. in gl.1.ad probationem.Sed contra, quia non videtur de ſubſtantia inſtrumenti, quod teſtes teſtificentur pro eo, ſed quod ab initio fuerũt inſcripti, & cum cautio facit fidem, non videtur quod contradictio debeat hoc caſu nocere. ff.de arbi.l.diẽ.ſ.ſi plures.
8 quis poſt quã. ſ. alle. Si vero † nulla ſit obligatio, nullo modo tenetur quamuis ſciens. ff. vt le. no. ea. l. poſtquã. hæc reſtringunt multum hunc. §. & ſine his nõ patet intellectus, nec patuit. In gl. qui ſeruus. in fi. & ideo hoc caſu nõ teneretur fideiuſſor pro eo: ſecus tñ in filioſa. ff. de pecu. l. licet prætor. §. ſi filiusf. & §. ſed ſi filius. & ideo ſi ille ſit fideiuſſor, & pro eo interueniat alius, tenetur. Sed quid dices de monacho, vel alio religioſo? Vr̃ quòd ille obliget vt naturaliter, & quòd fideiuſſor interueniens pro eo teneatur, arg. huius, §. Sed contra in auth. de ſanc. epiſ. §. tunc enim. Sed an ipſe fideiubendo teneatur ſaltem naturaliter? Videtur quòd non, extra de fideiuſ. c. pe. quia comparatur ſeruo. l. 3. diſt. c. multos, qui nõ obligantur fideiubendo. & quia lex inhibet, in auth. de ſanc. epiſ. §. illi vero. 11. q. 1. c. de perſona. & ibi de hoc, vide plenius infra quod cum eo. §. præterea.

1 *Fideiuſſoris hæres an teneatur. & 2.*
3 *Emendæ non taxatæ, an teneatur fideiuſſor.*

a Fideiussores. a In gloſ. ſiue hoc dictum. ibi cum alleg. l. ex contractibus. & hoc ẽt ſi arguatur dolus defuncti. vide ff. de actio. & oblig. l. ex depoſiti & depoſiti. l. 1. §. fin. in fi. In ea. glo. ibi: §. fuerat. intellige hanc gl. de eo, qui fideiuſsit in actione pœnali, ſicut furti. Aquil. iniu. vel alijs, quæ non tranſeunt contra hæredes, nam ſi pœnam promiſiſſet. non eſſet dubiũ quòd tranſiret contra hæredem. ff. de verbo. ob. l.
1 ad † diem. Item intellige, quòd non promiſit certam ſummã pro maleficio, pro quo dedit fideiuſſorem, nec fuit condemnatus, quia tunc teneretur fideiuſſor, & hæres eius, ſicut principalis, quinimo ẽt ſi lis fuit conteſtata. C. ex delict. defunct. l. 1. Et ſic intellige extra de ſepul. c. fi. In quo ergo caſu loquitur hic gl.? Poteſt dici: quod in caſu quo reus promiſit emendare, ſi reperiretur culpabilis, vel in caſu quo fideiuſ. promiſit ſiſtere reũ, vel iudicatũ ſolui pro reo, qui eſt mortuus ante
2 lit. conteſt. Vnde generaliter † dices, quod vbi non tranſit actio contra hæredem principalis: nec cõtra fideiuſsorem, ſeu hæredem fideiuſsoris, quia obligatio fideiuſ. regulatur ſcm̃ principalẽ, ff. vt le. no. ca. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. Quid ſi reus vocatus fuit ſuper delicto. & abſque lit. conteſta. reco-
3 gnoſcendo delictum gagiauit† emendam, & applegiauit, ſeu dedit fideiuſsorem pro ea, nunquid tenebitur hæres principalis & fideiuſsor, & eius hęres? vr̃ quòd non, niſi fuerit taxata, extra de hære c. accuſatus & c. pen. li. 6. de hoc videbis magis in propria. materia j. de perpe. & tem. ac. hic enim nõ eſt propria materia, imo gl. ſine cauſa tetigit hic, quia tex. loquitur de hærede fideiuſsoris. & glo. de hærede principalis.

a Adnot. Fideiuſſor. Obligatio fideiuſſoria eſt tranſitoria ad hæredem & fideiuſſor poteſt adhiberi etiam pro futura obligatione. h. d. Ang.

1 *Fideiuſſoria obligatio exprimenda.*

FIDE-

FIDEIVSSOR. Concor.ff.eo.l.ſtipulatus ſum.§.fi.& ca
ue de quadam falſa additione, quæ eſt ff.eo.in rub.quæ dicit
contra hos tex.ſed forte conſiderauit effectū,quando an non
1 tenetur,vt j.eo.§.fideiuſſores.Item no.quòd in fideiuſ.†obli
gatione, debet fieri mentio,quòd futuræ accedit,& quòd ex
tunc teneatur, alias ſi ſimpliciter promitteret,vel accederet
nulli vel promitteret & plus tempore.ff.de iudi.l.non quem
admodum.contra.ff.eo.l.ſi a reo.in prin.& §.1.

1 *Fideiuſſores plus reis teneri quique accipiendum.2.*
3 *Fideiuſſor quando diuiſionem petat.*
4 *L.ex perſona explicari.*
5 *Diuiſio quibus negata.*
6 *Diuiſio quando obiicienda.7.*

a SI Plures. [a] In glo.idem eſt in pluribus.in fi.doct.tenent
hanc, & hanc videtur gloſ.approbare C.eo.l.non ratione.ad
vel.l.ſi ſine. Tamen contra not.ff.mand.l.creditor.§. duobus.
& l.ſi mandato Titij.§.Paulus.in authē.de duobus reis. §. 1.
1 Sed quæ eſt ratio quare mandatores iubentes, & † fideiuſſo-
res tenentur magis inſolidum, quam duo rei, qui non tene-
bantur,niſi hoc expreſſe ageretur,vt l.reos.§.cum tabulis ff.
de duobus re? forte quia hi adhibentur pro ſecuritate ſuprà
in prin.titu.vt ergo magis ſecuritas extendatur,conſtitutum
2 fuit tales inſolidum teneri.†Sed nunquid obtinet,etiam ſi di
uerſis temporibus recipiantur? Videtur quòd obtineat tñ,
qñ ſimul recipiantur.ff.eo.l.ſi a Titio.C.de conſti.pecu.l.fin.
Dic contra.ff.eod.l.ſi Titius & vide quod no.in l. ſi plures in
princ.eo.tit. Et ad leg.ſi a Titio.Dic,quod ibi diuerſæ perſo-
næ fuerunt ſtipulatæ. & ad l.fin.cum dicit ſimul,ſubaudi,vel
ſucceſsiue.In gloſ.hæc tamen epiſtola ibi, cum alleg.§.nunc
3 tractemus.& hoc† intellige ex ſe.ſi tñ fuerint plures tutores,
& vnus dedit fideiuſſores,& illi conueniantur,poſſunt pete-
re diuiſionem fieri cum alijs contutoribus, non eſt ex epiſto
la,ſed ex ſenatuſconſ.quia tutor, qui eos dedit,petere potuiſ
ſet.ff.de fideiuſ.tut.l.pupillus. vbi de hoc cum l.ſeq.In ea.gl.
cum alle.l.ſi plures.§.fi.Hoc verum,ſi petat diuiſionem cum
fideiuſſore, qui eum dedit.ſecus ſi fideiuſſores plures dedit,
& illi petant beneficium epiſtolæ inter ſe quia tunc ceſſat ra
tio illius legis, & non eſt cauſa denegandi eis.In ea.gl.ibi cū
dicit.vt j.ſubijcit.contra C.de probat.l.ex perſona.ff.eod.l.ſi
4 fideiuſſ.ſed l.ex†perſona loquitur in alio caſu.videlicet in tu
toribus, & curatoribus,nō in fideiuſſoribus,inter, quos non
eſt omnino cōuenientia, cū illi ſint inuiti fideiuſſores volun
tarij.l. ſi fideiuſſ. concordaret qui plane intelligeret text.ſed
intelligendo ſicut glo.intelligunt, obſtat huic tex.& gloſſ.in
eo.ꝙ dicunt lit.conteſt.tempore, & ibi dicit ante.Sed poteſt
dici, quod vbi promittitur identitas,vel illud,quod ſeruari a
principali non poſſet,quòd imputetur negligentia creditori.
ſi non egerit,qñ erat ſoluendo principalis, ſed inter fideiuſſ.
forte non poſſet hoc opponi, per hunc §.niſi ab initio ita fi-
deiuſiſſet, quòd non poteſt ſeruari ab vno, ſeruetur ab alio,
per d.l.C.de fideiuſſ.tut.l.ſi.In ea.glo. cum alleg.l.ſi a Titio.
& hoc ſi ſint diuerſi debitores, quid ſi ſint duo correi? Dic
idem iuris.ff.eod.l.inte eos.§.duo rei.dic idē de iure authen.
multo magis, quo iure diuerſa eſt magis obligatio, quia illo
iure ſaltem fideiuſ.diuident,ex perſonis correorum, licet nō
ex ſe,ſicut ſupra dictum eſt.Item intellige,quod fideiuſſores
5 dati a diuerſis,non†impetrant beneficium diuiſionis,cum da
tis ab alio, ſed inter ſe bene impetrant, vt d. §. duo. In ea.
gloſſ.ibi,cum allegat l.peremptorias, hæc gl.dicit,quod ha-
6 bet pro expedito,quod hæc† exceptio nō poteſt opponi poſt
lit.conteſt.& tamen eſt caſus in contrarium.C.eod.l.fideiuſſ.
b in fin.Sed nunquid [b] poſt ſententiam ante abſolutionem? Vi-
detur quòd ſic. ff.eo.l.ſi fideiuſſ.§.fi.ſed ibi in ceſsione actio-
num, ſed melius facit ff. eod.l.inter eos.§.fi.ſed poteſt intel-
ligere illam l.quando fuit appellatum, iuxta legem per hāc,
C.de temp.app.vel dicas ꝙ confideiuſſ. qui in alio damnato
conueniebantur, petierunt, & habuerunt diuiſionem. quia
condemnatus gaudet beneficio aliorum,non ex ſe.ff.de ſepa-
ra.l.1.§.ſi quis, de contratab.l.ſi poſt mortem.§.fi.Vnde ve-
re eſt anomala.non enim poteſt dici peremptoria, cum per-
petuo non perimat.ff.de excepti.l.exceptiones. In ead.gloſſ.
in fi.de hac quæſtione eſt caſus.ff. eo.l.ſi teſtamento.§. quod
ſi duo.in fi. Et ad l.qui exceptionem.poſſet reſponderi,quod
7 quod hæc†non eſt perpetua,vt eſt dictum.ſed contra:quia du
bium eſt,an ſit perpetua,& ideo pro perpetua habetur,vt eo.
ti.l.ſufficit.vnde videtur quod poſſet repeti,quia alter eſt ſol
uendo,& dubiū non eſt, quin ſit fauorabilis,ſed forte impedi
tur repetitio, quia nō eſt vere peremptoria debiti,imo actio,
& debitum remanent integra,ſaltem quo ad alios effectus,&
hoc vult dicere text.ſolutione non indebitæ quantitatis &c.
In gl.arg.contra.in fi.ſed hic fideiuſſor erat obligatus,ibi ma
giſter nauis non,niſi pro ſua parte: vt ead.l.§.cum in eadem.
Et not.quod per hunc §.reprobatur gloſſ.quæ eſt in l.1.ff.ad
leg.Rhod.de iactu.quæ ſupponit, ꝙ fideiuſſor,qui ſoluit po
teſt agere contra confideiuſſorem, quod non eſt verum, niſi
eſſet actio ceſſa.ff.eo.l.vt fideiuſſor.& illa glo.habeat contra
ria.ff.de negotijs geſtis l.ex pacto.

a Adnot.Si plures. Si plures pro eodem fideiubeant quilibet tenetur inſolidum, ſed beneficio epiſtolæ fit diuiſio inter eos,qui ſoluendo ſunt tempore litis conteſtatæ.Et ſi fideiuſſor ſoluendo,ſoluat inſolidum,a confideiuſſore repetere non poteſt.

b Sed nunquid.Vide hic Ang.in 2.col.ante me.in ver.ſed an poſſit,Item quęrit hic Ang.an fideiuſſor poſſit agere,vt actio diuidatur inter eum & alios fideiuſſores.Item tractat hic materiam, quod iuris,quando fideiuſſor obligat ſe principalem.

1 *Interuenientium pro alio paritas.*
2 *Fideiuſſio exceſſiua reducibilis.*
3 *Paria quæ ſint.*
4 *Interuenientium pro aliis differentiæ.*
5 *Vtile an inutili vitietur.8.*
6 *Iuramentum contractu regulari.*
7 *Imputari quæ poſſint.*
9 *Sigillo durius fideiuberi.*
10 *Fideiuſſorum & reorum diſcrimen.*
11 *Fideiubere & tempore & loco diuerſo,a reo poſſe.*

a FIDEIVSSORES. [a] In glo. ſed nunquid in idipſum.in
fi.Hęc quæſtio eſt antiqua,& glo.arguit fortiter in d.§.illud.
ſed non ponit argumenta in forma, quare ponamus aliqua,
1 & arguamus pro parte affirmatiua.Omnes accedētes,† obli-
gationi alienæ parificantur. C.de conſti. pec.l. pen.Sed con-
ſtat quod conſtitutoris,& mandatoris promiſsio non annul
latur propter exceſſum, imo valet in concurrente quantita-
te, vt ff.de conſti.pecu.l.hactenus.ff.manda. l. rogatus. ergo
qui fideiubet pro alio, & plus promittit,ſaltem in quantita-
te, quæ cum obligatione rei principalis concurret, tenetur.
Item ſi requiritur paritas in obligatione principali,& acceſ-
ſoria: ita in ſtipulando.& interrogatione, & reſponſione.ff.
de verbor.obliga.l.1.§.ſi quis ſimpliciter. de inuti.ſtipula.§.
præterea.ſed conſtat,quod ſi altera plus contineat,altera mi
nus in ſtipulando, talis diuerſitas non vitiat, quin valeat in
concurrenti ſumma.ff.de verbo.obli.l.1.§.ſi ſtipulanti. ergo
2 idem videtur in fideiuſſoris obligatione.†Pręterea conſtat,
quod in ſummis & quantitatibus,vtile per inutile non vitia-
tur.C.de dona.l.ſancimus. C.de vſuris.l.eos.ff.de condi.ſine
cauſa.l.qui ſine.de vſuris.l.pecuniæ.imo valet vtile,dempto
inutili,vt ibi patet.ergo,ſi fideiuſſor plus promittat.videtur
valere in concurrente quantitate, nec debeat propter inuti-
le vitiari. Item pro hoc facit ff.eodem.l. ſi a reo. vbi obliga-
tur,ſi conditio in perſonam appoſita principalis pręuenerit,
quamuis forte alia præuenire ſperatur. & ſic in obligatione
fideiuſſ.videtur vtile attendendum.& pro hoc ff. eodem tit.
l.fideiuſſor obligari, §.ſtipulatione. Pro parte autem nega-
tiua,poteſt ſic argui.certum eſt, quod vniuerſalis dictio,om
nino, iuncta aduerbio negatiuo, totum negat,ſicut pura ne-
gatiua.ff.de legiti.tuto.l.legitimos, §.in legitimis. Cum er-
go textus dicat in §. illud. l. græce, ff. eod. titu. placuit eos
non obligari, perinde eſt ac ſi dixiſſet nullo modo. vel in ni-
3 hilum.Præterea † ad paria iudicantur plus re,& tempore:vt
hoc §. Sed conſtat,quod vbi promittitur plus tempore fide-
iuſſo.in nullo obligatur, vt hic. & l. ſi reo. ſupra allega. er-
go, nec plus vbi plus re. Præterea obligationes correo-
rum,

rũ,& fideiuſſorum, æquiparãtur.ff. de duob.reis.l.3.§.fi.Sed cõſtat, ꝙ diſparitas impedit obligationẽ duorum reorũ omnino,vt eo.tit.de dub.re.l.eadẽ.§.ſed ſi quis, ergo vr̃,quod & fideiuſſo. Hanc partem videtur tenere Dyn. qui in magna parte hic facit argumenta. Et reſpondet ad contraria. nam primum argumentum procedit ex falſis,quia licet conſtitutor, mandator, & fideiuſſor, parificentur quo ad aliqua,non
4 tamen quo ad omnia. imo in multis differunt. † quia conſtitutor poteſt obligari in plus tempore, vt l.ſed & ſi citeriore die.ff.de conſtit.pe.Sed & in alio,vt l. 1.§.an poteſt.ff.de conſti.pe. Sed fideiuſſor non, vt hic, & d.l.grecę.§. ſi quis Stichum. Item conſtitutor obligatur pacto, fideiuſſor non vt dixi ſupra circa princip. Ad l.rogatus.reſpondet optime glo.in §.illud.ſupra allega.In l.ſi a reo.non eſt durior cauſa, & ſic nil reſtat, niſi illud vtile per iuutile &c.ſecundum ipſum. Sed ad illud: quod eſt fortius, poteſt reſponderi ſecundum Pe.de Bellaper.qui parum aut nihil aliud dicit hic, niſi hanc ſolutionem, quod pars illa brocardi. non obtinet, quando eſt defectus in forma, vt l. an inutilis. ff. de accept. Vnde quando vtile poteſt ab inutili ſeparari, ſecundum
5 † formam contrahentium,& de ſui natura,obtinet,quod vtile per inutile &c. Sed vbi ex forma contrahentium, vtile non poteſt ſeparari ab inutili, quamus de ſui natura poſsit, totum vitiatur, vt l.Pedius.ff. de arbitr.Dicit tamen, ꝙ hoc non dicit aſſerendo, ſed quo ad præſens hoc tenet. Credo, ꝙ illa ſit melior reſponſio,quæ poſsit dari,vidi quædam ſcripta antiqua referentia, ꝙ Dyn.in ſcholis dicebat, ſe non videre,quomodo poſsit reſpõderi,niſi diceretur,quod hic tractatur de obligatione, quæ eſt ius,& ita indiuiduum,cum ſit quid incorporale.ff.de acquir.re.domi.l.ſeruus.§.incorporales, & ideo vtile per inutile vitiatur, ſed ego nõ video,quod hoc ſit verum.per §.ſi ſtipulãti in l.1.ff.de verb.obl. Quid ſi ſcienter promiſit plus fideiuſſor, & forte cauteloſe? videtur idem, quia hæc iura loquuntur indiſtincte. & in hoc videntur dare certã formam,qua non ſeruata, totum annihilatur. C.de iur.haſt.fiſ.l.1.ff. de reſcin. ven.l.fi.Sed poſſes arguere
6 contra,vt s̃.proxi. additione in prin.titu. † Quid ſi iurauit? forte Cano. dicerent obſeruari iuramentum, quia non vergit &c.vt c.cum contingat extra de iureiu.Sed ego non compellerẽ ſeruare, quia ex quo iure nõ cõtrahitur obligatio ex cõtractu,nec actio poſſet competere, ex iuramẽto,vt not.C. de op.li.l.1.& no.Inno.dñs canoniſtarum, extra de inſtitu.c. cũ veniſſent ver.itẽ ſi admitteretur.nu.3.igitur cũ ſine actione nemo experiatur, vt l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg.ge. quo iure compelletur? In gl.contra hanc regulam ibi cũ dicit, in acceſſ.ſub fideiuſſoria.In ea.glo.in fin.vult dicere glo. ꝙ vbi eſt plus altero de dictis quatuor modis, obtinet iſte. §. Sed ſi alias.ſ.ſi plus.V.g.in efficacia, ſiue ſubſtantia obligationis, tunc non obtinet.Sed quæ eſt ratio? Poteſt dici quod
7 diſparitas, quæ prouenit altero de dictis † quatuor modis, [b]
b prouenit ex facto ſtipulatoris, & ideo imputet ſibi, cur ſapientius ſuũ non egit negotiũ.ſed vbi eſt defectus in ſubſtantia, & efficacia obligationis, ille defectus non prouenit ab ipſo, imo ex ordinatione iuris, & ideo non ſibi poteſt imputari, & ius magis ſuccurrit eidem. Sed videtur, quod iſte §. non obtineat, vbi eſt plus cauſa.ff.eo.l.hi, qui §.fi.Sed dicas, ꝙ duo attenduntur, plus, & leuius.vnum,ſi ſit plus,cauſa, ſi tñ leuius.valet fideiuſſo.obligatio, duntamen idem promittatur,vt l.grece.§.ſi quis Stichum, quã videas cum §.ſeq.& l.fideiuſſor obligari in princi.§.1.d.l.hi qui.& l.ſi a reo quaſi totam, quæ tenent clauem materiæ. Sed quid ſi promiſerunt ambæ partes, idem tamen fideiuſſor plus promiſit in efficacia probandi.Verbi gratia, ambo promiſerunt vnum, & promiſerunt intereſſe, ſi non complerent promiſſa, fideiuſſor voluit,& promiſit vltra obligationem rei ſe credere iure
8 partis de valore intereſſe, nunquid † ex hoc erit tota obligatio nulla? Nõ videtur,quia hæc diſparitas eſt in efficacia obligãdi,ſiue qualitate, videlicet in modo probationis, quæ non videtur vitiare,vt ſupra dictum eſt, ſed in contrarium videtur, quia cauſa videtur durior,& pluris: quia forte plus iurabit, quã ſit in rei veritate, vel quã probat.Sed ad hoc poſſet reſponderi, ꝙ ex hoc non videtur durior.ff.de in lit.iur.l.1.

Item præmiſſa procedunt, vbi fideiuſſor plus promittit in ipſa receptione fideiuſſoria. quid ſi per interuallum? Verbi gratia, fideiuſſor, & principalis promiſerunt 10. ſoluere in feſto natiuitatis Domini poſt triduum fideiuſſ. promittit eadem x.ſoluere.& adijcit pœnam, nunquid prima obligatio vitiabitur, quæ erat recte conſtituta? Non videtur, ſed ſecunda tantum, ff. de duobus reis.l. eandem. §. ſed ſi quis. verſic. non idem. Sed quid ſi conſtituat ſe reum principalem? Tunc videretur ſecus: quia rei debendi, poſſunt obligari ſub diuerſis conditionibus, & vnus pure, & alius in diem. ff. de duobus reis.l. ex duobus. & hoc verum, ſi conſtet ipſum principalem. Si autem conſtet ipſum interuenire pro alio,quamuis dicat ſe reum principalem,dicerem idem, quod in fideiuſſore. & quomodo hoc ſcietur? vide ſupra in
9 rubrica. Sed pone, † quod principalis ſe obligauit ſub chirographo, fideiuſſor ſub ſigillo regio, & fuit condemnatus, ſicut tota die faciunt auditores ſigillorum regiorum, nunquid cenſetur in plus obligatus, ſic quod non valeat? Et videtur quod non: quia hic, diſparitas eſt in ſubſtantia, ſeu efficacia obligationis, quæ non vitiat, vt ſupra dixi. In contrarium facit ff. de ſolut.l. ſi quid ex famoſa cauſa, per quam videtur,in duriorem cauſam obligatus, propter promptam executionem, & vſuras centeſimas. Sed potes dici, quod talis durities, ſeu diſparitas, quæ eſt in ſubſtantia obligationis, non vitiat, vt dixi. Eodem modo poteſt dici, ſi principalis non iurauit ſoluere, & fideiuſſor iurauit: vel ſi principalis non obligauit bona, & fideiuſſor obligauit, non
10 enim ex his creſcit ſumma debiti. † Sed quare duo rei poſſunt ſe obligare, vnus pure, & alius ſub conditione, & tamen principalis, & fideiuſſor non, vt dict.l.ex duobus. [ & hic ] ? reſpondeo quod ibi vtraque obligatio eſt principalis, & poteſt ſe ſuſtinere per ſe, hic altera acceſſoria, quæ recipit maiorem conformitatem cum principali, ſine qua eſſe non poteſt: vt ſupra dictum eſt.Sed quid ſi ſint plures confideiuſſores, & vnus acceptus ſit pure, & alius in diem, alius ſub conditione? dic quod non eſt locus huic §.ff.eo.l.ſi plu-
11 res.quia vna non eſt acceſſoria alterius. † Sed quid ſi fideiuſſor,qui erat obligatus ſub conditione, dedit fideiuſſorem pure,& pro reo pure obligato,nunquid tenet fideiuſsio? Videtur ꝙ ſic: quia non eſt in plus obligatus, quam reus principalis, & ſic tenet per hæc iura.Sed potius poſſet dici, quod illa ſecunda ſit acceſſoria primæ obligationis fideiuſſoriæ, non obligationis principalis, & ita non teneat.ff.eo.l.ſi plures.§.fi.Sed quid ſi promiſit alio loco,quam principalis verũ tñ leuius eſt ibi dare fideiuſſorẽ in loco,quo principalis promiſit,& forte eſſet durius principali? Ego dicerem fideiuſſorem obligari,per legem hi qui.§.fi.ff.eo. & not.quod paucas leges reperies, de plus in loco in obligatione fideiuſſoria.

a Adnotatio.Fideiuſſores. Fideiuſſor non poteſt in plus obligari,quam principalis, & in plus obligari, etiam dicitur,qui citeriori tempore obligatur hoc dicit Ange.

b Quatuor modis. Quando autem diſparitas inter obligationem rei, & fideiuſſoris vitiet, vide plene per Ang. hic ponentem vnam notabilem limitationem ad totam iſtam materiam:quam vide apud eundem.

1 *Diu qui accipiendum.*

2 *Fideiuſſori,quando,& an danda actio.*

2 Si quid Autem. [a] In gloſſ.ſiue per iudicem. ibi,cum allega.§.fideiuſſores.eod.titu.l. ſi fideiuſſor.§. quædam. In ead.gloſſ.ibi,teneatur.Sed tunc ad quid agit,cum lapſu temporis ſit liberatus.ff.de ver. vbl.l. eum qui.§. qui ita.mand.l. ſi fideiuſſor.§.fi?Intellige gl.loqui in caſu,quo fideiuſsit ſimpliciter, veruntamen actum fuit inter fideiuſſorem, vt eum liberaret intra tempus:vt l.ſi pro ea.C.mand.In ea.gloſſ.ibi, ſi cepit, aliud ſi tempore fideiuſsionis dilapidabat. ff. vt in poſſ.leg.l.ſi is a quo.§.fi.cum l.ſequ.In ea.glo.ibi,cum alleg.
1 l. Lucius. & iſtud diu † arbitrabitur iudex: [b] vt not. in l. ſi
b pro ea.s̃.alleg. habita ratione facultatis, & ſummæ.ff.de iur. fiſci.l.in fraudem.§. fiſcalibus. Sed quid ſi fuerint dati longi, & diuturni termini? Ego reciperem diu a fine illorum terminorum, & moræ, nam tempus, ꝙ fuit ante, non debet imputari

putari moræ ſeu negligentiæ debitoris, cum ante nulla eſſet
petitio.ff.de verb.oblig.l.ſi pupillus. Item eſt quintus, ſi pe-
cuniam obtulit, conſignauit, & depoſuit.ff.mand.l.qui mu-
tuam.§.fideiuſſor.ff. eod.l. fideiuſſor. Ego intelligo hoc, ſi
diu ſtetit:alias perfide ageret, ſi ſtatim offerret, conſignaret,
& deponeret, quinimo etiam ſi ſolueret. C. de dolo.l. 1. ff.
mand.l. ſi mandato Titij. §. 1. Item ſextus, ſi vult longius
proficiſci.& ſic no. Spe.titu.de fideiuſſ.§.1.verſi.quid ſi fide-
iuſſo.& hoc obtinet in fideiuſſore. Quid in alio mandatario
pro me obligato? Dic ſecus.ff.mand.l. ſi mandato meo. Et
2 eſt ratio, quæ ibi notatur. † Item quia fideiuſſor regulari-
ter datur pro dilatione habenda, & pro hoc fidem interpo-
nit:igitur perfide ageret, ſi debitorem præcipitaret antequã
creditor.Item, dic ſecus in duobus ſocijs, vel cohæredibus.
ff.fam.erciſ. his conſequenter.§.Celſus.& breuiter in omni-
bus, qui pro alio tenentur, exceptis fideiuſſo. per rationem
prædictam.In ea.gloſſ.ibi, cum allega.l. indebitam. & tunc
aget, ꝙ reddatur ſibi, quod ſoluit.Sed quando nihil ſoluit,
aget:vt liberetur ab obligatione, qua tenetur.In fin.eiuſdem
gloſſ. vide ibi per totam leg. maxime. in §.quædam.& in l.ſi
pro ea.In glo.ſi intercesſit,ibi, vel etiam eo præſente fideiuſ
ſit.alias neg.geſt.

a Adnotatio. Si quid autem per actionem mandati a reo, id, quod ſoluit fi-
deiuſſor repetit;h.d.ſecundum Bald.
b Arbitrabitur iudex. Idem tenet hic Ang.Et in hac materia quotidiaua vi-
de diſt.Ang.hic in 3.col. poſt medium ver.in ea.glo.

GRAECE. *Hoc verum dumtamen ſe intelligant.& re pete hic, quæ dixi in §.verum.*

1 *Scripturæ priuatæ quando danda fides.*
2 *Solennitatum genera quidq; ſint 3.*
4 *Solennitatum quæ præſumenda, an non.*
5 *Solennitatem interueniſſe dicenti, an ſtandum.*

a IN Stipulationibus. a In gloſ.q.d.ibi, cum allega.§.ſi ve-
ro.Pet.dicit, ꝙ iſte §. intelligitur de ſcriptura publica.nam
priuata non probaret, niſi eſſet † ſubſcripta tribus teſtibus,
1 vt l.ſcripturas.C.qui pot.in pigno.hab. vel niſi eſſet ſigillata
ſed ſigillum non facit fidem de iure, ſed de cõſuetudine.Sed
quid ſi poteſt probari, ꝙ de iure ſigillum facit fidem. vt ff.de
procuratoribus. l. ſi procuratorem. ſecundum ipſum? Di-
cas, ꝙ intelligitur de publica, & priuata, quando priuata fa-
cit fidem. & eſt expreſſum in priuata.ff.de verb.obli.l.ſcien-
dum.vide ſupra tit.1.§.ſi ſcriptum.§.item verborum.vel de
ſigillata litera, quando facit fidem. vide ſupra de teſta.§.te-
ſtes.In gloſſ.etiam.in fin. vide plenius ſupra in rub. In gloſ.
ſed contra.in fi.intrinſeca præſumuntur, extrinſeca non, ſe-
b cundum hanc doctrinam. Ad cuius b euidentiam quæritur
quæ ſunt intrinſeca, & quæ extrinſeca.Item quare intrinſe-
2 ca, præſumuntur, extrinſeca non.Reſpondeo, † intrinſeca
ſolennitas eſt, quam verborum prolatorum includit ſigni-
ficatio: vt in verbo fideiuſsionis, quod importat ſtipulatio-
nem, & ſine ea eſſe non poteſt, vt ſupra proxime dixi. vn-
de cum fideiuſsio non poſsit eſſe ſine ſtipulatione, verbum
fideiuſsionis importat, & ſupponit ſtipulationem. Et idem
ſi verborum prolatorum ſignificatio non importat neceſſa-
rio, ſed põt importare, quia forte æquiuocatum eſt, vt verbũ
promiſsionis, quod poteſt ſignificare nudam cautionem ſeu
promiſsionem. item in fideiuſsi cautionem: vt ff. de ædili.
edict. l. ſciendum. vnde talem ſignificationem aſſumit. quæ
3 † rem reddit efficacem, vt hoc §. cum concordan. Extrinſe-
ca eſt, quæ nec verborum prolatorum ſignificationem in-
cludit, nec apta eſt includere, vt ſi ſit ſcriptum, ꝙ mulier in-
tercesſit, non ſequitur ꝙ Velleiano renũtiauerit, ſi ſcriptum
ſit, ꝙ prædium minoris fuit venditum, non ſequitur decre-
tum prætoris fuiſſe interpoſitum, vt l.quæcunque.§.fin.alle.
4 in glo. † Quare autem non præſumitur extrinſeca, ſed intrin
ſeca ratio eſt, quia extrinſeca in facto conſiſtit, & ad poſitio-
nem vnius facti, non ſequitur poſitio alterius.C.vnde legi.l.
nõ ob hoc, de probat.l.neque natales.Sed ad poſitionem fa-
cti, & probationẽ, bene ſequitur poſitio, & ſolennitas iuris,
quę circa factum requiritur, vt ff.de proba.l.ab ea parte.Sed
videtur, ꝙ extrinſeca præſumatur.C.de fide inſtr.& iur.haſ.
fiſca.l.1.lib. 10. ſed ibi extrinſeca erat in inſtrumento expreſ
ſa, & ideo cum pro inſtrumento præſumatur in dubio, vt l.
cum precibus.C.de proba. ſequitur &c.vt dicta l. 1.ſecũdum
Dyn.cuius eſt quaſi tota hæc additio, in l.ſciendum.vbi hoc
ſcribit.Quid ergo, ſi in inſtrumento non exprimantur om-
nes ſolennitates, ſed dicitur decretum fuiſſe interpoſitum, iu
ris ſolennitate ſeruata? Videtur ſtandum inſtrumento, niſi
contra probetur, per hunc §.ſed l. quæcunque facit ad con-
trarium.Sed loquitur ibi, vbi nil erat expreſſum de decreto.
Vnde Specul.dicit, ꝙ vbi in inſtrumento continetur decre-
tum interpoſitum, præſumitur ſolennitas, & ita no.in Spec.
in contrahen.empt. & vend.§. nunc dicendum. verſicu.hoc
quoque num.4. & 5. & de hoc per Inno.extra.de eo qui fur.
or.ſuſce.c.ſi.glo.videtur ſentire in d.l.1. de iur.haſt.fiſca.qđ
5 in d.l.ſcripturas. dicebat † illas ſolennitates interueniſſe: &
ita ſupponit, quod omnes illæ ſolennitates erant expreſſæ.
Præterea inſtrumentum non eſt, niſi quædam atteſtatio, vt
dixi ſ. de verb.obl.§.item verborum. igitur non debet vicem
tenere iudicis, ſi ergo dicat ſolennitatem debitam fuiſſe ob-
ſeruatam, videtur iudicare, quæ ſit ſolennitas, & quæ ſit debi
ta.vnde ego hoc non credo obtinere in inſtrumento, in quo
tabellio teſtificat, & maxime ſi tabellio ſit ignorans, ne-
ſciat exprimere, quæ ſint ſolennitates. ad cuius fidem dicerẽ,
hoc caſu recurrẽdum, iuxta illa, quæ ſcripſi ſ. tit. 1. in §.item
verborum. ſed ſi iudex loqueretur in litera, tunc forte poſ-
ſet obtinere dicta opinio Specu.& maxime, ſi nouit iura.Se-
cus tamen credo eſſe quod in inſtrumẽto exprimãtur & ſpe
cificentur ſolennitates, alias ſi pars diceret interueniſſe, & ta
bellio produceretur, & neſciret eas ſpecificare, appareret no
torie inſtrumentum eſſe falſum, vel ſuſpectum. Quid ſi in-
ſtrumentum dicat rem fuiſſe ſubhaſtatam cum debitis inter
uallis.& proclamationibus, nunquid probat? Dicas quod nõ,
quia ſolum recitatur illud, niſi ſingulis diebus, & proclama-
tionibus dicat ſe interfuiſſe, & eas ſpecificet, vide in ſimili
per Inno. extra de fide inſtru.cap.cum P.& G.1.

a Adnotatio. In ſtipulation. In ſtipulationibus, ſolennitas intrinſeca præ-
ſumitur.
b Ad cuius.Vide hic Ange.ponentem ſuam diſtinctionem, an & quando ſo-
lennitas præſumatur in fi.1.col.in ver.in ea.gl.in fi.Et de hac materia, quan-
do ſolennitas extrinſeca vel intrinſeca præſumitur, vide per Feli.in ca.ſicut.
nu.37.& ſequen.ver.Intrinſeca ſolennitas.extra de re.iudi.

## *De literarum obligationibus. Rubrica.*

1 *Confeſſum non nu.pe.excipere.*
2 *§.idem iuris.ſenſus.*
3 *Obligationis literarum & aliarum diſcrimen.*
4 *Literarum cautionis vis.*
5 *Exceptio non nu.pe. quouſq; iuuet. 21.24.*
6 *Numeraſſe credens, quando non probet.*
7 *Obligandi modi.*
8 *L non figura.ſenſus.*
9 *Scriptura qui accipienda.*
10 *Exceptioni non nu.pec.locus, quando, & an non ſit.20.*
11 *Notario potius credi, & cur.*
12 *Literarum obligatio in quo locum habeat.*
13 *Obligatio literarum quibus verbis contrahatur.*
14 *Literarum quæ obligatio.*
15 *Conſentiendi forma.*
16 *Literarum obligationi conſenſum non in eſſe.*
17 *Literarum obligationis actio.*
18 *Stipulationum verba.*
19 *Literis obligatus qui excipiat.*
21 *Excep.doli, & non nu.pe natura.23.*
22 *L.ſi intra ſenſus.*
25 *Repetine queat ſolutum non numeratum.*
26 *Probare in nõn nu.pe.quis debeat.*
27 *Renuntiari excep.non nu.pe. poſſe.*
28 *Renuntiatio an prorogabilis.*

a OLIM Scriptura. a Dixit ſupra de ob. ti. gene-
rali, quatuor modis contrahi obligationem,
re, verbis, literis, conſenſu, & de duobus dixit,
ſequitur de tertio, materiam continuando do-
cto. legunt hunc titulum valde ſolenniter, &
(vt eos

( vt eos melius tibi tradam ) & vt materiã melius intelligas,
ego non procedam , iuxta morem conſuetum , per modum
additionum ad glo. ſed per quæſtiones, totam ſummabo ma-
teriam,& tangam effectus glo. Primo quæro, quare hæc obli
gatio, dicitur obligatio literarum? Et promptum eſt reſpon-
dere, quia literis contrahitur j.§. plane. ſecundum Ia. & Pet.
Vnde hæc materia locum habet, qñ fit confeſsio, vel promiſ
ſio in ſcriptis, ita quod agatur tacite, vel expreſſe, ꝙ fiat ſcri-
1 ptura. † Quid ergo, ſi aliquis cõfeſſus fuit, ſe debere x. ex cau
ſa mutui, coram teſtibus, ſine ſcriptura, vel ſi ſcriptura facta
fuerit tantum ad probationem , & hoc conſtat ? non vide-
tur locus huic exceptioni, videlicet, quod creditor habeat ne
ceſſe probare, ſe numeraſſe, quia tex. hi, pro nihilo dicunt, &
ponunt hic, de obligatione literarum tantum. Ad quid enim
facerent mentionem, de obligatione literarum, magis quam
de alijs obligationibus, ſi de alijs obligationibus idem eſſet?
Et hanc partem videtur tenere glo. C. ſi cert. pet. l. ſi non ſin
guli. Sed contrarium vr̃ expreſſum j. de except. §. idem iu-
2 ris, vbi † expreſſe dicitur, quod cõpetit exceptio non nu. pe.
& tamen ibi cautio , & obligatio , non erant contractæ lite-
ris, ſed per ſtipulationem. Gl. quę eſt hic, dicit, quòd habet lo
cum exceptio in factum, in alijs, obligationibus, per l. cũ non
vltra. C. de non nu. pecu. Sed obſt. dictus §. idem iuris. Sed ex
pone, ibi non nu. pe. id eſt in factum, quia pecunia non eſt nu
merata. vnde veritas eſt , quod illa non competit, niſi vbi eſt
obligatio literarum , & ex illa agitur in factum vt videbis j.
in ver. opponamus. Sed quæro , quare in alijs contractibus,
qui fiunt in ſcriptis, & qui vim, & naturam recipiunt ex ſcri-
ptura, vt l. contractus. C. de fide inſtru. j. de empt. & vend. §.
1. obligatio, non naſcitur ex literis, ſicut in mutuo , & quare
non dr̃ obligatio literarum, ſicut in iſta? Reſpondeo in obli-
gationibus, quæ conſenſu contrahuntur, non alteratur mate
ria obligationis. ſ. conſenſus, quia ille adhibetur in cõtractu,
qui cõſenſu contrahitur, quãuis fiat in ſcriptis, alia nõ poſſet
3 contrahi. † ſed in mutuo, quod cõtrahitur, nõ eſt materia, ex
qua oriatur obligatio , ex quo numeratio non fuit facta , ſed
ex quadam introductione iuris fuit repertum, ꝙ quando fie
bat in ſcriptis , literæ obligarent , & ideo quia tota materia
obligationis emanat ex literis , dicitur obligatio literarum.
Quid ergo in alijs contractibus, qui re contrahuntur, vt com
modatum, depoſitum, & indebitum ? Videtur. quod ibi con-
trahatur obligatio literarum , & per conſequens habeat lo-
cum huiuſmodi exceptio , per dictam rationem , & tamen
cauetur contra. C. de non num. pecu. l. in contractibus. §. ſed
quoniam. Ad hoc dicas , quod hæc obligatio literarum non
erat de antiquo iure , non enim erant, niſi tres ſpecies. ff. de
act. & obliga. l. conſenſu. ſed per Imperatorem fuit introdu-
cta ſolum in mutuo , & ſimiliter remedium exceptionis non
nume. pecu. ideo ab alio non extenditur . Aliqui tamen di-
cunt , quod literarum obligatio habet locum in quocunque
contractu, ſed exceptio non nu. pecu. non niſi in mutuo. Sed
ob. quod dixi de contractu in ſcriptis. Ad quid ergo , valent
4 literarum † cautiones, in alijs contractibus, qui re contrahũ-
tur. cum ex literis non oriatur obligatio, nec actio, nec ex re,
cum res non fuerit tradita? Reſpondeo, valent , quia agitur
de facto, quaſi res interuenerit: & probabitur per literam: ſeu
cautionem. Sed ſecundum hoc videtur quod nil prodeſt hæc
obligatio literarum in mutuo. quia ita poſſet agi certi cond.
& ſi debitor negaret , produceretur cautio in vim proba-
tionis, imo expedientius videretur certi condi. agi, quia tunc
non opponeretur exceptio nõ nu. pe. quę demum obtinet cũ
ex literis agitur, vt ſupra dixi. Sed dicas, ꝙ imo prodeſt: quia
ex literis oritur obligatio, & actio, quamuis pecunia numera
ta non ſit , vt j. videbis. & ſic creditor actionem habet , per
hunc tit. quã non haberet, ſi eſſet prouiſio huius materiæ, &
hęc ratio redditur inefficax. poſt biennium, nec in ipſa credi
tor habet ponere, nec probare numerationem. In certi con-
di. habet ponere, & probare, & ita deierabit, in iuramento ca
lumniæ, qui agit certi condictione, niſi numerauerit, is autẽ,
qui agit ex literis. nihil habet, de numeratione ponere, nec iu
rare, & in hoc eſt magna vtilitas. Sed quid ſi debitor propo-
5 neret † exceptionẽ nõ nu. pe, intra biẽniũ, vel poſt biẽniũ, &
lit. cõteſt. facit poſitionẽ, ꝙ pecunia fuit numerata, tunc vide
tur, qđ hæc obligatio, non proſit in effectu, quia creditor di-
cat pecuniã numeratã, deierat. ſi dicat non numeratam, repel
litur. Certe, imo prodeſt intra bienniũ, & poſt biennium nõ
prodeſt, quia creditor deieraret, ſi ageret certi condictione,
falſum ponendo in libello ſuo, videlicet numerationẽ, ſed qñ
agit ex literis, non eſt opus aliquid de numeratione ponere,
vt s̃. dictum eſt, ideo non deierat, imo habet rectam intentio
nem, niſi exceptione elidatur. Idcirco apparet magnus effe-
ctus. Poſt biennium vero eſt magnus , ſm opi. illorum , qui
dicũt, exceptionẽ poſſe opponi, imo etiam ſm opi. illorum,
qui dicunt poſt biennium , non poſſe opponi. Et eſt magnus
effectus. primo, quia non deierat agendo, vt dictum eſt. ſecũ
do, quia ſi opponatur exceptio, vt deferatur ei iuramentum,
ipſe nõ habet iurare , vt l. in contractibus. §. ſuper cęteris. in
fi. C. de non nu. pe. & ita niſi debitor alias probet, obtinebit,
vnde ex quo iurare non debet, credo, quod nec poſitioni re-
ſpondere. Sed quicquid dicam , ad minus eſt conſcientia læ-
ſus, ſi pecunia non fuerit numerata, nec poſſet teneri in con-
ſcientia, vt no. doc. in c. quia plerique. extra. de iureiu. & Dy.
extra de reg. iur. c. locupletari, in fi. verſi. Item videtur obſta
re. li. 6. Sed dicas, quot caſus poſſunt dari, in quibus non lędi-
tur conſcientia : & opportet agi ex cautione ? Pone quod tu
6 cauiſti literis, pecuniã te mihi debere, non numeraui † pecu-
niam , ſed credo veriſimiliter pecuniam te habuiſſe ab acto-
re vel a debitore meo , cui præcepi eam tibi numerare, ſi ex
cautione agam, & tu excipias, de nõ numerata poſt bienniũ,
ego non habeo probare numerationem, & in bona conſcien-
tia pecuniam exigam totam, & cum iuramento calumniæ. &
ſic de credulitate poſſum etiã iurare, in cõſciẽtia. Patet ergo
quod obligatio , & actio deſcendentes ex literis ſunt, vtiles,
& ſolum obtinent in mutuo , vel dic , vt dicam j. in ver. op-
ponamus . Nunc redeamus iterum ad doctores , & quæra-
mus cum ipſis, nunquid ex ipſis literis, debitor obligatur? &
glo. quæ eſt hic quæ incipit, id eſt, per ſcripturam, ſequendo
Azo. dicit, quod non, per l. non figura. ff. de actio. & obligat.
& hanc ſequuntur do. Iaco. & Petr. quod non ex ſolis literis
7 nec oratione ſeu † intellectu ex eis reſultante , ſed ex vtroq;
obligatio contrahitur, & dant exemplum, in verborum obli
gatione, in qua, non ex ſolis literis, ſed ex verbis, & intelle-
ctu , qui reſultat ex eis, obligatio contrahitur , & ſic intelli-
gunt l. non figura. s̃. alleg. Ego non audeo dicere, quod iſte ſit
intellectus illius legis , nam illa lex non poteſt loqui de hac
obligatione literarũ , quę illo iure non erat introducta, quia
illo iure non erant introductæ niſi tres ſpecies obligationũ,
8 vt l. conſenſu. eo. titu. & ſupra ſatis tetigi , vnde lex † illa lo-
quitur de obligationibus, quæ cõſenſu contrahuntur, de qui
bus Paulus dixerat in d. l. conſenſu. ꝙ poterant per epiſto-
lã contrahi. & de illis Vlpianus dixit, quod tunc figura, lite-
terarũ non obligat, ſed oratio. i. conſenſus elicitus ex literis.
Hæc autem materia eſt valde remota ab illa lege, quia mate-
ria eſt introducta poſt illas leges , quod apparet , quia de ea
non fecerunt mentionem , vnde conſenſus nihil facit in hac
obligatione, ſed confeſsio, ſeu cautio, in ipſis literis cõtenta.
vnde illa ſi faciat, non facit niſi argumentatiue, quia ſicut ſe
habent literæ, & oratio conſenſum exprimens ad gignẽdam
obligationem ex conſenſu, ſic literę & cautio in eis contenta
ad gignendam obligationem ex literis. Sed in primo caſu li-
teræ non obligant , vt l. non figura. ergo nec in hoc . Sed
hæc comparatio negari poteſt, quia ibi ſolus conſenſus cau-
ſat obligationem, hic nihil facit cõſenſus, ſed literæ. Si tamẽ
vis propter authoritatem docto. potes addere literæ obliga-
tionis ſub. cum intellectu. & couſulo , quod nihil grauet ti-
bi hoc concedere: quia iuris effectus non mutatur. & ex hoc
patet, quare melius dicitur obligatio literarum, quã confeſſo
ria: quia literæ ſunt forma , & radicalis materia, ex qua obli-
9 gatio emanat . Quæritur tertio per † doctor. de qua ſcriptu-
ra hic loquitur, an de publica, vel priuata? Et dicũt, quod de
vtraq;, nã de priuata patet hic, cũ dicit ſi quis ſe debere ſcri-
pſerit, quia priuatæ ſcripturæ bene creditur cõtra ſcribentẽ.
ff. de pig. l. fideiuſſor. §. 1. dumtamẽ cõſtet eum ſcripſiſſe. Itẽ
& de publica, quia magis creditur publicæ. quam priuatæ, vt

C.de contrah.& com.ſtip.l.optimam.de proba.l.cum preci-
bus.& hoc dicunt hic doct. in effectu ſuper hoc artic.& hãc
rationem reddit gloſ.hic,quæ incipit.homo priuatus.Sed in
l.ſi ex cautione.C.de non num.pec.magis procedit, & in l.1.
de dote cauta non nu.facit.n.differentiam,vtrum inſtrumen
b tum publicum dicat, debitor confeſſus eſt ſe accepiſſe, b vel
10 vtrũ dicat accepit,quia in primo caſu, dicũt locũ † eſſe exce
ptioni, in ſecundo non. Dicas in vtroque põt opponi exce-
ptio.verumtamen,in primo caſu,quia inſtrumentũ continet
ſimplicẽ confeſsionẽ,oportet,ꝙ creditor probet,intra bien-
nium numerationem.In ſecundo oportet, ꝙ debitor probet
contra inſtrumentum,per alterum de modis,de quibus dixi.
ſupra de inutili ſtip.§.itẽ verborũ, & hoc probato incumbet
onus probandi creditori infra biennium. vnde qualiter pro-
bet contra inſtrm, vide in d.§.item verborum.Item quod di
xi, in inſtrumento publico: intellige, etiam in literis ſigilla-
tis,in caſu quo faciunt fidem de conſuetudine,vel de iure,de
quibus vide ſupra de teſta.§. teſtes. & vide extra de proba.c.
poſt ceſsionẽ,de fid.inſtr.c. cum dilectus. & in litera trino te
ſte approbata no.de qua dic,vt ſcripſi C.qui po.in pign.hab.
l.ſcripturas.& idem in quacunque litera, quæ facit fidem, de
iure,ſeu conſuetudine.In hoc tamẽ videtur differentia, quia
ſi debitor,in propria ſcriptura dicat:habui,& recepi,non vi-
detur importare niſi ſimplicẽ confeſsionẽ:ideo videretur, ꝙ
poſſet excipere , nulla alia reprobatione ſcripturæ facta. Sic
põt intelligi C. de non nu.pe.l.in contractibus. in princi.ibi
numeratæ,vel datæ, eſſe cõſcribuntur. & §.ſuper cæteris:ibi
enim reperies,ꝙ erat ſcriptũ,pecunias eſſe datas,vel eſſe ſo-
lutas,quod valet tantũ,ac ſi notarius diceret,accepit,vel eſſe
acceptas,& tamen opponitur exceptio,ſed intellige,quando
11 notarius , hoc non atteſtatur, ſed creditor. † Sed quomodo
magis creditur notario,quã debitori,in facto ſuo , & contra
ſe? Reſpondeo:beneficiũ iuris eſt ꝙ non obſtante cõfeſsione,
debitor excipere põt, & creditor habet probare numeratio-
nẽ:igitur qñ ipſe conſcripſit, non eſt niſi confeſsio,vt ſ.dixi:
ideo excipit. Sed vbi notarius refert in inſtrumento pu.quod
pars accepit pecuniã numeratam in ſui præſentia : tunc ipſe
atteſtatur numerationẽ. & atteſtatio ſua valet atteſtationem
duorum teſtium , vnde ſicut creditor probaret per duos te-
ſtes numerationẽ,ita per inſtrumẽtum.Vnde ego non nego,
quin debitor poſsit excipere : ſed creditor replicabit nume-
rationem eſſe factam , & probabit per illud inſtrumentum,
ſicut per teſtes probare poſſet,ſed confeſsiio debitoris,nõ ha
bet illam vim, quia aduerſus tales confeſsiones fuit remediũ
12 dictæ exceptionis,inuentum. † Quarto,quæritur,ſuper qua
cauſa habet fieri hæc obligatio.Dicunt doc.ſuper cauſa mu-
tui,non facti,ſed faciẽdi.ſi enim pecunia numerata eſſet: tũc
re contraheretur obligatio.ſupra qui.mo. re contra. obligat.
Itẽ ſi ſtipulatio nõ interuenerit, vt hic cũ dicit ceſſante.nam
tunc non habet locũ exceptio nõ nu.pe.ſed in factum.C. eo.
l.cũ vltra.alias enim ſi quis cõfiteatur,cum cauſa,ex alio con
tractu,quã mutui, ſtatim ſibi præiudicat.iuxta l.generaliter.
melius in l.in contractibus.eo.ti. niſi in cauſa dotis.C.de do.
caut.l.fin.cum auth. ibi poſita.Sed quæ eſt ratio,quare in his
duobus contractibus, datur exceptio? Reſpondeo , quia fre-
quentius contingit , quod cautio fiat ante numerationem ,
quam in alijs contractibus , & ideo , iura in his duobus caſi-
bus prouiderunt ſpecialiter.ff.de legib.l.nam ad ea.& in his
quæ frequentius fiunt, magis eſt prouidendum.ff.de car.edi.
l.1.§.ſi quis.ſecundũ do.Iac.& Pe.itẽ homines,facilius incli-
nãtur ad confitendum effrenate in his contractibus,quam in
alijs , propter affectiones , quas habent , ad habendas pecu-
nias , & vxores . Sed iuxta hoc quæro , an hæc materia ha-
beat locũ, in alia re, quã in pecunia numerata? Dicas , ꝙ ſic,
dumtamen ſit verũ mutuum,quod conſiſtat, põdere, nume-
ro,vel mẽſura:vt l.in contractibus.in princ.ibi cum dicit,vel
res. & ibi de hoc. hæc ſunt plana,niſi illud,quod ſ.dictũ eſt
ꝙ vbi pecunia numerata eſt, nõ contrahitur hæc obligatio,
literarum,quod põt recipere hæſitationem,vt infra videbis.
13 † Quærũt quinto,per quæ verba debet cõtrahi, hæc obliga
tio? & recitant opi. quæ ſunt hic in gl. ſed poſt multa verba,
tenent opi.glo.quæ eſt hic contra Io.& Azo.nam vbicunque
confiteor mutuũ,ſiue per verba præſentis,vel præteriti tem
poris , ſemper videor agere , & me obligare , vt reddere te-
near.ff.ſi cer.pe.l. cum quid.& ita lex non imponitur verbis:
quod Io.& Azo dicebant. Nec obſt.l. ſub ſpecie. quia ibi ita
fuit de facto,vnde quamuis,fuerunt ibi appoſita verba futu-
ri temporis de facto , non negatur , quin poſsit fieri.per alia
verba præſentis , vel præteriti.Nec obſt. quod dicitur de ſti-
pulatione,quia nulla eſt conformitas inter ſtipulationem,&
literarũ obligationem,& maxime in obligatione contrahẽda
14 ſecundum ipſos. † Quærunt ſexto , quæ obligatio naſcatur
ex literarum obligatione? Et vides, ꝙ his ſunt opi. in gl.nam
quidã dicunt, quod oritur ciuilis ſtatim:& naturalis accedit
poſt biennium. Alij dicunt, ꝙ ſola ciuilis oritur poſt,& ante,
& ex ea agitur : & hanc ſequitur hic glo.& do.Iaco. & Petr.
arguamus quod ab initio ſit vtraque , certũ eſt de iure quod
vbicunque eſt dare actionẽ, eſt dare obligationẽ naturalem,
& ciuilem,quia ex altera ſola actio non naſcitur,vt ſcriptum
eſt ſ.ſatis de obliga.in princip. Sed conſtat, ꝙ ante biennium
eſt dare actionẽ & obligationem literarum, ergo ibi eſt dare
naturalẽ & ciuilem,maior eſt probata.minor probatur, quia
omnis exceptio , ſupponit actionem , quia exceptio, non eſt
niſi actionis excluſio. ff. de exceptio.l.2.Sed conſtat , ꝙ ante
bienniũ competit huiuſmodi exceptio , ergo ante actio, per
tex.noſtrum, iuncta l.licet.§.ea obligatio.ff.de procura. pro
hoc facit expreſſe , ꝙ ante biennium agatur.C.eo. ſi ex cau-
tione.& l.ſi quaſi.& per plures.ll.illius tit.Pro parte illorum,
qui dicunt ab initio fuiſſe ciuilem, & accedere naturalẽ,poſt
biennium, arguitur ſic.Certũ eſt, ſi ſit in hoc contractu obli
gatio naturalis,ꝙ aut oritur ex re, aut ex conſenſu.ff.de pac.
l.1.de ſol.l.ſtichum,aut Pamphilũ:§.naturalis,ſed ex neutro
põt ante biennium cauſari,ergo non põt dici,ꝙ ante bienniũ
ſit ibi naturalis . Quod non cauſetur ex re apparet , quia in
hoc contractu,ſupponitur nullam numerationem factam,vt
ſatis ſ.dictum eſt.Quod nõ ex conſenſu, apparet , in mutuo,
quia non oritur naturalis ex conſenſu, quia mutuum nõ dif-
ferret ab alijs contractibus,qui contrahuntur conſenſu,vt ff.
ſi cert.pet.l.ſi quis pecuniam. & ibi de hoc.C. de rer.permu.
l.ex placito , & ibi etiam de hoc.cum igitur numeratio, non
interuenit , ergo nec obligatio naturalis contracta fuit ante
biennium,ſed ꝙ poſt cõtrahatur,apparet,quia tex.dicit, hic
hodie incipit obligari.ſub.naturaliter, quia ante erat obliga-
tus ciuiliter per literas.Vnde nõ poteſt intelligi,quod hodie
incipiat obligari ciuiliter,ſed naturaliter.Item certum eſt,ꝙ
conſenſus cauſat naturalem , & quod ex lapſu temporis,
deprehenditur cõſenſus alicuius.ff. de acquir. hær.l.qui in alie-
na.ver.ſed & ſi non adiecit.de verbo.ſign.l.alienationis ver-
bum.cum igitur debitor permittit tempus biennij labi, præ-
ſumitur conſentire , ergo ille conſenſus, cauſat tunc natura-
lem.Pro hoc videtur, quia vbi in actu ciuili,eſt dare conſen-
ſum, eſt dare naturalem , & ciuilem , vt vides in ſtipulatio-
ne, quæ eſt introducta de iure ciuili, in qua eſt ciuilis, & na-
turalis,propter conſenſum.ff.de ver.obli.l.1.§.ſi quis ita in-
terroget. & in contractu emphyt. & in quibuſdam alijs , vt
dixi ſ.tit.de obli.cum ergo poſt bienniũ, ſit dare conſenſum,
ſaltem tacitum,videtur ꝙ ex tunc ſit naturalis obligatio con
tracta.Pro opin.glo.& docto.ꝙ non ſit naturalis , poſt bien-
nium,poteſt argui,ſicut iam arguebam, ꝙ non ſit ante bien-
nium , quia aut illa naturalis cauſatur re aut conſenſu , neu-
trum eſt,ergo non eſt naturalis , ꝙ non re patet,quia non eſt
numeratio, quod non conſenſu, apparet , quia in obligatio-
nibus,quæ re contrahuntur,conſenſus non obligat,nec natu
ralem cauſat. cum ergo mutuum re contrahatur , conſtat ex
conſenſu , non naſci : vt ſupra ſatis probatum eſt. Præte-
rea,in actu ciuili, in quo expreſſus non currit conſenſus,con
ſtat, quod agitur ex ſola ciuili, nec naſcitur naturalis,iſte eſt
huiuſmodi , ergo &c. maior probatur , quia ſententia , eſt
actus ciuilis.ff.de origi.iur.l.2.§. his legibus.verſicu. hæc di-
ſputatio. & ex ipſa oritur ſola ciuilis obligatio , & ex illa
ſola agitur , vt nota. ſupra de obligatio. in principio. & ibi
dixi , & tamen eſt ibi tacitus conſenſus , cum non appellet,
igitur cum in noſtro propoſito iſte contractus , ſit ci-
uilis , quamuis tacitus conſenſus poſsit deprehendi , vi-
detur

detur quod non ſit naturalis. Præterea, ſi tempus non eſt modus tollendæ obligationis multominus inducendæ, quia fauorabiliores &c. ff. de act. & oblig. l. Arrianus, ſed tempus nō eſt modus tollendæ, vt l. obligationum fere, ergo nec inducendæ. nam ſi lapſus tēporis induceret cōſenſum, cauſantem obligationem, quid aliud eſſet dicere, quam quod induceret obligationem? & tamen illud eſt falſum, ergo & hoc. Item videtur quod nulla dictarū opin. ſit vera, & quod nulla obligatio contrahatur ante biennium. primo per hunc tex. & intellectum literalem. dicit enim ſic ſit vt & hodie &c. vult dicere hodie tempore elapſo, & ita exponit gl. hic ſecundo. Præterea tacita conditio ſuſpendit obligationem, & actionem, ff. de pac. l. item quia. & ibi no. de ver. oblig. l. inter ſtipulātem. §. ſacrā. ſed in promiſsione, quæ ſit ſub ſpe futurę numerationis, ineſt tacita conditio, videlicet, ſi numeratio ſecuta fuerit. C. de non nu. pec. l. fin. ergo vr̄, quod ante nulla obligatio naſcatur, ff. de verbo. ſig. l. cedere diem. Præterea, pro hac parte faciunt textualiter leges. ff. ſi cer. pe. l. qui pecuniā. de conſti. pe. l. quod ſi maritus. §. 1. ibi debita iuribus pecunia non eſt. Quid dicemus? hæc opin. vltima non eſt vera, quia obſtant omnia argumenta, per quæ probatur obligationem ante fuiſſe natam. Item ob. aliud, quod eſt forte, quia obligationi, quæ non eſt, fideiuſſor accedere non poteſt. & econtra, vbi fideiuſſor accedit, eſt dare obligationem, vt ſ. ti. 1. in prin. ſatis dictū eſt. Sed in obligatione literarum, intercedit, & obligatur fideiuſſor, ante biennium: vt l. tam mādatori: & l. ſi cui, C. de non nu. pec. ergo erat obligatio ante. Nec dicas, quod adhibetur futuræ obligationi, quia propter hoc nō eſſet obligatus, vt ſcripſi ſupra titu. 1. §. fideiuſſor. & præcedenti, vnde cum ſupponatur fideiuſſorē obligari ante, per conſequens, & reū. Opi. illorum qui dicunt, vtranque natam ab initio, poſſet ſatis ſuſtineri: quia ab initio eſt dare materiam ciuilem. Itē eſt
15 dare conſenſum: † quia cauendo, & promittendo, conſentit: ideo videtur vtraque cauſari, ſicut in ſtipulatione, & in emphy. ſ. dictum eſt. Nec ob. quod dicitur, in mutuo, & in alijs contractibus, qui re cōtrahūtur, conſenſus non cauſat obligationem naturalē: nam etiam hoc conceſſo, nil facit, quia hic non agitur de obligatione, quæ re contrahitur, ſed de obligatione, quæ literis eſt diſtincta, & ſeparat obligationes ſpecies ab illa, quare & alia ſingularia præcepta recipit, & propriā naturam, vt hic & ſupra de obli. §. ſi. Item non ob. quod in obligatione literarum, ineſt tacita conditio per l. fin. C. de
16 nō nu. pe. quia non eſt verū. ſi enim † tacita ineſt cōditio, fruſtra fuiſſet introducta hæc exceptio, cum ipſo iure non eſſet debitor obligatus, nec competeret ius agendi. vnde tex. non dicit ibi quod ſit tacita conditio, ſed quod iuramentum non ligat, ſic nec confeſsio, quin poſsit excipi. iuramētum enim, non tollit iuris beneficium, & factum, quod interpretatur ſecundum materiam, ſuper qua adijcitur, ſicut acceſſorium. ff. ſi quis cau. l. ſi eum, §. qui iniuriarū. Item non ob. tex. cum dicit: hodie, quia debet ſubaudiri efficaciter. ante enim inefficaciter obſtabat exceptio, & ſic non videbatur vere obligatus. ff. de ver. ſign. l. debitor. Et eodē modo, poteſt reſponderi ad l. qui pecuniam. & ad l. quod ſi maritus. cum enim dicit l. qui pecuniā, nec ſe adſtringat, &c. ſubau. efficaciter. & in l. quod ſi maritus. cū dicit: debita iuribus, &c. Sed illa lex obſtat, per aliam viam, quia obligatio non poteſt conſtitui: ergo non eſt ibi naturalis, vt eo. ti. l. 1. §. debitū. Sed ego reſpōdeo tibi, qđ tu dicis hic, non poteſt conſtitui, & ego dico tibi, quod imo, C. de non nu. pe. l. cum fidem, vnde exemplum, quod das in l. quod ſi maritus, de hac obligatione literarū, nō eſt bonum nec l. illa vnquam voluit, de hac obligatione loqui, quæ tunc nō erat in rerū natura, nec introducta, vt ſ. dixi, & ita parum facit l. qui pecuniam. Sed huic ob. quia ſi ſit ibi naturalis, ſoluēdo nō poteſt repeti, & tamen contrarium ſcribitur in l. 1. ff. de condi. inde. ſed illud argumentum eſt de gl. quæ tamen non obtinet vſquequaque, vt ĩ. videbitis. hanc quæſtionem
17 ſatis dixi, & tamen eſt magnæ vtilitatis, in practica. † Septimo quærunt idem do. quæ actio oritur ex hac obligatione & dicunt condi. ex lege, cum non ſit cautum, quo genere actionis agatur. ff. de condi. ex le. l. 1. ſed ex qua lege? ipſi non aperiunt, ſed gl. aperit, ex l. in cōtractibus. ſed certe ponit aliam præceſsiſſe, quam in parte corrigit. vnde potes dicere, ex conſtitutione græca, quam non habemus, quod illa lex, & iſte tex. ſupponunt præceſsiſſe. Et dicunt doct. quòd de hac actione nondum habetur alibi, nec habet circulum in arbore Io. & ideo ipſi ponunt eius naturam. Dicunt enim quòd eſt ciuilis, quia iure ciuili introducta. Item in perſonam, quia omnes condit. &c. infrà de actio. §. appellamus. Item non pœnalis, ſed in ſimplum. Item, ſtricti iuris. Item, perpetua, quia perſonalis. Item non infamat. ff. de actio. & obli. l. ceſſat. Item, ſingularis, & ſimplex, & directa ex verbis legis, ſecundum eos. Quærūt vltra quomodo in ea formetur libellus dicunt ipſi: dico, quod talis ſcripſit ſe debere mihi 10. ex cauſa mutui, quæ decem peto mihi reddi, &c. vel ſic: talis confeſſus fuit, in inſtrumēto manu ſua ſcripto ſe 10. a me mutuo recepiſſe, quæ 10. peto. mihi reddi· ad hoc propono condictionem ex l. Sed contra iſtud vltimum videtur, quod confeſsio non valeat: niſi ad probationem. ff. depoſiti. l. Lucius. ergo ex ipſa non oritur obligatio, nec actio. & ego tibi hoc concedo, niſi in mutuo, & in ſcriptis, in quo eſt ſpeciale, per hanc materiā: vt ſupra dixi. Deinde opponunt contra hos libellos, & cōtra totam materiā. Tu dicis mihi, quod hæc materia, non obtinet, vbi numeratio, vel ſtipulatio fuerunt, vt hic, cū dicit, ceſſante, ſed in hoc nūquam obtinebit: quia nō pōt fieri cautio, quin ſit ibi ſtipulatio. nam ſi ſcribat ſe debere ex cauſa mutui, & promittat ſoluere: præſumitur interrogatio præcedere: cum omnia præſumantur ſolenniter acta ſupra ti. 1. §. fi. & ſ. tit. 2. §. ſi ſcriptū. Vnde, per quæcunque verba poſsit interponi ſtipulatio ſ. de verb. oblig. §. ſed hæc ſolennia, apparet, quod quæcunque verba ſint in ſcriptura, ſupponunt ſtipulationem. iſtud non ob. ſm̄ eos, quia ſi pecunia fuit numerata, concedimus, quod non eſt locus huic materiæ, ſed vbi non fuit numerata, eſt locus. Nec ob. quod ſtipulatio contrahitur
18 per quæcunque verba. verum eſt apta † ad contrahendum, quæ ſapiant interrogationē, & repſonſionē, ſed per alia non. vnde ſi conſtitui me ſoluturum 10. quæ Titius debet, non ſequitur, qđ ibi ſit ſtipulatio. Ego neſcio quid mouit doct. ad faciendam iſtā oppoſitionem, niſi quod vr̄ ſummare gl. quæ incipit: ex cauſa. Itē, opponūt ſecūdo, qđ non poſsit competere hęc actio: quia certi condi. competit. ſemper enim creditor aget certi condi. & probabit per literā. C. de nō nu. pe. l. generaliter. melius in d. l. Lucius. depoſi. confeſsio enim facit præiudiciū confitenti: & omnia pręſumūtur ſolenniter acta. dicunt ipſi quod omnia illa intelligūtur, in alio cōtractu, quā in mutuo, & dote, quia in illis eſt ſpeciale, vt ſ. diximus. Credo quod hę oppoſitiones, & ſolutiones, fuerūt male reportatę, quia nil bene ſedet: tamen ego poſui fere ſubſtantiam ſcriptorum eorum. Opponamus vlterius, non aperiendo magis intellectum materię: dicitur quod hęc materia non habet locum, vbi fuit interpoſita ſtipulatio: & ita parum vbi fuit ſecuta numeratio, ſecundum doc. & idem tenet glo. ĩ. de emptio. & vendi. §. 1. ego oſtendo tibi, quod ſecundū hoc iſta materia eſt inutilis, & qđ agens hac condictione ſemper debet cadere a cauſa, nā ſi creditor agat intra bienniū, & excipiatur de nō nu. pec. oportet eū replicare, quod eſt numerata, alias cadit, vt l. ſi ex cautione. ſi hoc dicat ſtatim debitor triplicabit, ego nō cōfiteor numeratam, ſed recipio confeſsionē tuā, cōtra te. Certū eſt enim, quod hęc cōdictio nō competit, qn̄ pecunia eſt numerata, tu cōfiteris, & ponis eā numeratā, ergo cadis a cauſa tua, & male intētas tuam actionem, vt C. de reuo. his quę per frau. ali. l. filios. de lib. cauſa. l. 1. & l. interrogatam. de reuo. do. l. cum confitearis. eadem oppoſitio poteſt
19 fieri poſt † biēnium ſuppoſita opi. Ioan. quod poſt biennium valeat opponi huiuſmodi exceptio: quinimo, dato, qđ hæc exceptio, nō poſsit opponi, poſt biēnium: debitor poterit dicere, actio, quam intētas, nō competit, vbi fuit numerata pecunia, ſi ergo numerata fuerit, male agis, & ineptā actionem intētas, ſi nō fuerit numerata, dolo facis, qui quęris locupletari cum aliena iactura. Pręterea cum ſolutum repeti poſſet, vt ĩ. videbis, dolo facis, qui petis qđ reſtiturus es. ff. de except. do. l. dolo quid ad hoc reſpondebimus? Videtur neceſſario dicēdum, qđ hęc cautio, competat ēt vbi fuit numeratio. & hoc patet euidēter per l. ſi ex cautione. C. de non nu. pec.

ibi enim agebatur ex huiuſmodi obligatione, & oppoſita ex
ceptione nõ nu.pec.habet probare numerationem, & ita ad
mittitur ad probandũ, & tñ conſtat ꝙ ſi non eſſet de natura
actionis ꝙ eſſet numerata, non admitteretur, imo eſſet factũ
impertinens, & ſe excluderet proponendo numerationem,
vt ſ̃.dictũ eſt. Præterea, ſi hæc actio, non competeret, vbi nu-
meratio eſſet facta, conſtat ꝙ agendo ea, actor confiteretur
malam fidem, repetendo ꝙ nõ ſoluit: & qđ deberet repelli.
Sed ſi hoc teneas, ſequitur ꝙ concurrit cum certi condi. ex
mutuo. & eſt ſuperflua. dic qđ non eſt ſuperflua in caſu, quo
non fuit numeratio. In caſu vero numerationis, dic ꝙ nõ cõ-
currunt, quia hæc eſt natura mutui, ꝙ ex numeratione ita de
mũ oriatur actio, ſi non agatur, ꝙ alia naſcatur. ſi vero hoc
agatur tacite vel expreſſe, tũc nõ naſcitur certi condi. & hoc
vides vbi ſtipulatio interponitur, ff. ſi cert.pet.l.certi condi-
ctio. §.qm̃ de noua.l.cum enim. & in quolibet notatur. cũ igi
tur ſi obligatio literis, agitur inter partes, vel agi tacite vř,
quod ex literis agatur, non ex numeratione, per prædicta iu
ra. & ſi numeratio præceſſerit, & nata fuerit certi cond. fin-
gitur non nata obligatione literarũ ſecuta. ſi non pręceſſerit,
non naſcitur per prædicta iura, & ſm̃ hoc obligatio literarũ
impedit certi condi. & ſtipulatio, ſi interceſſerit: obligationẽ
literarũ, quia firmior eſt, ff. de reſcin. vend. l. ſi id quod. & d.
20 §. quoniam. cum §. ſeq. & ſic intelligo hunc tex. †Sed quid, ſi
actum eſt, ꝙ ſcriptura fiat ad probationem tm̃. & ita nõ cõtra
hitur obligatio literis? nunquid habet locum exceptio in fa-
ctũ, ſi agatur certi cond. Ego non video, cur non, ſicut ſi ſti-
pulatio interceſsiſſet, vt l. cum ultra, vbi illatiue videtur lo-
qui de contractu, qui re contrahitur, ſecundum hoc aduoca-
ti errant, qui opponunt exceptionem non nu. pec. qñ agitur
certi condi. & deberent cadere ab inepta petitione. & iunge
ꝙ ſcripſi ſ̃. in prin. materiæ. in verſi. ad ſecundum doct. Quæ
ritur octauo, an hæc exceptio de non.nu.pecu. poſsit oppo-
c ni, vltra biennium. c Io.Hug. & ſequaces eorum tenent quod
ſic. veruntñ conuertitur probatio, vt hic no. docto. Ia. & Pet.
nõ proſequũtur hanc quæſtionem. Dy. aliquantulum tangit
eã extra de reg.iu.c.locupletari, circa fi. ver. itẽ vř. & videtur
21 tenere opi.gl. & Io. Sine dubio exceptio nõ nu.pe. non †po-
teſt opponi, poſt bienniũ, nec admittitur proponens, & hoc
expreſſe dicit tex. hic in fi. ꝙ vltra biennium nõ extẽditur. &
ſic ſi nõ extenditur, quomodo opponetur? Præterea, expreſ-
ſum eſt C. eod. l. in contractibus. circa prin. ibi cum dicit, nul
lo modo introduci, ac ſi diceret nullo modo proponi. Item
in ea. l. in ver. ſuper cęteris. in fi. ibi, non eſſe ſolutas, vel alias
pecunias dicere. & expreſsius C. de non nu. pec. l. in contra-
ctibus. §. illo ibi. in quibus non permittitur exceptionem nõ
nu.pe. opponere. vbi non de probatione loquitur, & determi
nate dicit, non poſſe opponi, Vnde gl. quæ eſt hic, ſatis colo-
rate reſpõdet ad illum §. quãtum ad iuramẽtum, ſed nõ quo
ad illa verba, quia forte noluit, vel nõ præuidit. idcirco de ex
ceptione nõ nu.pec. dubitari non oportet, quòd poſsit oppo
ni poſt biennium, nec de exceptione in factum, cũ ſit eodem
modo limitata, vt l. cum vltra. eo. tit. j. de excep. ver. idem iu
re. ſed de exceptione doli, quæ currit cũ eis, vt l. ſi ex cautio-
ne. poteſt dubitari, & de illa voluerũt loqui Io. & ſequaces. Et
credo, ꝙ nõ eſt veriſimile, ꝙ debuerint dubitaſſe, de exceptio
ne nõ nu.pe. Et de hoc dicit Hoſt. ſequendo Io. extra de ſol.
ca. fi. quòd eſt perpetua. veruntamen, debitor habet probare.
& pro hac opin. facit quia exceptio doli cõpetit, vbi pecunia
non fuit numerata, & competebat de iure communi, ante-
quã obligatio ex literis, ſeu exceptio non nu.pe. introducere
tur ff. de excep. do. l. 2. §. circa. uer. proinde. iſta autẽ erat per-
petua ff. eod. de dol. mal. & met. excep. l. pure. §. fin. ergo vř
quòd adhuc ſit, quia in ea nil reperitur immutatũ, C. de teſta.
l. ſcimus. Quamuis enim impera. nouam introduxerit obliga
tionem, & nouam exceptionem, & illam limitauit, nil vide-
tur immutaſſe in iuribus antiquis. Præterea, ſi debitor ſoluiſ
ſet: poſſet repetere. ff. de condi. inde. l. ſi nõ ſortem. §. indebi-
tum & agere cõdi. ſine cauſa, C. de non nu.pe. l. ſi quaſi. ff. de
condi. ſine cauſa. l. qui ſine. ergo multo fortius, poteſt excipe
re, nã cui damus &c. ff. de ſuperfi. l. 1. §. is autem verſ. plane.
Pręterea ſi lex diceret contrarium nõ teneret, eſſet enim ini
qua, nam natura æquum eſt, &c. ff. de cõd. inde. l. nã hoc natu
ra, & cõtra legem diuinam, quæ omnem illicitam vſurpatio-
nẽ prohibet, & patet in Exodo. c. 22. & ff. de offi. præſi. l. illici
tas. In contrarium vř, nam exceptio doli, & exceptio nõ nu.
pec. parificantur in hac materia. & quòd cõſtituitur in vna,
ad aliam extẽditur, ſed exceptio nõ nu.pec. eſt biẽnalis, vt ſ̃.
probatum eſt, ergo & iſta. Quod equiparẽtur, & ꝙ exceptio
doli, in hac materia alteretur. & ſumat naturam exceptionis
non nu.pe. patet, quia certũ eſt, ꝙ qui dolũ dicit, ipſum pro-
bare tenetur, ff. de proba. l. quoties. §. qui dolo. & hoc eſt de
natura exceptionis doli, ꝙ opponẽs probet. hęc aũt natura
alteratur in materia nõ nu.pe. quia intra bienniũ, creditor ha
bet probare oppoſitã exceptionẽ doli. ſicut ſi exceptio non
nu.pe. opponeretur, vt patet in l. ſi ex cautione ſ̃. allega. ergo
vř, qđ & in alijs ſumat naturam exceptionis nõ nu.pe. vt tẽ-
pore finiatur, ſicut & ipſa, & maxime cũ ſit eadẽ ratio, & ea-
dem cauſa. Et ꝙ hoc ſit verũ, ꝙ recipiat eandem naturam cũ
exceptione nõ nu.pe. & alteret ſuam, apparet, quia exceptio
doli, de natura ſua eſt odioſa, nec datur cõtra parẽtes, & pa-
tronos. ff. de excep. do. l. apud celſum. §. aduerſus. & ita tutus
ea, ſi ſolueret non repeteret, ff. de condi. inde. l. quę exceptio
nẽ, & tñ tutus exceptione non nu.pe. & doli. qui cum ea con
currit, repetit, vt l. ſi non ſorte. §. indebitũ. & not. in l. 1. e. ti.
Et ſic exceptio doli prout cõcurrit, cũ exceptione nõ nu.pe.
alteratur, nec reputatur odioſa. Sed huic obſt. §. aduerſus. al-
le. vbi nõ cõcurrit cũ exceptione nõ nu.pec. quia habet odiũ,
ſed illud non ex eo, quia importat aliam naturã, ſed propter
ſolũ honorẽ parentum, & patroni, ff. de obſe. l. honori, & l. li
cet. Pręterea, pro hoc facit violenter tex. C. eo. l. ſi intra in fi.
22 vbi dicitur, † quod ſi legitimum tẽpus exceſſit, omnino de-
bitum ſoluere compellitur, quomodo autem dicere poſſes,
ꝙ cõpelleretur omnino, ſi exceptio doli ſupereſſet, quæ tm̃
valeret, & ſibi prodeſſet, ſicut exceptio nõ nu.pec. Item pro
hoc facit l. in contractibus. §. ſed qm̃. vbi dicit, poſt exceſſum
memoratorum dierum, non eſſe ſibi ſolutas pecunias, & ibi
non loquitur tm̃ de except. non nu.pec. ſed loquitur indefini
te, quòd non poſsit dicere, non ſolutas, iſtud autem haberet
dicere, ſi opponeret exceptionem doli, & ſic contra mentem
tex. Item facit ea. l. circa prin. vbi dicit nullo modo quærela,
d non nu.pe. introduci poſsit, notanter dicit nullo modo d ſup
ponens quod multi erant modi, omnes excludere intendẽs.
Præterea, pro hoc facit l. aſſeueratio. eo. ti. quę facit differen
tiam, inter proponentem ſolutionẽ, & illum ſemper dicit ad
mitti, & proponentem nu.pe. & illum dicit nõ admitti, quia
nullo modo probari poſſet, vnde ſi dices, admitti querelam
non nu.pe. opponẽdo exceptionem doli. diceres expreſſe cõ
tra illam legẽ, nec faceres differentiam, inter allegantem, ſo-
lutionẽ, & nõ nu.pe. quã tñ illa lex facere intẽdit, Pręterea,
vbi quis habet exceptionẽ, & actionẽ, ſeu quęrimoniã, & ex
ceptionẽ, exceptio eſt tẽporalis, ſicut & actio, ſeu quęrimo-
nia eſſet, ff. de iureiu. l. nã & poſtea. §. ſi minor. de inoff. teſta.
Papinianus §. fi. iũcta l. ff. de peti. hęr. l. ſi quis libertatẽ. §. di-
uus. ſed vbi pecunia, nõ fuit numerata, cõpetit actio, & quæ-
rimonia, vt l. ſi quaſi. & l. ſi intra, C. eo. ti. ergo exceptio eſt tẽ
poralis, & eiuſdem temporis, quo quęrimonia. Vnde l. quaſi
loquitur intra biẽnium, quod apparet, quia dicit competere
ẽt exceptionẽ non nu.pe. agẽti cõdi. ſine cauſa. Pręterea, iura
intendũt prouidere creditoribus poſt biennium, quæ autem
eſſet hęc prouiſio: & in quo poneretur in tuto, & ad quid
prodeſſet coartaſſe exceptionẽ nõ nu.pe. ſi exceptio doli ad-
mitteretur. nõ video. Quid ergo dicendum? Credo, quòd de
rigore iuris nõ cõpetit doli exceptio poſt biẽniũ, in caſu pro
poſito, pro vltimo allegato. Nec ob. quòd exceptio doli eſt
perpetua, & in ea nil reperitur immutatum. quia illud verũ
23 de exceptione doli, quę † per ſe cõpetit, ſed vbi cõcurrit cum
alia, eius naturã ſortitur, ſicut, ſ̃. dictũ eſt: Item nõ obſt. quod
dicitur, qđ debitor poſſet repetere, ſi ſoluiſſet, & ſi non ſol-
uiſſet, poſſet agere condi. ſine cauſa, quia verũ eſt intra bien-
niũ, poſt non, per iura allegata & in hoc caſu condi. ſine cau
ſa, eſt biennalis vel 30. dierum, per iura allegata: Item non
ob. quod eſt iniquum, quia hęc & maior iniquitas tolleretur
propter negligẽtiam partis, quia tollũtur dominia, extinguũ
tur

tur actiones, vt patet per totam materiam de vſuca. & præ-
ſcript.& hoc introductum eſt ex magna cauſa, ibi ne rerum
dominia remanerent in incerto. Et hoc ne creditores, poſ-
ſint ſuis pecunijs diutius defraudari. vt in tex. Vnde de iuris
rigore, ex quo debitor confeſſus fuerat,& cautionem expo-
ſuerat, ſtatim fiebat ſibi præiudicium: & ſi volebat conqueri
de non nu.pec. oportebat eum probare.vnde quia multi de-
cipiebantur, & probatio erat eis quaſi impoſsibilis: iura ex
magna prouidentia ſtatuerunt, ꝙ creditor haberet nihilo-
minus probare numerationem intra tempus, quod taxaue-
runt breue, ne creditores remaneant diutius onerati dicta
probatione, & ſuis debitis defraudarentur. vnde magna ne-
gligentia poteſt imputari debitori, ſi intra biennium non de
poſuerit querimoniam de hoc,nec eſt veriſimile, quod tãtũ
debuerit tacere, quin fuerit proteſtatus, vel conqueſtus: & ſi
tacuit imputetur ſibi, propter ꝙ hæc iura non poſſunt ini-
qua,ſed æquiſsima, & iuſtiſsima, reputari. Hæc autem vera
ſunt,vbi directe conqueritur de non nu.pec. Quid ſi indire-
cte, verbi gratia.dicit debitor: ego confiteor ꝙ ita confeſſus
ſum, vt in tuo inſtrumento continetur: ſed hoc fuit factum
fictitie, nulla numeratione facta ad mei prouiſionem, forte
propter aliquam cauſam, ne aliquis reciperet me in fideiuſ-
ſorem, quaſi eſſem tibi in magnam ſummam obligatus nun-
quid audietur? vel forte, vult oſtendere, ꝙ tunc actum fuit,
24 ꝙ illa pecunia non numeraretur vſque poſt † quatuor an-
nos, nunquid admitteretur? vr̃ ꝙ non:cum nullo modo poſt
biennium poſsit cõqueri:vt in cõtractibus, & s̃.ſatis dixi,ſed
in primo caſu vr̃, ꝙ non poſsit refutari, quin admittatur ſu-
per fictione cõtractus, cũ nedũ numerationẽ imo ſubſtãtiam
contractus impugnẽt,quia ſi fit fictitius contractus, nõ valet
ff.qui & a qui.l.priuatus.& iſtud factum eſt poſitiuũ,& affir
matiuum:& ideo debet admitti:iuxta l.aſſeueratio.C.de non
nu.pecu. Vnde ſi ex conſequentia neget numerationem: non
videtur ꝙ debeat repelli. Sed quid in alio caſu propoſito,
quando actum fuit, ꝙ poſt biennium numeraretur pecunia:
veruntamen confeſſus fuit, ſub ſpe futuræ numerationis? vr̃
idem non enim poteſt ei negligentia imputari, qui querimo
niam non propoſuit, cum non haberet cauſam conquerendi
intra biennium, & ita non currit præſcriptio.C. de an. ex-
cep.l.1.§.fi. & idem videtur in caſu gl. quæ incipit.i.per ſcri
pturam,videlicet quando debitor habet literã a creditore,ꝙ
pecunia non eſt numerata,non poteſt dici in negligentia, ex
quo habet literã ab eo, vt hic not. Sed quæritur nono s̃. dixi
ꝙ certi condictio ex mutuo, vel ex ſtipulatione non concur-
rit cũ cond.ex lege.ex hac materia deſcendente. quid ſi actor
ſuccubuit in vna: nunquid poteſt redire ad aliam. & an ob-
ſtet ei exceptio rei iudicatæ? Videtur ꝙ ſic, quia eadem eſt
quantitas,eadẽ cauſa petendi,videlicet mutuum,quare vide-
tur obſtare, quamuis actiones mutentur.ff.de exce.rei iu.l.&
an eadem.de iureiu.l.duobus.§.exceptio. Sed cõtra vr̃, quòd
imo videntur huiuſmodi actiones ex diuerſis materijs,& cau
ſis procedere,vna ex re,alia ex literis,alias ex ſtipulatione,&
ſic non vr̃ obſtare.ff.de exce.rei iu.l.cum quæritur.cum l.ſeq.
Sol. credo. ꝙ exceptio rei iudicatæ, obſtet ſi pronuntiatum
fuit diffinitiue,& maxime ſi pronuntiatum eſſet, ex eo,quia
non fuerat numerata pecunia.Sed ſi pronuntiatum eſſet con
tra actorem, quia inepte agebat, quia forte cũ deberet agere
vna,agit alia,quæ nõ competebat,dicerem ſecus ff.de condi.
25 inde.l.cũ indebitum.Item † redeo,ad doc.& quæro poſt eos
nunquid ſolutum ex hac cauſa poſsit repeti? Ipſi dicunt,hoc
inſolubile.nã aperte vr̃ probari, ꝙ poſsit repeti, ſaltẽ per cõ
di.ſine cauſa, vt l.ſi quaſi.C.de nõ nu.pe.ff.de cond.ſine cau.
l.qui ſine. & hoc gl.habet pro expedito.ff. de cond.inde.l.1.
& l.ſi nõ fortẽ.§.indebitum.Sed contra,quia naturalis eſt ibi
obligatio, vt s̃.ſatis probatũ eſt, quæ repetitionem impedit.
ff.de cond.ind.l.quod ſi dñs teſtamento.Ipſi dicunt ꝙ poteſt
peti,quãuis eſſet ibi vtrunq; vinculum, ex alia tñ cauſa: quia
debitor tutus erat exceptione fauorabilis non nu. pec. vel in
factum,quæ ſunt fauorabiles, & æquitati cõuenientes,idcir-
co põt repetere.ff.de cond. inde.l.qui exceptionem.Sed hæc
ſolutio non valet,imo eſt tota odioſa,videlicet doli,quæ con
currit, vt s̃.dictum eſt.Sed dic vt ibi, quia illa exceptio doli
generalis,quę cõcurrit,habet naturã illius,cum qua cõcurrit
vt ibi dictũ eſt.Sed contra,quia hæc exceptio eſt temporalis,
ergo non impedit repetitionem.ff.de condi.indeb.l.in diem.
Doc.dicunt ꝙ is eſt tutus exceptione perpetua: videlicet do
li.Ego non ſum in illa opi. vt dixi ſupra proxi. & ad oppoſi-
ſitionẽ reſpondeo,ꝙ hic eſt perpetua,non ꝙ perpetua com-
petat: ſed oppoſita, perpetuo cauſam perimit.Et ita conſue-
uit dici iuxta l.exceptiones.ff.de except. Vnde l. in diem.lo-
quitur ſolum de ea,quæ differt vſq; ad tẽpus,hoc autem pu-
to verũ intra bienniũ, quia poſt bienniũ non credo, ꝙ poſsit
repetere,nec vllo modo de non nu.pe.conqueri, vt dixi s̃.in
8.quæſt. Sed cui incumbet onus probandi, intra biennium,
vel repetẽti, vel creditori? videtur,ꝙ creditori,cum per has
nouas conſtitutiones, ipſe creditor probare debeat. Vnde nõ
magis debet operari ſolutio,quam confeſsio,& cum cõfeſsio
non releuet creditorem ab onere probandi, vt l.ſi ex cautio-
ne.& hic, ergo multo minus erronea ſolutio. Sed durũ eſſet
dicere,ꝙ l.cum de indebito.ff.de probatio.ſit correcta. Vnde
hic ſunt duo, confeſsio, & ſolutio,licet erronea,quaſi ſciens
ſolueret,vr̃ donare,& eſſet indubitabile.C.de non num.pec.
26 l.cum fidem.Sed † quid,ſi nõ ſoluit,ſed ſecundo cauit, & pe
cuniam ſe recepiſſe recognouit,& forte ex interuallo? nun-
quid creditor probat ſatis numerationẽ, per hoc ſecundum
inſtrumentum, vel ſcripturam? non videtur, quia ſicut qui
bis promittit ipſo iure,amplius quam ſemel,non tenetur,ita
qui bis confitetur, non videtur amplius, propter ſecundam
confeſsionem teneri.ff.de verb.obli.l. qui bis.repetitio enim
nihil addit.ff.de leg. 1.l.plane.§.1.de vſuf.leg.l.ſi alij. & pro
hac parte facit multum.C. ad velle.l. ſi mulier.la 2.Doctor.
quærunt, quid ſi teſtator confitetur in teſtamento ſe debere
x.ex cauſa mutui, nunquid valeat confeſsio, & an hæres po-
terit excipere, de non nu.pecu.Ipſi diſtinguunt quia aut con
fitetur ſe debere non capaci, & tunc nõ valet.vt ff.de prob.l.
qui teſtm̃,aut capaci, & tunc aut iurauit, & valet,nec poteſt
probare contrarium hæres.ff. de leg.3.l.cum quis decedens.
§.codicillis,aut non iurauit,& tunc, aut debetur,tanquam le
gatũ non tanquam confeſſum.ff.de leg.2.l.Lucius.§. quæcun
que.& hoc,niſi referret ſe ad aliud documentum, tunc.n.nõ
valeret,niſi oſtẽderetur documentũ illud,ſicut ſi dicerẽ,con
fiteor me debere x.Mæuio, prout in inſtrumento eius conti-
netur,tunc enim non valeret, niſi inſtrumentum oſtendere-
tur, C.de fal.cauſa adiect.l.ſi non deſignata, ſecundum eos.
Aduerte,doct.tangunt hic tres articulos.Primo vtrum con-
feſsio teſtatoris valeat, & quæ.Secundo vtrum hæres poſsit
probare contra.Tertio,vtrum adiectio falſæ cauſæ vitiet,qui
articuli nõ ſunt de noſtra materia.De primo tñ dic,vt ſcripſi
C.de nõ nu.pec.l.generaliter. De ſecundo dic vt C.de prob.
auth.ꝙ obtinet.De tertio,dic vt in d.l.ſi non deſignata.C.de
falſ.cau.Sed de hoc ſolum quæramus, an hæres ex teſtamen-
to confitentis, poſsit excipere de non nu.pecu.Et videtur ꝙ
non,ſed habet probare,erraſſe teſtatorem,niſi iurauerit,vt l.
rationes. & d.auth.quod abtinet, vt in iuribus ſupra allega.
quæ non ſunt immutata.Vnde aliud eſt dicendũ, de cõfeſsio
ne facta in teſtamento,quæ non põt dici,fieri ſub ſpe futuræ
numerationis,& aliud de cautione,quę fit creditori,quę prę
ſumitur emitti propter ſpẽ, quã habet debitor, ad pecuniam
recuperãdam,vnde illa materia eſt alia.Sed quæritur primo,
vtrum poſſet renuntiari, huic exceptioni? Et non videtur,
quia renuntiatio, & confeſsio videntur cõtinere tacitã condi
tionem,quæ ſi non ſequatur, non obligatur renuntians,imo
nec iuramentũ obligaret.C.de non nu.pe.l.fin.ſicut enim in
confeſsione deceptus fuit,ita rurſus in renũtiatione.ff.de no
ua.l.doli.& ita iura debẽt in vna ſubuenire,ſicut in alia.Præ-
terea,hæc renũtiatio eſt contra bonos mores, quia inuitat ad
delinquendũ,videlicet nõ ſoluendũ, & petendũ, quod nõ eſt
numeratũ, ideo non valet ff.de pact.l.ſi vnus.§.illud.& hanc
partẽ videtur tenere Hoſt.tit.de ſol.c.fi. & allegat ſolũ hanc
27 rationem vltimam. † Ego non video, cur renuntiari non
poſsit, nã fortior debet reputari expreſſa renuntiatio, quam
tacita,ſed ſoluendo partem,tacite renuntiat,& exceptionem
non nume.pecu.perdit,vt C.de non nu.pec.l.cum fidẽ.ergo
multo fortius expreſſe. C. ſi mater in dem.pro.l.fin. quando

mulier tu.offi.ſun.poteſt.l.ſi.Præterea, hoc eſt introductum mere in fauorem debitoris: cur ergo non poteſt renuntiari iuxta l.ſi quis in conſcribendo.C.de pac? Nec ob. ꝙ inſit tacita conditio: quia non eſt verum, vt dixi ſupra in 6.q.principali. Nec ob.l.fina.C.de non nu.pecu.vbi dicit,quod etiam ſi iurauerit poteſt excipere, quia hoc concedo,vbi confeſſus fuit, & promiſit reddere: & iurauit hoc, quia totum facie-
18 bat ſub ſpe beneficij: iuri tamen non renuntiabat. † Sed vbi renuntiauit beneficio iuris, & iurauit non excipere, cum tale iuramentum poſsit ſeruari ſine diſpendio &c. non video, quin liget in foro iudiciali: vt cap. cum contingat. extra de iureiuran.& quin deieret,ſi excipiat: & ita ſeruatur de facto. Scio tamen, quod ſi ſub ſpe futuræ numerationis, præmiſſa. fecerit: & non numeretur: ꝙ anima iurantis non ligatur, vt c.veniens.& ca. peruenit. de iureiuran. ſi enim non ſit tacita conditio, eſt tamen tacita cauſa. ff. de do. ma. & me. except.l. 2.§.circa.verſi,proinde. ſed in foro iudiciali, quando non conſtat de numeratione,non crederem audiendum:imo præſumerem numerationem,propter renunciationem, & iuramentum. Quid ſi renuntiauit exceptioni non nume. pecu. nunquid videtur renuntiare exceptioni in factum? Non videtur: cum ſint diuerſæ & ex diuerſis materijs procedentes: & diuerſas actiones excludentes, vt ſatis ex ſupradictis percipi poteſt: ſed exceptioni doli ſic, quæ concurrit. In omnibus autem prædictis forte poſſet dici, quod ſi iudex haberet ſuſpectum creditorem, quod non numeraſſet, quod ex officio poſſet inquirere veritatem; quamuis pars repelleretur, & exactionem illicitam cohiberet, cum hoc ad officium eius pertineat: vt d.l.illicitas. & maxime iudex eccleſiaſticus, ad quem magis pertinet purgare conſcientias hominum. Ex his ſatis poteſt gloſſ. additionari: & vide intellectum materiæ, quare nil addo ad gloſſ. niſi ſuper verbo multum.in fi.glo.ſimiliter,multum temporis ponitur, pro quinquennio. ff. de ſepa.l. 1. §. quod dicitur. Sed quandoque lex facit differentiam inter diu, & prolixum tempus.ff.de re mili.l.deſertorem.§.emanſor. Hoc autem arbitrio iudicis committitur, qui ſecundum materiam, & rerum qualitates,arbitrari debet,vt ibi not.in fi.gl.C.de priuileg. ſchola.l.ſecunda libro duodecimo.

a Adnotatio. Olim ſcriptura. Diuide: vt hic per Ange. & ſummatur hoc principium ſecundum Bald. exceptio non numeratæ pecuniæ: quæ competit ei, qui ex cauſa mutui: ſe aliquid recepiſſe ſcripſit, intra biennium opponitur efficaciter. elapſo vero biennio niſi debitor clare probet ſibi numeratam non eſſe, exceptione non numeratæ pecuniæ minime, ſe defendit: licet olim dictum tempus aliter limitatum eſſet. hoc dicit ſecundum Bald. vſque ad fin.titu.

b Confeſſus ſe accepiſſ. Adde, quid operentur illa ver.in inſtru.appoſita: confeſſus eſt ſe accepiſſe, per Ro.ſingulari. ſuis,vbi inſtruit notarios vt prædicta addant, & iſta habuiſſe.& adhuc habere:quia, vt innuere videtur, tollunt except.non nume. pecu.

c Vltra biennium. Adde Fely.late,de iſta except.non nu. pec. in c.ſi cautio. extra de fide inſtru.vbi dat cautelam. quod quis etiam intra biennium, non poſſit eam proponere.

d Nullo modo. Eſt enim dictio excluſiua:importatque canonem latæ ſententiæ,vt eſt glo.ſingularis & elegans in auth.ſi qua mulier.C.ad ſenatuſcon.vel le.quam ad hoc reputat ſing.cardi.in c.ſuper literis.extra de præſcript. Refert & ſequitur Ant.Corſe.ſing.ſuis in verſi.nullatenus.in litera, N.& Fe.in c.ex parte.nu.7.extra de conſt.

## *De obligationibus ex conſenſu. Rubrica.*

*Semper proſequitur materiam, & ſuam diſtinctionem, quæ habetur ſupra titu.generali.§.fina. per quæ patet continuatio rubricæ. Sed mirandum, quare de huiuſmodi obligationibus, tractat vltimo cum obligationes huiuſmodi ſint de iuregentium.ff.de iuſti.& iur.l.ex hoc iure, & ſtipulationes & obligationes literarum ſunt de iure ciui. quod eſt nouius: & commodius fuiſſet a vetuſtiori incipere ſupra de rerum diuiſione.§.ſingulorum.Sed poteſt dici,quod hoc factum fuit: quia tractatus harum obligationum, eſt longior: ideo Imperator voluit ſe primo de breuioribus expedire. Sed certe ſi ſit longior, non eſt difficilior. Vnde in Digeſtis non eſt longior:& tamen ponitur vltimo, vt ff.de actio.& obli.l.1. cum ſequente.in talibus non eſt inſiſtendum,quia iuris diſpoſitio non mutatur, quamuis quandoque arguatur ex ordine rubricarum.*

1 *Conſenſu in quibus obligamur.*
2 *Obligationes qui hic accipiendæ.*
3 *Conſenſus qui accipiendus.*
4 *Nuntius an ex conſenſu obliget.*
5 *L.conſenſu explicatur.*
6 *Nutu an & qui obligentur.*

CONSENSV. Glo. in hoc tit.ſunt planæ ſatis: doct.etiam nil addunt extra ea: ſed ego oppo. ſic.tex.dicit, quod obligationes hæ, ideo conſenſu contrahuntur: quia neque ſcriptura &c. certe idẽ poteſt dici,in omnibus pactis,in quibus contrahitur obligatio ex conſenſu. ff. de ſol.l. in his.§. imperator.de pact.l.1.§.adeo, tamen regulariter non ſequitur ſcriptura nec aliud. C. de pact. l. pactum, quod bona fide. ergo videtur quod de omnibus pactis poſsit dici, quod
1 hic dicitur.† Poteſt dici,quod conſenſu cõtrahuntur hę obligationes efficaces: ibi non. vnde hic de efficacibus loqui intẽdit. Quid ergo dices de obligationibus, quæ ex pacto oriũtur, & ſunt efficaces.vt in donatione, & in alijs caſibus, qui notantur infra de actio.§.de conſtituta. nunquid debent adnumerari iſtis? Nõ videtur.quia tex.ſpecialiter, & annumeratiue videtur loqui de iſtis, non exemplificatiue: ideo non videtur, quod ſit licitum ei addere:ne repræhendatur de inſufficientia.dicit enim in emptionibus &c.non dicit, vt emptionibus. Ad hoc poteſt dici, quod non videtur magnum inconueniens,ſi in illis diceretur obligationem fieri ex conſenſu: ſed quia illi caſus rari ſunt, & aliqui de nouo introducti.Iuriſconſul. eos ponere non curauit, in l.conſenſu. ff. de act.& obl.Nec impe.hic eius veſtigijs inhærens:& huic opi. videtur adhærere.glo.ſuper verbo, valet.ff.de pigno.l.contrahitur. & tamen eſt ibi text. pro prima opin. ibi ſicuti &c. vbi ſupponit euidenter, quod nõ eſt de illis pignorum obligationibus, quæ tñ nudo conſenſu contrahitur. Sed quid de contractibus innominatis,in quibus oritur actio ex conſenſu, re tamen ſecuta? & in hoc differunt a contractibus, qui re contrahuntur: vt conſueuit dici.C.de re.permu.l.ex pla-
2 cito.cur non adnumerantur iſtis? Dicas, quod non † debent adnumerari, hic enim ſolum tractatur de obligationibus, quæ fiunt conſenſu, & ſunt efficaces, nullo adminiculo alio requiſito, ibi requiritur rei traditio. & forte hoc vult dicere tex.hic,cum dicit,nec dari quicquam, &c.quamuis gloſſ.dicat, quod hoc fuit poſitum, vt diſcrepet a contractibus, qui fiunt re. Ego dico, quod etiam vt diſcrepet a contractibus,qui fiunt conſenſu, in quibus rem dari oportet. ff.de re. permu. l. 2. Cur ergo de illis non fuit facta mentio in diuiſione obligationum, & in hoc tractatu? Et cur non faciunt, quintam ſpeciem? Reſpond.quia non ſunt digni nomine,ideo nec tractatum,nec ſpeciem propriam habuerunt, ff.de pact.l.iuriſgen.circa princi.dicta tamen diuiſio non eſt plena: vt dixi ſupra de obligationibus ti.generali.in fin.imo plenior ponitur ff.de act.& oblig.l. obligamur. Sed certe ſatis eſt generalis,pro cognitione horum, de quibus eſt hic tractandum. Item, quæro quare melius fiunt obligationes, & ſubſtantiam capiunt puro conſenſu in his, quam in alijs contractibus? Reſpon.forte propter frequentiam, quia magis hi frequentantur, ideo ll. magis eis volunt ſubuenire. Sed oppon.hic dicitur, quod non eſt opus præſentia. Contra, quia conſenſus dicitur ſimul ſenſus, quia ſimul contrahentes,idem ſentiunt.ff.de actio.& obligat.l. in omnibus rebus. quomodo ergo ſimul ſentient, ſi ſint abſentes? Timore huius opin.glo.ff.de actio.& obliga.l. conſenſu.quæ vide-
3 tur † huic textui cõtraria,videtur dicere,quod ſimul,& principaliter debent conſentire. Sed hoc eſt contra hunc textum, vnde dic, quod non eſt opus præſentia partium.debet tamen aliquid interuenire quod ſuppleat præſentiam, vt nũtius

tius vel epiſtola vel aliquis qui recipiat pro abſente,ff.de nego.geſtis.l.ſi ego.& hoc vult dicere text.cum ſubijcit, vnde inter abſentes &c.vide quod ſcripſi C.de dona.l.nec ambigi. ff. de donat.l. abſenti. Vnde ſi in præſentia teſtium dicerem dono vel vendo tali, nec mandarem per epiſtolam, nec per nuntium, nec eſſet qui nomine abſentis reciperet, non obligor,vt notat Dy.in d.l.abſenti,per l.nuda.ff.de dona. & hoc vult dicere illa glo.de l.conſenſu quæ eſt notabilis, & habet ſimilem,C.de ſacro.ſanct.eccle.l.illud, pro quibus.ff. de ſol. l.ſi cum Cornelius. Quid ergo, ſi contrahere volens nuntium miſit,vel epiſtolam,& antequam ratificaret,pœnituit,
4 & forte reuocauit, nunquid † poteſt? Videtur,quod ſic,quia conſenſu contrahitur, non autem eſt conſenſus,id eſt,ſimul ſenſus,quando alter diſſentit.Sed contra facit, ff.mand.l.fin. in prin.ſed ibi ſorores receperant literas,hic autem pœnituit ante receptionem literarum, & hoc conſtat.Item facit contra, extra de præben.cap. ſi tibi abſenti.in 6.vide quod ſcripſi in d.l.nec ambigi. Gloſſ.tenet, quod valeat ff.de contrahen.empt.l.1. Quid ſi quis dedit licentiam filio vel filiæ donandi.Verbi gratia,pater qui nuptui filiam dabat,dedit ei licentiam,quòd poſsit dare partem dotis,quam dedit in abſentia patris, nunquid valet donatio? Videtur, quod non: quia prædicta donatio ſubſtantiam capit, ex conſenſu patris, qui non fuit interpoſitus de præſenti, igitur non videtur valere per prædicta.In contrarium videtur expreſſe, ff.de don.l.filiusfami.& forte ſufficit, concurrere ibi conſenſum filij, vel filiæ donantis, quæ habilitata eſt per licentiam patris,vt ibi.

Sed an poſsit reuocare pater huiuſmodi licentiam, dicam infra de manda.§.recte. Item quare text.dicit, quod non eſt opus præſentia, nunquid ſit opus verbis?Textus omiſit hic,
5 & tamen fuit extractus de l. † conſenſu. vbi videtur dicere, quod non, ſed ſi bene reſpicias, ibi dicit, neque verborum proprietas.q.d.quod propria verba,non ſunt neceſſaria,non tamen negat, quin aliqua neceſſaria ſint.Sed hoc non videtur poſſe dici, quia ſic non differrent hi contractus,a ſtipulatione, in qua quæque verba ſufficiunt ſ.de verbo.oblig.§.vtrum.Quid ergo dices?ſatis poteſt dici,quod ſint neceſſaria verba,ſaltem inter illos,qui loqui poſſunt,& hoc vides,quia ſatis hi contractus perficiuntur nudo conſenſu,ita & nuptię & ſponſalia, & tamen in illis opus eſt verbis, ff.de ſponſa.l. ſufficit.& ibi not.extra de ſponſa.cap.tuæ. & ibi plene, alioquin haberemus dicere,quod ſi duo tranſirent,per vicum,& adinuicem cõſentirent in animo,quod vnus locaret, & alius conduceret eodem pretio, quod eſſet locatio, quod videtur abſonum.Sed bene credo,quod ſi alter eſſet mutus,quod tũc non eſſet opus verbo ex parte ſui, duntamen intelligeret & nutibus cõſenſum exprimeret, vt ff.de iure do.l.mutus.Quinimo credo,quod ſi ambo eſſent muti,duntamen nutibus ap
6 pareret,†quod intelligerent,ſi conſentirent,valeret contractus, vt ſi vnus tradat equum, alius precium & recipiat equum,non video quin ſit vẽditio,& emptio, quamuis bene indigeret proxeneta.ff.de leg.3.l.nutu. Vel poſſet dici,quod etiam inter loquentes,non ſit opus verbis,duntamen per facta,mutuus probari poſsit conſenſus, ſicut in exemplo præcedenti.Nec obſt.ca. tuæ. quia quo ad eccleſiam neceſſe eſt, quod interueniant verba,non tamen,quo ad ſubſtantiam matrimonij. vide ſupra de pa.po.circa princ.Vnde fertur,ꝙ vltra mare illi, qui apportant piper de partibus orientalibus, non intelliguntur, nec intelligunt,ſed nutibus,& ſignis vendunt,vel permutant,quãdo non habent interpretem.Et not. quod per hunc text.confunditur opi.aliquorum, qui voluerunt adſtruere, quod actio empti oritur demum ſoluto, vel oblato pretio,vt conſueuerunt notare docto.C.de act.empt. l.ſi traditio,quod eſt hæreticum:per hunc tex.nec quicquam dari neceſſe eſt &c.vnde certum eſt, quod emptio ſolo conſenſu perficitur. vt hic.iunge infra de mand.§.recte.

## *De empt ione & venditione.* *Rubrica.*

1 *Ventæ cui debitæ.*
2 *Venditum quis redimat.*
3 *Feuda uendibilia.*
4 *Redimens an uentas debeat.*
5 *Ventas non niſi contractu perfecto deberi.*

a EMPTIO. a In gloſ.hic no.in fi.hæc faciunt ad determinationem duarum quæſtionum. De
1 † conſuetudine regni Franciæ,debentur ventę domino cenſuali, quando res cenſualis venditur.& alicubi vocantur ventæ, alicubi laude-
2 mium. Item de conſuetudine regni Francię eſt, † quando quis aliquid vendit extraneo, proximior de genere poteſt retinere pro pretio, vel dominus, ſi non ſit proximior:iuxta l. fi.C.de iure emphyt.Pone ergo rem, cenſualem, vel feudalem venditam, nunquid eo ipſo acquiritur ius proximiori vel domino,ut quamuis non procedant vltra,vel forte a contractu diſcendant, dominus poſsit ventas petere, ſeu laudemium, vel proximior retrahere? Videtur quòd ſic, quia iam eſt completa venditio,vt hic pro quo facit ff.de fideicom.libe.l.quidam.in princip.de in rem verſ.l.ſi pro patre.§.idem quęrit. ff.depoſi.l.1.§.ſi rem.Sed contra.ff.de alie.iu.mutan. cauſa fac.l.ex hoc edicto.§. ſi quis. de vſucapio.l.ſequitur.§. Labeo. ff.de pac.l.ab emptione.C.qñ li.ab.emp.diſce.l.1.Itẽ facit pro hoc,quia per dictam conſuetudinem regni,licitum
3 eſt etiam res feudales † Vendere, domino etiam inconſulto, ſicut olim ante tempus Lotarij licebat,& ſic re vendita recuperata, nullum ius domino acquiritur, vel proximo, vt in feu.quid iuris ſit ſi poſt alie.feu. vaſal.re.c.vnico.§.profecto, vbi videtur determinatum. Poteſt dici, quòd in hoc eſſent attendenda verba conſuetudinis,& effectus,nam ſi ventæ de
4 bentur domino, † ſeu laudemia, propter inueſtituram nouam, non videretur dubium,quòd ex ſola venditione verbali a qua diſceſſum eſt non deberetur. cum non ſit proceſſum ad tranſlationem dominij,nec ad inueſtituram,ratione cuius debẽtur,& idem,poſſet dici,de proximo de genere, qui vult retrahere, nam cum hoc caſu ceſſat cauſa conſuetudinis, qñ diſceditur ante rei traditionem, quæ eſt, vt res transferatur extra genus. videtur quod proximus non poſsit retrahere, nam non dicitur proprie alienatum,quod in domino remanſit,ff.de verb.ſign.l.alienatum. Et ad l.quidam.poſſet reſponderi,quòd ſit ſpeciale in libertate,quod apparet,quia dicit tẽtauerit, hic autem rdquiritur actus perfectus,& conſummatus omni conſummatione.Item nõ obſtant alia iura, quia in illis actus fuit conſummatus,attenta ratione materiæ,hic nõ attenta ratione conſuetudinis. & de hoc aliquantulum in feu.de prohi.feu.ali.per Fed.cap. imperialem. & in Spec.de loca.§.nunc aliqua.ver.96. & hæc quæſtio minus, eſſet dubia, ſi venditio eſſet conditionalis, & pendente conditione,
5 deſiſterent a contractu, † quia tunc nihil videtur fuiſſe factum, quia emptio nulla fuit niſi quantũ ad effectum, quòd alter pœnitere non poſſet,vt hic no.in glo.& hoc vbi fuit diſceſſum a contractu,ante rei traditionem.Nam re tradita,videtur ius quæſitum, ſaltem proximo,ſed forte non domino, niſi veniſſent ad inueſtituram, ſuppoſitis dictis conſuetudinibus per modũ,quem dixi.& ideo videtur,quòd ſi quis vendat rem, & agitur in contractu, quod poſsit recuperare rem venditam,intra certum tempus reddẽdo pretium,quòd quãuis reddat pretium,quòd ius ſit acquiſitũ proximo de genere,ſi rem tradiderat, & tamen ego ſcio, quod ſeruatur contrarium,de conſuetudine,in multis locis.Stes illi.

a Adnotatio. Emptio. Diuide hunc tit, vt hic per Ange.Et ſecundum eum, h.d.iſtud principium vſque ad §. pretium.Emptio contrahitur eo ipſo quod pretio conuentum eſt,licet nondum mercatum, vel aliqua arra data, ſi ſine ſcriptura fiat, aliter autem, ſcriptura celebrata, erit emptio perfecta, & non prius.

1 *Contractus ſcriptus qui & an non 2.& 3.*
4 *Subſcribere qui debeat.*
5 *Contractus ſcriptus quando perfectus.& 6.*
7 *Arræ quando reddendæ.an non.*
8 *Arræ quando amittantur.*

a IN IIS. In gloſ.patet hic,cum alleg.l.contrahitur a ſecundũ hoc ergo vbicunque in limine ipſius contractus & in

continenti agitur quod inde fiat ſcriptura : cenſetur in ſcri-
1 ptis contrahi. Quid † ergo, ſi in ipſo contractu, nulla ſit ſcri-
ptura, ſed poſt agitur inter partes, ꝙ fierent literæ de conſi-
lio peritorum? Videtur, ꝙ ſit contractus in ſcriptis, vt not. in
Spe. de emp. & ven. ver. quid ſi actũ. ſecundum hoc, oẽs con-
tractus, qui fiunt hodie. ſunt in ſcriptis, quia communiter, ho
die poſt tractatus ſuper contractibus habitos, vocantur ſta-
tim tabelliones, vel ſigillorum auditores, vt fiant literæ, vel
agitur, ſi non ſint præſentes, ꝙ vadant ad eos, & tranſeant li
teras, & ſic quilibet poterit pœnitere, antequam inſtrumen-
tum ſit completũ, & tamen iſtud videtur alienum ab eo, quo
totus mundus vtitur. Vnde videtur poſſe dici, ꝙ ille dicatur
2 contractus † in ſcriptis, quando apparet de mente contra-
hentium, ꝙ noluerunt obligari, quouſque ſcriptura eſſet fa-
cta, & iſtud vidi, & frequenter cõtingit, inter formidoloſos,
qui dubitãt decipi per notarios. nã tractatu habito, ſuper cõ-
tractu, & cõcordato, agunt, ꝙ fiat nota in pręſentia partium,
& legatur, & cõcordetur, ea lecta, & concordata, adinuicem
tradunt ſibi fidẽ hincinde. Sed ſi partes eſſent concordes in
vno negotio, & vocant notarium, ꝙ faciat inſtrumẽtum, vel
literas ſub ſigillo de concordatis per eos: nec agitur alias, ꝙ
faciat notam, & cõcordetur coram ipſo, ſed eius fidei ſtant, &
recedunt: eſſet perquam durum, ꝙ eſſet cõtractus in ſcriptis,
eo quod poſſet pęnitere, quinimo ſequeretur inconueniens,
videlicet, vel quod talis contractus eſſet nullus, vel quod par
tes haberẽt iterum conuenire, & tñ totus mundus contrario
vtitur: quia tota die videmus, quod notarius recepta conuen
tione, facit in domo ſua, & per ſe inſtrumẽtum, & quãdoque
notam, & reddit ſuum inſtrumẽtum vnicuique partium, alia
3 non vocata, & quandoque alteri ſolum: Vnde† mihi vr̃, quod
non poſſit dici contractus in ſcriptis, niſi qñ apparet, quod
partes nolebant ſe efficaciter obligari quouſque ſcriptura eſ
ſet concordata per eas: quod frequenter contingit, vt ſupra
& ſic intelligo illum tex. d. l. contractus, C. de fid. inſtrum. ibi
cum dicit: quos in ſcriptis &c. & facit ff. de pig. l. contrahitur.[a]
In ea gl. in fi. mihi non placet, vt late ſcripſi ſupra de li. ob. In
gloſ. vt quia lecta. in fi. pro Deo quid eligemus? vtrum requi
remus ſubſcriptionem, qñ fit a tabellione? glo. videtur quod
4 ſic, vt l. contractus. Quidam dicunt, hoc verum† qñ contra-
ctus fit a peritis, ſecus ſi ab imperitis. mihi videtur quod qñ
eſt priuata ſcriptura ſine tabellione partes debent ſubſcribe-
re, ſi per tabellionem non requiritur, quod ſubſcribant. Sed
requiritur, quod audiant, & laudent, nec in hoc debuit hæſi-
tari: quia tex. aperte aperiunt, & diſtinguunt hic, & in l. con
tractus, ſed de vno poſſet dubitari, ſi contractus fuit poſitus
in nota, & fuit cõcordatus, & laudatus per partes, vtrum ſuf-
ficiat ad eſſentiam contractus, vel an oporteat quod inſtru-
mentum ponatur in mũdum, & groſſetur antequam obliga-
tio ſit efficax? Et certe vr̃ hic expeditũ de plano, quod inſtru
mentum debeat eſſe groſſatum, & in mundum redactum, &
hoc vocat hic complexiones, & magis videtur hoc declarari
in l. contractus. ver. vt nulli. imo ille text. videtur aduerſari
iſti, ibi enim dicitur quod niſi ambæ partes, ſe ſubſcripſerint
5 in ſcheda, non eſt contractus† perfectus, & tamen hic ſuppo
nitur contrarium. Poteſt dici, quod ſi ambæ partes, ſubſcri-
pſerint protocollo. vel ſchedæ, quod idem credimus ſignifi-
care, quod non eſt perfectus contractus, quando agitur vt re
digatur in mundum, quia forte ſcheda erat groſſata, & ſigna
ta, & tradita ſcriptori, quod redigeret in mundum, & refer-
ret. Et ratio, quia nondum completum eſt negotium. Sed ſi
6 ſe partes ſubſcripſiſſent, †quando non eſt tabellio, vel ipſe ta
bellio feciſſet notam eam partes laudauerunt, videtur du-
rum dicere, quod contractus non ſit perfectus, & tamen vide
tur de mente textuum quod nõ ſit quouſque totum ſit groſ-
ſatum & completum, & ideo periculoſum eſſet tenere. quod
partes vellẽt contrahere in ſcriptis, & hoc ſolum, quod agi-
tur quod fiant inſtrumenta, vel literæ, & multi cõtractus poſ
ſent annihilari, & ideo placet opin. quam s̃. dixi, & eſt amica
vſui communi & conſuetudini, quæ eſt optima interpres. ff.
de leg. quod ſi de interpretatione. In glo. ſed quomodo. in fi.
ſolutio debet eſſe omni diminutione extraneum ab alio, quã
a principe imponẽdum. C. de nup. l. imperialis. vel dic, quod
ſine pœna poteſt pœnitere, verum eſt hoc caſu, quando nul
le arrhæ datæ ſunt, ſed quando datæ ſunt, non, vt ſubijcitur.
b In gloſſ.[b] ſed qua ac. ibi cum dicitur, vnde ſi fuiſſet venditio
completa, ageretur exempto, & condi. ob cauſam. ff. de acti.
emp. l. ex empto. §. is qui vina emit, iuncto verſic. ego illud
c quæro. In ea. gl. ibi:[c] ſed nunquid vltra, hæc quæſtio eſt mul-
tum antiqua, & inter magnos agitata, & tamen non videtur
procedere in caſu noſtro. Hic enim loquimur, quando altera
pars pœnitet non perfecto contractu, quomodo ergo agere
tur ad intereſſe, ex quo nulla obligatio contracta eſt? nec eſt
pęna, niſi in arbitris, ſi ſint datæ, alias tex. ſatis declarat, quod
impune pœniteat. Procedit ergo in alijs terminis, videlicet
quando erat perfecta venditio, & in hoc caſu, gloſſatores in-
tellexerunt hanc quæſtionem, ut patet j. prope fi. gl. quando
dicit, duo operari &c. & ſupponunt, quod qñ contractus eſt
perfectus ſit locus huic legi, & tñ, nullo iure probatur, imo
contrarium, quia lex iſta imponit hanc pęnam, ſolummodo
quando locus eſt pęnitentiæ, & contractus nullus remanet,
ut hic, & d. l. contractus. & C. de ſponſa. l. fi. Quomodo ergo,
extendemus hoc, ad caſum, quo contractus ualet, & non eſt
locus pœnitentiæ? non videtur. Præterea, expreſſum vide-
tur, quod vbi contractus eſt perfectus: arrhæ debent reddi. ff.
de acti. emp. l. ex empto. §. is qui vina emit. cum igitur per ſo
7 lum conſenſum perficiatur: † quod conſtat quod reddi de-
bent, & ſolum peti intereſſe, vel quod res tradatur, vel ſaltem
emptor debet eas imputare, in ſuo intereſſe, vel venditor in
ſuo pagamento. Vnde videtur, quod propter pœnitentiam,
quæ non habet effectum, cum pęnitere non poſſit, quis ca-
dat in pœnam legis, ff. vt leg. not. caueatur. l. licet. de bono-
rum poſſeſſ. contra tabu. l. filium. §. ſi quis. ff. de inoffic. teſta-
men. l. nihil. §. pen. Quod autem arrha perdatur, conſtat eſſe
pœnam huius §. & d. l. contractus. & hoc credo verum. Si ta
men dicerem. quod pęna huius §. obtinet, contractu perfe-
cto, videtur poſſe dici, quod totum poſſit ſimul peti, etiam
vltra intereſſe. ff. de conditione fur. l. ſi pro fure.

Item quod prouiſio legis ſpecialiter facta, non tollit pro-
uiſionem competentem de iure communi. ff. de public. l. 1.
§. inde quæritur. & de li. homi. exhib. l. 3. de actio. & obliga-
tio. l. quoties. C. de ſepu. uio. l. qui ſepulchra. Fortior au-
tem uideretur dubitatio, ſi alter pęnitentiam partis alte-
rius admittat, licet non teneretur. utrum lucretur arrhas? &
forte in hoc caſu poſſet concedi, quod ſic: & in hoc caſu me-
lius potuiſſet ſaluari opin. Ioann. & forte ſic intelle-
xit. In eadem gloſſ. ibi cum alleg. C. de pact. condit. l. fi-
na. illa eſt contra: ſed ibi prouiſio iuris eſt de iure ſpeciali.

In ea gloſſ. ibi cum alleg. l. in traditionibus. loquitur in ca
ſu quo contractus perficitur conſenſu: & quæſtio non eſt du-
bia. In ead. gloſſ. in fine quia perdit, quod dedit, & nihi-
lominus pretium ſoluitur: ſed ſecundum opin. quæ mihi ui-
8 detur, melior, iſta ceſſant. Quid, ſi contractus † non te-
nuit, iuris uel conſuetudinis prohibitione: uel quia res ina-
lienabilis: ut feudum? Videtur idem quod perderentur ar-
rhæ: quia in contractu imperfecto perduntur, & hoc. §. ſed
hoc eſt in pœnam pęnitentis, qui complere poſſet, ſi uel-
let, ſed hic non complet, quia non ualet iure impediente.

Poteſt dici, quod ſi habuerit bonam fidem qui dedit ar-
rhas, quod recuperet eas: alias non. argu. C. de agr. & cenſ. l.
quemadmod. in feu. de prohi. feu. alie. per Fed. §. 1. ff. de con-
trahenda emptione. l. ſuæ rei.

a Adnot. L. contrahitur. Vide hic Ang. in gl. conſiciuntur. num. 2. vbi tractat quando contractus videatur confici in ſcriptis. & in ver. ex quo dicit, ꝙ notarius qui eſt rogatus de appellatione quæ debet in ſcriptis interponi, vel etiam de ſententia quæ debet proferri in ſcriptis: non poteſt ibi aliquid addere vel detrahere. vt l. contractus C. de Fid. inſtru.

b In gl. Vide hic Ang. poſt opi. doct. ponentem ſuam concluſionem in 3. col. poſt prin. verſi. in gl. compellitur.

c In ea. gl. Vide hic Ang. in 3. col. in me. ver. ſed in ea. gl. ibi. & C. de pac. dota.

1 *Vendi vt credito ſatisfiat, recte.*
2 *Arbitrio in venditionibus quando, an non ſtandum.*
3 *Arbitrium quando, an non, reuocabile, & reformabile.*

4 *Appellationis & reclamationis differentiæ.*
5 *Contractus an in tertium conferri queant.*
6 *Reclamare cui, & quando liceat.*
7 *Conceſſio quo reducibilis.*
8 *Arbitrio æquo non renuntiari.*
9 *Arbiter quando cogendus.*
10 *Donatoris & uenditoris differentiæ.*
11 *Tradere an cogendus uenditor.*
12 *Emptor ad quid concludat agens.* 13. & 14.

a PRETIVM. [a] In gloſſ.not.duo. in fi. quid ſi non con-
ſtet de pretio certo,ſed exhibetur litera.in qua venditor,con
fitetur ſe vendidiſſe certo pretio,non tamen declaratur, non
videtur valere, nec ſufficere, per hunc §.imo contractus eſt
1 ſuſpectus. C. mand.l.per diuerſas. Quid † ſi venditor dedit
rem pro modico pretio,hoc acto,ꝙ emptor ſatiſfaceret cre-
ditoribus, quibus res erat obligata, an illud cenſetur de pre-
tio ? vř ꝙ ſic. de do. cauſa mor.l. mortis cauſa capitur.§. fin.
quod eſt indubitabile,vbi debita erant certa,& ſpecificata.&
facit ff. de fideiuſſo.l.cum quis.iunge infra.§. item pretium.
b In gl.quid ſi in fi. [b] Et eſt ibi ſpeciale, ex cauſa, quæ ibi not.
& ſimiliter eſt ſpeciale in dote. C. de do. promiſ.l.ſi cum ea.
ff.de iu.do.l.cum poſt.§.gener. In gl. etiam inique, ibi cũ
dicit,ad arbitrium boni viri. Sine dubio opin. Azo. videtur
vera,& eſt expreſſum.ff.de ope.li.l. ſi libertus ita iurauerit.
ibi arbitratus fuit ſuper principali.extra de iureiu.c. Quin-
tauallis. Sed videtur obſtare huic opin. Azo.in eo,quod di-
cit,quod ſi non fuit arbitratus,non receditur a perſona, per
l.hæc venditio,alle.in gl.in ver.ſi agitur.Super hoc articulo,
reperies gl.varias. Dicunt enim quandoque indiſtincte, ꝙ
ſi non arbitretur non recurritur ad arbitriũ boni viri.vt hic,
& l.ſi quis arbitratu.Alibi diſtinguunt,an in arbitratu appo-
natur ſubſtantiale contractus, an accidentale, & tunc diſtin-
guunt bonæfidei contractus, a contractibus ſtricti iuris, vt
no.ff.de regul.iur.l.in perſonam.§.generaliter.& idem vide-
tur confirmare tex. ibi, quia non abſque cauſa, vbi videtur
loqui in bonefidei contractibus. ſed illam diſtinctionem re-
probat. ff. pro ſocio. l. in propoſita.quia eſt contra caſum in
2 altero de membris, eo. tit.l. ſi coita. Dicas † quod aut po-
nitur in arbitrio tertij,& tunc non receditur a perſona, ſi nõ
arbitretur,ſiue ſuper accidentali,ſiue ſuper ſubſtantiali.Item
ſiue in contractibus bonefidei, ſiue ſtricti iuris, vt l. ſi coita.
ff.pro ſocio.& l.ſi quis arbitratu. ff. de verbo. oblig. Aut ar-
bitrio partis,in caſu quo poteſt conferri in eius arbitratum,
quia forte accidentale, & tunc recurritur : & eſt ratio, quia
per partem ſtat quominus arbitretur, & ſic actus non debet
deficere,imo debet haberi pro impleto.ff.de ver.ob.l. in exe-
cutione.§. fina. & ſic perinde recurritur ad arbitrium boni
viri, vt ſi arbitratus fuiſſet inique, & pro tanto habetur in
ſui præiudicium.hoc autem non tenet in legatis,vt d.l.ſi. C.
3 com.de leg.ff.de lega.2.l.1.vide ibi. † In ea.gl.[c] in fin.[d] in
c dubio tamen, bonus vir, videlicet iudex non debet reuocare
d dictum arbitri, niſi manifeſte appareat iniquitas. ff. pro ſo-
cio.l.vnde ſi Neruæ.Quid ſi tempore ordinationis non appa
reat iniquitas, imo iuſte ordinauit arbitrator pro tunc, ſed
nunc apparet forte per rationes alias,quas nunc pars præten
dit, & tunc non prætendebat ? Videtur quod debeat refor-
mari,ſicut conſueuit dici de iudice appellationis. C.de appe.
l.eos.de temp.app.l.per hanc.Si tñ,ex noua cauſa occurreret
iniquitas,quæ non erat tempore ordinationis,videtur ſecus.
Verbi gratia,vendidi tibi vinum, pretio arbitratu Titij con-
ſtituendo,conſtituit,& iuſte reclamatum fuit, nunc quando
proceditur in cauſa reclamationis, non eſt iuſtum pretium,
quia forte vinum longe plus venditur,propter gelu,vel tem
peſtatem ſuperuenientem, nunquid retractabitur arbitra-
tus ? non videtur.ff.de excu.tuto.l.tutor petitus. ff. de vaca.
mune.l.ab ijs oneribus.§.auctis.vnde non debet ad paria per
4 omnia iudicari † reclamatio,& appellatio, vt apparet, quia
reclamatur iure actionis, & poſt decendium ſecundum ali-
quos nec reperitur,quod fatalia currant, ſicut in appellatio-
nibus. Verius videtur poſſe dici,non obtinere d.l.per hanc.
in reclamatione,quæ ſolum obtinet,vbi appellatur a diffini-
tiua iudiciali.non ſi ab interlocutoria,vel grauamine extraiu
diciali : extra de app.c.appellanti,in cle. vnde quia de recla-
matione conſtat,ꝙ fit ab actu extraiudiciali, ideo nõ obtinet
d.l.per d. c. imo etiam non obtineret in caſu nouiſſime pro-
poſito,quando nouum ius ſuperuenit,quia in caſu principa-
li admitti nõ debent,vt l.ſupra alleg.hic ergo in reclamatio
ne eſſet ſolum iudicandum per rõnes propoſitas coram arbi
tratore,& hoc ſi partes plene audiunt.Si autem,non video,
quin iudex reclamationes audire debeat : alias quomodo ſci
5 ret, an inique arbitratus fuiſſet ? † Super iſta materia, an
valeat contractus collatus in arbitratum alicuius perſonæ,vi
dentur iura & gl. variæ,idcirco diſtingue, quia aut contra-
ctus confertur in arbitratu alicuius contrahẽtium,aut tertij.
Primo caſu, aut quæris in contractu vltrocitroque obligato
rio,aut ex altera parte tantum.ſi vltrocitroque obligatorio,
diſtingue, aut confertur,quod eſt de ſubſtantialibus, aut de
accidentalibus, & dic,vt hic,& infra.eo.§. emptio. acciden-
tale ſic,vt l.hæc venditio.ſupra alleg.Secundo caſu, quando
ex altera parte tantum,ſubdiſtingue, quia aut cõfertur in vo
luntate illius,cui erat quærendum,& valet.ff.de condi & de
mon.l.ſi ita expreſſum.ff.de leg.1.l.ſi ita la 2.§. illi. & no. ff.
de ver.obl.l.ſtipulatio non valet,licet contra no.& male eo.
tit.l.a Titio.§.ſi.Aut illius qui obligandus eſt, & tunc refert
per quæ verba.ff.de verb.obl.l.centeſimis.§.ſi. Caue tamen,
quia gl.alicubi faciunt differentiam,inter ſi & cum,vt in l.in
vendentis.C.eo.& d.l.in perſonã.§.generaliter.de re iud.ſed
in l.centeſimis.& l.hæc venditio.faciunt differentiam, inter
verbum volam,& voluero:ſiue apponatur ſi,ſiue cum.& hæ
ſunt veriores,ſecundum omnes. Quando vero confertur in
arbitratum tertij.tunc aut certi,aut incerti, tunc arbitratur,
aut non.& ſi arbitratur, aut æque, aut inique, vt potes ſatis
colligere ex his,quæ hic notantur & ſupra ſcripſi. Hæc autẽ
procedunt in contractus inter viuos & in vltima voluntate,
ſic.ff.de leg.2.l.1.ſupra de le.§.noſtra.Illud aũt vř commune
in omni contractu inter viuos,& vltimę voluntatis,quod qñ
non poteſt poni in expreſſa voluntate,poteſt in tacita. ff. de
6 cond.& dem.l.nonnunquam.de re iur.l.expreſſa. † Et hæc
procedunt vbi quis ſe ſubmittit arbitrio. Quid ſi nudæ vo-
luntati ? videretur ꝙ tunc non poſſe reclamari. & ita tenet
Hoſt.extra de ma.& obe.c.humilis.pro quo ff.de leg.3. l. cũ
quidam ita.de leg.3.l.fideicommiſſa §. quamquam. Et ideo
attenta hac opi.Hoſt.videretur, ꝙ vix in regno Franciæ poſ
ſet reclamari, quia communiter apponitur in arbitrijs,talis
clauſula, quorum ordinationi,ac nudæ voluntati,de alto, &
baſſo ſupponunt ſe partes &c.ſed hoc eſt durum. Vnde po-
teſt dici, ꝙ quamuis ſe quis ſubiecerit voluntati alicuius,qđ
poſſit reclamare,quia ſicut in arbitratu,ea mens videtur fuiſ
ſe ſupponentium : qua ratione arbitraturum ſuperarent vt l.
ſi libertus ita iurauerit.ita quãdo ſe ſupponunt voluntati,cũ
ſit eadem ratio,igitur ſicut in arbitratu, poteſt reclamari : vi
detur quod, & vbi ſe ſupponunt partes alicuius voluntati.
7 † Item certum eſt. quod omnis generalis, & indeterminata
conceſsio debet referri ad iuſta & licita, & talia quæ veriſi-
mile concedentem ſpecifice concedere voluiſſe. ff.de ſolu. l.
cum quis.& l.Stichum.§.vſumfructum.de fideicom.lib.l.fi-
deicommiſſaria libertas.ff.de pecu.l. qui peculij adminiſtra-
tionem.& l.quam Tuberonis.§.alia.Sed ſupponere ſe volun
tati alicuius,eſt generale,& indeterminatum: vt patet de ſe :
ergo referri debet ad iuſtam & licitam voluntatem, non au-
tem ad iniuſtam.arg.ff.de cond.inde.l. ſi procurator. & pro
hac parte facit multum.ff.man.l.creditor.§.penult. ibi enim
commiſſum fuit voluntari, & tamen intelligitur de iuſta &
ordinata.& hanc partem videtur gl.tenere,ff. de arb. l. pen.
ſuper verbo imperare.in fi. Ad l.cum quidam.poteſt reſpon-
deri,quod ibi hæres repreſentat perſonam teſtantis. Vnde
ex quo teſtator poſuit, in voluntate hæredis, perinde poteſt
indignum,præferre digno, ſicut ipſe potuiſſet, quia non agi
tur ibi, niſi de gratia, & diſpoſitione rei ſuæ. Sed nos loqui-
mur, quando tractatur de damno euitando, & de iure alte-
rius,& in caſu,quo ille qui ſe ſupponit in iure ſuo.& ſibi quę
ſito læditur.qui caſus eſt valde diuerſus ab alio. C. de codic.
8 l.ſi.§.pen. Item † iuxta hanc materiam conſueuit quæri an
e poſſit renunciari [e] arbitrio boni viri,& omnes tenent, quòd
non

non.vide extra de regu.iur. in c. ſcienti.lib.6. per Dyn. col. 2.verſic.item quæritur per Inno.& Hoſtien.de iureiur. cap. quintauallis.quinimo,non valet renuntiatio.& ſi expreſſe re nuntians declararet caſum,pro quo pronunciaret inique , vt no. Specu. in titu.de arbi.§.1.& §.fina.verſic.quid ſi poſui.

Quid ſi quis committat iudicio alicuius ? Dicas perinde eſſe,ac ſi ſe committeret arbitratui. ff. de fideicommiſſ. libe. l.Thais.§.Lucius.la 2. Item quid ſi miſericordiæ ? Credo
9 idem . facit extra de renuntia.c. ſane. & c.veniens. † Item conſueuit quæri,an arbitrator poſsit cogi , quod ordinet vel arbitretur. Gloſſ. dicit,quod ſic in l.fin. C.eod. quod eſt verum , ſi ſe onerauit , alias non : & ſic intellige , quod not. ff. de leg.2.l.1.ff.de arb.l.item ſi vnus.§.item ſi plures in gloſ.

In gloſſ.ita quod fiat. in fin. & ſic videtur , quod agens ex empto teneatur probare dominium pecuniæ , quam ſoluit : alioquin ſuccumbat. ſic & qui agit condictione ex mutuo , debet probare,quod propriam numerauit . C. ſi cert. pet. l. quamuis . & l. non vnde : quod pauci aduertunt . vide plenius infra de act.§.ſic itaque.& §.ſequens . In gl. caute. ibi cum alleg.l. ex empto.circa prin. in caſu tamen cauebit cum fideiuſſore , ff. de peri. & commo. rei ven. l. habitationum .
f §.fin. In fin.ea.gl.f hæc gloſſ.videtur contraria gloſſ.l.1.ff. de actio. empt. vbi videtur ſequi opin. docto. antiquorum , videlicet Bul. Io. & Azo.ſed hanc ſequuntur doct.noui hic: quamuis parum inſiſtant Spec.tit.de fructi.& intereſſe.§. viſo.ver.qui autem tractat.num.5. Et Inno.de ſenten.excom. cap.ſacro in fine magnæ gloſ.num.11.pro qua videtur,quod
10 magis † debet teneri venditor , qui pretium recepit , quam donator , qui ex mera liberalitate procedit , & minus debet venditori ſubueniri , quam donatori . Sed conſtat , quod donator compellitur rem præciſe tradere , ſi habeat , in feu. ſi de feu.defun.conten.cap.vnico.§.facta.ſupra de don.§.perficiuntur. ergo multo fortius venditor . quod autem minus ſubueniatur venditori , quam donatori , apparet , quia venditor tenetur de euictione,donator non regulariter , vt dixi ſupra tit.de don.ff.de ædil.edi.l.ad res. Item venditor non deducit , ne egeat : donator ſic.ff.de re iud.l.inter eos, §.1. Item per hoc certum eſt,ꝙ vbicunque excipienti poteſt dolus imputari : exceptio repellitur , per doli replicationem . ff.de exce.doli.l. apud Celſum . §. quæſitum . Item certum eſt,quòd vbi quis venit contra pactum conuentum . dabitur exceptio doli contra ipſum , & per conſequens replicatio : quæ eſt genus exceptionis.ff.de exce.doli.l.2.§. item quæritur . de exce.l.2.§.1. Item quod vbi quis non reſtituit quod reſtituere poteſt : dolo facit.ff. mand. l. ſi procuratorem . §. dolo. Item quoties exceptio eſt iniqua , datur replicatio
11 contra eam . † Nunc ex præmiſsis arguo. certum eſt, quod venditor eſt obligatus ad rem tradendam , vt hic, & in l.ex empto.ſupra alleg.ſi igitur non tradat,cum eam habeat: dolo facit veniendo contra pactum . Item non reſtituendo , quod reſtituere poteſt,per iura ſupra alleg.cum ergo teneatur ad tradendum,& ad hoc agatur : ſi tradere poſsit, & non velit,dicendo ſe velle præſtare intereſſe , & per illud liberari , poteſt ei replicari de dolo. igitur ſua prædicta exceptio debet ei inefficax remanere , nec ea gaudere poteſt. quin ad tradendum debeat condemnari, præſertim cum ad hoc agatur . Si ergo condemnatio fiat ad rem tradendam , oportet quod fiat executio,ſi fieri poſsit. iuxta l. qui reſtituere. ff. de rei vendi.alias ſententia eſſet fruſtratoria . & hæc etiam ſententia , quæ hic not. in gl. confirmatur ſequendo gloſſ. quæ eſt ff. de actio. emp. l. 1. quæ dicit , quod non feruntur duæ ſententiæ. quia ſecūdum illam oportet,quod in proceſſu cauſæ venditor excipiat,ſeu dicat ſe nolle tradere. Iſta autem exceptio eſt iniqua,& dolum implicat allegantis.Et ſic non eſt audiendus,imo repellendus.per prædicta. Præterea,niſi ſic dicas : ſequitur quod infinitis caſibus,poſsit venditor pœnitere , & quod emptor agere non poſsit : quia frequentiſsime,non intereſt eius,vt ſcripſi infra de man.§. recte. & hoc eſſet iniquiſsimum ,& contra iura.C.de actio.& ob.l.ſicut & ſcripſi. in §. recte, vide ibi. Nec obſtant , rationes & ll. quæ pro parte contraria allegantur , quæ videntur dicere , quod fit condemnatio ad intereſſe, quia intelliguntur , ſi rem non habebat , vel non poſsit præſtare , vnde quando non poteſt præſtare , bene conceditur , quod fiat condemnatio ad intereſſe , etiam ſingulare , ſi dolo deſijt tradere poſſe : ſed ſi habet rem , fit condemnatio , & executio in ipſa re. & ad hoc bene facit.ff.de contrahe.empt.l.ſi cum fundum . §. fin. quæ confirmat opin. huius gloſſ. item , & pro hoc facit l. ſi traditio. C. de actio. empt. ibi cum dicit, ſi procacia venditoris non tradatur . nam aliqua allegat cur tradere non poterat : licet forte calumnioſe , ſed ſi nihil allegaret, tunc
12 fieret condemnatio in traditionem,vt ibi ſupponitur. † Sed adhuc obſtat l. voluntate. in fin. prin. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. vbi ſupponitur , quod venditor retinuit rem , & fuit condemnatus ad intereſſe. Sed ad hoc dicas , quod bene fuit poſsibile . Nam non nego , quin ſi emptor velit , poſsit agere ad intereſſe , ex quo res non traditur , ſed (ſi malit) poteſt petere quod res tradatur , ſi venditor habeat , & in hoc fiat condemnatio,& hoc eſt in electione ſua. & ita not.in gloſſ. 1.ff.de contrahen. emp. l. qui fundum , de verbo.obliga.l.vbi autem non apparet. §. qui illud . Et ideo ad l. voluntates . & ad omnes pro contraria parte inductas, reſpondeo , quod omnes loquuntur vel in caſu , quo venditor non poterat tradere , vel ſi poterat emptor præelegit agere ad intereſſe . Vnde (quicquid glo.dicat in d.l.1. ff.de actio. empt.) tene conſtanter , quod ex quo venditor requiſitus , etiam extraiudicialiter, non vult rem tradere , quod poteſt formari petitio in intereſſe , vt d. l. qui fundum . & eſt expreſſum. C.de actio.empti.l.cum venditorem. & l. ſicut . & de hære. vendi.l.qui tibi.ff.loca.l.ſi in lege.§.colonus.& hoc dicit d.l. 1.ff.de actio.empt.dicit enim: ſi res vendita non tradatur , ad id quod intereſt , agitur . non dicit ad tradendum agi,ſed ad intereſſe.& ita etiam in aliis factis,poteſt formari petitio poſt moram.ff.de verb.obliga.l.ſtipulationes non di-
13 uiduntur . §. Celſus . † Sed quid ſi venditor fuit in mora , & agatur ad intereſſe,nunquid ſi velit tradere , euitabit condemnationem intereſſe ? Dic , quod ſic,ante litem conteſta.
g ff.de verb.obli.l. ſi inſulam .g per quam euidenter apparet , quod agebatur ad intereſſe poſt moram , quia alias ſemper , ſine dubio , euitaret condemnationem intereſſe, faciendo ꝙ peteretur.& ideo concludo, ꝙ actio ex empto , non ſemper concludit ad tradendum imo quandoque ad intereſſe, vt dixi. Item quandoque, vt patientia præſtetur . vt ſi vendidiſti mihi arbores,in tuo fundo exiſtentes,vel ſuperficiem nemoris,vel herbas prati per me leuandas,vel ius ſeruitutis. ff. de act.emp.l. Quintus eo.tit.l.tenetur.§.1.& l.Iulianus. §. pen. Si tamen vendidiſti vſumfruct.fundi,tunc agitur ad tradendum fundum.ff.de vſufruct.l.3.ſed ibi quia alias vti non poteſt,& de natura ſeruitutis vſusfru. debet tenere ipſum fundum,& poſsidere naturaliter.ff.de acqui.poſ. l. naturaliter . de vſufru.l.fundi Trebatiani. In alijs autem ſeruitutibus non
14 ſic.Quid † ergo ſi quis in libello dicat, peto talem rem venditam mihi tradi,& ſi tradere non poſsit,vel nolit, peto intereſſe,videtur,ꝙ talis libellus procedat , & debeat admitti, per no.in d.l.1.ff.de act.emp.& vide in Spe. de libel. con.§. hæc.verſic.item no.iunge.infra de act.§.actionnm.

a Adnotatio.Pretium.Emptio non poteſt eſſe ſine certo pretio : ſed ſi pretium in alterius arbitrium conferatur , tunc videtur emptio facta ſub conditione,& ſi ille fuerit pretium arbitratus,valet emptio : alias ſecus idem in locato.h,d.ſecundum Ang.

b In fi. Not. hic Ang. contra vulgares , quia dicunt quando non poſſunt de pretio concordare,faciamus æſtimari : & ꝙ æſtimatum fuerit, dabo tibi pretij nomine : quia non valet niſi in ſpecie dicatur, quis eſſe debet talis æſtimator vel arbitrator.

c In ea.gl.Inique ponit hic Ang.diſt.ſuam,an & quādo a perſona arbitratoris recedatur.vide eum in 2.col.in prin.ver.in glo.diffinierit.

d In fi.Ang.commendat iſtam gloſ.tanquam valde notabilem quando quis dicatur læſus ex arbitramento vt poſſit recurri ad arbitrium boni viri : vide eum hic in 2.col.verſi.in ea gl.in fi.

e Poſſit renunciari. Vide de hoc per Sal.C.de rece.arbi.in l.cum ante.nu.5. Item vtrum poſſit reductio peti , quando quis eſt læſus in magna quantitate, & ſi iuramentum interuenerit : vide Alexan. conſil. 131. in cauſa vol. 2. Adde hanc q. late tractatam finaliter deciſam per me in apoſtil. ad Lanfran. de oria.in cle.ſæpe.de verb.ſign.

f In fi.ea.Vide hic Ang.qui dicit hanc glo. pro hac materia eſſe meliorem , quæ ſit in corpore iuris.

g L. ſi inſulam. Vbi vide Bart. & Paul. de Caſtr. quomodo poteſt mora purgari.

1 *Vendi ad marchas an poſſit.*
2 *Pecuniæ forma.*
3 *Ventæ ex quo indebitæ.*
4 *Scriptoribus humanioribus quatenus ſtandum.*

1 Item Pretium. † In gl.dixit pretium, in fin.quid ſi emit
ad marchas vel vncias vel ad libras auri vel argenti? Non vi
a detur [a] quod ſit emptio,quia nõ eſt pecunia numerata. quod
requiritur: vt hic. & ff.depo.l.1.§.ſi quis. de præſcr.verb.l.
naturalis.§.at cum do.de do.inter vir.& vxo.l.ſi vir vxori. in
princ. veruntamen ſi fuerunt ad numeratam pecuniam æſti-
matæ,valeret,& ita no.in d.l.naturalis.vt patet.C.de reſcin.
vend.l.pretij.Sed an ſaltem valebit vt contractus innomina-
tus,quando emit ad marcham? videretur quod ſic.C.de con
trahen.emp.l.empti.ff.eod.titu.l. cum manu ſata.§.fi. de do.
cau.mor.l.vbi. & no.ff.eo.l.hæc venditio.Quid ſi emit ad pe
2 cuniam per principem reprobatam? Non videtur † emptio,
quia pecunia debet habere authoritatem publicam, vt d.l.1.
de contrahen.emp.ibi, forma publica percuſſa. ſed forte te-
b net vt contractus innominatus: [b] vt ſupra dixi. & facit ff.de
ſo.l.creditor oblatam. Quid ſi rem tibi cõcedam,acto, quod
3 ſatisfacias † creditoribus,nunquid ſatisfactio,per quam ſatis,
erit de pretio, vt de illo pretio debeantur ventæ, vel laude-
mia domino? non videtur, quia non eſt pretium certum ſu-
pra §.pretium.& facit.ff.de dona.l.hæreditatem. In glo. no.
in arg.in fin.ſalua pace glo.ibi non redarguuntur. vnde cre-
do,quod libris antiquis, non apocryphis, quos vſus commu-
nis conſueuit habere pro authoribus ſit credendum: niſi ap-
pareret error euidens, & quod dicta antiquorum poetarum
4 & philoſophorum,poſsint ad cõfirmationem † dicendorum,
adduci. & eſt pulchrum, & elegans adducere. & facit ſupra
de adop.§.fi.de don.§.1.ff.de leg.3.l.legatis.§. pecoribus.de
cada.pu.l.1.C.de ſepul. vio.l. pergit. veruntamen, eſt quod
non neceſſario ſtatur eis, niſi in arte eorum, vt Priſciano in
grãmatica. Ariſtoteli in logica & naturali philoſophia. Hy-
pocrati,in medicina, qui tenentur vt authentici ex quodam
vſu. & hæc faciunt contra multos ſimplices legiſtas, qui nil
ſciunt de libris poetarum,& philoſophorum, nec de morali-
bus,quod eſt peius,& damnabilius pro ſalute. In glo.contra
ctus ſcilicet,nominati. in fin.de hoc not.plenius in d.l.iuriſ-
gen.§.1. vide ibi vnde ratio quæ hic redditur, aperit viam al
terius quęrendi,quia magis in innominatis contractibus ori-
tur actio ex conſenſu, quam in alijs, forte propter frequen-
tiam: vt dixi ſupra de ob. ex. conſenſu tit.generäli.

a Adnotatio. Non videtur. Ad probandum perfectum contractum emptio-
nis, & venditionis,quæ & quot requirantur: vide Alex.conſi. 173. viſo num.
11.volu.6.Pe.de Ferra. in ſua practica in for.libel.de empt.& vend.in glo.ver.
vendidit. Et an & quando venditor teneatur ad intereſſe vide Alexan.conſi.
69.ſuper eo.nu.1.& 2.volum.4. Item ſi fuit compromiſſum in Titium vt arbi
tratorem, quanto rempore durabit eius arbitrium. Item quando arbitrator
vellet laudare,an requirarur partis præſentia. vide Ang. hic col.2.nu.8.
b Contractus innominatus: Idem tenet hic Ange. licet nomen Ioan. Fab.
taceat. Item, quid ſi trado tibi librum meum pro tuo,& pro decem, in pecu-
nia numerata: an ſit emptio vel permutatio: vide Bar. in l.Ariſto. in princ.
nu.2.ff.de dona.

1 *Vinum uenditum cui pereat.*

Cvm Autem. In glo. ſed certe. ibi, ſed nouem ſunt ne-
ceſſaria. Salua reuerẽtia gl.hæc ſunt neceſſaria ad hoc, quod
regula hic data,obtineat. quia de ſe vera eſt: ſed fallit in quo
libet caſuum ſubſcriptorum.vnde ridiculum eſt dicere quòd
ad verificationẽ eius,omnes hi caſus ſint neceſſarij,ꝙ adſint,
ſed bene eſt neceſſarium,quòd adſint, & quilibet eorum. In
a ea. glo.cum alleg.l.item ſi verberatum.§.fin. [a] ſed illa loqui-
tur vbi culpa præceſsit.ff. depo.l. ſi plures.§. fin. vide ſupra
quib.mo.re contrahi.ob.§.item is cui. In ea. glo. cum alleg.
§.in his. hæc non fuit opi. Azo.imo fuit Mart.vt not.plenius
ff.de peric.& com.rei vend.l.1. vt autem hoc melius videas,
1 dicamus per quæſtiones. † Primo quæro.vendidi tibi decem
corbes vini in genere generaliſsimo, totũ vinũ regionis per-
ijt,vel deterioratum fuit,quæritur cuius ſit periculum.& nõ
eſt dubitabile,quòd venditoris vt l.cum conuenit,C.de peri.
& com. rei vend. Sed quid ſi vendo tibi decem corbes de vi-
no talis cellarij,vbi ſunt plura vina,vel de tali vinea? in hoc
caſu dicit Bul.quod periculũ peremptionis,pertinet ad ven-
ditorem,ſed deteriorationis ad emptorem. Sed omnes doc.
hoc repræhendunt in d.l.1. & hoc dicunt indiſtincte perti-
nere ad venditorem, quouſque fuerit menſuratum, per d.l.
cum conuenit. niſi emptor fuiſſet in mora recipiendi,vt ibi.
b Quid ergo, [b] ſi vinum fuerit venditum in genere generaliſ-
ſimo: reponendum tamen in cellario,& vaſe emptoris, ver-
bi gratia. vendo tibi decem modios muſti, quos in vinde-
mijs promitto adducere in domum tuam,& ponere in vaſis,
ita feci,& poſt perierunt,antequam menſurares, vel deguſta
res? ſatis videtur,quod ſit periculum emptoris, cum videa-
tur traditum, maxime ſi emptor claues cellarij teneret,vt d.
l.conuenit. & nedum peremptionis, imo deteriorationis, &
imputet ſibi,quia non guſtauit.ff.de peric. & com. rei ven.l.
ſi quis vina. Sed ſecus dicerem,ſi venditor impleret dolia em
ptoris, in ſuo proprio cellario, quia tunc nulla eſt traditio
per d.l.1.& §.in his. Sed quid ſi vinum, venditur in ſpecie,
verbi gratia, vendo tibi vnum tonellum vini,tali pretio,an-
te deguſtationem, & traditionem, perijt, vel deterioratum
fuit hic fuerunt opin.Ioan.Bu.& Pla. dicunt, quod eſt peri-
culum venditoris. Azo. & gloſſ. quòd emptoris. Mar. idem
quod Ioan. in vino,ſed in cæteris vt in zinzibere,idem quod
Azo. multi moderni ſequuntur opin. Ioan.& Cyn. attribuit
Petr.de Bel.per.in d.l.cum conuenit. Ego ſcio,quod hic Pe.
de Bell.perti.proſequitur opi. Azo. & glo. quæ videtur pro-
bari in d.l.cum conuenit. & in §.in his.& in l.ſi quis vina.§.
ex hoc apparet.

a Adnotatio. §.fin. Si plene vis videre,quomodo cognoſcatur contractus em
ptionis, & venditionis: & quomodo periculum ſpectet ad emptorem: vide
Alex.conſi.107.nu.3.4.5.14.& 16.perſpectis. 3.volu.
b Quid ergo. Hanc quæſtionem format Angel. hic & tenet cum Ioan.Fabr.
vide eum nume.5.in verſi. quid ſi iſto caſu. Item an deguſtatio ſit neceſſaria
ad hoc vt perſiciatur, & ſic periculum continens. ante deguſtationem, per-
tineat ad emptorem, & tenet quod pertinet ad emptorem, etiam ante degu-
ſtationem. eo.nume.5.

1 *Conferri in contrahentem quæ poſſint.*

a Emptio. [a] In glo.ſed videtur. ibi cum dicit,vt dictis le
gibus contrarijs hanc ſolu. ſequitur glo. in l.quod ſæpe.§.1.
ff.eo. & tamen videtur contra caſum huius. §. quia hic, ipſa
1 emptio † confertur in arbitrium emptoris, & totum cõmer-
cium.Vnde dic,quòd in arbitrio contrahentis poteſt poni ac
cidentale,& item ſubſtantiale,duntamen adijciatur tempus,
vt dixi s.eo.§.pretium. vide ibi. In ea.glo.ibi cum dicit: ſub
cõditione facta.quod apparet,quia ſunt hæc verba de futuro.

a Adnotatio. Emptio. Etiam ſub conditione poteſt emptio celebrari, & ac-
cidentalia contractus poſſunt in altera ex contrahentibus celebrari.h.d. ſe-
cundum Angel.

1 *Decimæ quibus vetitæ.*
2 *Pretium inalienabilium an repetibile.*
3 *Impoſsibili quando obligemur.*
4 *Regreſſus quando, an conceſſus.*
5 *Commercio uetito ad quid, an agi poſſit.*

Loca. Ad intellectum huius.§.vide ſupra de rerum d.§.
1 nullius.& §.religioſum. † Et no. contra laicos, qui tota die
emunt decimas,nam non valet emptio, nec vendens tenetur
de euic.extra de deci.c.prohibemus. & idẽ de his qui emunt
2 res eccleſiaſticas, in alienabiles. † Sed nunquid tales empto-
res rerum inalienabilium,poſſunt repetere pretium? videtur
quod ſic,in authen.de non alienan.§. ſi quis igitur emere. &
hoc ſi fuit ſtipulatũ. alias non.C.de eui.l. ſi fundũ.C. de agr.
& cenſi.l.quemadmodum. Sed contra videtur notari,in feu.
de prohi.feu.alie.per Fede.ca.vnico.in fin.in glo.quaſi dicat.
pro quo.C.de litigioſ.l. fin. Sed videtur, quod ſtipulatio ni-
hil faciat,vbi ſciens emit,certũ eſt quod ſtipulatio rei impoſ-
ſibilis,non tenet,ſupra de inutilibus ſtipulation. in prin. Sed
conſtat.quod ſi quis vendat decimam, vel forum, vel baſili-
cam,& caueat per ſtipulationem de euictione,vel licere rem
habere,promittit impoſsibile de iure, vt patet hic cũ cõcor.
ergo ſtipulatio non adſtringit. Itẽ videtur ꝙ nec teneat quo
ad

ad intereſſe. quia ibi ſtipulatio adijcitur contractui vetito, vel reprobato a iure, & ſicut non tenet in principali, ita nec in acceſſorio. ſic eſt hic: ergo &c.ff. de ver.ob.l. ſi homo mortuus.& l. ſtipulatio hoc modo. de fideiuſſori.l. cũ lex. & hoc fuit concluſum pro determinato ſupra de inutili.ſtipul.§.al-
3 teri. In oppoſitum videtur,quòd quãuis quis ſtipuletur † impoſsibile,quod valeat ſtipulatio ad intereſſe. Vendidiſti ſeruum,promiſiſti eum ſanum eſſe,vel furem non eſſe, certum eſt,quod ſit infirmus vel fur, tu promittis impoſsibile,& tamen conſtat,quod teneris.ff.de euict.l. ſi ita quis ſtipulanti, & ita videtur, quod illa impoſsibilitas non vitietur, nec vitiet.item videtur,quamuis res prohibeatur vendi, & contractus annulletur a iure, quòd nihilominus tenet, quo ad acceſſoria.C.de præd.mino.l.etſi is.Et ad l.ſi ita qs poſſet dici, ꝙ principalis ɔ̃ctus tenuit,& de natura ſui vẽditor tenebatur ad intereſſe, ad quod extẽditur ſtipulatio interpretatione iuris,nõ ad factũ impoſsibile. ſed hic contractus nõ tenuit,imo reprobatus eſt a iure, & per conſequens nec quicquid ad ipſum firmandum adijcitur. C.de legi.l. non dubium. Ad l. & ſi is. poteſt dici, quod contractus de ſe non erat ibi prohibitus,nec rei commercium,veruntamen ad hoc quod dominiũ
4 transferatur,debuit certa ſolennitas † adhiberi. idcirco curator &c.Vel dic latius quòd quandoque ius inhibet commercium,& nihilominus dat regreſſum pro pretio,& tunc datur regreſſus,etiam ſcienti.C.de fun.limit.l.fi. quamuis glo. alio modo intelligat in auth. de non ali. §. ſi quis igitur emere. Quandoque inhibet commercium, & recuperationem pretij,& tunc credo,quod emptor non recuperat, & ſi ſit ſtipulatus,quia illa ſtipulatio eſſet contra ius, & cenſetur eſſe appoſita ad elidendam pœnam a iure appoſitam, ideo non valet per l.non dubium.C. de leg.ff. de legi.l. fraus. & d.l. cum lex.ff.de fideiuſ.& ſic poteſt intelligi C. de præd. decur. non alie.l.1.lib.10 de fun.rei priua.l.fi.lib.11. Quandoq; inhibet commercium, & ſtat in finibus ſuis quo ad pretium, & tunc
5 aut emptor ſtipulatus eſt ab eo, in † cuius fauorem prohibitio facta fuit. & credo, quod nihil valeat ſtipulatio,quia per hoc perueniretur ad vetitum, & ad faciendum contra legis prohibitionem, vt d.l.non dubium, aut ab alio, & tunc ſic. verbi gratia. vxor vendidit fundum dotalem,& promittit de euictione, literæ, &c. ac reddere pretiũ &c.credo quod omnia ſint nulla, quia per hoc conueniretur,contra id quod lex ordinat,vt d.l.fraus. & l.oratio.de ri.nup. ſed ſi maritus vendidit rem dotalem, & ſe obligat, vel alius tertius,non video quin poſsit ſe obligare ad intereſſe,& ad reddendum pretiũ, & idẽ de curatore vendente rem minoris,& de vaſſallo,vendente feudum, & de quocunque vendente decimam,& ſimilibus. Sed in hoc poſſet eſſe hæſitatio,ſi tales promittant facere garnimentum, & habere licere &c.non facta mentione de pretio, nec de intereſſe, vtrum teneantur, quia videntur promittere impoſsibile,& l.ſi ita quis. de euict. nihil videtur facere,quia loquitur in contractu permiſſo. Item nec l.ſtipulatio iſta.§.1.cum ſeq.ff. de verb. oblig. qui dicunt contrahi obligationem ad intereſſe, quia loquuntur in contractu licito,de cuius natura ſequeretur obligatio ad intereſſe. Sed nos loquimur in contractu vetito, & ſic videtur rigor attendendus, ſed melius adhæret l.ſi ita quis ſimpliciter. & hoc caſu admittitur obligatio ad impoſsibile,vt not.in ſimil.ff.de act. empt.l.emp.§.etiam. Sed quid ſi emptor ſciebat factum, tamen ignorabat ius,nam credebat forte, quod eſſet licitũ emere decimã de iure, vel forum, vel baſilicam, videretur quod poſsit agere ex empto, iuxta hunc §. & hoc videtur ſentire gloſſ.in d.l.quemadmodum. in gloſ. dedit. Item quia error iuris excuſat in ſuo recuperando.ff.de iur. & fact. igno.l. error. & ho. quod vbi emptio eſt nulla,emptor agit ſi non fuerit ſciens, vel ſi fuit ſtipulatus, ſed venditor etiam in caſibus illis non poteſt agere,cum contractus ſit nullus.Sed nunquid emptor, debet reſtituere rem venditori? Videtur quod ſic quia alias haberet rem & pretium,quod eſſet iniquum, vt d. l.ſi.de liti.& facit.l.quemadmodũ,quod ſatis eſt æquum. niſi ille ad quem pertinet repetat,vt §.ſi quis emere. ſupra allegato & ita intellige l.quemadmodum.ff.de actio. emp.l.ex empto.§.ſi quis virginem. de contrah. emp.l. domum. de hær. ven.l.quod ſi nulla. Nota autem quod hoc caſu non concluditur ad tradendum in actione ex empto:ſed ad intereſſe. vide ſupra eo.§.pretium. & iunge ſupra de inuti.ſtipu.in prin.

*De locatione & conductione.* *Rubrica.*

*Textus rubricam continuat euidenter.*

1 *Colonus partiarius an fructus ſuos faciat & 3.*
2 *Coloni partiarii actiones.*
4 *Arbitraturo mortuo qui ſubueniendum.*

LOCATIO. In tex.ibi ijſdemque regulis. facit quòd in hoc cõtractu habeat locum l.rem maioris pretij.C. de reſcin. vend.& no.C.eo d.l.ſi olei.de vſufr.l. ſi ea. In gl.ſ. certa & in pecunia. in fin. nunquid ergo aget ex conducto? gl. videtur velle ꝙ ſic ff.eo.l.cum in plures.§. meſſem.ff. de fur. l.ſi apes.§.fin.& l.ſi quis vxori.§.ſi ſulphurariæ. quæ viden-
1 tur veræ, per leges illas, quæ loquuntur † in partiario colono,qui non facit fructus ſuos, quouſq; ſint per eum recepti: ſed ille,qui nummis colit,facit antequam percipiantur:vt ibi no.Sed dic,quod non ſunt veræ,quia non eſt locatio,nec conductio,niſi mercede in pecuniam conſtituta, vt hic, & d.§.ſi quis ſeruum. & ideo partiarius non agit ex conducto. & dictæ leges loquũtur in eo, qui nummis colit ad modicum tempus. & iunge quod ſcripſi ſupra de re.diui.§. ſi quis a non do-
2 mino. †Quæritur ergo,qua actione aget partiarius colonus? videtur quod actione pro ſocio: vt d.§. vis maior. in fi. & ſi ſit ad non modicum tempus, videtur quod vtili vendicatione,ff.ſi ager vecti.pe.l.1.ſuper hoc interroga aduocatos,& ſi dicant actione ex conducto, oppone eis de §. ſi quis ſeruum. ſi dicant actione pro ſocio,oppone de §.meſſem. cum cõcor.
3 iunge infra de act.§.item ſeruiana. † Vidi quæri, vtrum partiarius colonus faciat fructus arboris ſuos inſolidum, vel an dominus recipiet ibi partem. De cõſuetudine ſeruatur quod dominus nihil recipiat,de hoc in Spe.eo.§.1.ver.fin. Sed an poteſt arbores ſcindere. Non videtur,ff. de iur. fiſ.l. in fraudem.§.conductor,de cenſi.l. forma.§. ſed ſi vires, niſi eſſent renaſcẽtes.ff.de vſufr.l.ex ſylua. Item intellige,quod in hoc §.dicitur ſi ſit talis res,quæ conſueuit locari & conduci: alias non agitur ex locato. Quid enim ſi quis locauit homines ad bibendum vinum ſuum, vt hoc patet in l.naturalis.§. at cum do.quæ hic allegatur in glo.ſic.ff.eod.l.ſi merces. Sed quid ſi pretium fuit permiſſum arbitrio Lucij, cõductor vſus eſt re,
4 Lucius mortuus eſt antequã ordinet: vel arbitrari nõ † vult, quomodo prouidebitur locatori? Videretur,quod hoc amiſerit,quaſi nullus ſit contractus. ſupra eod.titu.1.§.pretium. Sed hoc eſſet iniquum. Vnde videtur,quod arbitrio boni viri debeat ſatisfacere.arg.C.de inſti.& ſub.ſub cond. fac.l.ſi teſtamentum. vel dic ſecundum do.Iaco.& Pet. quod locator, ſeu dominus poterit repetere æſtima.inſtar illius, qui ſoluit opera indebita.ff.de cond.indebi.l. ſi non ſortem.§. libertus. vel forte datur præſcri.ver.vt infra proxi.§.

1 *Mercedis non dictæ actiones.*
2 *§. Salarium.ſenſus.*

QVA De cauſa. In text. ibi. ſed proprium genus, ſine tamen nomine. non enim eſt permutatio, quia dominium non transfertur.ff.de re. permuta.l.1. & 2.de cond. ob turp. cau.l.fin.nec commodatum,cum non ſit gratuitum,ſed contractus innominatus. In gloſſ. 1. mand.in fin.docto. dicunt,
1 quod in caſu, in quo † nihil conuentum fuit de mercede, ſi ſit perſona,quæ conſueuit locare operas ſuas, datur præſcriptis verbis, vt ex conditione perſonæ, cum retinetur voluntas partium.ff.de vſu & habi.l. plenum §. equitij. & ideo dicunt, quod quidam iudex male iudicauit, abſoluendo ſcholarem, qui cuidam nuntio tradidit literas, vt eas deferret ad partes, promiſit ei quod bene ſatisfaceret. nam quamuis ſalarium

latium incertæ pollicitationis &c. vt ff. mand. l. qui mutuam
a † §. ſalarium. hoc eſt verum in his quibus conſueuit dari gra
tia honoris, vel remunerationis gratuitæ, non ſic in illis, qui
in talibus lucrantur quotidie panem ſuum. In gl. quæ com-
petit. ibi cum alleg. l. generaliter. §. 1. 2. & 3. pro contractu fa
cio vt des, non competit: ſed actio de dolo, quæ ſit ratio, vide
C. de rer. permu. l. ex placito: & d. l. naturalis. §. ꝙ ſi faciam.
In ea. gl. ibi cum alleg. l. rebus. hoc verum, ſi apponatur ſuper
accidentalibus, ſecus ſi ſuper ſubſtantialibus. vide ff. de con-
trahen. emp. l. pacta.

1 *Auth. perpetua ſenſus.*
2 *Emphyteutæ emphyteuticare licet, & qui.*
3 *Feudatarius emphyteuticat.*
4 *Emphyteuticans an & quale dominium retineat.*
5 *Emphyteutici contractus natura.*
6 *Domini plures qui compatibiles.*
7 *Penſio a quo ex pluribus emph. ſoluenda.*
8 *Directus dominus prior quis.*
9 *Longe præſtationis effectus.*
10 *Emphyteuticandi formæ.*
11 *§. adeo ſenſus.*
12 *Venditum retenta penſione non dici.*
13 *Cenſus.*
14 *Cenſum ab emphyteuſi differre.*
15 *Cenſualis contractus forma, & natura.*
16 *Incrementum cuius ſit.*

a ADEO Autem. [a] Do. Iac. & Pet. parum dixerunt in
his materijs, vltra gl. vt potes percipere, ex his quæ ſcripſi
quia vbi reperio eos dixiſſe aliqua, fideliter nomino, & etiam
hunc §. tranſeunt ſicco pede. Ego etiam parum hic dicam:
quia Spec. ſatis in hac materia dixit, pro omnibus in titu. de
loca. §. nunc aliqua. & ego in breuibus multas concluſio-
nes poſui, C. de iu. emph. in Breuiario meo recurre, vel ad
vnum vel ad alium: aliqua tamen hic tangã, quę ibi non ſunt
tacta: & ſi non eodem modo. In gloſſ. interdum. in fin. ſed
reſtat reſpondere ad §. emphy. Sed dic, ꝙ loquitur in eccle-
ſia Conſtantinopolitana. & in ſubiectis eidem, quæ non poſ-
ſunt dare in emphy. vltra tertiam generationem, niſi domos
ruinoſas: ſed aliæ poſſunt ad perpetuum, vt ſcripſi C. de
1 ſac. ſan. eccle. auth. ſi quas. & ſic intelligitur auth. † perpetua.
eo. tit. quæ eſt canonizata 10. q. 2. c. ea enim. §. perpetua. De-
bet tamen ſeruari ſolennitas authenticę, hoc ius porrectum,
vt ſcripſi. in auth. ſi quas. In gloſ. agitur ergo ibi cum alle.
§. alienationis. ille §. facit, quia ibi ſpeciale in eccleſia, ergo in
contrarium ius commune. Item pro hoc, quòd vaſallus facit
alium vaſallum in feu. per quos fi. inueſti. c. vnico. §. ſed etiã
res de le. Corra. §. ſimiliter. de prohi. feu. ali §. illud. & tamen
non eſt, niſi vtilis dominus, ſicut nec emphy. vt no. ff. com-
mo. l. ſi vt certo. §. ſi duobus ergo in ſimili, emphyteuta.
Præterea cum emphy. poſsit vendere, ſaltem requiſito do
2 mino, vt hic, cur non † poterit dare in emphy. vbi non eſt
tanta, nec ita propria alienatio, ſed quædam interpretatiua:
vt §. alienationis? videretur ꝙ imo arguendo ſic, ſi id quod
magis &c. facilius enim permittitur datio in emphyteuſim,
quam vendere, vt apparet in eo, quod de eccleſijs dixi ſupra
additione proxima. & pro hoc videtur expreſſum, C. de fun.
pa. l. 1. Et hanc partem credo veram. Bene tamen credo quòd
dominus directus debet requiri per l. 3. C. eo. non enim lo-
quitur ſolum in venditione, ſed in qualibet tranſlatione: &
forte poterit retinere, ſi velit pro eadem pẽſione, C. de loca.
prę d. ci. l. fi. in fi. lib. 11. de cõſuetudine ſeruatur, quòd abſque
conſenſu. & requiſitione domini, poſsit dare in emphyteu-
3 ſim. † Sed quid de vaſallo? gloſſ. Columbi, videtur vel
b le ꝙ non poſsit [b] dare in emphy. in feu. de prohi. feu. alie. per
Fed. circa prin. in gloſ. ſi autem. in fi. quo nil (credo) falſius,
vt apparet per rationes ſupradictas. Vnde cum hoc liceat ec
cleſiæ, cur non vaſallo? & hoc eſt notorium per totum re-
gnum. alias nobiles, qui tenent in feudum, nullos haberent
redditus: & tamen videmus, ꝙ illi qui tenent in feudum, &
retro feudum, habent emphy. & homines ſuos vbicunquę
terrarum. Præterea cum ſimpliciter conductor poſsit tranſ-
ferre ius ſuum in alium, vt infra eo. §. fi. ff. de iur. fiſ. l. mochis.
§. 1. cur hoc non poſſunt emphyteuta, & vaſallus, qui maius
ius habent, cum ſit vtiles domini, vt eſt dictum? non video.
& hoc, niſi fieret fraus, iuxta c. imperialem. §. callidis. de pro-
hi. feu. alie. per Fed. In ea. gl. ibi cum alle. l. ſi ager vect. iſta
non eſt quæſtio, ſic ſimpliciter quærendo, quin melioratio-
nes ſuas poſsit transferre domino inuito, ſed tamen requi-
ſito, vt hic. & C. eod. l. 3. & hoc quoniam nihil ſibi retinet,
4 † ſed quando dat emphy. & retinet penſionem: nunquid trãſ
fert vtile dominium, ſic quod nihil ſibi remaneat? vel an re-
manet ſibi? hæc eſt quæſtio. Et videtur, quod nihil ſibi re-
maneat, quia de natura contractus emphy. eſt, quod domi-
nium vtile tranſeat in emphyteuticarium vt ſupra dixi. Duo
autem nõ poſſunt eſſe vtiles domini inſolidum, vt ff. de acq.
poſ. l. 3. §. econtrario. ergo ſequitur, quod tranſeat in vltimũ.
& pro hoc facit ff. ad Treb. l. 1. §. de illo. & l. ex aſſe. Et quod
ibi no. poſſet attentari, & dici, ꝙ quotquot ſunt, habent vti-
le dñium, diuerſis reſpectibus, & quilibet eſt dominus alte-
rius, etiam ſi per plures manus deſcendit. & hoc probatur
ſic, tu mihi concedis, quod emphyteuta poteſt dare in emph.
vt ſupra proxime dixi, ego nunc oſtendo, quod ipſe emphy.
qui dat alij, habet ius in re. certum eſt, ꝙ vbi aliquis contra-
ctus permittitur credendus eſt permitti ſecundum naturam
eiuſdem, ff. de iniuſt. rup. l. ſi quis filio exhæredato. §. ſed &
ſi quis. ff. de vſu & habi. l. plenum. §. equitij. loca. l. ſi vno. Sed
5 conſtat ꝙ de natura contractus † emph. eſt, quod tradens ha
beat certa iura. ſ. ꝙ poſsit expellere, ſi ceſſet per biennium
in eccleſia, in priuato, per triennium, & alia quæ ſunt C. de
iure emphy. per totum. ergo ex quo ei emph. permittit, ſequi
tur, quod prædicta iura locum habeant. Nec ob. quod non
poſſunt eſſe plures domini inſolidum vtiles, nec plures di-
recti; quia verum eſt, vno reſpectu, ſed diuerſis reſpectibus
6 ſic. vnde primus emphyteuta cenſetur dominus † ſecundi. ſe
cundus tertij, habendo reſpectum de vno ad alium, & quo
ad ſe. nam bene reperitur alibi, ꝙ non dominus habetur pro
domino, quo ad illum, qui cauſam habet ab eo, ff. de poſ. l. bo
na fides, C. loc. l. ſi quis conductionis. & hoc videtur probari
in feu. de proh. feu. alie. per Fed. §. illud. vbi vaſallus, qui fe-
cit alium vaſallum, vocatur dominus, reſpectu ſecundi. &
hoc neceſſario habet dici, quando vaſallus dat in emphy. vel
in feudum, nam tũc ſunt plures vtiles. & facit quod no. in d.
l. ex aſſe, ad treb. ff. de preca. l. cum precario, & ibi no. in ſimi
li, & idem ſi ſunt plures vaſalli deſcendendo. Ad hoc poteſt
dici, quod ſi de voluntate primi domini emphy. dedit in
emph. quod primus videatur remittere iura ſua. ff. quib. mo.
pig. vel hypo. ſol. l. ſicut. §. ſi voluntate. C. de remi. pig. l. fi. &
per conſequens ſecundus videatur verus dominus, & hoc, ſi
permiſit vendere, vel donare, vel facere ſua voluntatem. ſe-
cus ſi conceſsit tantum dare in emph. in feu. ſi de feu. defun.
conten. c. 1. §. pen. de feu. non ha. propriam na. feu. §. 1. in fi.
in hoc enim caſu, videtur dicendum, ſicut diceretur, quando
ſine voluntate domini dedit, & maxime quando conſenſit
ſaluo iure ſuo, ſicut conſueuerunt facere domini, quando
inueſtiunt. Et in hoc caſu quo nõ conſenſit, poteſt dici, quòd
omnia iura primi domini ſunt ſalua: ideo credo, quòd ſi
non ſoluatur ſibi ſua penſio, quod res committatur eidem, ſi
7 ue dicta penſio † deberet ſolui per manum primi, ſiue per ma
num ſecundi emphyteutæ. & ſi res vendatur, debet requiri,
& debet habere quiuquageſimam, vel laudemiam, vel illud
quod competit de conſuetudine in talibus. & breuiter credo,
ꝙ omnia iura ſunt ei ſalua, qualia habebat, ſi non fuiſſent
data ſecundo in emphy. & hoc dico per d. l. C. de fun. pa. ar.
ff. de ſer. expor. l. pe. de acqui. poſ. l. qui vniuerſas. §. fin. cum
l. ſeq. Quod ergo ius habebit emphyt. qui alij dedit in em-
phy? Certe ſuam penſionem. & committitur ſibi res, niſi ſol
uatur penſio. & breuiter omnia iura, quę quis habet in re em
phy. duntamen non fiat præiudicium priori domino. Et idẽ
dicerem in vaſallo, qui dedit alij in feudum per dictum §.
illud. Et ſic determinarem. quod nota. in c. ſimiliter. de lege
Corrad. vbi de hoc. Scio tamen. quod quo ad vaſallos ſerua-
tur contrarium de conſuetudine. nam ſi tu teneas feudum
a Titio, & ego a te idem feudum, Et Sempronius a me,
ego inueſtitam, & laudemiam recipiam, ſiue ventas, & ſi ego
vendam

vendam tu recipies ſemper proximior, dominus. Et tamen in cenſualibus & emph. ſeruatur de conſuetudine, quod pri-
8 mus & directus dominus inueſtit. & † vocatur primus, & directus dominus ille, qui primo tradidit ad cenſum, vel emph. quamuis forte teneat ab alio in feudum, & ſic tantum vtilis, hoc de conſuetudine. de iure tñ credo, quod ſit rationabile quod dixi ſupra. In fi. eo. gl. hæc eſt vera, ſi conſenſit, & renouauit in perſonam eius, iuxta illa quæ ſupra dixi: & iuxta l. fi. C. de iure emphy. alias non vr̃, quod poſsit agere actione, contra illum, qui cum eo non contraxit, & minus contra tertium ſi ad tertium res deueniret. oportet ergo eũ recurrere ad rei vendicationẽ, vt ſupra proxi. no. & ſic oportet, quod probet dominium, quod erit difficile. Vel dic, quod
9 ſufficit, quod probet longas † præſtationes ſibi factas. ex hoc enim præſumitur contractus emph. præceſsiſſe, vt no. C. de iure emph. l. 2. & hæc probatio valebit ad probationem dominij, ſi agat rei vendicatione contra tertium, & de hoc in Spec. eod. tit. §. nunc aliqua. ver. 54. & ver. 118. & ver. 142. & verſ. 163. & ver. 166. & ver. 168. Ex confeſſo aũt non poſſet agi, de iure ciuili: ſed pro penſione. ff. de ſer. ruſt. præd. l. pecoris. & iunge quod no. ff. vſufr. quemad. caue. l. ſi vſuſfruct. nomine iunge ȷ. de act. §. æque. & §. præiudiciales. In gl. imo differt. ibi cum alle. l. non ſolet. hæc differentia procedit, vbi conduxit ad modicum tempus, ſecus ſi ad non modicum. ff. ſi ag. vect. per totum. In fi. ea. gl. hanc opi. vr̃ ſemper gl. ſequi, ꝙ requiratur ſcriptura in contractu emph. & hanc fouet tex. Spe. tñ tenet, ꝙ non requiratur ſcriptura in d. §. nunc aliqua. verſi. Sed opp. magna pars modernorum conſueuit ſequi gl. hanc. Quid ergo ſi conuentum eſt, & cõtractum ſine ſcriptu-
10 ra? nunquid erit cõtractus nullus, † vel valebit tanq̃ locatio, vel contractus innominatus, ſi penſio non ſit in pecunia, retenta opinione, ꝙ ſcriptura ſit neceſſaria? Credo, ꝙ ſi partes agebant, ꝙ eſſet emphyteuſis, qđ contractus ſit ipſo iure nullus. V. g. quia exprimebãt, do tibi in emph. & ego recipio in emphy. ff. de accep. l. an inutilis. de verb. obl. l. 1. §. ſed ſi quis.

Sed, quid ſi dicebam: loco tibi talem fundum, ad talem pẽſionem perpetuo. vel loquamur, per verba indefinita? trado tibi ad perpetuum, talem fundum. vel talem domum ad talẽ penſionem, nunquid valet? Non vr̃: quia talis contractus, nõ eſt locatio, vt hic, quia tranſit vtile dñium, vt ff. ſi ag. vect. l. 1. & poſſeſsio naturalis, quod non eſt de natura locationis, vt hic legitur, & notatur, & vr̃ caſus iſtius §. Ego credo contra, ꝙ ſit contractus locationis, ſi penſio ſit in pecunia, vel contractus innominatus, ſi ſit in mercede, vel ſocietas, ſi ſit partiarius, per illa quæ dixi ſupra eo. §. 1. & quę ibi no. & leguntur.
11 Nec obſt. iſte §. vbi vr̃ caſus contra, quia † ego concedo, qđ non eſt locatio, nec venditio ſed tertium genus, vbi partes hoc agunt, vel vbi nõ agunt, ſi habeat ſubſtantialia ſua, & ſcripturam, & alia neceſſaria. ſed vbi partes, hoc non agunt, ſed volunt facere alium contractum, non credas. ꝙ iſte §. corrigat. quin fundus, & quælibet res poſsit locari, ad non modicum tempus, & quin valeat locatio. & hoc probatur per iura magis noua, vt ĩ auth. de ali. & emph. §. locationes vero coll. 9. C. de col. prædiorũ curi. l. 1. & l. fi. C. de vſuf. l. ſi domina. & in hoc valde aperitur intellectus huius §. Sed adhuc obſtare vr̃, quod nota. in d. l. fi. vbi no. ꝙ res ſic locata, videtur data in emphyteuſim. Sed dicas, & verum eſt, ſi partes hoc agant, & etiam in dubio, ſi contractus poſsit ad hoc trahi, vt habeat ſubſtãtialia emphy. vt ſcripturam, alias remaneat in finibus, quibus valore poteſt, vt dixi. nec ob. quia in locatione non transfertur dominium, nec poſſeſsio, quia verum eſt in locatione ad modicum tempus, ſed in locatione, ad non modicũ tempus ſit vtile, vt dixi, & poſſeſsio naturalis, non, vt d. l. 1. ſi
12 ager. vect. † Sed quid dices, ſi partes dicunt ſic, ego vendo tibi talem fundum tali pretio, retenta mihi tali annua penſione, nunquid erit venditio vel emphy? Iſte §. vr̃ determinare quod non eſt venditio. ſed ego credo, ꝙ ſit venditio, & maxime ſi retineatur modica penſio, & magnum pretium recipiatur, quinimo, crederem hoc caſu vltimo, qđ q̃uis partes agerent expreſſe, ꝙ eſſet emphy. ꝙ deberet potius venditio nominari. in feu. de prohi. feu. ali. per Fed. §. calidis. c. Imperialem. Quid ergo ſi recipit centum libras, & retinet vnũ denarium penſionum? non vr̃ emphyteuſis. ff. loc. l. ſi quis condixerit. de acq. poſ. ſed ſi ante. videntur. n. ficte loqui de emph. & ideo non vr̃ pura venditio. ff. de contrahen. empt. & per dictum §. calidis. vbi tex. vocat emptorem, venditorem, quamuis ageretur. quod eſſet res feudalis, ſi tñ retineret penſionẽ competentem, licet forte minorem, quam res valeret, & reciperet pecuniam, nihilominus iudicarem emphy. ff. de contrahe. empt. ſi quis donationis. Nec ob. iſte §. in his quę ſupra dixi, quia loquitur in caſu, quo pretiũ non dabatur. Sed ſi res tradebatur ad perpetuam penſionem, tunc non eſt venditio, vt hic ſed qñ precium recipitur, habent locum quæ ſupra dixi. Sed pro deo, hic loquitur de contractu emphy. & de pẽſione, iſta vocabula ſunt nobis ignota in regno Franciæ, ſed nos vtimur verbo cenſus, & ẽt notarij in literis eorũ ponũt, talis dedit vel tradidit talem fundũ pro x. ſolidis perpetui cenſus, nunquid eſt vnum & idem, quo ad effectũ, & iuris diſpoſitionẽ? Nõ vr̃, quia in emphy. particulare periculum pertinet ad emphyteutã, & tñ non in cenſuali. ff. de cenſi. l. forma. §. illã.
13 Præterea † cenſus eſt quid publicum, ſicut tributum, vt patet in tota materia. ff. de cenſi. & no. C. de cenſi. in rubr. ff. de pub. l. 1. §. 1. in gloſſ. tanquam procurator, & ita vr̃ quod non poſſit deberi priuato. Sed in hoc obuiat. C. de agri. & cenſi. quaſi per totum, & l. colonos. in qui. cau. co. do. ac. poſ. l. 2. Vt autem hoc plenius videas, debes ſcire, quod cenſus ſumitur multis modis vno modo pro tributo & ita ſumitur in d. tit. ff. de cenſi. & in gloſſ. ſupra alleg. C. ſine cen. vel re. l. fi. & per totum. Quandoque ſumitur pro conditione hominum quorum corpora cum terra ſunt adſtricta domino, vt C. de agri. & cenſi. quaſi per totum, quandoque reperitur pro penſione, vel redditu, qui pręſtatur ad perpetuum. extra de cenſi. in rub. & c. peruenit. Quandoque pro penſione: quæ præſtatur
14 ad modicum tempus, extra ne præla. 6. ſu. c. fi. † Nunc veniamus ad quæſtionem noſtram, nunquid eſt differentia inter contractum cenſualem (prout cenſus ſumitur, pro annua pẽſione, quia de alijs, patet non eſſe quæſtionem) & emphy. Canoniſtæ dicunt, ꝙ ſic, quia res cenſualis, non cadit in commiſſum ſi ceſſauerint ſoluere per triennium, ſed emph. ſic. & ita intelligunt extra de reli. do. c. conſtitutus. vt ibi no. per oẽs, & dicunt quod in re cenſuali dominium tranſit in illum, qui ſoluit cenſum: non ſic in re emphy. in qua non tranſit, niſi vtile. Iſta autem non poſſunt probari de iure ciuili, quia cenſus non recipitur pro annua præſtatione ſimplici, nec reperitur contractus cenſualis inter priuatos, niſi in cõditionatis. Scio tamen, ꝙ de conſuetudine ſeruatur inter laicos, quod res cenſualis cadit in commiſſum, ſi ceſſatum ſit per trienniũ, & qđ ille, qui ſenſum recipit, cenſetur dñs directus, & recipit laudemiam ſi poſſeſſor vendat, & fere vtuntur ſicut de emphy. contract. Sed retenta opi. cano. qđ res cenſualis non cadit in commiſſum, queritur quid ſi in inſtrumento cõtinetur, talis dedit in emphy. ſeu ad perpetuum cenſum talem rem. nunquid erit emphyteutica, vel cenſualis? Satis poteſt dici, ꝙ emphy. ff. pro ſocio. l. ſed ſi adijciatur de au. & ar. leg. l. ſpecies.
15 † Sed quid, ſi in inſtrumento continetur, ꝙ talis dedit in emphy. ſeu cenſum talem rem, & tranſtulit omne dominium, nihil omnino retento, niſi penſione, vel cenſu, ſicut frequenter faciunt notarij, qui neſciunt, quid ſcribunt, tunc dicerem cõtractum cenſualem, cum hoc ſit de natura cenſualis, & nõ de natura emph. & in dubio debemus adhęrere verbis, niſi alias de contrario appareret. ff. de leg. 3. l. non aliter. ff. de re iud. l. ſemper in ſtipulationibus. & facit ff. de vſufr. earum re. quæ vſu conſu. l. hoc ſenatuſconſultum. §. fi. & l. fi. In gl. id eſt, iuriſgen. ſatis vr̃ per hũc tex. quod ex pacto oriatur actio, ſicut ex donatione. potes addere etiam alios caſus, qui notantur ȷ. de act. §. de conſtituta. In gl. id eſt medietatis. in fi. hanc tenẽt omnes doc. moderni. Quid ſi res augmentetur? gl. diſtinguit.
16 C. eo. l. 1. an ſit augmentum † patens, vel latens. Sed doc. indiſtincte dicunt non augmentari. & idem Spe. vt ibi ſcripſi. dñr tñ quod incrementum patens non pertinet ad emphy. ſicut vſumfr. ff. de vſufruct. & quemad. l. item ſi fundi. §. huic. ſed in feudo eſt aliud. in feu. qui ſuc. te. c. 2. §. ſi quis de mãſo. Itẽ non ſit ei diminutio, p p ſterilitatem. ſed quid ſi nõ poſſet colere, propter guerras? ſit diminutio, vel quittatio pro illo tẽ-

pore

pore: vt ſupra ſcripſi. & facit iſte tex. quòd ſi quis dedit bona
ſua, vt nutriretur quod donatarius non tenetur nutrire, ſi bo
na perierunt, vel ſint occupata per inimicos. Sed doc. tenent
contra, vt ibi not. Hoc autem quod in hoc §. dicitur, non pro
cedit in tributis. C. de allu. l. 2 & 3. nec in locatione ad modi-
cum tempus. ff. eo. l. ſi merces. §. vis maior. ſed in locatione ad
non modicum tempus dicerem idem, quod in emphyt. cum
ſit quaſi emphyteuſis, vt ſupra dictum eſt, & no. in d. l. fin. C.
de locatio. fun. ciui. Cętera quę dicenda eſſent circa hanc ma
teriam, vide in Specu. de loca. §. nunc aliqua. & vide quæ ſcri
pſi. C. de emphyteu. vbi multas concluſiones reperies, quas
repetere non eſſet vtile, &c.

a Adnotatio. Adeo autem. Contractus emphyteuticus, qui perficitur, cum alicui res conceditur mercede in pecunia, vel in ſpecie conſtituta, contractu locationis, & ab emptione in aliquibus differt, & multipliciter conuenit cum eis. qui iure ciuili fuit introductus, & interitus totius rei pertinet ad dominum, particularis ad emphyteutam.

b Non poſſit. An autem feudum poſſit legari, vel alienari, etiam pro anima: vide Alex. conſi. 28. in cauſa num. 14 volu. 2. Et vtrum procedat ar. de emphyteuſi, ad feudum, & econtra. idem Alex. conſi. 5. ſi vera. nu. 5. vol. 5. Et vtrum in generali alienatione veniat feudum, idem Alex. conſi. 41. viſo. nu. 1. volu. 6. De emphyteuſi, vide per doct. in l. 2. C. de iure emphyteu.

1 *Anulus cui pereat.*

a ITEM [a] Quæritur. Concor. ff. eo. l. 2. §. adeo. In glo. ſcili
cet demonſtratæ. ibi cum alleg. l. Sabinus. & forte ſi materia
1 † demonſtrata pereat, perit periculo venditoris, ſicut ſi ven-
didiſſet x. corbes ex illo dolio. ſupra titu. 1. §. cum autem, &
ibi dixi, non enim materia videtur vendita, ſed annuli, vndę
aliud materia, aliud ſpecies inde extracta. ff. de pig. actio. l. ſi
conuenerit. §. ſi quis. In ea. glo. in fin. ibi cum dicit, in dictio-
ne ſua, vult dicere quod materia non fuit demonſtrata, ſed di
ctum fuit, quod ex auro ſuo faceret annulos certi ponderis,
& ita illud certi ponderis, conſtruetur cum verbo annulos,
& ab eo regitur, ſed ſecundum primum intellectum regitur
a nomine auro.

a Adnotatio. Item. Dominium rei conceſſæ tranſit pecunia pro mercede conſtituta, emptio non locatio dicitur. ſed duo ſeq. §. clari ſunt.

CONDVCTOR. In glo. vt vſuras, in fin. & ad alia mul-
ta vide ff. eo. l. addes. §. illud.

QVI Pro vſu. In glo. id eſt, diligens. in fi. prima videtur
verior. quam enim rationem diuerſitatis poſſemus reddere,
niſi dicas quod hoc ſit, ſpeciale, quia talia faciliter perdun-
tur, & fruſtrantur ſicut Azo dicit, quòd eſt ſpeciale in colo-
no: vt in §. hic alleg.

1 *Vſusfructus cuius morte pereat.*
2 *Tranſmiſſibilis contractus.*
3 *Societas tacitæ coita & in quibus.*

a MORTVO. [a] In glo. proprietatis. in fi. in hoc dicas, quòd
1 ſemper vſufr. † perit per mortem illius, in cuius perſona con
ſtitutus eſt; ſed ſi conſtitutus eſt in perſona vnius, & ille vo-
luntate proprietarij transferret in alium, tunc videtur reuo-
catus. ſic intelligunt doc. l. ſi domina. alleg. in glo. & hoc obti
net, vbi ius vſusfru. conſtituitur vel ſimpliciter, vel ad tem-
pus. ff. fa. erc. l. & puto. §. 1. Sed ſi fructus vendãtur, vel locen
2 tur vſq; ad tempus, non video, quin talis † cõtractus tranſeat
ad hæredes, vt ſi quis receperit caſtrum cum pertinentijs &
fructibus vſq; ad certos annos. vnde aliud eſt ius vſusfructus,
aliud ius, vel cauſa recipiendi fructus alicuius rei, ff. de vſufr.
l. arborib. §. vſusfructuarius. & ibi de hoc C. de pe. bo. ſub. l. 1.
& ibi etiam. In glo. vt C. eo. l. viam. in fi. Spec. tenet idem de
iud. §. generalia. verſ. ſed nunquid. Pet. de Bel. per. dicit idem,
quod glo. quando vnus principaliter conduxit hoſpitium: &
3 poſt aſſociauit alios, & ad hoc † quòd non ſit ſimplex condu-
ctio, imo ſocietas, adducit l. ſi ſocrus. ff. de iur. do. de qua ego
mihi non cauiſſem: & tamen bene facit, quia quamuis æſti-
matio venditionem faciat: tamẽ propter ſocietatem, quæ eſt
inter vir. & vxo. non conſideratur vt ſimplex venditio, imo
ſapit naturam dotalem, quaſi eodẽ modo. ff. pro ſocio. l. adeo
& l. verum. §. in hæredem. vbi nõ inſpicitur natura ſocietatis
tantum, per quam non ſuccederet hæres ex pacto, imo ex na
tura conductionis. imo melius facit per contrarium, quia in
conductione vectigalium nedum cõtrahitur conductio, imo
& tacita ſocietas, quæ impedit non ſuccedere hæredem, niſi
ex pacto. ergo idem hic, quoniam nedum contrahitur con-
ductio, imo & ſocietas, quæ impedit &c. dic tamen, quod hoc
caſu, ille poteſt prohibere, & non alij ſi tamen prohibere nõ
vult: alij poſſunt eum ad hoc cõpellere per actionem ex con
ducto. & idem dicit in caſu, quo omnes ſimul conduxerunt,
credit tamen, quod ſi ſubſtitutus ſit idoneus, debeat eum re-
cipere. ff. de conſt. pec. l. qui autem. §. ſi quis. cum eis non no-
ceat, & alijs proſit. ff. de euictio. l. in creditore. de rei ven. l. in
fundo. ſecundum eum pro quo facit. ff. eo. l. idemq;. hæc ſunt
vera, vbi in conductione actum eſt tacite vel expreſſe quod
communi burſa debeant viuere, alias non. Vel dic quòd com
munis habitatio facit præſumi ſocietatem tacitam. ff. de his
qui deie. l. 1. §. fin. iunge infra titu. 1. in prin. §. fin.

a Adnotatio. Mortuo. Contractus locationis ad hæredem tranſit. Ang. Vide hic Ang. qui ſupplet ad hunc. §. quod Ioan. Fab. omiſit.

## *De ſocietate. Rubrica.*

*Optimè proſequitur ordinem, quem fecit nominando contractus, qui conſenſu contrahuntur ſupra de obli. quæ ex conſenſu. ſed non proſequitur in ordinem. fforum. nec C. vbi præcedit titulus, mandati. & ſequitur pro ſocio. poſt de contrah. empt. ſed hic econtra, ſequendo ordinem, quem poſuit in d. ti. & qui eſt in l. conſenſu. ff. de act. & obli. Et no. quod ff. & C. nominat actionem pro ſocio, in rub. hic contractum, vt pueri melius intelligant. &c.*

1 *Societas omnium bonorum qui coita.*
2 *Societas qui deprehendatur.*
3 *Societas an cohabitatione contrahatur.*

a SOCIETATEM. [a] In glo. etiam. in fi. iſtud vl-
timum verbum multum addit, quia quandoq;
contrahitur ſocietas, ſine quæſtu: vt inter ſcho
lares, vt ſupra prox. ti. §. fi. In glo. omnium. ibi
cũ dicit: expreſſe. Quid ſi nil fuit expreſſum,
1 ſed duo inter † ſe ſocietatẽ coierunt, nec declarauerunt aliud?
Ego credo, quod videatur ſocietas coita omnium bonorum,
quo ad hoc vt communicentur inter eos, quæ ex quæſtu pro
uenient. l. coiri. Sed vbi expreſſe, tunc omnia vndecunque. ff.
2 eod. l. 3. §. 1. † Sed quid, ſi non appareat ſocietatem fuiſſe coi-
tam verbis expreſsis nũquid eſt ſocietas, ſi per aliquot actus
extrinſecos appareat de præſumpta voluntate? non videtur
ff. eo. l. vt ſit. Hæc quæſtio fuit quæſita ſupra de ob. ex conſen
ſu. & Spe. aliquantulum tangit hoc in Spe. de iud. §. genera-
liter. ver. hoc etiam. & non video, ſi poſsit depræhendi per
euidentia ſigna tacitus conſenſus, quin ſit ſocietas, cum con-
trahatur conſenſu, & in obligationibus, quæ conſenſu cõtra-
huntur, non eſt opus verbis, vt ſcripſi ſupra tit. de oblig. quę
3 ex conſenſu. † Quid enim [b] ſi ſimul habitauerunt diu, & om
b nia bona ſua ſimul habuerunt, & communibus expenſis ſine
computo vixerunt, & negotia ſua promiſcue egerunt, cur nõ
pręſumitur ſocietas, quę etiam ex communi habitatione prę
ſumitur? ff. de his qui deie. vel effu. l. 1. §. fin. & maxime, ſi ita
fecerint per plures annos. C. de fideic. l. 1. ff. de proba. l. pro-
cula. ff. eo. l. cum duobus. §. ſi fratres parẽtum [alias eſt lex &
ita interpretatur conſuetudo in patria cõſuetudinaria quan-
do fuerũt per annum & diem, & facit ad cohabitationem in
feu. de benefi. feu. & qualiter frater in feu. ſuc. c. 1. & de iſta
poteſt intelligi. ff. eo. l. ſocietatem coire. in eo quod dicit re:
In glo. hoc eſt verum. vbi ad vnam rem adijcitur. ſed vbi ad
vniuerſitatem, eſt collectiuum plurium, verum eſt, quod de
vniuerſitate prædicatur quaſi de vno. ff. de re. iu. l. in toto. &
alibi. In gl. item alijs duobus. in fi. ſcilicet emendo in ſpecie,
vt equum morellum talem quando ego ſtudebam in Monte-
peſſulano, erant tres vel quatuor laniones ad emendum vnũ
bouem, vide ſupra in prox. additione.

Adnot.

a Adnotatio. Societatem. Diuide hunc ti.ſecundum Are.& ſumma,vt idem.
b Quid enim. Vide Ale.in conſi.24. viſis dubijs . num.6.1. vol. & conſi.48. ſuper extractio.nume4.volu.1. item in conſi.37. in volu. conſideratis. num. 1.2.4.& 6.

1 *Societatis lucrum qui partiendum. & 2.*
3 *Adiectus, non eſt ſocius.*
4 *Pecunia ſocialis cui pereat.*

1 Et Quidem. † In glo.ſic.ff.de hær.inſt.in fi.gl. Quid er-
go,ſi capitalia ſint inæqualia ? glo. videtur ſupponere, quòd
lucrum non erit æquale . Quid ergo erit ? videtur quod pro
quantitate pecuniæ,ſeu capitalis debent diuidi. & hoc,ſi ſint
eiuſdem induſtriæ & operæ : omnia enim bonus iudex debet
attendere,ſicut faceret bonus vir.ff.eo. l.ſocietatem mecum.
2 & concor.ad hunc.§.ff.eo.l.ſi nõ fuerint.& quod ibi no. † In
glo.computatio. Verbi gratia,ambo habent ſimul 24.in capi
tali,lucrati ſunt 12.volunt diuidere . ille qui habet duas par-
tes in lucro habebit octo de lucro, & ita habebit 20.tam pro
capitali quam pro lucro. alius qui habet tertiam partem ha-
bebit quartam 12.pro capitali . & ita habebit 16. & hoc, vbi
capitalia ſunt æqualia,ſecundum Pet.de Bel.per. In glo.hæc
pacta. in fi. hæc non videtur approbanda , quia ſi conuentio
valet,eſt ſocietas. hodie videtur ſecundum fidem, ꝙ non va-
leret talis cõuentio,ſicut eſt in iſto.§. ſecundum intellectum
Io.quia eſſet vſura.& de hoc vide in ſum.Hoſ.de vſu.§.an ali
3 quis. circa medium.Sed quid † ſi duo ſocij receperunt tertiũ,
cauſa habendæ ſuę gratię,qui nõ ponit operam nec pecuniã,
ita quòd lucrum tantum ad ipſum pertineat? glo.dicit quòd
non eſt ſocius, vt not.ff.eo.l.3.§.fi.Sed quid,ſi vnus ponit pe
cuniam,alius operam,nunquid erit pecunia communis? glo.
dicit quòd ſic.C.eod.l.1.Sed doct.Bono. contra, vt ibi nota-
tur per Cy.per l.cum duobus.§.damna.& §. ſi in coeunda.ff.
eo.quæ opin.poſſet eſſe vera in ſocietate vnius rei,ſed in ca-
ſu quo vellent eſſe ſocij omnium bonorum.opi.glo. eſt vera:
vel etiam ſi vnius & certæ rei.ff.eo.l.ſi id quod.§. 1.in princ.
4 † Item cuius periculo,perit pecunia? glo.dicit quòd pericu-
lo illius,qui tradidit eam, vt ibi no. Sed quidam doct. dicunt
quod periculo vtriuſq;. vt d.l. cum duobus.§. quidam quod
poteſt eſſe verum,ſuppoſita opi.glo.in quæſtione præceden.
pro vera. In glo.no.totum.gl.alleg.fabulam Aniani,ego ne-
ſcio quis fuit ille Aniani. hanc tamen fabulã inuenies in lib.
Aeſopi,vbi dicitur,quòd cum leo,ouis, capra, & iumenta ſe
ſociaſſent ad venandum,ceperunt ceruũ qui debuit diuidi in
4.partes. leo dicit,ꝙ primam partẽ debebat habere cauſa ho
noris ſecundam,propter maiorem laborẽ, quem adhibuerat
tertiam,iure ſuo,tanquã ſocius & qui quartã vellet non eſſet
ſuus amicus . ex quo ſequuntur verſus prouerbiales optimi .

*Ne fortem ſociet fragilis, vult fabula præſens ,*
*Nam fragili, fidus ne ſciet eſſe potens .*

Vnde Salo. nihil cum potente communica. quid enim caca-
bus, ad ollam ?

1 *Societatis natura .*
2 *Verſum quid dicendum .*
3 *Eadem quæ dicenda .*

a Illvd. a In glo.not.eandem eſſe rationem. in fi.l.com-
modiſſime,nihil facit ad notabile , quia ibi eſt caſus omiſſus
b diuerſus b non contrarius.Sed facit contra hunc §.quia pro-
uiſio facta in vno,non debet ad alium extendi, ſed hoc verũ,
niſi natura negotij,& rationis identitas hoc faciat, ſicut hic,
1 nam † natura ſocietatis requirit ęqualitatem,quia vim frater
nitatis obtinet,vt l.verum.ff.eod.ideo, quod in caſu expreſſo
lucri detrahitur per identitatem rationis, vel aliũ caſum, qui
etiam de natura negotij requirit ęqualitatem cũ caſu expreſ-
ſo.in l.commodiſſime. de lib.& poſth. omnia iſta ceſſant. Et
eod. modo poteſt reſponderi ad l. ſi quis negotia. ff. de neg.
geſt.ibi enim damnum pertinet ad gerẽtem,propter culpam
ſuam , quæ ratio non poteſt extendi ad lucrum quia ex culpa
ſua,non debet lucrari.Et eodem modo reſponde ad l.ea lege
ff.loc.ibi enim ex culpa damnum patitur:quæ quidem culpa
non debet eſſe cauſa premij,nec lucri,vt ff.de neg.geſt.l. ſiue
hæreditaria.ff.eo.l. ſed & ſocius . Sed magis ob.ff. de in rem
ver.l.ſi fundum . ſed ibi propter naturam actionis, quæ deſi-
2 derat † verſum eſſe realiter . Conſtat autem verſum ſolum-
modo de rebus creditis , quanti fundus emptus fuit , & non
plus : quare in plus actio de in rem verſo,competere non po
3 teſt . Conclude ergo,quòd eadem † eſt diſpoſitio, vbi natura
negotij, & rationis identitas, hoc expoſcunt.

a Adnotatio. Illud . Particula adiecta in lucro tacite,videtur adiecta in damno Ange.
b Diuerſus . Et procedit hæc regula : ſiue quo ad cognitionem , vt l.1.ff. qui ſunt ſui vel alie. iur. ſiue quo ad iuris diſpoſitionem , vt eadem ſit natura : vt hic & l.diem.§.ſtari.ff. de arb.ſiue : vt ſit eadem natura . ſcilicet per contrarium : dummodo natura negotij , & identitas rationis hoc expoſcat : vt hic per doct. vnum not. ſecundum Ang. hic Bar.Dyn.Raph.& Ioan.de Imo.per iſtum text. & per illum . in l. quia poterat .ff. ad Treb. quod ſi vnus ex ſocijs vult ire Venetias pro mercantijs inuito altero ſocio , ſuo tamen periculo : quod ſi lucratur : non tenetur lucrum communicare , ſi alter ſocius non voluerit pati damnum .

1 *§.manet. ſenſus. & 2.*
3 *Socii dolus quando arguatur .*
4 *L.nemo ſenſus .*

Manet. In glo. id eſt,omnium. ſemper glo.repræhen-
dit text.in hoc articulo, dic,vt ſupra circa princ. In gloſ.no.
1 hic quinq; modos.in fin. Item dic,quòd iſte † verſus obtinet
in tribus caſibus, quando dolo, vt hic, quando abſenti quan-
do intempeſtiue.& ita intellige,quod no.ff.eo.l. ſed & ſocius
§.ſi abſenti.eo.tit.l.actione.§.diximus . Alias aut poſt renun
tiationem,vnuſquiſq; ſibi acquirit: vt ſupra in prin.huius.§.
Sed opponitur,quia vbi agitur de dolo,vel fraude,ille cenſe-
tur fraudem committere,qui alienat : non qui cõditione ac-
quirendi non vtitur.ff.quę in frau.cre.l.quod autem.in prin.
de col.bo.l.1.§.confertur.ff.eod.l. nemo.§. 1. Præterea vbi
quis ad promiſſionem ſui facit aliquid , non cenſetur dolus ,
imo lex talem dolũ cõſuluit.ff.de leg.2.l.cum pater. §.Titio.
2 de neg.geſt.l.atqui natura.§.cum me. Præterea,† verſus iſte
intelligitur,vbi alias iuſte renuntiaret ſocietati,niſi eſſet do-
lus,alias iſtud membrum eſſet vnum,& idem cum alio,quan
do intempeſtiue , nec oporteret fieri mentionem de dolo .
Tunc arguitur. certum eſt, quod nullus videtur dolo facere,
qui ſuo iure vtitur.ff.de reg.iur.l. nemo videtur . cum igitur
ſocius iuri renuntiare poſſet , quomodo committit dolum ,
vtendo iure ſuo,renuntiãdo ſocietati, ad ſui prouiſionem &
non acquirendo ſocietati? nam contra videtur per iura præ-
dicta. Ad primum poteſt dici, quod vbi contractus præcedit.
vel materia , quæ obligat ad acquirendum ſecundum bonam
3 fidem : tunc † eſt dolus niſi acquirat, & tenetur,ff. de hæred.
ven.l. 2.§.non ſolum.de peti.hæred.l. ſed & ſi lege.§. perin-
de.ſed in legibus contrarijs,talis materia non procedit, nam
in l.qui autem.nulla præcedebat materia,quæ obligaret,non
acquirentem ad acquirendum . Item nec in §.confertur . ſu-
4 pra alleg. Item nec in l.nemo. quo † ad hoc , de quo ibi tra-
ctatur, videlicet quo ad hoc , quod debeat priuari illo bene-
ficio,ne conueniatur,niſi inquãtum facere poteſt,vnde quaſi
omnes leges tangentes iſtud propoſitum, in diuerſis contra-
ctibus,loquuntur , & habent ſuas diuerſas & ſeparatas ratio-
nes.vt nõ.in l.qui autem.ff. de regul.iur.l. non fraudantur.de
iur.fiſ.l. quod in fraudem . Item ad §. Titio. & ad alias leges
concor. potes dicere,quod ibi illa prouiſio permittitur, quia
non fit principaliter in damnum tertij . Et ad l.nemo . potes
dicere, quod obtinet , vbi ſuo iure vtitur , ſine læſione alte-
rius, vt ibi not. in fin.

1 *Hæredibus caueri licere .*
2 *§.ſoluitur . reſtringi .*
3 *Societatem iuratam morte non extingui .*

a Solvitvr. a In gl. ſcilicet vt duret. in fi. facit ad hunc
§.ſequentem,.ff.eo.l.actione.§. renuntiare. cum ſequen. Sed
pro Deo,quæ poteſt eſſe ratio, ꝙ ſocietas nõ tranſeat ad hæ-
redem,ſaltem ex pacto vel conuentione,cum omnes contra-
1 ctus transferantur ad hæredes,& † quiſque poſſit paciſci hæ-
redi ſuo ? imo & in dubio hoc præſumitur,vt l.ſi pactum.de
prob.ff.de act.& obli.l. in contractibus, & contractus legem
ex con-

ex conuentione partium accipiunt: vt ff.depoſi.l.1.§. ſi conuenerit. Item & in fundo vbi tantum vel maius ligamen eſt, poteſt paciſci hæredibus. in feu.de eo qui ſibi & hære. maſc. &c.c.1. Ego neſcio,niſi quod leges, ideo hunc contractũ reſtrinxerunt, propter lites euitandas, quas communio parit, vt l.cum pater.§.dulciſsimis.de leg.2. & ne libertas de ſupremis iudicijs conſtringatur.ff.eo.l.cũ duobus §. idem reſpondet ſocietatem. [alias eſt ſub lege,ſi fratres.] Item quid dices in contrarijs, nunquid morte vnius confratrum, diſſoluuntur? Videtur quòd ſic: quaſi ſit quædam ſocietas,& ſic obti-
a neat iſte.§.Ego † hoc non credo, quòd obtineat in ſocietatibus,quæ corpus reputantur, quia illæ etiã remanent in vno. ff.quod cuiuſque vniuer.l.ſicut.§.fin.& de illa ſocietate loquitur eod.titu.l.1.Sed ibi loquitur in ſocietatibus quæ fiunt ad quæſtum, & lucrum, vt apparet: quia illa ſocietas non permittitur paſsim, vt ibi: ſed hic loquitur de ea, quæ conſenſu contrahitur. Sed quid dices,decem ſocij iurauerunt ſibi fide-
3 litatem † in itinere Romano,vel Hieroſolymitano, vnus moritur: nunquid alij liberati ſunt iuramento? Videtur quòd ſic, per hunc §.Ego non credo: quia ibi nedum fuit ſocietas, imo iuramentum ſingulare,& mutuum hincinde, quod durat. & facit quod dixi ſupra tit.1.§.fi. Sed quid ſi aliquis contraxit ſocietatem,ſibi & hæredibus, iuramento hincinde appoſito: forte de iure canonico, iuramentum facile tenebit in perſona hæredis, nec viui poterunt contrauenire, extra de iureiur.c.cum contingat.

a Adnotatio. Soluitur. Morte vnius ſociorum. Item interitu rei:vel publicatione bono. item ſi vnus ex ſocijs bonis ceſſerit :ſoluitur ſocietas.

ITEM SI. In gloſſ. vt duo.hoc verũ, vbi cœpiſſent certum vinum in ſpecie vendendum,alias autem,ſi cœpiſſent tabernam pro emendo, & reuendendo,duraret vſque ad tempus conductæ tabernæ, ſi eam conduxiſſent,vel quandiu lucrari poſſent. ſic, quod renuntiatio eſſet tempeſtiua.vide ff. eo.l.ſi conuenerit.§. inter. & l.actione.§. item ſi ſocietatem.

PVBLICATIONE. In glo. ſic.ff.eod.in fi. hoc non videtur verum, cum ſocietas ſit de iuregen. ſupra de iure nat. §.ex hoc iure. & deportatus non amittit ea quæ ſunt de iuregen.ff. de pœn.l. quidam. de bonis damna.l. ſed ſi alia. & iunge infra proxi.§.

ITEM ſi quis. In gloſſ. q.d. idem videtur in deportato. nam ſibi quærit, poſt deportationem.ff.mandati.l. ſi mandauero.§. is cuius. de leg.3. ſi deportati ſeruo. Præterea non amittit illa,quæ ſunt iuriſgentium: vt ſupra dictum eſt, ſed in damnato in metallum, poteſt eſſe glo. vera.

1 *Actio directa quando habet contrarium.2.3.*
4 *Societatis actio duplex, & vtriuſque locus & 5.*
6 *Famuli damnum quando, an & præſtet dominus.*
7 *Societati ob prodigalitatem renuntiandum.*

a SOCIVS. a In glo. quæ eſt directa. ibi,§. ex quibuſdam.
b b ſed cur non eſt directa,& contraria,ſicut mandati,& depoſiti? dixit Petr.de Bellaper. quòd vbi ſunt alia officia trahen-
1 tium: tunc eſt reperire directam, † & contrariam, aliud eſt enim officium mandantis: aliud mandatarij. Item aliud deponentis: & aliud depoſitarij: & ideo eſt reperire directam, & contrariam, non ſic inter ſocios, quòd vterque principalis,& vterq; tendit ad lucrum: & ſic vterq; habet directam. Sed contra: quia diuerſa ſunt officia emptoris,& venditoris, & ex vno contractu oriuntur duæ actiones, & quælibet eſt directa gloſ. facit vim in nominibus.ff. de actio.& oblig.l.conſenſu. quòd vbi eſt vnum nomen vt ſocius, eſt directa. Sed vbi nomen deſcendit a nomine, vt mandatarius, a manda-
2 te, vna eſt directa, alia contraria. † Sed hoc non eſt verum: quia in tutela eſt vnũ nomen, videlicet tutor. & tamen ſunt duæ actiones, vna directa, alia contraria: propter quod dicas,quòd in contractibus,in quibus vna pars tantum alij ob-
3 ligatur ab initio de ſui natura,eſt reperire directam,† & contrariam,vt in depoſito, mandato, pignoratitia,& alijs in quibus ille, qui tenetur directa ſtatim de natura contractus obligatur, vt depoſitarius, & creditor ad reſtituendum: mandatarius ad implendum mandatum, ideo iſte tenentur directa,quia contractus natura hoc habet. Sed quod ipſi obligentur,hoc prouenit poſt contractum initum,& ex quodam accidenti, idcirco datur contraria, non prima directa, cum nõ ſit ab initio nata,de natura contractus, nec obligatio ad eam gignendam, ſecus in ſocietate, vbi ab initio de natura contractus vnus alij obligatur, & æque principaliter, ideo æque competit actio. Sed hæc ratio poteſt impugnari per illa,quę dicam infra mandati.§.recte. vide ibi. & caue, quia in actione pro ſocio. credo, quòd oritur vna ſola,quæ vtrique competit, vt patet in §.ex quibuſdam. alleg. in gloſ. bene tamen reperitur quandoque vtilis, vt ff.de ijs qui dene.l. perceptione. In fi. eiuſdem gloſſ. dicas, quòd ille caſus non eſt ſpecia-
4 lis. Vnde actio † pro ſocio quandoq; datur pro ſingularibus, vt res empta ponatur in communi.ff.eo.l. ſi quis ſocietatem. non enim alter alteri quærit. ff. de fur.l. ſi quis vxori.§. ſi ex duob.niſi ſint correi.ff. de arbit.l. ſi duo. ſi quis cau.l. ſi duo. de lib.le.l.4.§. fin. vel niſi ratum habeat factum ſocij.ff. eo.l. iure. vel niſi ſit magiſter ſocietatis.ff. de pac.l.item magiſtri. & hoc ſingulare oritur durante ſocietate.Verbi gratia coiuimus ſocietatem ad emendũ aliquid, & mercandum, ego ſolui totum pretium,agam pro ſocio, vt reddas medietatem durante ſocietate.C.eod.l.2.& idem in pluribus caſibus, vt patet.ff.eo.l. cum duobus.§. idem reſpondit. cum.§. ſequenti.
5 alias eſt ſub l.ſi inter fratres. † Sed generalis oritur finita ſocietate,vt d.l.tandiu. & ibi per omnes. & iunge infra titu. 2. §.item ſi inter aliquos. in glo.niſi aliter. in fin. Sed ſi vnus lucrum fecerit in vna re, per diligentiam ſuam, & alius, damnum per culpam, non fit compenſatio.ff. eod.l. non ob eam.
6 † Pet.quærit hic,ſi famulus alterius ex ſocijs dedit damnum, vtrum dominus eius teneatur? ipſe diſtinguit,an famulus ſocij fuit talis, de quo præſumebatur, quod faceret damnum, & tunc teneatur; alias non. alleg.ff. commod.l. eum qui.§.fi. locati & cõducti.l.videamus. iunge infra de noxa.circa prin. Et hæc faciũt ad illam quæſtionem, ſi mittam tibi pecuniam per nuntium,& eam perdit,cuius periculo perditur? de quo no.ff.eo.l.non ob eam. in qua diſt. vt ibi no.faciat ad hoc eo. titu.l.de illo.§.1. in gloſſ. ante. in fin. Ego credo, quòd hoc idem in ſocio. nam ſi diligentior factus ſit ſolito,credo quòd debet talem diligentiam, qualem nunc. ſed ſi negligentior, vel non diligentior, qualem ante alias eſſet mala fides. In glo. ſic ſupra in fin. Quid ſi credebatur diligens, & ſapiens:
7 nunc apparet prodigus? poteſt † dici, quòd ſi fuit ab initio iuſtus error,vel ſi mutauit ex tunc conditionem ſuam in peius, quod poſſet renuntiare ſocietati.ff.de ſolu.l.ſi cum Cornel. de confir.tut.l.pater.& vtilitatem.C.de ſponſ.l.fin. Petr. dicit hic, quod ſi ſint plures ſcholares in eadẽ domo,& vnus vult introducere alium, alijs inuitis, quod non poteſt, vt ff. eo.l.quicquid. & ſi ſit vnus qui ſit rixoſus, & turbat alios,vel non vult facere ſeptimanam ſuam, alij poſſunt agere pro ſocio, vt compellatur facere quod debet per l.perceptione.ff. de his qui deiecerunt, ſæpius allegatam. Ipſe tamen audiuit a ſapientibus, quod haberet locum actio ex conducto contra locatorem, vt ipſe ageret contra ſcholarem ex locato.ff. ad leg.Rhodiam de iactu.l.2.§.1.Satis poteſt dici, quòd competat pro ſocio vtilis,vt dixi ſupra tit.1.§.fin. & agetur, vt expellatur.ff.eo.l.ſi conuenerit.§.fin.

a Adnotatio. Socius. Socius tenetur de leui culpa, vel de tali diligentia: qualem in ſuis rebus,eſt ſolitus adhibere.h.d.vſque ad fin.titu.
b §.ex quibuſdam. An, & quando detur actio directa, ab vtraque parte: vel vni directa, & alteri contraria, Ang.hic remittit ad glo. in l.conſenſu. in fin. ff.de act.& oblig.& ibi Bar. ſubſequenter ponit concluſionem Bart. ibi, conclude igitur. Item in 2.& 3.colum.format plures, vtiles quæſtiones: quas vide, apud eundem.

## *De mandato. Rubrica.*

*Proſequitur ordinem text. ſui non tractatuum.ff.& C.ſicut dixi ſupra titu.1.in Rubrica.*

O Mandatum

1 *Mandatum tua gratia non ſuperfluere.*

a MANDATVM. a In glo. imo videtur. in fin. ſic videtur, quòd diuiſio text. ſit inſufficiens. Sed videtur poſſe dici, quod vbi mandatur gratia mea, tua, & aliena: mandatũ tuum eſt ſuperua-
1 cuum, igitur ſupereſt, mea, & aliena.† Sed certe ita potes dicere, quãdo mandatur tibi tua, & mea, vel tua, & aliena, quia quo ad te facit membrum, & non eſt ſuperuacuum, & tamen deberet eſſe ſuperuacuum, ſi reſponſio illa eſſet vera. Sed poteſt dicere, quòd in exemplo. Ioan. eſt ſuperuacuum, mandatum quo ad te, quia quo ad te, & partem tuam, eſt tantum tua gratia, conſiderata parte tua, quæ per ſe debet conſiderari. ff. de condi. & demon. l. qui hæredi. §. fi. de ſtip. ſeruo. l. proinde. §. 1. Sed vbi mando tradi pecuniam ſub vſuris gratia tua, & mea, vel tua, & aliena, non eſt conſiderare talem partem intellectiuam per ſe, quæ tantum tua, ſit nõ coniungas multa hic. In gloſ. ſcilicet mandantis. in fin. quia habebit duos obligatos, quod eius intereſt. ff. de lib. leg. l. 3. In gloſ. ſcilicet fideiuſſor. non tamen præſumitur nouatio in dubio. C. de nouatio. l. fi.

a Adnotatio. Mandatum. Ponit hic Ang. quando quis ex conſilio obligetur, ibi, in glo. obligatio.

1 *Conſulens, quando, & an teneatur. & 2. 5.*
3 *Teneri non contradicentem.*
4 *§. plane. explicari.*
6 *Mandati, & conſilii diſcrimen.*

TVA Tantum. In glo. no. bonam regulam. in fin. de hoc extra de reg. iur. c. nullus eſt conſilio. bene poteſt ſic diſtingui, aut conſilium datur cõtrahenti, aut delinquenti. Primo
1 † caſu, aut non erat alias contracturus, & tenetur ff. eo. l. ſi remunerãdi. §. ſi tibi. ver. plane. de hoc vide plenius infra in additione, ſcilicet illa. aut erat alias cõtracturus, & tunc de fraudulento tenetur, vt l. quòd ſi cum ſcires. ff. de dolo malo. & l. 1. de proxe. & regula conſilij. de alio non, vt hic cum concor. ſecundum eum, & hoc niſi præberet conſilium, vt aduocatus, quia tunc tenetur de imprudentia, vt dixi ſupra ex quibus cauſis ma. §. eadem. & §. fin. vel intellige illum. §. plane. vt dicam infra, §. adeo. Secundo caſu, quando conſilium datur delinquenti, diſtinguit Dy. aut non erat alias facturus, & tenetur, vt l. non ſolum. ff. de iniur. aut erat facturus, & tunc aut præbuit conſilium, & non opem, & tenetur, aut opem ſine conſilio, & non tenetur, aut conſilium & opem: & tene-
2 tur ſecundum eum. † Sed obſt. quod ex ſolo conſilio non teneatur, de quo articulo ſolum hic agitur. & l. ſæpe. in fin. ff. de verb. ſign. ff. de fur. l. ſi quis vxori. §. neque verbo. glo. videtur velle in d. l. ſæpe. quòd ex ſolo conſilio teneatur furti, ſi fur non erat alias facturus. & idem videtur velle in d. §. neq;. Ego credo, quòd in actione furti ſit aliquid ſpeciale. nam furtum non committitur ſine contrectione, & ideo non credo, quòd dando conſilium ſolum verbale, quis committat furtũ, niſi opẽ tulerit, vt dictis legibus. Nec diſtinguo, an eſſet alias facturus, vel non. nec video, quid mouit gloſ. & Dyn. ad di-
a ſtinguendum. a In alijs criminibus credo ſimpliciter, & indiſtincte, quod conſulens tenetur illi, qui damnificatus eſt, quia tale conſilium non poteſt eſſe, quin ſit fraudulentũ, & de conſilio fraudulofo quis tenetur per regulam iuris, vt patet extra de homi. c. ſicut dignum. ibi plene per doct. ſed non tenetur ei cui dedit conſilium infra. eo. §. illud. ff. eod. l. ſi remunerandi. §. rei turpis. & hoc vbi factum, & leſio fuit ſubſequuta. alias ille, contra quem datur conſilium, agere nõ poteſt, cum ſua nil interſit. ff de iniur. l. item apud. §. ſi curauerit quis. niſi in caſu. C. de fur. l. ſi quis ſeruo. infra de oblig. quæ ex deli.
3 §. vnde. Quid ſi non dedit † conſilium: ſed quando tractabatur fuit præſens, & non contradixit? Videtur teneri, & vide quod notatur extra de homi. c. Petrus. & vide infra de oblig. quæ ex deli. §. interdum. & quod ſcripſi C. de epiſ. & cle. l. raptores. In glo. non aliter. ibi, cum diſtinctione, ſcilicet illa: an eſſet alias facturus, vel non. & hanc ſequitur Azo, in d. §. pla-
4 ne. & † caue, quia ibi loquitur in mandato, & ideo ſupple ſuper text. adeo hæc vera ſunt, vt ex mãdato facto, gratia mandantis, quis non obligetur, vnde credo, quòd iſte §. non obtineret, ſi mandans non mandaret, ſed conſuleret. Verbi gratia conſulo tibi, quòd mutues pecuniã ſub vſuris talib. nam tunc
5 non credo, quòd † conſulens teneatur, etiam ſi alias facturus non eſſet, niſi appareret de fraude, nam licet verbum mãdo, ſit verbum obligatorium. quando alias facturus non eſſet, tamen verbum conſulo, non eſt, niſi fraus intercederet in regula conſilij. Et ideo ſalua reuerentia Dyn. & aliorum, hæc iura nihil faciunt ad regulam conſilij, nec per hunc. §. debuit diſtingui. imo eſt vera indiſtincte regula, quando cõſulitur contrahenti. nec §. plane. nec. l. 2. ff. eo. nec iſte §. quicquã faciunt. nam loquuntur in mandante, non conſulente, inter quos eſt differentia, quando non erat alias facturus. & hoc directe dicit iſte. §. quando mandatur mere gratia mãdatarij, magis eſt conſilium, quam mandatum, & ob id non eſt obligatorium:
6 & nemo † ex conſilio mandati obligatur. expreſſe concludendo, dico quod conſiliũ non obligat, ſed mandatũ obligat, vbi non habet mere naturam conſilij, quia nõ erat alias facturus, quia ſi haberet mere naturam conſilij, non obligaret, & hunc credo eſſe intellectum huius verſic. & verſic. plane.

a Adnotatio. Diſtinguendum. Vel dic ſecundum Ang. quod vbi ſonat in delictum, non adhibetur diſtinctio, an dolo præſtiterit conſilium, vel alias eſſet facturus, an non l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. ſecus vbi non ſonat in delictum: vt l. quod ſi cum ſcires. ff. de dolo malo.

1 *Mandatum turpe non tenet.*
2 *Sociatus arma perdita non luit.*
3 *Arma commodans, non recuperat.*

ILLVD. In gloſ. etiam ſi iuramentum: ibi cum allegat,
a vt in auth. ſcenicas non ſolum. §. 1. a idem iure cano. extra de
b reg. iur. c. non eſt obligatorium. lib. 6. In fi. b e. glo. opp. ff. de
1 in rem ver. l. 3. §. necnon. dici poteſt, † quòd mandatum rei turpis tendentis ad damnum tertij non tenet, ſed vbi tertius non damnificatur, & eſt turpitudo tantũ ex parte ſe obligantis, tunc tenet, & valet obligatio, niſi in minore, vt l. ſi vero non remunerãdi. §. ſi adoleſcens. & in prodigo. ff. pro empto
2 re. l. ſi is, cum ſciret. Vel dic vt ibi no.† Pone ergo, quod ſcholaris, qui habebat diſſentionem cum alio, mãdauit tibi, quòd venires cum eo cum armis, veniſti, perdidiſti arma, quia forte clientes, aut ſeruientes abſtulerunt tibi, qui ſemper inimicantur ſcholaribus, maxime propter mulieres, nunquid mandans reddere tenetur? Videtur quod non. quia turpiter faciebatis ambo. & in l. Iulianus. de vi publi. incidebatis. & hoc indubitatum, vbi mandauit [tibi,] pro aſſaliendo, ſeu inuadendo. Sed quid ſi pro ſe defendendo ſi inuaderetur, quod videtur licitum, iuxta ea quæ ſcripſi ſupra de iure na. §. ius autem gentium? videtur idem. ff. eo. l. inter cauſas. §. non omnia. de hoc C. ad leg. Iul. de vi publi. quoniam multa. & ibi ſcripſi. & ibi gl. videtur tenere hanc partem, & facit quod no. ff. de neg. geſt. l. quæ vtiliter. Inno. tenet contra, extra de iureiur. c. ſi-
3 cut. & infra mandatario. † Sed in commoditate, dicit bene, quòd non recuperat. ff. commo. l. ſi vt certo. §. in locatario. vt l. ſi quis domum. §. fi. ff. locati. l. quis domum. & §. nõ omnia. intelliguntur in damnis, quæ non erat veriſimile poſſe euenire. dic plene, vt ibi. & vide quæ ſcripſi in d. l. quoniam.

a Adnotatio. §. 1. vide Angel. hic, quærentem quid ſit contra bonos mores in glo. obligatorium.
b In fin. Dic hoc verum, quando lædit tertium, alias valet etiam ſine iuramento. Angel. hic.

1 *Voluptariæ impenſæ, quando repetibiles.*
2 *Mandati fines quando excedendi. & 3.*
4 *Cauſarum recepta una ſola cognoſcenda.*
5 *Mandatum, quando, & an exceſſibile.*

a IS QVI. a In glo. ſed nec certe. in fin. b ſed ibi videtur
b fuiſſe ſpecialis prohibitio, ideo nil videtur facere cõtra Marti. vnde opinio Marti. nititur magnæ æquitati, nam iniquum videtur, quod quis locupletetur cum aliena iactura. ff. de inſtitu. l. ſi quis. §. fina. In hoc tamen videretur dicendum, quod

ꝙ ſi expenſum fuerit in irrecuperabili, ſicut in voluptarijs
picturis,vel monumento,ꝙ tunc obtineat opinio gl.& doct.
1 Sed vbi res † extat,& bene valet pretium, de æquitate debet
dari exceptio, vbi non fuit prohibitio expreſſa, & ſpecialis.
Item opponitur contra hunc §.ff.de relig.l.at ſi quis.§.idem
Labeo.Solu.dicas, quòd iſte §. cum concord. non obtineret
in cauſis pijs,& neceſſarijs.Verbi gratia, tu qui diues homo
2 es † mandaſti mihi, quòd tuos alerem liberos, & non darem
eis, niſi obolum panis, & aquam, qui panis non ſufficeret ad
quartam partem victus, ego alui, & dedi ſufficientem victum: certe inquiſsimum eſſet, ꝙ non repeterem, vt d.§.&
breuiter, vbi tranſgredior fines mandati in caſu,quo tu neceſſe haberes facere,& eſſet crudele non facere,non obtinet
iſte §.imo ſi te inhibente fecero, poſſum agere: vt dicto §.
3 †Item credo,ꝙ nõ debeam ſeruare fines mandati,vbi mãdas
mihi aliquid, & ego ſcio te errare, & te maius ius habere.
Verbi gratia, feciſti me procuratorem generalem,mandans
mihi, ꝙ exigam tm̃ a Titio, in quo tibi tenetur,apparet mihi,quod in plus tenetur,certe totum debeo exigere,& generaliter vbi mandãs damnũ tuum, & ego credo te errare,non
debeo ſeruare fines mãdati.C.de ca.lar.ti.libro 10.l.fi.ſed debeo ius tuũ, quale habes proſequi, ſi mãdatum ſe extẽdat ad
4 hoc,vel tibi reſcribere.& † facit, quod ſi plures cauſæ contineantur in appellatione, & curia vnã recipiat,committendo
cauſam, nec de alijs faciat mentionem, quod delegatus non
poſſet cognoſcere de alijs non contentis in reſcripto, quamuis contineatur in appellatione.de hoc no.Io.And.in nouel.
de appe.c.cũ cauſam,& facit quod not.in auth.de iudicibus.
§.audient.ff.de dam.infect.l.4.§.duas.Item facit,quod ſi cui
mãdetur,qđ prouideat alicui de beneficio certi valoris,quod
poſsit prouidere de beneficio minoris valoris,quia in maiori ſumma &c.vt hic, & ver.quod ſi minoris.Hoc non eſt verum,imo contrarium eſt expreſſum,extra de prebẽ.c.cui nõ
de ſacerdotali.lib.6.qđ ca.vr̃ obſtare huic §.Solu. & aduerte:
quia in hoc aperitur valde intellectus huius §. Interdum
5 † quis mandat ſuũ negotium,quod tẽdit ad damnum,vel vtilitatem ſui: & tunc obtinetis ver.quia mandatarius nõ debet
mandatum tranſgredi,ſed intra fines poteſt melius & vtilius
facere, interdum mandatur aliquid, quod tangit præiudiciũ
tertij,& non mandantis,nec mandatarij,vt in caſu illius capituli.ibi.n.præiudicatus illi, ad quẽ pertinet collatio beneficij,tunc debet in terminis ſuis teneri,tanquam odioſum,nec
debet ampliari.nec reſtringi,quamuis forte eſſet vtile illi tertio,in odium impetrantis mandatum, vt d.ca.quod declarat
hunc ver.Item conſueuit quæri, an vbi plura mandantur,debeant exequi ſecundum ordinem ſcripturæ, alias ſit proceſſus nullus, de quo reperies ſatis per Archid. extra de officio
deleg.c.ſtatuimus lib.6.

a Adnot.Is qui.Mandatarius,non debet excedere fines mandati:& quatenus excedit,non habet actionem mandati.h.d.Ange.
b In fi.Vide hic diſt.prolixam, quam ponit Ang.in ver.in gl.actionum.

1 *Actionis cauſa.*
2 *Mandati actio generalis.*
3 *Conſenſu ſtatim obligamur.fallit.4.*
5 *Cauſam ſuperuenire ſat eſt.*
6 *Ceſſante intereſſe, actio ceſſat.*
7 *Res integra.*
8 *Pœnitere quando & an liceat.& 11.*
9 *Agendum ſine intereſſe non eſſe,qui accipiendum.*
10 §.*Recte ſenſus.*
11 *Gratia ex cauſa reuocatur.*

a Recte. In gl.ſpeciale.ibi,cum alleg.§. mandati. [a] idem
in commodato,depoſito, ſocietate & precario, vt ibi not.&
idem in contractibus innominatis.ff.de condict. cauſa da.l.ſi
pecuniam.dic vt ibi.& hoc niſi ſapiant donationem,vel tranſactionẽ.C.de tranſact.l.quamuis.ff. de dona.l.Ariſt.& idem
in caſu ſpecialiſsimo.in feu.de feu.guar.ca.1.de nau.feu.c.1.
1 de feud.da.mi.valua.cap.1. † Et not.quod non naſcitur hæc
actio, niſi cum intereſt, vt hic notatur & probatur in d. §.
mandati.cum §.ſeq.Sed videtur.quod nec tunc, ſed demum
finito mandato ad inſtar ſocietatis. C. pro ſoc.l. tandiu. Di-
2 cas, quod eſt reperire actionem mandati † generalem, vt
quando mando geri generaliter negotia mea, & de illa poteſt dici,quod demum oritur finito mandato, inſtar tutelæ.
ff.de tut.& ra.diſtra.l.ſi tutor.§.fi. Item ſingularem pro ſingulis negotijs,vel preſtationibus ſingulis,& iſta ante mandatum finitũ, vt d.l.tandiu.conſueuit dici in actione pro ſocio
vt s̃.ti.1.§.fi.Sed contra eſt euidenter s̃.de oblig.ex cõſenſu.
vbi dicitur,quod ſufficit contrahentes conſentire,neque aliquo alio opus eſt,tu autẽ dicis mihi,quod opus eſt,quod interſit, & tunc demum actio naſcitur,& ita ſupponis intereſſe, potius cauſam huius actionis,quã conſenſum,quod eſt abſonum.Præterea, ſecundum hoc conſenſus ab initio nullam
parit obligationem efficacem, & ita erit ſimile mandatõ contractui innominato:vt ſicut in illo cõſenſus parit actionem,
demum re ſecuta,ita & in iſto, demum intereſſe ſecuto,vt l.
3 ex placito.C.de rer.permu.id † videtur contra mentem textuũ,& iurium.Poteſt dici, quod in obligationibus quæ conſenſu contrahũtur ſtatim per conſenſum,contrahitur obligatio,& naſcitur actio ad complendũ, quod conuenit,vnde ſicut in emptione contrahitur obligatio ſtatim efficax ex parte venditoris,vt tradat rem venditam, ex ea parte emptoris,
vt ſoluat pretiũ: ita in mandato cum mandatarius mandatũ
4 adimpleat.j̃.eo.§.mandatũ.Sed ſi†mãdatarius culpam committat ſucceſsiue,ex qua debeat teneri ad intereſſe, tunc incipit obligari. & naſci actio ad intereſſe illius,in quo cõmittitur, ſed bene verũ eſt, quod obligatio,& actio erant natæ ab
initio, ad illud de quo præexiſtebat materia,videlicet ad implendũ mandatũ,ſed nõ erat nata ad illud,quod nondũ erat,
ſed ad intereſſe,quod venit propter culpam,quæ nondũ contracta erat.Vnde pro ſingulis talibus,& pro temporibus quibus committitur,naſcitur ex conſenſu præcedente. ff.de admi.tut.l.tutorem qui tutelam gerit.& ita intelligi poteſt hęc
5 glo.& §.mandati.quem alleg.† Quid ergo ſi mandator egit,
antequam intereſſet, ſed poſt lit.conteſt.cepit intereſſe?dic
quod ſufficit.ff.eo.l.ſi mandauero tibi, vt a Titio.de pig.act.
6 l.ſi rem alienam.§.fi.†Sed quid econtra,ſi intererat tempore
lit.conteſt.ſed poſt deſijt intereſſe? Videtur quod nihilominus fiat condemnatio.ff.ſi quis cau.l.qui aũt.§.fi. de ſer. cor.
l.doli.§.fi.Sed contrariũ vr̃ verius,ſecundũ doct.per §. mandati.s̃.alleg.ad exhib.l.tigni.§.fi. Has quæſtiones mouent &
determinant docto.j̃.in fi.tit.in ſumma, & tñ de vltima videtur contra,per not.in l.tigni.§.fi. Sed opponitur,hic dicitur,
quod mandatum reuocari poteſt re integra, & dicitur res
7 † integra,[b] ſi mandatarij nõ interſit,quia tñ non poſſet reuo
b cari,ego oſtendo,quod idẽ eſt in quocunque alio contractu,
& ita nil ſpeciale in mandato, nec in depoſito, nec in alijs
ſimilibus in effectu,certum eſt, quod nullus poteſt agere ex
contractu,ẽt per ſe inito,niſi ſua interſit.C.de pact.l.ex conuẽtione.& C.ſine cen.vel.reli.l.1.ff.loca.l. qui fundum s̃. de
inuti.ſtipu.§.alteri.ſemper igitur alter de cõtrahentibus pœnitere poteſt,ſi alterius non interſit:cũ ille cuius nõ intereſt
agere nõ poſsit, nec compellere partem, & ſic pœnitere po-
8 teſt.†Vnde ſicut in mandato pœnitere non poteſt,vbi partis
non intereſt, ita & in alijs, & ſicut in illo pœnitere poteſt,ſi
non interſit,ita vr̃ & in alijs quibuſcunque.Cur ergo dicitur
ſpeciale in mãdato,quomodo intelligitur l.illa ſicut? Reſpõdeo,quod imo eſt magna diuerſitas in mandato, & alijs ſimilibus.nam ſi ego reuocaui mandatum antequam tua intereſſet,& poſtea tua intereſſe incipiat, ego nõ teneor, quia licitum eſt mihi per hunc §.non ſic in euictione,& venditione,
ſeu in alijs contractibus irreuocabilibus, nam ſi ego vendidi
tibi rem,& poſt mandaui,quod non faceres expenſas pro ea,
quia ego reuocabam, & tu nihilominus feciſti,teneor ad intereſſe,quia reuocatio nihil facit,cum fieri non poſsit, per l.
ſi cui.eſt ergo differentia magna, intereſſe ſecuto poſt reuocationem. Item & in multis caſibus alijs. nam ſi venditor
agat ex vendito, ad pretium contra emptorem,& emptor dicat,pœnitet me emiſſe,& tu nullum intereſſe habes,quia ita
poteſt vendere alij, ſicut mihi, non eſt bona exceptio, quia
non eſt licitum pœnitere. Item de non intereſſe venditoris non poteſt emptor excipere, quia venditor non agit ad
9 intereſſe,vnde illa iura,quæ dicunt†nõ poſſe agi,ni interſit,

loquuntur in actionibus, in quibus concluditur ad intereſſe:
quia tũc iuſte excipitur:agis ad intereſſe, tua non intereſt,er
go male agis.Sed vbi ego concludo ad pretium dandum,vel
rem promiſſam dandam:iura illa non tangũt, nec faciunt ad
propoſitum,nec opp.procedit in illa. Præterea in contracti-
bus in quibus non intereſt, illud, non poſſe agi,niſi contin-
gat,ꝙ pęnitere poſsit,ſed propter defectũ intereſſe.Vnde ar
gumẽtum nil facit contra, niſi conſiderato effectu:quia vt di
10 xi pœnitentia nil facit. † Itẽ cũ iſte §.generaliter loquatur,
ipſum generaliter intelligo,quacũque gratia mandatum fue
rit contractum.& ita not.in ſimili.ff.de condi.ob cauſam.l.ſi
pecuniam.in gl.no. niſi mandatũ contineret donationem.ff.
de do.l.Ariſto.Sed quid ſi in aliquo interſit, ſed tñ in modi-
co adhuc tẽpore reuocationis, ſed poſt mandatarius fecit ex
penſas alias, nunquid tenetur mandans in expẽſis factis poſt
reuocationem?vr̃ ꝙ ſic ſecundum hunc §.quia reuocatio nõ
valuit re integra,vt hic a contrario.non autem erat res inte-
gra,ex quo quantulumcunque intererat:vt infra proxi.§.no.
Et ſic videtur,quòd mandans ad omnes expẽſas teneatur, &
pro hoc facit l.quod Seruius. ff.de condi. cau.da. vbi non eſt
locus pœnitentiæ datis arrhis. ff.de procura.l.poſt litem.In
contrarium facit l.ſi pecuniam. ſupra alleg. vbi aperte con-
cluditur, ꝙ non obſtante hoc, ꝙ inceptum fuerat, eſt locus
pœnitentiæ,reddendo quod errogatum eſt: & tamen glo.vi
detur ibi cõtra tex.ſuũ:ſed illa glo. poteſt intelligi vbi vtriuſ
que gratia fuit contractmu:tunc enim ex quo inchoatũ fue-
11 rat,† nõ eſt locus pœnitentiæ:ſecus ſi gratia mandantis tm̃,
ſed ſi bene inſpicias,tex.loquitur vbi gratia vtriuſque.intel-
lige ergo hunc tex.ſecundum illum,vt poſsit reuocare ſoluẽ
do, ꝙ intereſt mandatarij,& hoc offerendo:ſed qñ morte re
uocatur,dicitur ſecus, ſi negotiũ eſſet ceptũ: quia mandata-
rius poteſt finire. & facit ad hanc differẽtiam ff.de ma.vind.
l.ſi pater.Quid ſi promiſit non reuocare,& iurauit?Non vi-
detur tenere promiſsio. ff. de preca.l.cũ precario.etenim ta-
les conuentiones ſunt contra naturam contractus. ff. de do.
cau.mor.l.vbi.ſed argu.contra ff.commod.l.in commodato.
ſicut, & hoc credo, ſi gratia vtriuſque mandetur:& maxime
attento rigore iuris canonici de ca.contingat. extra de iure-
iur.& l. cum precario.loquitur in caſu ſuo ſingulari , & ſpe-
ciali, videlicet precario, ꝙ habet in hoc ſingularem naturã.
Itẽ dic, ꝙ iſte §.obtinet in iudiciãlibus,quo ad reuocationẽ,
ſed in hoc repugnat: quia ibi reuocatur mandatum,quamuis
res non ſit integra.ff. de iudic. l. iudicium ſoluitur , & ratio
ibi notatur. Sed nunquid gratia alicui facta poteſt reuocari?
12 Verbi gratia,prælatus † fecit gratiam de non reſidendo ali-
cui beneficiato,vſque ad certum tempus:nunquid poteſt re-
uocare?Videtur ꝙ ſic ex cauſa:& non alias.extra de cler.non
reſi.c.cum ad hoc.& ibi de hoc per doct.Et idem vr̃ de priui
legio conceſſo, ꝙ concedens poſsit reuotare.& de hoc C.de
Iudæis.l.iuſsio.& ibi ſcripſi extra de iudi.c.nouit per doct.in
Spe.de inſtru.edi.§.nũc autem.ver.quid ſi imperatori.Quid
ſi pater dedit licentiam filiæ, ꝙ poſsit dare de dote ſua,nun-
quid poteſt reuocare? Videtur,quod ſic.ff.de manu vind.l.ſi
pater.qui & a quib.l.quæſitum.§.fi.iunge ſupra de obliga.ex
conſenſu.

a Adnot.Recte.Mandatum re integra poteſt reuocari : & re integra finitur morte:ſuccurritur tamen ei, qui ignorauit mandatum reuocatum. Ang.

b Res integra. Quando res eſt integram vel non. Vide hic Di.doc. & maxime Ang.in 2.col.ante me.in ver.in gl.adhuc integro.Item in ea.gl.in fi.Item in 3.col.circa fi.in ver.in glo.liberari.In fi.tractat quando reuocatio mandantis debeat peruenire in notitiam alterius.

1 *Mandatum morte extinguitur.* *Fallit.* 2.3.4.7.
5 *Procurator morte reuocatur.*
6 *Mandatum generale non ſoluitur morte, qui accipiatur.*
8 *Officiales an morte reuocentur.*
9 *Reformatores morte non reuocantur.*
10 *Saluagardia, quando & an morte reuocetur.*
11 *Mors in mandatis, qui accipienda.*
12 *Reuocati geſta nulla eius pœna.* 15.
13 *Reuocationis effectus.* 14.& 16.

ITEM ſi adhuc. Vel poteſt eſſe §. vel ver.ſub §. præce-
denti.Et dic , quod primo ponit duas regulas , ſecundo duo
dubia ſimilia determinat quæ ex illis regulis poterant iuſur-
1 gere † Prima regula eſt , quod morte mandantis [a] ſoluitur
a mandatum re integra concord.C.eo.l.mãdatum.ff.eod.l.in-
ter cauſas.in prin.Secunda regula eſt,quod etiam morte mã
datarij expirat re integra.ff.eo.l.ſi quis alicui.§. morte.eo.ti.
l.mandatum diſtrahendorum. Contra primam regulam op-
ponitur. ff. de inſtit. actio.l. ſi quis mancipijs. §.ſi impubes.
cum §.ſeq.gloſſ.ibi dicit,ꝙ eſt ſpeciale in inſtitore:Sed obſt.
ff.ſi cert.pet.l.eius qui in prouincia.glo. adhoc ſoluit dupli-
citer qñ dicit , ꝙ eſt ſpeciale in inſtitore. & hoc nihil valet,
quia in l.eius qui.poterat dici inſtitor,cum ad vnam re poſsit
inſtitui.ff. de inſtit.actio.l.quicunque.aliquando dicit quod
vbi inſtitor proſequitur officium ſuum, ſciente hærede,vide
tur re inſtitutus:alias non valet,quod facit poſt mortem , vt
d.l.eius qui.ſed hoc confunditur per d.l.ſi quis mancipijs.§.
eius contractus.vbi non erat adita hęreditas.Doc. conſueue
2 runt dicere,quod vniuerſale †mandatum non reuocatur per
mortem mandãntis,& ita trãſeũt,& nõ reſpondent ad l.eius
qui.quæ ſupponit mandatum reuocatũ. poteſt dici in l. eius
qui.qđ ex cõiecturata mẽte teſtãtis apparebat de reuocatio-
ne,ex eo quod ſtatim inſtitorẽ mutauerat dãdo ei libertatẽ,
ipſumque dñm in parte fecerat: & ideo non videbatur velle
cum in officio remanere, cum non poſſet eſſe ſuijpſius inſti-
tor, idcirco reuocatus videtur ex præſumpta mẽte teſtantis,
& hoc apparet hic in ver. huic ſimile. vbi reuocatur manda-
tum diſpenſatoris per manumiſsionem. ff. de ſol.l.quod ſer-
uus.& l.ſi quis ſeruo.& l.diſpenſatori , qui. Dic ergo , quod
mandatum vniuerſale non expirat morte mandantis, niſi ex
coniectura voluntatis mandantis morientis aliud appareret:
3 vt d.l.eius qui.†Item obſt.ff.de procu.l.ſi defunctus.glo.ſol-
uit ibi.quod ibi non erat res integra, quia dñs obligauerat ſe
pro eo.Doct.cõſueuerunt dicere, quod vbi intereſt comple-
ri mandatum poſt mortẽ,non extinguitur morte,per d.l.ſed
hoc non vr̃ de mente iurium indiſtincte.Præterea in l.ſi prę
cedente.ff.mand.vr̃ ita intereſſe cõpleri poſt mortẽ, ſicut in
l.ſi defunctus.ff.de procu. & tñ. ibi finitur morte , vnde ſol.
glo.plus placet.Item oppo.ff.eo.l. ſi vero non numerandi.§.
fi.ſol.vt ibi.Item ad l.fi.ff.de ſol.ſolue.vt ibi.Doct.conſueue-
runt dicere, quod aut mandatur tale quid , quod non poteſt
4 compleri, in vita, ſed poſt mortem,& † tunc non expirat.&
ita notatur.ff.de relig.l. at ſi quis.§.ſi cui.Sed hæc ſolutio nõ
vr̃ habere rationem. quæ enim ratio poteſt aſsignari,cur nõ
ſit in vno caſu, ſicut in alio? Præterea ſi in d.l.fi.tempus fuit
appoſitum, ad differendum, gratia debitoris, quod in dubio
præſumitur.ff.de annu.leg.l.eũ qui. alias incipit, Iabolenus,
ita potuit mandatum in vita cõpleri, ſicut poſt mortẽ, & ſic
lex illa obſtaret.Itẽ opp.contra id , quod dicit integro man-
dato,quia ẽt ſi non ſit integrũ: nihilominus reuocatur mor-
te extra de proc.c.procuratorem.§.fi.in cle.Sed ille caſus eſt
5 ſpecialis, quia ibi erat procu.a non domino † conſtitutus, &
ita crederem in procuratore conſtituto a tutore,vel alio ad-
miniſtratore, quod cenſeatur reuocatus per mortem conſti-
tuentis,vel alias,finito officio quantumcunque res nõ ſit in-
tegra.ff.de acquiren.hære.l.ſi per epiſtolam. Quęritur iuxta
hanc regulam,& eius determinationem.Aliquis fecit procu
ratorem generalem ad negotia,& cauſas,nũquid procurator
huius morte reuocetur?vr̃, quod non,quia uniuerſale ſeu ge
nerale mandatum non reuocatur morte,vt ſ.dictum eſt.Sed
6 ego hoc non credo.Vnde intellige quod†mandatum vniuer
ſale, non reuocatur morte , verum eſt , qñ quis ex mandato
inſtituitur in officio, quod ordinarium reputatur,vt quando
inſtituitur ad regendum tabernam , vel operatorium. Vnde
inſtitor cenſetur habere quaſi publicum officium , & ideo
non ſufficit ipſum ſimpliciter reuocare, niſi reuocetur palã.
ff.de inſti.l.ſed & ſi pupillus.§. proſcribere.Vnde poteſtas ta
lium morte non reuocatur,& ideo non reuocatur,iudex or-
dinarius morte inſtituentis, extra de offic.deleg.c.quamuis.
lib.6.Sed alia non ordinaria mandata, ſicut procuratio gene
ralis,videtur quod reuocetur in non cœptis.argu.ff.de neg.
geſt.l.nam & Seruius.§. ſi viuo Titio. & hoc videtur tenere
Arch.videlicet , quod procurator generalis reuocetur mor-
te,quo ad non cœpta,extra de procur.cap. qui ad agendum.
lib.6.

7 lib.6.in fi. † Quid ergo dices in legatis ad vniuerſitatem cau
ſarum ? Spec.videtur dicere, quòd non reuocentur morte vt
in Spec.de deleg.§.reſtat.ver.item mortuo.nu.4.& ver.quid
ſi delegatus ignorans.nu.5.quòd credo verũ,ſi ſit quaſi ordi
narius, ꝙ vix reperitur,alias cõtra per præmiſſa. extra de off.
deleg.c.licet. vide ibi. & quæ notant doc. extra de reſcr.c.pa
ſtoralis. & pro hoc extra de hære.c.ne aliqui.lib.6.vbi eſt ſpe
ciale,ꝙ commiſsio officij inquiſitionis non reuocetur: & ta-
men ibi erat commiſſum ad omnes cauſas , quæ emergerent
tangentes fidem. & ita ſupponitur ꝙ in contrariũ ſi ius com
8 mune,& quod inquiſitor non eſt ordinarius. † Quid de offi-
ciali epiſcopi ? doc.iuris cano.dicunt ꝙ reuocatur. & tamen
dicunt eum ordinarium,vt no. Arch.extra de off.6.c.2.lib.6.
quod eſt contra præmiſſa. Sed poteſt dici, ꝙ officialis repræ-
ſentat perſonam epiſcopi,& idem auditorium eſt vtriuſq;,&
eadem iuriſdictio,extra de conſuet.c.non putamus.li.6. ideo
ſimul extinguitur. Sed nos loquimur in ordinario,qui habet
iuriſdictionem formalem, aliam ab inſtituente, & ex ſe.ff.de
iur.om. iud.l. & quia. & talis eſt vere, & propria ordinaria,
nec reuocatur morte . & per hoc poteſt reſponderi ad aliam
quæſtionem,an vicarius reuocetur morte domini ſui. Et po-
teſt dici,quod ſic,& hoc tenet Hoſt.extra de off.vic.c.pe. Vel
poteſt dici,quod ſic. ſecus in officialibus prælatorum,& alio
rum,quia ſicut eorũ procuratores reuocantur re integra,per
eorum mortem,contra ius commune, vt s̃.dictum eſt : ita &
alij officiales,ab eis conſtituti.& ideo poſſet dici, quod iudi-
ces & balliui baronum non reuocentur per mortem eorum ,
quamuis dicti balliui habeant quaſi omnimodam conformi-
tatem cum officialibus epiſcoporum,quia barones, qui inſti-
tuunt ſunt domini,prælati non. De ſeneſcal.regijs non vide-
tur dubium,nec de balliuis,quia illi ſunt vere ordinarij,ſicut
9 præſides prouinciarum. † Sed quid de reformatoribus , qui
mittuntur de curia Franciæ ad prouincias reformandum ? nõ
video quòd duret eorum officium poſt mortem mittentis,cũ
debeant ad inſtar legatorum & proconſulũ reputari,vt ca.2.
10 extra de off. deleg. lib.6. † Quid de guardiatoribus, & ſalui
guardijs datis per regem,nunquid morte regis reuocantur ?
Videtur quaſi expreſſum ꝙ ſic,extra de off.deleg.c.fin.lib.6.
Sed poteſt dici,quòd illud in conſeruatorijs, ſeu ſaluis guar-
dijs,ſimplicis iuſtitię,videlicet ꝙ quis conſeruetur a vi,& po
tentia,& iniurijs manifeſtis , ſed ſi ſalua guardia daretur per
modum gratiæ,& in ea adijcerẽtur verba gratiam ſapientia,
crederem non reuocari morte concedentis.eo.tit.c. ſi ſuper.
hoc autem poteſt percipi ex multis. quando adijciuntur ver
ba,quæ non ſunt de ſimplici iuſtitia,vel ſi adijciatur hoc ver
bum conceſſum de gratia ſpeciali,vel dicat imperpetuũ, vel
3 rium, eſt ius commune. † Qui vult ſuſtinere gloſſ. poſſet reſpondere, quia quædam ſunt crimina, quæ habent pœnas taxatas. & in illis loquitur gloſſ. quia ſi excedunt relegationem. non admittitur procu. alias ſic, ſed quædam ſunt, quæ non habent pœnam taxatam, ſed pœna eſt in arbitrio iudicis, & in illis eſt vera opinio doct. quia poteſt eſſe, quod poterit excedere pœnam relegationis: & ideo propter incertum, non admittitur proc. quia neſcitur, an excedat pœnam relegationis, vel non. argu. ff. de iur. om. iud. l. idem. §. fina. & ita potes concordare gloſſ. & doct. & de hoc. ff. de pub. iud. l. pe. §. ad crimen. & ſcripſi C. de proc. l. 2. vide ibi. Illud vero no. ꝙ actio iniuriarum ciuilis poteſt per procu. exerceri, & ſine ſpeciali mandato. ff. eo. l. non ſolum. §. agere. & l. ſed ſi vnius. §. procuratorem.

a Adnot. In gl. Vide hic Ange. qualiter arbitrium iudicis in pœna extenditur vſque ad mortem. vide eum in ver. in gl. extraordinaria. & vide eum vſque ad finem. §.

NON Solum. In gloſſ. ſed videtur. in fine. dic vt in qualibet plene dixi. & not. ꝙ punitur pari pœna. ff. de iur. fiſ. l. 2. §. diuus. quia par delictum, C. de epiſco. & cle. l. ſi quenquam

in fine legis: nec vnus alium liberat.C. de autho.tuto.l.non ideo minus.

1 *Reconciliati qui non cenſendi.*
2 *Iniuriarum agit odio non habens.*
3 *Iniuria qui diſſimulatione ſublata.*
4 *Iniuriandi animus quando non probandus.*

HAEC Actio. In gloſſ.vt ſi riſi, ibi poſtea.hoc verum, ſi.
1 motu proprio.Quid enim, † ſi ambo fuerunt inuitati ad magnum feſtum, & forte fuerunt poſiti ad vnam menſam, vel ſimul? Non crederem reconciliationem factam,quia ex quadam honeſtatis neceſsitate, habuit hoc facere,& idem crederem,ſi recipit eum ad oſculum pacis,in eccleſia,nam non potuit ſalua honeſtate refutare,extra de ſentent.excomm.ca.fi. in cle.In gl.id eſt aboleuerit.ibi: & ei non reconcilietur.ff.de adi.le.l.filio.§.Seia. In ea.gloſſ. ibi cum allegat vt C. ad leg.
2 iu.repe. In hac q.poteſt dici, quod ſi remiſit rancorem, † & indulſit propter ſaluationem animæ ſuæ,non videtur remittere ſatisfactionem iniuriæ, & ideo ſine dubio agere poteſt. imo, & etiam ſine infirmitate, quilibet bonus Chriſtianus, debet rancorem ſtatim remittere, pro hoc non minus agit iniuriarum, alias nullus bonus Chriſtianus agere poſſet iniuriarum.quod eſſet abſonum,& iniquum.& de hoc no.90.diſtin.c.ſi quis contriſtatus. in glo.magna.extra de male.c. 1.in gl.pe.& de ho.c.2.lib.6.& in Spec.de treu.& pa.verſ.item & no.nu. 2.& de hoc per doct.extra eo.c.olim.Sed quid, ſi quis remiſit iniuriam, nunquid poteſt agere ad damna? Satis videtur quod ſic, extra.eo.tit.ca.in noſtra.& de hoc in Specu.de
a accu.ver.quid ſi vulneratus. nu.6.In ead.gl.in fi. [a] hæc opin. eſt Py.& tamen opin.Azo. fuit contraria.dicebat Azo, quod hæc actio diſsimulatione tollitur,ſiue ab initio, ſiue ex interuallo: vt not.in ſumma huius tit.Py.dicebat, quod ab initio
3 † diſsimulatione tollitur:ſed non ex interuallo.Hanc opi.videtur hic ſequi glo.& Pet.de Bel.pert. multo minus tolletur diſsimulatione, ſi lis eſſet conteſta.vel citatio facta.& de hoc not.Hoſt.in d.c.olim.& facit.ff.eo.l.non ſolum.Item videtur hic obtinere, ſiue ſit iniuria realis, ſiue verbalis,cum loquatur indiſtincte.Item conſueuit quæri, circa hanc materiam,
4 an actor debeat ponere, & † probare, ꝙ animo iniuriandi. &c. & conſueuit dici ꝙ non. ſi factum, vel verbum ſit de ſe iniurioſum, alias ſi ironicum, ſic.vide C.e.l.ſi non conuitij. dic vt ibi per doct.

a Adnot. In fi.Vide Bar.in l.ſi tibi.§.quædam,nu.3.ff.de pactis.

## *De obligatio.quæ ex quaſi delicto naſcun.* Rubrica.

1 *Iudex quando puniendus, & ob quid.*
2 *Iudicis, & medici diſcrimen.*

a SI IVDEX. In gloſ. ſiue ſit. in fi. [a] Dic melius vt ibi no.ſequendo Azo.In gl.id eſt.controuerſiam.ibi cum alleg.de poe.iud.& in veram æſtimationem condemnatur, vt d.l ſi filius.in fin. In fi.eiuſdem glo.vel dic,quod non tenetur in caſu,quo eſt iuratum,vt not.in l.fi.ff.de va. & extraor.cogn. & hanc videtur ſequi Specu.tit.de arbi.§. 1.ver.ſed ſi arbiter cum verſ.ſeq. Sed quid dices de aſſeſſo.ſeu conſiliario? Spec. videtur tenere idem:titu.de aſſeſſo.§.pœna.num.1.& 2.Sed quid de auditore ſeu referendario examinatore teſtium? Vitur idem, cum ſit eadem ratio. & idem videtur in notario, qui imperite fecit inſtrumẽtum, cum teneatur ſcire iura.C. de tab.l.generali.iunge ſupra qui & ex qui.cau.§.fi.Sed bene concedo, quod illi non tenentur pęna illius.c.cum eterni.de ſen.& re iud.vt ibi no.Archi. quia ibi apponitur exaggeratio pœnarum.quæ non ſunt extendendæ,vt l.pen.ff.de poen.ſed hoc licet ſit pœna quo ad ſoluentem, non tamen quo ad re-
1 cipientem. quia ſuum recipit intereſſe. † In glo.vt ſi dubitauerit. vult dicere gl. ꝙ non condemnatur ad veram æſtimationem litis hoc caſu, quando per imprudentiam. Quid, ſi condemnauit hominem ad mortem iniuſte per imprudentiam, & executus eſt? Credo, quod hæc lex debeat obtinere: videlicet, quod arbitrio iudicis ſit puniẽdus.ſi tñ per dolum: tenetur lege cor.ff.ad le.Cor.de ſic.l.1.§.1.Quid, ſi pars appellauit, & non eſt proſecuta, nunc vult redire contra iudicem,nunquid pōt? Non videtur:ſed ſibi imputet.quia non videtur damnum ſentire, quod quis ſua culpa ſentit.ff.de procu.l.qui proprio.§.procurator.in fi.de euic.l.Herennius.§.fi.
2 Contrarium videtur tenere Inn. extra de appe.c. ſæpe † Sed cur iudex, male per imprudentiam iudicans, non tenetur ex maleficio,ſicut medicus, qui maleſecat,qui tenetur l.acquir. quæ ex maleficio.ſupra ti.2.§.imperitia? Pet.de Bel. pert.qui ſolum tangit hoc hic, dicit, quod Azo dicit, quod ſecare eſt maleficium, ſed iudicare non.ſed ipſe dicit, quod ſecare non eſt maleficium,ſicut nec iudicare ſed male ſecare,& male iudicare, ſunt maleficia.Ipſe autem reſpondet, quod medicus, & aduocatus, ſuſcipiendo curam officiorum ſuorum,videntur ſe affirmare peritos, ſed iudex non ideo habet quandoq; adminiculare ſibi aſſeſſores.Præterea,prima duo ſunt officia voluntaria: ſed officium iudicis eſt neceſſarium.ff.de mune.& hono.l.fi.§.iudicandum. hæc eſt veritas, quia iudex habet neceſſario iudicare,ille autem non habuit neceſſario,ſecare, niſi vellet.

a Adnot. In fin.Iſte titulus, non habet locum quando iudex per dolum,vel corruptelam tulit ſententiam, quia tunc tenetur proprie ex delicto. vt not. Bar.in l.ſi filiusfa.iudex.ff.de iudi.

1 *Armis delatis non puniendus peregrinus.*

ITEM Is. In gl. hoſpes in fi.per hanc gl. conſueuit dici,
1 ꝙ ſi ſtatutum villæ dicat,quod † qui portat gladium acutum ſoluat certam pœnam,ꝙ ſi reperiatur aduena ignorans portare, ꝙ ipſe non debeat pœnam ſoluere, quia ignorabat: ſed hoſpes ſuus, qui non certificauit.ff.de decre.ab ordi.fa.l.fi.in tex.quia plerumque.Si tamen ipſe deiecit, tenetur ex maleficio infra eo.§.exercitor.

CVI Similis.In gl.ideo in fi.Sed cui applicabitur hæc pęna? gloſ.dicit,quod medietas parti, & medietas fiſco.ff.de ijs qui deie. vel effu.l. ſi vero.§. hæc autem actio.verius tamen videtur,quod applicetur parti.ff. de ver.ſig.l.ſi cui.de ſepul. vio.l.3.de liti.l.fi. In gl. quia difficilium in fi.habebitur etiã conſideratio ætatis, & fiet vna æſtimatio arbitraria, iuxta l. hæreditatum.ff.ad leg.fal.

1 *Familiæ factum quis præſtet.*
2 *Familia an domino ſoluenti teneatur.*

SI Filiusfa. Vide ſupra in princ.ff.de iud.l.ſi filius.Item
1 exercitor. † Not. quod quis tenetur de facto familiarium, quod eſt verum,propter officium,alias non teneretur,niſi ratificaſſet, vel mandaſſet, vel forte ſi non prohibuiſſet, cum poſſet. ff. de noxali.l.in omnibus ff. de public.l.1.§. familiæ.
2 † Sed quid ſi dominus fuit condemnatus, propter delictum familiarium,nunquid poteſt ab eis repetere? Satis poteſt dici quod ſic.ff.de aqua plu.arcen.l.ſi colonus.ff. de his qui deiece.vel effu.l.ſi vero.§. cum autem.

1 *Obligationum ex malef. & quaſi diſcrimen.*

IN HIS Autem.in gl.patientis.ibi cum allegat.l.fin.§.ſi plures.hoc vř cōtra caſum.ff.de his qui deie.vel effu.l.& quidem.Vnde dic,quod quilibet tenetur inſolidum, veruntamẽ vno ſoluente,alius liberatur:vt ſequitur in gloſ.vnde gl.vult
1 dicere hic, † quod in obligationibus ex maleficio quilibet in ſolidum conuenitur,quia vno conuento, & ſoluente,alius poteſt conueniri, & quilibet inſolidum.non ſic in obligationibus, quæ ex quaſi maleficio, quia vno conuento,& ſoluente, alij non poſſunt conueniri, niſi ſic intellexerit eſſet falſa, in his qui deiecerunt. Vel dic quod in illo caſu ſit ſpeciale, & in alijs quaſi maleficij gl.verum dicit, & de illis intendebat loqui.In gl.vt ff.de iudi.in fi.dic ĵ.de perpe.§.non autem.& vide ff.nau.cau.l.item.§.pen.& l.fi.§.pen.& fi.

De actio.

**De actionibus.** **Rubrica.**

1 *Continuare rubricam ſuperfluum.*
2 *Gerundia important neceſſitatem.*
3 *Imperator, quare non poſuit ſimul, de actionibus & obligationibus.*

1 † Rubricam hanc continuare eſſet ſuperfluum: quia textus eam continuat, vt ſtatim videbis. In gloſſ. ideo ponit ibi: omnes actiones. Sed idem poſſet dicere, ſi in rubrica poſuiſſet: de actione. nam cum actio ſit verbum generale. ita potuiſſet comprehendere omnes actiones, ſub Rubrica, ſicut, ſub diffinitione. Sed dicas. quod rubrica ponitur ſolum ad declarandum de quo actor intendit tractare. vnde cum intendat tractare de ſingulis actionibus in ſpecie, merito rubrica ponitur in plurali: ſed in diffinitione ponitur in ſingulari: quia actionem, prout eſt genus, diffinire intendit, & illa quæ eſt genus, eſt vnica, & ideo in ſingulari ponitur in diffinitione. in fi. gloſ. pro quo facit: quia uerba important factum, magis quam nomina. ff. de ſtip. ſeruo. l. ſi communis ſeruus ſupra
2 de ſtipu. §. penult. † Sed dic, a quod gerundia important ne-
a ceſſitatem: & nemo compellitur agere. C. vt nemo inuitus. l. 1. & eſt ſimile. ff. de edend. l. 1. ſecundum Pet. Vel dic, quòd hic actor, non tractat de agendo principaliter: id eſt, de modo agendi: imo. de natura actionum. & huic videtur concordare Bart. ff. de eden. in rubri. & Iac. But. C. de eden. in rubrica. Sed quæritur, quare hic tractat de acti. cum hic ſatis agatur de particularibus in diuerſis materijs. vt ff. de act. empt. per totum tit. de triti. & de condi. fur. & in multis? dicit Pet. ꝙ hic aliter tractatur de acti, & aliter in particularibus. hic enim tractatur, qualiter diuiduntur: ſed in alijs qualiter ad exercitium applicentur: ſicut vides. nam licet per totum corpus iuris tractetur de legibus: tamen ponitur titulus genera
3 lis: vt patet. C. & ff. de legib. † Item quæritur, quare non poſuit ſimul de actio. & obligat. ſicut in C. & ff. Dicit Pet. quod iſte liber eſt factus, pro inſtructione iuuenum ſupra de iuſti. & iur. §. pe. Et quod diuiſim traditur eſt magis clarum, & facilioris capacitatis. ſupra de leg. §. ſed non vſque. ff. de do. except. leg. prima. ideo diuiſim tractatur de actionibus. & facit ff. ad leg. Corne. de falſis. l. filius emancipatus.

a Adnot. Sed dic. Vide ea, quæ dicit hic Iaſ.

SVPER EST. Titulus iſte diuiditur ſecun-
a dum Dy. in tres partes. a In prima, materiam continuat. In ſecunda. actionem definit. In tertia diuidit. Prima in princi. Secunda, ibi. Actio autem. Tertia in §. Omnium. & hæc diuiditur in ſex, ſecundum quod ponuntur ſex diuiſiones actionum. in hoc titu. & extra adduntur aliæ ſex diuiſiones: vt videbis in gloſ. j. §. ſunt præterea. vbi omnes ſpecificantur: quare hic inſerere non oportet. quidam arguunt hic, ꝙ ordo ſit ſeruandus: & faciunt mihi magnam diſtinctionem: ſed non eſt de materia. hoc dixi ſupra de leg. §. ante.

a Adnot. Tres partes. Hanc diuiſionem in tres partes, etiam ponit Ang. hic, licet faciat plures ſubdiuiſiones partium: vt per eum hic videre poteris.

1 *Actio quandoque ponitur pro adminiſtratione.*
2 *Cauſa, & actio, an ſit idem. & 3. & 4.*
5 *Eadem quæ dici non poſſunt.*
6 *Ius non erat olim ſed impetrabatur.*
7 *Ius agendi, eſt ius quoddam incorporale.*
8 *Actiones, an ſint de iuregentium, uel ciuili.*
9 *Obligatio naturalis ſola oritur ex iuregentium.*
10 *Actio, & officium iudicis, an ſint idem.*
11 *Iudex neceſſario habet facere, quæ incumbunt officio ſuo.*
12 *Actio, an ſit perſonalis tantum, an etiam realis.*
13 *Agit, aliquis quandoque ad id, quod ſibi non debetur.*
14 *Tutor, ſi agit pro pupillo: uel dominus per procur. ipſi agere uidentur.*

ACTIO. In gloſſ. docto. multum ſolennizauerunt hunc tit. & inter cæteros hunc §. plus forte quam expediret, cum illa quæ in prin. tanguntur non ſunt multæ vtilitatis. quamuis autem ſcriptores iuris ciuilis, ponant gloſſ. ſeu earum effectum in ſuis ſcriptis. Ego autem, in toto hoc volumine contrario ſtylo vſus ſum. ad quid enim longe texuntur nouę ſcripturæ, de eo quod ſufficienter ſcriptum eſt? ideo ipſos doct. ſuper hoc tit. colligam & abbreuiabo in magna parte, per modum apoſtillarum ad gl. ſicut hucuſque conſueui, & vltra
1 addam, quod Dominus aminiſtrabit. † In glo. no. ꝙ actio. ibi cum alle. l. nihil. Item ponitur pro adminiſtratione, in auth. de defenſo. ciuitat. §. iuſiurandum. & facit ff. admi. tu. l. actus.
2 ſecundum Dy. vide infrà in 5. gl. † In ea. gl. ibi, vt ſicut apud dialecticos. hæc gloſſ. eſt valde obſcura: ideo ſcire debes, ꝙ
a eſt quęſtio, an cauſa, & actio ſint idem. Pla. dicit a ꝙ ſic. Ioan. & Azo contra. Pla. inducebat pro ſe: certum eſt, quòd argu. apud logicos ſit ad confirmandam intentionem, & declarandum ſuper eo, quod dubium eſt: ſic eſt apud legiſtas. actio ad conſequendam intentionem, de eo quod eſt dubium, & petitur. Sed conſtat, ꝙ argumentum, non conſiſtit ex ſola concluſione: imo opus eſt maiore minore. & concluſione: & totum hoc dicitur vnum arg. eſſe idem. ergo, & in actione cauſa, quæ accipitur pro maiore, minore, & concluſione, ſunt idem, & dicitur actio, vt in exemplo gl. Peto 10. quia pro tanto vendidi tibi equum, totum hoc eſt actio: ſicut apud Dialecticos, tota propoſitio, dicitur eſſe vnum & idem argumētum. inducebat etiam pro ſe Pla. licet gl. hic non ponat, doct. tamen ponunt, (& Azo ponit in ſumma) legem. ff. de exce. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones. quæ hic inducitur ſic. certum eſt ꝙ obligatio eſt mater actionis. ff. de procu. l. licet. §. ea. & eandem ſequitur, ſicut matrem. Sed in d. §. dr̃, ſingulas obligationes, ſingulæ cauſæ ſequuntur, id eſt ſingulæ actiones. quia non poteſt loqui de alia cauſa, ergo cauſa, & actio, ſunt idem & ſynonymam. ibi enim ponitur cauſa, pro actione, quia de alia cauſa, videlicet de materia, ex qua obligatio reſultat, non poteſt loqui. quia non ſequitur, imo præcedit.
3 † In e. gl. ſic eſt aliud eſt cauſa, & aliud actio. hoc argumentum non procedit. Illa ſunt diuerſa, ergo & iſta. nō ſequitur. Sed forte vult ſic arguere, non eſt dubium, quod maior eſt diuerſitas, inter contractum, qui eſt cauſa remota actionis, & actionem, quam inter actionem, & obligationem, quę eſt cauſa proxima, ſed obligatio, & actio ſunt diuerſa, quia vna mater, alia filia, & diuerſos habent tractatus, ergo multofortius cauſa remota, & actio ſunt diuerſa. In ea. glo. ibi cum alleg. l. conſilio. hoc argumentum eſt forte, Contractus cauſat obligationem, obligatio actionem, contractus eſt facti, quæ eſt cauſa remota actionis, actio eſt ius. ergo non ſunt idem. hoc argumentum, eſt indiſſolubile, ſi Pla. recipiat contractum pro cauſa, ſicut Ioan. & Azo recipiunt, & eodem modo procedit, ſecundum argumentum. † In ea. glo. ibi, aliud eſt cau-
4 ſa, & aliud eſt actio. In hac quæſtione docto. ſunt varij. Dyn. nil determinat, ſed dicit, quod quidam diſtinguunt. & in veritate vt dicit ipſe, non videtur mala diſtinctio, aut quæritur de cauſa materiali, ex qua procedit actio: & ſine dubio opin. glo. eſt vera. aut de efficienti, vt peto a te 10. quia vendidi, in quibus peto te condemnari, tunc opi. Placen. dicit quod in veritate hæc opi. non cōtinet abſurditatem. hoc etiam membrum vltimum videtur tenere Iac. de Ra. Pe. de bel. perti. tenet opi. gl. Dicas, ꝙ hoc verbum cauſa, diuerſimode recipitur, nam cauſa quandoque pro materia accipitur, ſicut pro contractu, ex quo oritur obligatio, & ex illa act. & ſic ſumitur. ff. de tribu. l. ꝙ in hæredem. §. eligere. ff. ſi cer. pet. l. certi condictio. in princip. & de iſta non eſt dubium, quod non eſt idem quod act. Ideo lex dicit, ꝙ actio ex contractu oritur, ſi oritur pro ſit aliud accipitur. quia aliud mater, aliud filia, alius qui gignit, alius qui gignitur. ff. de acti. & obl. l. actionum. nec de hoc videtur Pla. intellexiſſe. Aliquando cauſa. ponitur pro inſtantia cauſæ, vt C. de epiſ. & cler. auth. cauſa. de tranſ. l. cauſas. C. vbi cauſæ fiſ. in auth. de litig. §. omnem vero. verſi. ſi vero intra. ff. de teſti. l. 1. Et proprie dicitur cauſa in initio iurgij. extra de ver. ſig. c. forus. Quandoque cauſa dicitur vtilitas rei. infra. eo. §. huic autem Iac. & Dyn. vocant cauſam, totam materiam libelli. Peto te condemnari in 10. in quibus mihi teneris ex mutuo. & pro eis facit, quia ſe-

cundum Tullium,cauſa eſt res in dicendo poſita,cum inter-
poſitione certarum perſonarum, actoris, & rei.& textus di-
cit in d.c.forus, eſt enim origo, & materia negotij.& de iſta
voluerunt, dicere, ꝙ ſit idem cum actione.Quod euidenter
ſalua eorum reuerentia, videtur falſum,quia actio eſt ius,vt
hic dr̃,vt j̃.videbis.Agere, & litem dicere in iudicio, eſt fa-
ctum, ergo non ſunt idem.Præterea, ſi cauſa, & actio eſſent
idem, reus non diceretur habere cauſam: quia aliquãdo non
habet actionem,& tñ tex.ita dicunt reum habere cauſam,ſi-
cut actorem in authen.apud quos oportet cauſam,dicere.in
rub.6.col.& in d.auth. cauſa quæ fit cum monaco. C.de au-
to.præſtã.l.clarum.Præterea,ſi cauſa, ſcilicet petitionis.ſub
ſtantia eſſet idem cum actione:ſequeretur, quod non compe
teret actori niſi incepta materia iurgiorum , quia tunc inci-
pit eſſe cauſa,ſecundum diffinitionem Tulij, vt patet in d.c.
forus. & tñ hoc eſt ridiculũ dicere, quia ſtatim cõpetit actio
contractu celebrato,vt vidiſti s̃.de obl.in materia ff. de acti.
5 & ob.l.naturales.† Præterea,illa nõ poſſunt dici eadem, quæ
tanquam diuerſa aſsignantur, & nuncupantur, & quæ ita ſe
habent,quod ad poſitionem vnius, non ſequitur poſitio alte
rius.C.de codi.l.ſi idem.ff.vnde legi. l. inter agnatos. ſed ad
poſitionem actionis, non ponitur cauſa,imo diſtinguuntur,
tanquam diuerſa, ergo non ſunt idem. quod ponantur tan-
quã diuerſa,imo,nec ſimul ſe compatiuntur,in eodem ſubie
cto apparet.ff.ad Treb.l.quamuis:in prin.ibi enim facta poſi
tione de actionibus , ponit de cauſa, tanquam de re diuerſa.
Item ibi ea reſultat ex naturali obligatione, & tamen non a-
ctio, vt l.naturales.ſupra alleg.& ſic non ſe compatiuntur in
eodem ſubiecto , ergo non ſunt idem.facit d.§.ſi vero intra.
vbi ponitur tanquam diuerſa.Vnde dicas conſtanter,ꝙ actio
multis modis ſumitur.Vno modo prout eſt quid incorpora-
le, per ſe ſonans, ſicut ius ſeruitutis, vel alia iura incorpora-
lia,& prout ſic ſumitur, non procedit opi.doct.ſed quando-
que ſumitur,pro toto libello,ſeu materia libelli,vt C.de edẽ.
l.edita.& ita ſumitur hic,& eſt diuerſa a cauſa.alio modo ſu
mitur pro tota inſtantia,vt j̃.de pœ.te.liti.§.ſi.& de illa po-
teſt loqui.Non obſt.arg.Pla.videlicet de arg.dialecticorum.
Certe arg.eſt bene dialecticum,vnde non ſequitur, illud vo-
catur argumentum,ergo iſtud, actio.Vnde reſpondetur,per
interpretationem , quia materia petitionis non eſt actio, ſed
petitio, quæ fundatur in virtute actionis naturalis, ſicut ar-
gumentum , in virtute rationis naturalis , & tamen non eſt
idem,cum ipſa ratione.naturali.Item non obſt.l. & an eadẽ.
§.actiones.quia ibi non ponitur cauſa, pro actione, alias vi-
deretur inferri,ꝙ actio & obligatio eſſent idem, ſed vult di-
cere, ꝙ ſingulas obligationes ſingulæ cauſæ ſequuntur.id eſt
ſingulæ inſtantiæ in iudicio ventilandæ. Negari tamen non
poteſt,quin nomen litis,ſignificet actionem.ff.de verb.ſign.
l.litis nomen.Sed debet exponi omnem actionem ſignificat,
id eſt,litem,quæ ex omni actione infertur, non tamen eſt a-
ctio.verũ eſt,ꝙ large litis ductio, eſt actio & iudicium.j̃.eo.
ti.§.in bonæfidei.Iuxta hoc poſſet quæri,nũquid libellus pro
b cedat, ſine concluſione? b non videtur per prædicta, cum ſit
quaſi argumentum contra extra de ſepul.cap.in noſtra. vide
ibi per Inn.vbi videtur quòd ſic, pro quo facit ff.ad l.rho.de
6 iac.l.deprecatio.†In gloſ.patet ergo.ibi cum alleg.C.de for-
mu.l.1.vult dicere gl.ꝙ olim non erat ius,ſed impetrabatur,
iuxta §.deinde ex his,de ori.iur.l.2.ſatis tamen poteſt dici,ꝙ
olim competebant,ſed non poterant in iudicium deduci,niſi
impetratione facta.vt ibi.In fin.eo.gloſ.vide in d.§.vbi bene
colligitur differentia inter actiones ciuiles, & interdicta, nõ
inter actiones prætorias,& interdicta.Sed potes dicere,quod
interdicta formabãtur in caſibus ſingularibus, & inter duos,
vt tu illum deieciſti, vnde illum reſtituas. ſed actiones pro-
ponebantur generaliter in albo.vt ait prætor , cuius negotia,
&c.ff.de neg.geſt.l.1.ſecundum Pe.de bel. pert.de hoc.vide
7 bis magis plene in d.§.j̃.de interdi.†In gl.ſcilicet ciuile,diſ-
c finiri, c ſed hoc non vr̃ mens tex.ꝙ ſit ius prætorium,vel ci-
uile,ſed eſt ius quoddam incorporale, vt obligatio.de qua ſu
pra de re.cor.& incor.§.1.Hæc ſufficiebant hic.Ia.de Ra.tñ
reuocauit in dubium,vtrum actio ſit ius.& tenet ꝙ non.pri-
mo,quia actio eſt vulgaris formula, quæ impetratur.vt ff.de
ori.iur.l.2.§. deinde.& l. ſi ſeruus. hic alle. ſæpius, tunc ipſe
arguit, certum eſt, quod impetratio,& talis verbi conceptio
eſt facti,ergo & actio eſt factum.Item agere eſt facere, ergo
actio eſt factum, per locum a coniugatis.doct. Dy.& Pet.de
Bel.pert.tenent contrarium. quod eſt ius incorporale , ſicut
tex.dicit hic.Sed Iac. reſpondet ad hũc tex.dicit enim, quod
verbum ius,habet diuerſa ſignificata.Quandoque enim dici
tur ius verborum expreſsio.& ita hic.de hoc vide.ff.de pact.
l.ſi vnus.§. pactus ne peteret. vbi dicitur in ſtipulationibus,
ius verſatur.i.verborum expreſsio, ſeu ſolennitas.vnde alibi
dicit lex,ſi mutus adoptet.idem eſt, ac ſi iure adoptauerit.le
gis verbis expreſsis. ff. de adopt. l. pater naturalis. & ſic hic
ius ſumitur.vere tñ vt dicit actio eſt factum.Sed domine Ia-
cobe vos ſcitis,quod illa quæ facti ſunt,non tranſeunt ad hæ
redes, ſed quæ iuris ſunt, ſic ff.de acquir.poſ.l.cũ hæredes.&
tamen certũ eſt,quod actiones tranſeunt.j̃.de perpe.& tem-
po.ac.patet ergo, quod non ſunt facti.Ad iſta argumenta pa
tet reſponſio , & primo ad illud , quia actiones impetrantur
&c.Certe non eſt verum hodie,imo competunt ipſo iure,vt
hic not. & ſuppoſito quod impetrarentur , non propter hoc
ſequitur , ꝙ impetratæ ſint facti.nam bo.poſſeſsio.impetra-
tur,& tñ impetrata eſt ius.ff.de bo.poſ.l.3.§.bonorum.Item
ad illud agere eſt facere &c. iſta non eſt bona conſequentia,
apud legiſtas.vti frui eſt factũ, ergo vſufr.& ire agere eſt fa-
cti.ergo ius eundi.non ſequitur s̃.de re.cor. in fi.ff.de rerum
diui.l.1.Sed de hoc mirandũ,cum ibi ponat obligationes in-
8 ter corporalia,cur non poſuit actiones. † In ead.glo.ibi,ius
agendi vel proſequendi. Certe non eſt magna vis faciẽda do
d cto.tamen magnam faciunt,& quærunt , vtrũ d actiones ſint
de iuregentiũ,vel ciui.& quidem vt Ia.& Pe.de Bel.pert.te-
nent,ꝙ actiones ſint de iuregentium.Dy.tenet cum gl.quod
ſint de iure ciui.opi.Iaco. & pe. videtur probari primo , per
rationes. ſecundo , per leges expreſſas. Prima ratio eſt hæc.
contractus, & obligationes,ſunt de iuregentium,vt l.ex hoc
iure ff.de iuſti.& iure.ſi ergo dicas obligationes illo iure in-
uentas ergo & actiones , alias ſequeretur , ꝙ obligatio eſſet
inutilis,& inefficax,ꝙ non eſt veriſimile,non enim creden-
dum eſt,quod populus tanto tempore errauerit , quin vnuſ-
quiſque ſuũ vellet repetere,ꝙ nõ poſſet,niſi eſſent actiones,
ꝗa ſine his nemo experitur,vt l.ſi pupilli.§.ſi.ff.de neg.geſt.

Præterea , partus ſequitur conditionem matris. C. de rei
ven.l.partum mater,ſed obligatio, eſt de iuregentium, ergo
videtur , quòd & filia.Pro hac parte , ſunt leges expreſſe.ff.
re.amo.l.rerũ.de cond.inde.l.indebiti. Nec obſt.ff.de ori.iur.
l.2.§.ex his.imo facit pro. Dicit enim deinde ex his legibus
actiones compoſitæ ſunt.componere eſt., aliquid ex præexi-
ſtente materia in melius reponere, vnde componere ſuppo-
nit materiam preiacentem,vt l.2.in princip. de ori.iur.& in
proœ.ff.in princ. ideo licet ſit verum,quod iure ciuili com-
poſitæ ſunt , & ordinatæ , & ſublata antiqua ſolennitas,pri-
mo tamen fuerunt per iuſgentium inuentæ . Præterea,quo-
ties dubium eſt,cui aliquid debet attribui,debet in dubio at-
tribui vetuſtiori.ff.ſi.regun.l.finalibus.cum ergo hic dubite-
tur,quo iure actiones ſint introductæ,fiat attributio iurigen
tium , quod eſt vetuſtius ſuprà de re. di.§. ſingulorum. Pro
alia vero parte,allegatur.§.deinde ſuprà alleg.vbi antiqui re
putabant caſum.Sed Ia. inducit pro parte contraria:vt ſuprà
9 dictum eſt.& multum probabiliter.† Item,quia de iuregen-
tium , oriebatur ſola naturalis, ex qua non oritur actio.ff.de
ſo.l.in his.§.imperator.& l.ſi is cui.§.fina. Et ex his rationi-
bus gloſ.& Dy.mouentur.pro quibus etiam facit ff.commo-
da.l.in commodato.§.ſicut.furt.aduer.nau.cau.l.1.ff.quæ in
frau. cre. l. Caſsius. Super hoc poteſt dici , quod actio-
nes, deſcendentes ex contractibus ciuilibus,& per ius ciuile
inuentæ, ſicut ſtipulatione ſunt contractus emphy. literarũ
obligationes, & alij,ſunt de iure ciuil.quia cum contractus,
& obligatio, ſint adinuenti de iure ciuili , per conſequens &
actio,quæ inde deſcendit,alias ſequeretur,quòd filia eſſet an
te matrem, quòd eſſet abſonũ, ſed in contractibus iuriſgen-
tium credo quòd actiones fuerũt creatæ de iuregentium,ſed
poſt fuerunt compoſitæ,& in formam redactæ: per ius ciui-
le:vt d.§.deinde.Vnde ridiculum eſſet dicere, quod iuſgen-
tium

tium creaſſet contractus, & obligationes, & non dediſſet a-
ctionem: nam ſic, & contractus, & obligationes eſſent inu-
tiles.& ſicut dicit Iaco.ſi alia opin.eſſet vera:erat tunc opti-
mum contrahere,& mutuum recipere, quando nullus com-
pellebatur reddere, nec conuentiones attendere,& pro hoc
facit.l.iuriſgentiũ.in prin.ff.de pact.& quod ſcripſi s̃.de obli
gatio.in prin.Aliæ autem actiones, quæ deſcendunt ex l.12.
tabu. & ex alijs.ll. vt ac.l.aquil.furti. & de condi. ex l. quam
plures, ſine dubio,ſunt inuentæ ciuiles.& de his non debuit
dubitari, ſed ſolum de actionibus, quæ deſcendunt ex con-
tractibus iuriſgentium.In ea glo.ibi cum allega.s̃.de re.cor.
10 §.hæc eſt vera:& hanc approbat Dy. † In ea.gl.in fin. [e] doc.
e omnes aſſumunt hanc q.alte. & videtur, quòd actio, & offi-
cium iudicis ſint idem.lex dicit ꝙ actionis verbo, etiam per
ſecutio continetur.ff.de verb.ſig.l.actionis, ſed officium iudi
cis dicitur perſecutio, vt eo.tit.l.pecuniæ.§.1. ergo ſequitur
ꝙ ſunt idem.Præterea, certũ eſt,ꝙ cautio damni infecti pe-
titur per officiũ iudicis,ꝙ apparet, quia non cõpetit niſi po-
ſtulatũ ſit.ff.de dam.infec.l.dies cautionis.§.hoc aũt iudiciũ.
& l.cum poſtulaſſem. & l.prætot.ſed conſtat, quòd vocatur
actio.eo.tit.l. inquilino.ergo eſt idem quòd actio. Præterea,
reſtitutio petitur per officium iudicis, vt videbis infra eod.
§.rurſus.& lex dixit,ꝙ ex hoc edicto nulla proficiſcitur ſpe-
cialis actio,vel propria,ſed communis,videlicet officiũ iudi-
cis:ergo ſupponitur,ꝙ actio, & officiũ, ſint idem.& pro hoc
melius.ff.de do.l.1.§.idem Pomponius refert. Super hoc di-
cit Iac.Ranfredum dixiſſe, ꝙ officium iudicis, & actio, non
ſunt idem: imo eſt tanta differentia, inter eos, quanta inter
miſericordiam, & iudicij rigorem. illa enim, quæ per viam
actionis veniunt: iudex habet facere ex neceſsitate, ſed illa
11 quæ per officium, facit, ſi ei placet, alias non. † Hanc ſen-
tentiam idem Iaco.impugnat,dicendo,ꝙ iudex habet neceſ-
ſario facere illa, quæ eius officio incumbunt.Vnde, ſi minor
petat in integrum reſtitui,& probat læſionem,quis diceret,
quin ſit iniuria.& quin ſit iuſta cauſa appellandi,ſi deneget?
& idem de aduocato, ꝙ de nutrice, & de alijs.Sed forte Ran
fredus volebat dicere, ꝙ illud, quod veniebat ex officio iu-
dicis,venit ex quadam gratia, quæ tamen ſi denegetur,eſt in
iuria.ff.de aqua quoti.l.1.§. permittitur.in fin.Vt tamen be-
ne hoc intelligas, dicas, quoddam eſt officium iudicis, quòd
deſeruit exceptioni, & imploratur a reo.vt ff.de peti.hære.
l.plane.& de hoc non eſt dubium, quod non eſt idem cum
actione.Aliud eſt,quod deſeruit actioni,& de illo etiam non
eſt dubium,ꝙ non eſt actio, imo valde diuerſum eſt, & ideo
dicitur, ꝙ vſuræ quædam ſunt in obligatione, quædam ve-
niunt ex officio iudicis, ſine obligatione. ff.ad Trebel.l. de-
ducta.euidenter dãdo intelligere,quod officium iudicis,non
habet obligationẽ, ſed actio,habet ſaltẽ obligationẽ natura-
lẽ.vt l.licet.§.ea.ff.de procu.& ſic non ſunt idem.facit.C.de
iudi.l.1.Item eſt quoddam officiũ,quod datur loco actionis,
ſicut quando petitur in integrum reſtitutio, vel quando ad-
uocatus, petit ſalarium, & in ſimilibus caſibus,& de iſto pen
det quæſtio, & videtur poſſe dici, quod eſt idem,cum actio-
ne.Hæc tñ ſententia aures demulcet,ſecundum Dyn.nam cõ
ſtat,quod tale officium datur in loco deficientis actionis, er-
go non eſt idẽ cũ actione.ff.de ann.le.l.quintus.de ali.le.l.ſer
uos.Vnde dicunt Ia.& Pe. quod actio habet naturalem obli-
gationẽ,officiũ iudicis non. ideo in actione cõcluditur cõtra
partem,& vr̃ obligata,ſed in officio iudicis non, ſed verba di
riguntur ad iudicem, vt minor ſum,& læſus,peto domine iu
dex,per vos reſtitui.in officio nutricis,aduocati, quia tali ſer
uiui,Imploro officium veſtrũ, quod faciatis mihi ſalariũ cõ-
petẽs reddi.& pro hoc facit.ff.de act.emp.l.qui per colluſio-
nẽ.Ideo cõcluditur,qđ officiũ iudicis.& actio nõ ſint idẽ.be-
ne verũ eſt, ꝙ officiũ iud.habet ſimilitudinẽ cũ actione.& ꝙ
large ſumpto vocabulo actionis, ſub appellatione actionis
poſſet comprehẽdi,vt l.actionis.s̃.alle.& ita ſumitur in l.in-
quilino.& in alijs ll.quę vocãt officiũ actionẽ,per quæ patet
reſponſio ad contraria.Nec ob.§.itẽ Põponius. vbi dicit,alia
acti.quaſi ſupponat, ꝙ officiũ iudicis, ſit actio.qa hæc dictio
alia,nõ implicat,ſicut nec dictio cæteros.ff. de ꝓcu.l.nõ ſolũ
12 §.quæritur,& ibi de hoc.†In gl.hoc duob.modis.ibi cũ alle.
ſupra de leg.§. ſi rẽ.gl.ergo finaliter vr̃ declinare,ꝙ perſona
f lis [f] diffiniatur tm̃.& idem not.ff.eo.l.nihil.& tñ cõiter dici-
tur, quod glo.tenet hic oppoſitum. Hanc etiam ſententiam
quod hic diffiniatur perſonalis tm̃,tenet Pe.de Bel.pert.Dy.
tenet quod vtraque diffiniatur, & vterque mouetur rationi-
bus gl.& veriſimile eſt,quod vtraq; diffiniatur,quia cum hic
tractetur in genere,de actione (quod apparet.quia in §.pro-
xi.ſtatim eam ſubdiuidit, & ad ſpẽs deſcendit) credendũ eſt,
qđ actio in genere, diffinit̃, cũ verba in larga ſignificatione,
poſsint ſe ad hoc extendere,vt tangitur in gl.Sed ſm hoc,vr̃
quod ẽt officiũ iudicis diffiniatur, cum contineatur ſub ver-
bo actionis,vt s̃.oſtenſum eſt.Sed dic,quod nõ cõtinetur ſub
larga,ſed ſub largiſsima,& nõ continetur ſubſtantialiter. ſed
ſimilitudinarie.vt s̃.dixi.Et apparet, qđ hic non diffiniatur,
quia nec ponitur in diuiſione j̃. proxi. §. nec de eo agitur in
hoc tractatu, ſed ponitur tractatus ad partẽ.j̃.de offic.iudic.
Se nũquid diffinitur bo.poſ? vr̃ quod ſic,cum non ſit aliud ni
ſi ius proſequendi &c.ff. de bo.poſ.l.3.§.bonorum. Sed dicas
contra.quia bo.poſ.non eſt inſtrumẽtũ agendi,nec actio,nec
ius,quo proſequitur,vt ibi not.Sed quæritur, vtrum hic diſ-
finiatur actio efficax tm̃, an ẽt actio non efficax, quæ poteſt
exceptione repelli? Et vr̃ quod efficax tm̃, propter verbum
proſequẽdi, qđ in diffinitione ponitur.nihil.n.proſequimur
per actionẽ inefficacẽ,& ideo nõ cenſetur creditor, qui exce
ptione repelli põt.ff.de act.& obl.l.is cui.§.fi.ff.de ver.ſigni.
l.creditores.nec debitor, qui exceptione tutus eſt.eod.titu.l.
debitor.igitur inefficax non vr̃,hic diffiniri.Præterea non re
putatur eſſe actio quæ exceptione repelli poteſt. ff. de do. l.
eleganter.§.ſeruus.de reg.iur.l.nihil. Ego credo contra,quia
cũ hic actio diffiniatur,prout eſt ius incorporale ꝑ ſe,& cer-
tũ eſt,quod licet exceptione remoueri poſsit,nõ tñ transfer-
tur,nec deſinit cõpetere,& ſemper eſt actio,& eiuſdem natu
ræ,quæ eſſet ſi exceptio non cõpeteret,quod talis diffiniatur
j̃.de excep.in prin. habet enim ius actor in iudicio proſequẽ
di, quod ſibi debetur, licet exceptione poſsit repelli, vt ibi
patet nec ob.ll.contrariæ, quia conſiderant effectũ,nos vero
habitum,& prout actori cõpetit,ſicut in diffinitione iuſtitiæ
dicimus,ꝙ eſt conſtãs habitus,licet non ſemper actu.vidiſtis
s̃.de iuſti.& iur.in prin.In ea.gl.cũ alle.l.fideiuſſor.§.fideiuſ
ſor.de ſolu.l.in his.§.imperator.Sed hæc ſol. nõ vr̃ procede-
g re, [g] quia cũ naturalis ſola nõ pariat actionẽ. quo ad hãc ma-
teriã, & deberetur, de quo hic loquitur, nihil facit naturale
13 debitum. † In ea.gl. ibi pacto.vult dicere gl.ꝙ licet quis ibi
agat,non tñ proſequitur id, ꝙ non debetur,ſed aliud,& hanc
h approbat Dyn. [h] Sed pro Deo, quid ſibi volunt verba hæc?
non ſoluunt,cõtra,quia ibi proſequitur, quod nõ ſibi debet̃,
& tñ agit,ergo actio eſt de proſequẽdo eo,quod nõ debetur,
cuius contrariũ ſupponit definitio.Dicas,ꝙ hoc cõtrariũ ꝓ-
cedit ſuppoſita opinione Io. quæ eſt in d.l.ſi pacto & l.nuda.
de contrahen.& cõmit.ſtipu.quæ dicit, ꝙ agitur ad id,quod
in pacto deductũ eſt,antequã poſsit agi ad pœnam. Sed Azo
dicit cõtra.& ſm opi.Azo.nulla eſt hæc oppoſitio.Dicas tñ,
quod ẽt ſuppoſita opin.Io.contraria non ob.hic.n.diffinitur
actio,prout eſt ens incorporale,competens alicui,& eſt vera
diffinitio.nõ enim diffinitur nõ ens, ꝙ de facto attẽtatur,vn
de ille,cui nulla actio cõpetit, agit qñq; de facto,& ſic intel-
ligebat Io.ibi,videlicet,quod agebatur de facto,& tñ eius o-
pin.non approbatur per moder.Sed quicquid ſit, reſponde,
quod agere nõ diffinitur,quia facti eſt,& multominus agere
de facto,ſed ius incorporale cõpetẽs diffinit̃,vt dictũ eſt,cõ-
trariũ loquitur, de agere de facto.In ea.gl.ibi ad vindictam,
imo dicas, quod licet detur ad vindictã, per eã proſequimur
i qđ nobis debetur. [i] videlicet pęnã & vindictã pecuniariam.
s̃.de iniur.§.pœna.In ea.gloſſ.ibi. vel quando fuit propoſita.
hoc non valet,quia in l.quæſitũ.nihil erat in peculio,qñ fuit
incepta actio.In eadem glo.ibi cum alleg.l.ſolemus, imo di-
cas, quod in prædictis contrarijs actori cõpetebat ius agen-
di, nec erat defectus ex parte ipſius. vnde bene proſequitur
quod ſibi debetur, quatenus in eo eſt.in l.quæſitum erat de-
fectus ex parte perſonæ,rei,vel materiæ,quæ nõ reddit actio
nẽ ipſo iure nullã, ideo dicimus, qđ vbi eſt defectus ex par-
te,vel ex perſona rei, ſeu defenſoris,tenet actio,& ſufficit,ꝙ

ille defectus ceſſet tempore rei iudicandæ, ſed vbi eſſet defe
ctus, ex perſona actoris, cui non competit ius agendi, non
k ſufficeret ſuperuenire nouum ius. [k] niſi deſcenderet ex anti
qua cauſa. ſic intellige ff.de iud.l.non poteſt videri.ff.manda.
14 l.ſi mandauero tibi.ſecundum Dyn. & iunge ꝭ.§.proxi. † In
l fi.eiuſdem gl.vel dic, ꝙ etiam pupillus, [l] ſeu dominus, cen-
ſetur agere, cum eorum nomine agitur.ff.de admi.tuto.l.ita
autem.§.geſſiſſe.ff. ſi quis cau.l.ſi procu.ſecundum Dyn.hæc
ſufficiunt pro lect.huius.§.Sed dominus Iac. de Ra.altius ex
orditur, & cumulat hic materiam libellorum, quæ conſue-
uit tractari in auth. offeratur. Ego vero hic omitto. quia
non eſt proprio materia, & ſi de hoc videre vis, vide in ſpe.
de libel. concep. ibi reperies ſatis. Placeret Deo, ꝙ lectores
non attraherent materias, & contentarentur his, quæ ne-
ceſſaria ſunt, pro intellectu legis, quam legunt, & non ſolen-
nizarent, forte magis ad oſtentationem, quam inſtructio-
nem, & ſecundum materias æquo proceſſu legerent, per to-
tum annum, & ſic poſſent proficere ſibi, & alijs ſolenniza-
tiones, ſi quidem & melanchoniæ, quas nouas opiniones
vocant, ſunt quaſi, vter plenus vento, & quamuis ſupinus,
hoc bene percipit, cum eſt extra ſtudium. illis enim exuffla-
ti inſiſtentes talibus remanent vacui textibus & concluſioni
bus veris gl.& doct.audeo tibi dicere, ꝙ neſcit legem, qui nō
legit totum Codicem, de æquo proceſſu in an.& idem de a-
lijs volu.& ſic fit Bono.

a Adnota. Pla.dicit.Si bene conſideratur ar.Pla.nihil prodeſt, quia arguit à parte integrali, ad ſuum totum.& ſic committit ibi fallaciam.

b Sine concluſione Adde quod notaui in apoſtil. ad Lanfran. de Oria. in ca. quoniam contra falſam.in §.petitiones nu.13. in apoſti.in verbo.generali.extra de proba.

c Diffiniri.Clarum eſt, ꝙ actio eſt ius, licet perducere eam ad exercitium ſit factum ſecundum omnes docto.

d Quærunt vtrū.Vide hic d.Ang.in 2.col.verſi.in gl.in ver.ius.& do.Ia.Ma.

e In fi.Vide hic Ang.in 3.col.in verſi.in ea.gl.in fi.vide etiam hic do. Iaſ.an actio & officium iudicis ſint idem.

f Quod perſonalis.Imo etiam realis, ſecundum doct.hic, quia cum hæc diffinitio dat in genere debet conuenire vnicuique eius ſpeciei vt l.1. §. labeo. ff. de dolo ma. Ange.tamen tacite videtur hic innuere, quod diffiniatur tantum actio perſonalis, cum allega.Bald.de ſta.Bono.quo cauetur, quod ſi quis fuerit negligens in petendo debito per ſpacium 15. an.quod, excluditur a petitione debiti.hoc ſtatutum, cum ſit odioſum, non intelligitur cum agitur actione reali ex quo quis non petit ſibi debitum ſed quod ſuum eſt cogita.

g Procedere.Idem tenet hic Angel.in 6.col.poſt princi.in ver.in ead.glo.ibi. §.fideiuſſor.

h Approbat.Dy.Et hæc eſt veritas, ſecundum doct.hic.

i Debetur.Idem tenet hic Ange.in 7.col.in prin.

k Nouum ius.Vide ſuper hoc Ang.quærentem, an ius ſuperueniens, pendente iudicio, veniat in eadem inſtantia.

l Etiam pupillus.Tenet idem hic Angel. vide eum in 7.col. ante fin. in ver. in ea.gloſ.

1 *Actio vbi proponenda.*
2 *Actionum diuiſio.*
3 *Actiones autem mixtæ, an faciant ſpeciem.*
4 *Actiones in rem ſcriptæ rem comitantur.*
5 *Actiones quando dicantur oriri, ex variis figuris cauſarum.*
6 *Actione rei vendicatione, qui tenetur, eſt obligatus.& 7.*
8 *Promittens non facere controuerſiam Titio, an extendatur ad exceptionem.*
9 *Fraudatos creditores an exprimendum.*
10 *Rei vendicatio quid, eique neceſſaria.* 11.
12 *Actio vtilis, & directa an eadem.*
13 *Vaſſallus, vel emphy. ſi agat rei vendicatione directa cum deberet agere vtili an debeat ſuccumbere.*
14 *Quid autem, ſi ago rei vendicatione directa lite conteſt. reus deſinit dolo poſſidere, an vigore dicti libel. fiet condemn. vel an ſit opus, quod edam nouum libellum.*
15 *Libelli editio facit rem litigioſam, in realibus.*
16 *An fiet condemna. virtute directe intentatæ, vel virtute vtilis. & nume.* 17.
18 *Dominium, ſicut requiritur ex parte agentis ita poſſeſſio ex parte rei.*
19 *Quid autem, ſi ago rei vendi. expreſſa cauſa remota in libello, volo in proceſſu.probare aliam cauſam, an debeo admitti?*
20 *Rei vendicatio, licet competat ſoli domino, eſt tamen caſus, in quo competit non domino.*
21 *Actor agens rei uendicatione, dicit ſe proprietarium in libello, & non dicit ſe dominum, an ſufficiat?*
22 *Poſſeſſio, an requiratur ciuilis, uel naturalis, ex parte rei, qui conuenitur, rei uendicatione?*
23 *Quid autem, ſi reus non poſſidet naturaliter, uel ciuiliter, ſed tantum detinet ueluti depoſitarius, uel colonus.*
24 *Dolus qualiter probari debet, quando quis dicitur dolo deſiiſſe poſſidere.*
25 *Rei uendicatio, ad quid competat, uel quid in ea ueniat.*
26 *Libellus qualiter formatur in rei uendicatione.*
27 *Reus conuentus actione reali, ſi dolo deſiit poſſidere, qualiter formabit libel.*
28 *Reus conuentus rei uendicatione, ſi petat, quod actor declaret, an dicat ſe dominum directum, an utilem.*
29 *Actor agens rei uendicatione, dicit in libello, quod res ad eum pertinet, nec declarat an iure dominii, an talis libellus procedat.*
30 *Quid ſi non probat titulum, ſed probat, quod ipſe, & prædeceſſores ſui tenuerunt tanto tempore, quod hominum excedit memoriam.*

OMNIVM Actionum. Poſt diffinitionem, imperator
ponit diuiſionem actionum. Et ſcias, quod totus is titulus,
vadit per diuiſiones, vſque in finem. Ponit enim titulus
totus, ſex diuiſiones actionum. prout patebit.& hæc eſt pri-
ma.Is autem §.diuiditur in duas partes. primo, diuidit, ſe-
cundo, declarat membra. prima in princip. ſecunda ibi nan-
que &c. litera plana eſt, nec ponitur caſus. poteſt tamen ſic
incipi.Domine imperator, vidi diffinitionem actionis, diui-
ditur ne? Imperator dicit quod ſic, quia omnium actionum
1 &c. † In glo.videtur innuere. in fin. quia nulla eſt, quin ea
apud tales experiamur.ff.de iudi.l.penul. vnde verbum qui-
a libet: [a] non excludit hoc caſu, ſicut nec C.de ſum.trinita.&
fid. catho. l. 1. ibi, cunctos populos quos &c. ff. de iuſti. &
b iur.l.omnes populi, In gl. ſcilicet compromiſſarios. [b] in fi.
melius C.de arbitr.l.pen.& facit extra de proba.ca. quoniam
contra falſam. C. de iudi.l. rem non nouam. Sed coram ar-
bitratore, non oportet offerri, nec dari, quia ille non proce-
dit more iudicaciali, vt not.in Spe.de lit.cōte.§.nūc tāgamus
verſ.illud autem nu.2.In glo.ſumma, id eſt prima.imo debe-
ret eſſe prima, quod quædam ciuiles, quædam prætoriæ.ꝭ.de
ob.§.1.dicunt quidam, quod ibi de diuiſione obligationum,
hic de diuiſione actionum.Iſtud nō placet Petr.de Bel.perti.
quia ſequeretur, quod obligatio, & actio haberent diuerſum
ius in ſubſtantia. vnde exponit ſumma, id eſt breuis, & ſe-
quitur in gloſ.& facit. ff.de ſta.ho.l.ſumma.Sed quicquid di-
cas de facto, remanet, ꝙ hæc eſt prima.& tamen vr̄, ꝙ alia
debet eſſe, quæ eſt ꝭ.eod.§.alie.& Io.ponit illam primam in
arbore.Sed dicas, ꝙ cum tractatur, de cognitione originis
actionis, illa debet eſſe prima, ſed cum tractatur de cognitio
ne eius naturæ, iſta eſt, nec debet eſſe prima.vnde per illam
diuiſionē, non diſtinguuntur ſpecies actionum, ſed per hanc.
nam perſonales: non ſunt reales, nec econtra, quia differunt
ſpecie, ſed perſonales, & reales, reperiuntur aliquę prætorię,
aliquæ ciuiles, vt patebit in inferioribus, nec per illam diui-
ſionem ſpecies diſtinguuntur. † In ea.glo.in fine. ſcire debes
quod actionū quædam ſunt perſonales, quædam reales, quæ-
dam mixtæ, quędam in rem ſcriptæ quare dicantur mixtę, &
& quare in rem ſcriptæ. Dyn. fecit hic vnam magnam pro-
ſam, quæ in effectu ponitur infra eod §. quædam.vbi magis
videbis, vnde finaliter dicit Dyn.quod imperator, ponendo
ſimplex, videtur ponere mixtum, ſeu cōpoſitum.Et eſt ſimi-
le, quia lex dicit ſtipulationum, quædam ſunt in dando, quæ
dam in faciendo, & nihil plus dicit, & tn̄ conſtat, quod quæ
dam ſunt mixtæ in dando, & faciendo, ſicut reddere ratio-
nem.ff.de condi. & demonſtra. l. cum ſeruus. & tamen pro-
pter hoc, non eſt inſufficiens omnino.ff.de verbo.obligatio.
l.ſtipulationum. In hoc aduerte, quia ſi mixtæ faciant ſpe-
ciem per ſe, non poteſt negari, quin diuiſio ſit minus ſuffi-
ciens.& glo.vacillat hic, vel minus clare loquitur.dicit enim
quod mixtæ ſunt reales, quando agitur ad rem, & perſona-
les: quando agitur ad perſonales præſtationes. quid ergo eſt,
hoc dictum? Etiam ſimul agitur ad vtrunque. Verbi gra-
tia, ago fa.erc.certum eſt, quod cuiuſlibet particulæ pars per
tinet ad me, & alia pars ad ſocium meum, nunc peto diui-
ſionē, in eo quod peto partē meam, eſt realis, in eo quod pe-
to partem ſocij, eſt perſonalis, & ſic nō poteſt dici, qd' quan-
doque ſit realis, quandoque perſonalis.imo ſemper mixta.&
ſic videtur, quod egrediatur diuiſionem, & facit tertiam ſpe
ciem, ſicut vides in breuiloqua, quæ continet duas vulgares,
& duas pupillares, & facit tertiam ſpeciem.ff. de vulg.l. Lu-
cius, etenim compoſita ex duobus, tertiam ſpeciem faciunt
ſicut

ſicut mulus.ff.de pig.act.l.ſi conuenerit.§.penul.de vſu ap.l.
eum qui.de verbor.ſigni.l.carbonum.& ita videtur Io.ſenti-
re in arbore,qui ponit reales, perſonales,& mixtas, quamli-
bet ſingulariter ad partem , & quaſi diſtinctas ſpecies,& ſub
3 diſtinctis circulis . † In hoc dicendum, quod mixtæ non fa-
ciūt ſpeciem,quia nulla eſt mixta,quin ſit ſubſtantialiter rea
lis,aut perſonalis,vnde peti.hære.dicitur mixta.C.de pet.hę
redi.l.hæreditatis. & tamen conſtat , quod eſt vere realis.ff.
de peti.hæred.l.ſed & ſi lege.§.petitio.ſimiliter fi. regun.dr̄
mixta.j.eo.§.quædam.& tamen eſt vere perſonalis,ff.fi.reg.
l.1.& ſimiliter fami. erciſc. & cōmuni diui.ſunt perſonales,
oriuntur enim,ex quaſi contractu.s.de ob.quæ ex quaſi con-
tractu.§.item ſi inter aliquos.& tamen contractus , non pa-
riūt reales immediate. & ideo hæc diuiſio,eſt ſufficiens,quo
ad ſpecies actionum, & illa diuiſio, quæ eſt in §.quædam nō
eſt niſi, quo ad qualitates & ſpecificas differentias , quæ non
conſtituunt ſpecies , vnde licet hominum , quidam ſunt ni-
gri.rufi.alij albi , non ob hoc differunt ſpecie. de actionibus
in rem ſcriptis,eſt certum,ꝙ omnes ſunt perſonales,vt vide
4 bis in §.quædam. † In glo. ideo in rem.in fi.melius.ff.de pe-
culio.l.quis ergo.& l.ſi Sticho.pro ſocio.l.3.§.de illo. ſed cæ
teræ in rem ſcriptæ, rem comitantur,& tamen non ſunt rea
les.vt videbis.j.§.quædam.Sed dicas, ꝙ non comitantur ta-
li concomitantia , quia in realibus ius agendi oritur ab ipſa
re, & pro ipſa.ideo dicitur , quod ſententia prædio datur ff.
de pub.l.imperator.ff.de neg. geſt.l.qui aliena,§.fin.non ſic
in actionibus , in rem ſcriptis , vt videbis in d.§. quædam.In
gloſſ.id eſt ex quaſi contractu, ibi cum allega.ſupra titu. 1.in
princ.hæc fuit opin.Roſre.& gloſſ.& eam ponit ff.de act.&
obliga.l. 1.nec ibi reprobatur, & ſic tacite videtur approba-
c re c , vnde ſecundum Dyn.ſatis videtur approbanda. dicitur
enim in d.l. 1.de actio.& ob.quod eſt,aut ex contractu,vel ex
maleficio, vel ex varijs figuris cauſarum,& poſt proſequitur
de quolibet duorum priorum,& vltimo de quaſi contractu:
& quaſi maleficio, innuendo , quòd illa erant de quibus in-
tendebat loqui , quando dicebat ex varijs figuris cauſarum,
etenim priora, & poſteriora verba declarant intentiones. ff.
de teſta.l. hæredes palam.§.ſed ſi notam.de lega. 1.l.ſi ſeruus
plurium.§.fin.de hæred.inſtit.l.qui non militabat.§. 1.Vnde
nullam legem reperies,quæ ſub appellatione contractus,vel
maleficij contineat quaſi contractus, vel quaſi maleficia,niſi
per ſubauditum,facit tamen.ff.de act.& oblig.l.ex contracti
bus.vnde opin.gloſſ.quæ ſequitur, eſt forte magis reproban
da , quam iſta, ſecundum Dyn. verius tamen videtur quòd
ex varijs figuris , cauſarum dicantur , quæ habent diuerſam
originem, & ſecundum diuerſitatem factorum, vt dicam in
5 ac.fi. regun.infrà eo.§.quædam.† In ead.gloſſ.ibi cum alleg.
de actio. & obl.l. 1.Et quomodo dicantur oriri ex varijs figu
d ris , vide ibi d , & ff.de conditio.fur.l.ſi pro fure. §.fina. Sed
tamen non eſt verum , quod naſcantur ex varijs figuris, imo
ex furto. ff. de compenſa. l. ſi ambo. §. quoties. re. amo. l.
ſi mulier. §. hæc ac. per quas ll. hęc opin. reprobatur.

In ead.glo.ibi cum alleg.l.competit.§.fi. imo oritur ex de
licto alterius, qui fecit opus,& extenditur contra illum,qui
factum habet: ſicut & cęterę actiones in rem ſcriptę , & idē
in noxa.& in alia, quę datur contra non obligatos,ad inſtar
realis,ſicut actio de peculio.ff.de acce.l.an inutilis.§. fina.de
his qui deie.l. 1.§.cum ſeruus.In fi.gloſ.ſed hic non conſtat,
quid important verba illa. ex varijs figuris cauſarum. vnde
Ia.& Pet.dicunt, quod important actiones , & obligationes
datiuas,quę non habent pręexiſtentem materiam.ſed legis,
vel prętoris poteſtate inducuntur , vt interdictum quorum
bonorum,& quorum legatorum,& actio de pauperie,& alię
datiuę , quę ex varijs figuris cauſarum dantur : quando ę-
quum eſt dari actionem,ſicut actio in factum ff.de pręſcript.
ver.l.quoties.C.de ſac.ſanct.eccleſ.l.ſancimus. la 1.Ego cre-
do,quod recte intelligenti hunc text. non fuit opus hic ſub-
intrare.text.enim iſte non proſequitur vnde naſcantur obli-
gationes, & actiones, ſed ad quid agitur per actiones perſo-
nales, dicit enim per quas intendit aduerſarium dari aut fa-
cere oportere , & alijs quibuſdam modis repetere intendit,
quia quandoque ad patientiam pręſtandam , vt ſi quis mihi
vendidit herbas prati,vel ſi locauit mihi domū, & non per-
mittit me pacifice habitare. vnde multis modis agitur perſo
nali actione,alias quam ad dandum,vel ad faciendum,ſecun
dum formas cōuentionum. Et ita iſta verba quibuſdam alijs
modis referūtur ad verbum intendit proximum,non ad ver
bum remotum obligatus, ad quod oporteret referri,ſi ſequa
6 ris gloſſ.& docto. quod non videtur de intentione tex. † In
glo.not. hic in fi.doct.quidam dicunt, quod hoc non proce-
dit,imo eſt obligatus, qui rei ven.tenetur.& hoc oſtendunt,
quia actio de peculio,& realis ſunt conſimiles,quia quęlibet
ſequitur poſſeſſorem. ff. de pecu.l. quęſitum. ſed in actione
de pecu.eſt dare obligationem , quod apparet , quia accedit
fideiuſſor. ff.de fideiuſſ. l. fideiuſſor obligari.§.fideiuſſor.ad
maced.l.creditorem.& conſtituitur.ff.de conſti. pecu.l. 1.§.
debitum. ergo & in rei ven.Pręterea , ibi quod venit officio
iudicis,& ſine obligatione , non poteſt mora contrahi. per
interpellationem extraiudicialem.ff.de dam.infect l.cum po
ſtulaſſem. ſed in rei ven. reperitur contrarium , quod quis
conſtituitur in mora ex interpellatione extraiudiciali. ff. de
rei ven.l.item ſi verberatum.§.fina.ergo videtur ſequi neceſ
ſario, quod ſit ibi obligatio.Pet.de Bel.perti. dicit , quod in
e rei ven.nulla eſt obligatio e & hoc eſt,quod hic expreſſe legi
tur.qui nullo iure.&c.qui omne dicit nihil excludit.ff.de hę
re.inſtit.l.hoc articulo.Item quia ſi eſſet obligatio,non tol-
leretur pro eo,quod reus deſineret ſine dolo,& culpa poſſi-
dere,cum non ſit de modis tollendi obligationem.de quibus
s.quib.mo.toll. obl. & tamen conſtat quod reus non tene-
tur,ſi poſſidere deſinat,vt s.dictum eſt.& ff.de rei ven.l.ſin-
autem. §. poſſidere. & ſic non eſt obligatio . Ad contraria
patet reſponſio ſecundum eum, quia actio de peculio,habet
naturalem contractum, & obligationem.ſ.quatenus concer-
nit ipſum , ſed quatenus datur contra dominum non.nec illi
accedit fideiuſſor, nec conſtituitur,ſecūdum eum.Salua eius
pace , imo credo , quod conſtituatur , & accedat fideiuſſor,
quia ll.allegatę videntur hoc dicere , & hoc habito reſpectu
ad eius originem,ſecundum quam oritur ex contractu & ha
bet naturalem obligationem. vel habito reſpectu , ad quan-
dam obligationem prętoriam, in qua dominus tenetur.ff.de
accep.l.an inutilis.§.filius.& de hoc plenius j.eo.§.actiones
de peculio. Ad aliud reſpondeo , uidelicet quod vbi non eſt
obligatio,non conſtituitur mora extraiudicialis.dicas, quod
verum eſt,vbi officium iudicis competit per ſe, quia debile,
& frigidum eſt,ſed vbi deſeruit actioni,contrahitur propter
vim,& virtutem: quam recipit ab actione,ſiue ſit realis ſiue
7 perſonalis. † In gloſſ.not.in actione in rem ibi cum dicit.&
in bon.fid.emptore.hoc videtur erroneum:quia non agit vti
li rei ven. ſed publi. vt videbis infrà §. alie. alias ſequeretur,
quod pręferretur vero domino , vt l. 1.ff.ſi ager vecti. quod
non eſt verum. vt uidebis in d. §. alie. & de materia huius
8 gloſſ.videbis magis inferius.†In gloſſ. hoc non eſt neceſſe.in
fin.ff.de proba.l. circa. hæc ſufficiunt ad expeditionem gloſ-
ſarum. Proſequamur alia , quæ longiorem habent caudam.
Dyn.dicit quod iſte text. facit ad quæſtionem.Quidam pro-
miſit non facere controuerſiam alicui in aliqua re.ecce , res
peruenit ad manum promittentis,agit ſtipulator,promiſſor
nititur eum repellere , ope exceptionis,ſtipulator dicit,non
potes, quia promiſiſti, non facere controuerſiam.promiſſor
dicit,illud debet intelligi, agendo,ſed non excipiendo.quæ-
ritur an bene dicat ? videtur quòd ſic , per hunc text.qui vi-
detur dicere, quod agendo , mouetur controuerſia. & ego
credo,quod mouetur agendo, ſed tamen etiam mouetur ex-
cipiendo, vt not.de procu.l.non ſolum. §. ſi ſtatus & proba-
tur ff.ſi pars hær. peta.l.permittendum , rem ra. hab. l. quo
enim.§.pen.ad Treb.l.Lucius.§.tres hęredes.qui tex.poſſunt
adiungi ad gloſſ.illam ſecundum Dy. Iac.de Rau. inducit e-
tiam , hunc textum ad aliam quæſtionem, nunquid in libel-
lo neceſſe ſit allegare præſentem obligationem,verbi gratia,
an ſufficit dicere mutuaui 10.in quibus peto te condemnari.
Et videtur quod ſit neceſſe pręſentem obligationem allega-
re , quia libellus debet concludere ex ſuis pręmiſſis: non au-
tem concluderet niſi in pręſenti reus eſſet obligatus , vt hic
in tex.cum dicit agitur contra illum qui obligatus eſt , ergo

videtur, quod obligatio præſens, debet proponi. nam nō ſuffi ceret dicere fuit obligatus, niſi in pręſenti ſit. C. de prob. l. ne que natales. Præterea vides in actione reali, quòd oportet al legari dominium præſens, quod eſt cauſa proxima rei vend. ergo videtur, quòd in perſonali oporteat allegari cauſam proximam, videlicet præſentem obligationem. ff. de rei vēd. l. in rem act. in princi. Item dicit quòd docto. conſueuerunt tenere contrarium. Dicunt enim, quòd eo ipſo, quod quis fuit obligatus: & adhuc obligatus præſumitur, ſicut qui ſemel fuit dominus, præſumitur adhuc dominus. C. de proba. l. ſiue poſsidetis. ſi ergo præſumitur, ergo ſufficit hoc dicere, quod arg. legiſtarum, procedit ex probabilibus, non enim ex demonſtratiuis, ſicut in illo ſyllogiſmo, omnis mater diligit: Medea eſt mater: ergo Medea diligit. Probabile eſt enim, quod omnis mater diligat, ſed non eſt neceſſarium, ſic inter legiſtas communiter arguitur. Idem Iaco. tamen tenet contra. vnde dicit, ſicut talis libellus, non eſt bonus, fui dominus, ago rei vend. ita nec in perſonali, fuiſti obligatus. ago contra te. & hoc probatur ſecundum eum, quia ex diuturna ſolutione præſumitur cauſa, & tamen non ſufficit allegare diuturnam præſtationem, niſi cauſa allegetur. ff. de vſuris. l.
9 cum de in rem verſo. † Sed huic opinioni, videtur obſtare. ff. quæ in frau. cre. l. omnes. §. Lucius. vbi text. dicit, quod vbi quis ponit aliquem bona ſua alienaſſe vniuerſaliter, non oportet dicere, quòd fraudandorum creditorum cauſa fecit, quia hoc ipſum præſumitur, ergo videtur, quod in libello ſufficit ponere factum, ex quo obligatio reſultat præſumptiue. Sed ipſe reſpondit, quod duplex eſt præſumptio. quædam iuris & de iu. & ibi factum ſufficit ponere, & de illa loquitur. §. Lucius. Sed quædam eſt iuris tantum, & in illa oportet allegare factum, & cauſam ſecundum eum. Hæc opin. non ſeruatur de facto. vnde tota die dantur libelli, mutuauit tibi 10. peto te condemnari, ad reddendum. vnde arg. Iac. & exemplum, quod ponit poſſet eſſe verum in caſu ſuo. Nam ſi actor diceret in libello, tu fuiſti mihi obligatus in 10. ex mutuo, peto quod reddas. poteſt eſſe, quod non procederet talis libellus, nec in rei vend. ſi diceret fui dominus. ago rei ven. quia eo ipſo, quod dicit fui dominus, videtur actor ponere, quod nunc non ſit dominus, vel quòd reus, non ſit nunc ſibi obligatus. Et in hoc caſu poteſt eſſe vera opin. Ia. quamuis Spe. teneat cōtra hoc caſu in Spe. de act. & peti. §. 2. ver. quid ſi ago. Sed vbi non exprimit hoc, ſed dicit, mutuauit tibi. 10. quę peto. tunc non exprimit præteritum, imo præſens, quòd ex præterito cauſatur, & ideo videtur libellus procedere, & ita vſus cauſarum admittit. vnde argumentum de diuturna præſtatione, nihil facit, quia ibi non allegatur talis cauſa ex qua obligatio poſsit cauſari, & naſci, quia tempus non eſt modus &c. Sed nos loquimur, quando tale factum allegatur, ex quo obligatio deſcendit & creatur, & hoc ſatis apparet in obligationibus, quę ex delicto deſcendunt, vt in actione iniuriarum, & furti, vbi ſufficit allegare malefactum, nec oportet dicere, quod reus ſit obligatus, ſufficit, enim dicere, talem rem meam ſurripuiſti, peto te condemnari &c. Et facit pro hac parte. ff. de li. agno. l. 1. & l. ſi neget. fin. regun. l. in finali-
10 bus. C. de probat. l. 4. † Circa rei vendicationem, de qua agitur hic in tex. & in gl. principaliter quæruntur quatuor, vel
f quiuque. Primo, quid ſit rei ven. f Secūdo quæ ſunt eius principia, & vnde procedit, & iuxta hæc, multa quæruntur. Tertio, ad quid competat, & quæ in ea veniant. Quarto, quomodo in ea formetur libellus. Quinto, de modo probandi dominium. Quæritur ergo primo quid ſit rei vendicatio. Pet. de Bel. perti. dicit, quod eſt quædam actio in rem, competēs alicui ratione dominij, vel quaſi contra poſſeſſorem, vel quaſi, ad declarationem dominij. Huius diffinitionis verba ſatis declarabuntur, per illa quæ inferius dicentur, de vno caue tamen, quia non credo quod competat ratione quaſi dominij, ſed publiciana, vt dixi ſupra. iuxta gl. not. in actio. in rem. & in hoc poſſet reprehendi, hæc diffinitio. Sed Pet. recipit illud quaſi pro vtili domino. Si tu velles, poſſes plenius diffinire. Rei vendi. eſt actio in rem dominio directo, vel vtili, contra poſsidentem, vel quaſi in rem corporalem competēs ad declarationem dominij rei, quo ad reſtitutionem fructuum, pendentium, ſeu extantium. hic non eſt inſiſtendum,
11 quia inferius ſingula magis declarabuntur. † Veniamus ad
g ſecundum, quæ ſunt eius principia, ſeu quæ ſunt neceſſaria, ad hoc quod competat? & ad hoc eſt breuis reſponſio, quia quædam ſunt neceſſaria ex parte actoris, quędam ex parte rei, ex parte actoris dominium directum vel vtile. ex parte rei, poſſeſsio, vel quaſi, quaſi dico, ſi dolo deſijt poſsidere. ff. de regu. iur. l. parem eſſe. & ff. de rei vend. l. ſinautem. §. ſed & is qui. Vnde directus dominus, cenſetur qui habet plenum dominium, & nullum alium ſuperiorem quantum ad dominium. Sed vtilis, qui non habet plenum dominium, ſed habet alium ſuperiorem, vt vaſallus, & emphy. vt not. in gloſſ. non in actione &c. ff. ſi ager vecti. l. 1. §. fina. commo. l. ſi vt certo. §. duobus. ſimiliter dicitur directus poſſeſſor, qui poſſidet, ſed quaſi poſſeſſor, qui dolo deſijt, vt d. l. parem. Vnde conſueuerunt dari verba magiſtralia, quia rei vendicatio, quandoque competit directa directo, quandoque, directa vtiliter, quandoque, vtilis directo, quandoque, vtilis vtiliter, ita quod verba directa, & vtilia, accipiuntur ex parte actoris, ſed directa & vtiliter, ex parte rei. vnde nomina, ex parte actoris. aduerbia, ex parte rei. Nam quando dominus agit contra vere poſsidentem, competit directa directo, quando agit contra illum, qui dolo deſijt poſsidere, competit directa vtiliter. eodem modo, quando vtilis dominus, agit contra vere poſsidentem, competit vtilis directe, quando contra illum, qui dolo deſijt poſsidere, competit vtilis vtiliter. Iſta doctrina ſatis placet Pe. niſi in altero de membris, in quo dicitur, quod directa competit utiliter domino directo, contra illum, qui dolo deſijit poſsidere. Iſtud non eſt uerum, imo tunc competit utilis. ff. de noxa. l. electio. §. 1. de petitio. hæredi. l. etiam ſi. §. quod ſi quis. Credo, quod Pet. uerum dicit, & gloſſ. notauit idem. ff. de re iud. l. qui dolo. nam principia rei uend. ſunt dominium ex parte actoris, & poſſeſsio, ex parte rei. Vnde cum alterum de dictis ſubſtantialibus deficit, & rei ven. directa deſinit competere, ſed datur vtilis, quia iniquum eſſet, quod ille qui dolo deſijt poſ
12 ſidere, ex ſuo dolo lucraretur. † Iuxta hoc eſſet quærendum pro euidentia, an vtilis, & directa actio ſint eædem, an ſint diuerſę? Ioan. An. dicit, quod ſunt eædem in ſubſtantia, vt not. C. de actio. & obl. l. 2. pro quo facit. ff. de neg. geſt. l. antepenul. Sed illa l. habet alium intellectum, vt ibi not. vnde credo, quod ſint eędem in ſubſtantia, prout ſubſtantia eſt genus generaliſsimum & ad hominem, aſinum, lapides. Non tamen credo, quod poſsint dici eędem, nec in ſpecie, nec in qualitate, nec in effectu, quod apparet, quia vna competit, quando alia deficit, ergo non ſunt eędem, quia ad poſitionem vnius ſequeretur poſitio alterius. ff. de procura. l. in cauſę. §. fin. C. ad exhiben. l. ſi res. de pact. con. l. pater. ff. ſolu. matri. l. Caius. Item, tali datur vtilis, cui non daretur directa. C. de hære. vel actio. ven. l. emptor. & l. poſtquam. Item vna poteſt intentari ſine ceſsione, alia non. Item vna nomine cedentis, alia nomine agentis, vt not. C. de actio. & obligat. l. 1. & breuiter, vna competit ad vnam rem, ad quam alia non competeret. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. vxor marito. de donati. cauſa mortis. l. qui mortis. commo. l. ſed ſi mihi. de ſeruo corrupt. l. vt tantum, §. 1. l. etiam ſi. §. quod ſiquis. ff. de petitio. hæred. & infinitis legibus quæ faciunt differentiam inter eas, vnde non poſſum videre, quod poſsint dici eędem, vt ſatis notaui in dicta l. antepenulti. de nego-
13 tijs geſtis. † Quid ergo pone, quod ago rei vendicatio. directa, cum deberem agere vtili, quia ſum emphy. vel vaſallus, quia teneo rem ad cenſum ab eo, qui eſt directus dominus, nunquid ſuccumbam? Non videtur per dictam l. antepenulti. ſed illa habet alium intellectum, vt ibi nota. Vnde credo, quod ſint diuerſæ actiones, & vna competit vni, cui alia non competit, quia agens directa, ſuccumbit per dictas ll. ff. de euict. l. ſi cum venditor. in principio.

Quid ergo dices, de libellis, qui tota die dantur in regno Franciæ, vbi omnes terrę, vel quaſi ſunt feudales, vel alias penſionibus, ſeu cenſibus affectę, ita quod poſſeſſores, quaſi omnes, ſunt vtiles domini? Videtur quod agentes rei vend. ſuccumbant,

ſuccumbant,dicunt doct. Iac. & Pet. qui hoc ſolum hic tangunt,ꝙ non ſuccumbunt, quia videntur agere tali actione, quæ eis competit.ſ.vtili, ſecundum vulgarem modum loquẽdi.ff.de fun.inſtr.l.cum delanianis.§.aſinam. Aduerte,hic ꝙ hoc ſatis poteſt ſuſtineri, vbi quis agit rei vendi. non declarato,an directa,vel vtili,ſed vbi declarat, tunc procedit, qđ ſupra dixi. quia agens directa,ſuccumbit,ſi competit vtilis, vel econtra. Sed nunquid actor tenetur.declarare,an agat vtili,vel directa? Videtur ꝙ ſic,cum ſint diuerſæ,& vna competit vni,quæ non competit alij,vt ſupra dictum eſt.ff. de trib. l.quod in hærede.§.eligere,de leg. 2.l.cum filius.§.varijs.Nã reus alias non poſſet deliberare: etenim poterit eſſe, quod cedet vni,& non alij.& pro hoc bene facit ff.de ſolu.l. ſi duo rei. ſi tamen per recitationẽ facti appareat qua actione agit, debet ſufficere,quia dicit ſe emphy.& ita no.in Spe.de act.&
14 peti.§.2 verſic.ſed nunquid tenetur.nu.54.†Quid ergo,ago rei vend.directa,lite conteſta. vel dato libello reus deſinit dolo poſſidere,nunquid virtute dicti libelli: fiet condemnatio, vel oportebit, quod incipiam de nouo edere libellum inutili? Videtur ꝙ debeam incipere de nouo,quia cum ſint diuerſe actiones,vt ſupra ſatis probatum eſt proceſſus vnius, non contingit alterum, & ideo debent fieri interrogationes, vt ſciatur qua actione agendum ſit.ff.de rei ven.l.qui petitorio. Sed contra facit,quia ſic erit in poteſtate rei, proceſſum actoris eludere,ſtatim enim deſinet poſſidere,& annullabit proceſſum directæ, & poſtquam actor redierit ad vtilem incipiet poſſidere,& fruſtrabit proceſſum vtilis. quod erit in cõuenientiſsimum.Propter quod dicunt docto. ꝙ proceſſus cõtinuabitur,& fiet condemnatio virtute primi libelli, allegat Iac.de his qui no.infra l.ſeruus. allegat Dyn. pro caſu. ff. de aqua plu.ar.l.quanquam.§.iul.pro quo facit. ff. de pe.hær. l. pe.de rei ven.l.is a quo.& facit infra de interdi.§.retinendę, vbi condemnatio refertur ad tempus interdicti. Et hoc intelligit etiam Iac.ſi fiat alienatio,ante conteſt. poſt dationem libelli,ne ſit in poteſtate rei actorem excludere a iure ſuo. ff. de eo quod certo loc.l. 2. Sed Specu. videtur tenere contrarium in hoc caſu, & quod ſit opus nouo libello tit. de interro.§.2.verſic. pen. Opinio Iac.tamen plus placet, quia non debet eſſe melioris conditionis, qui dolo deſiit poſſidere, quam qui ſe liti obtulit,& tamen illi tenetur, nec auditur ad variandum,vt l.ſinautem.ff.de rei vendic. ergo nec iſte, qui
15 dolo deſiit. † Præterea, datio libelli facit rem litigioſam in realibus,ſicut conteſtatio.in perſonalibus.C.de litigio.authen. litigioſa, & perpetuat. & ſic videtur, quod hic habetur,quo ad hoc,pro conteſtatione, cum eadem illuſio poſſet fieri ante conteſta. poſt datum libellum. quæ & poſt vt ſupra dictum eſt. Caue tamen, quod oportet in proceſſu fieri mentionem ante ſententiam de hoc,quod dolo deſierit poſſidere pendente proceſſu, quia alius eſt modus pronuntiandi contra illum,qui poſſidet, alius contra illum qui dolo deſijt poſſidere,vt ff.de rei ven.l.qui reſtituere, & maxime vbi ante litis conteſt.deſiit poſſidere.quia tunc actor in ipſa conteſtatione oportet,quod hoc dicat alias poneret falſum,& deieraret ſi poneret, & iuraret eum poſſidere,qui deſierit, & hoc ſi ſciuit. ignoranti enim parci debet ff. de rei ven. l. is qui ſe obtulit.vnde actor habet ſuper his inſtruere iudicem,
16 alioquin non poſſet bono modo iudicare. †Sed quæritur, nunquid in prædicto caſu fiet condemnatio, virtute directæ intentatæ,vel virtute vtilis.Videtur quod virtute vtilis,ff.de noxa.l.in delictis.§. ſi detracta.de ædi.edic.l.bouem. §. aliquando.de bono.poſſeſſ.ſecundum tabu.l. 2. §. ſi ſub conditione.Specu.videtur tenere,quod condemnabitur virtute directæ, vt in d.§.ver.antepe.pro quo facit d. l. quanquam. §. ait Iulianus, & videtur expreſſum. C. de litig.l. 2. Quicquid ſit, condemnatio fiet per modum vtilis nam iurabit in litem,iuxta l.qui reſtituere. ff. de rei vendic. ex quo certum eſt quod dolo deſijt poſſidere. Requiritur ergo, quod ſit dominus ille, qui agit rei vendi.Pone: quod erat dominus, tempore litis conte.poſtea deſiit eſſe dominus, nunquid poſſeſſor cõdemnabitur? Dicit Pet.quod ſic ſufficit enim quod habeat ius tempore litis conteſta.ff.de rei vendi.l. ſi poſt acceptum.& videtur expreſſum,pro Pet.licet non alleg. C. de litig.l. 2.Dy.dicit contra.per l.tigni.§.fi. ff. ad exhi. ibi enim expreſſe cauetur, quod in actione ad exhibendum oportet, quod duobus temporibus interſit, tempore litis conteſta. & tempore ſententiæ. Sic videtur rei vendi.cum paribus paſſibus ambulent, & actio ad exhi. ſit eius præparatoria. Sed ad hanc reſpondet Pet.magiſter,aperi oculos. illa l. dicit, ꝙ oportet,quod interſit,tempore litis conte.& tempore ſentẽtiæ,id eſt,quod tempore ſententiæ, interſit rem fuiſſe, tunc reſtitutam: videlicet quod tempore litis conteſt. nam licet modo non interſit,ſufficit.ff.ſi quis cau.l.qui autem.§.illud.
17 de eden.l.vbi.§.is autem.†Forte poſſet dici, ꝙ vbi actor deſiit eſſe dominus ſine facto ſuo: tunc ſit condemnatio, ſi dolus mora,vel culpa præceſſerint,quæ faciũt reum teneri, vel ad rem. ſeu rei pretium: vel ad fructus. ff.de rei vendica. l. item ſi verberatũ.§.fi.cum l.ſeq.& ſeq.ſed vbi facto ſuo perdidit dominium quia forte alienauit,non video, quin debeat repelli.magis enim debet factum ſuum eum repellere,quam factum alienum,ſed vbi deſinit eſſe dominus ex facto alieno, deſinit actio,ergo magis ex facto proprio.ff.de cond.fur.l.& ideo.& l.ſi ſeruus.& facit.ff.de rei ven.l.& ex diuerſo.in pri. Nec obſt.l.2.de litig. quia ideo, ibi lis ſuo marte peragitur: quia venditio reſcinditur,& res ad priſtinum ſtatum redigitur,vt l.fi.eo.tit.Sed quid econtra,pone,ꝙ actor non erat dominus,tempore litis conteſta.ſed poſt,acquiſiuit dominium, nunquid ſufficit? Videtur quod ſic, ff.de pig.act.l.ſi rem. §.
18 fi.& ibi no.poſt Hugo. † Item, pro hoc: quia ſicut requiritur ex parte actoris dominium, ita ex parte rei poſſeſsio, ad hoc,ꝙ rei ven.competat,vt ſatis dictum eſt ſupra.per l. 1. de alie. iu. mu. cau. fac. ſed ex parte rei ſufficit, ꝙ poſſideat tempore ſententiæ: ergo videtur, quod ex parte actoris ſufficit dominium tunc fuiſſe quæſitum,ff.de rei ven.l.ſinautẽ. §.1.facit ff.de pact.l.quæſitum.Iac.dicit, quod de hoc eſt facta quædam noua decretalis,quam ipſe, (vt aſſerit) non vidit tamen potes eam videre,extra de ſen.& re iu.c. abbate ſane.lib.6.in qua diſtinguitur: aut agitur expreſſa cauſa, acquirendi dominij: aut nulla expreſſa, niſi dominij ſolum. Primo caſu: non ſufficit acquirere dominium,poſt litis conteſt. Secundo ſic. Iacob. tamen tenet contrarium. & idem tenet Petrus, qui magis hoc fundat. Primo,quia non poteſt videri in iudicium &c.ff.de iud.l.non poteſt. Secũdo,per l.tigni. §.fi.vbi dicit: quod oportet, quod interſit tempore litis conteſt. Præterea,dicitur expreſſum,ff.de exce.rei.iu.l. ſi mater. in prin.Propterea,hoc confirmat per rationem.Certum eſt, quod dominium ſolum, eſt cauſa rei vendicationis, nihil ergo facit cauſa remota, quia illa non cauſat vendicationem, ſed ſolum ponitur ad probandum dominium, ſiue ponatur, ſiue non ponatur: non minus procedit libellus,ſemper enim dominium deducitur in iudicium. & ita videtur vtrobique deduci omne dominium, vndecunque & ex quacunque cauſa quæſitum,vt d.l. ſi mater.§.1.ff.de exce.rei iudi.& hoc apparet, quia ſi appello ex vna cauſa, & ex alia ius competit, videor appellaſſe,ex omni cauſa ex qua ius poteſt mihi competere,& nedum expreſſam,imo aliam poſſum proſequi. ff. de appel.l.ſcio.§.fin.A ſimili,ſi vnam cauſam remotam propoſui, poſſum proſequi aliam, & ſic expreſsio cauſæ remotæ, nihil facit. Non ob. contraria. & primo. §. poſſidere. dicta l. ſinautem. quia ibi non eſt bona conſequentia, nec bona ſimilitudo, de reo ad actorem, quia de perſona rei, non metimur ius, ex perſona actoris ſic. & ideo oportet ꝙ tempore litis conteſt. habeat ius, vt apparet in petitione hæred. quia ſufficit, ex parte rei, quod poſſideat tempore ſententiæ, vt l. ſi quo tempore. ff. de peti. hær. & tamen ex parte actoris, oportet quod ſit hæres tempore litis conteſta. Item non ob. l. ſi rem alienam.§. fin. de pig. act. quia actio pignoratitia oritur ex pignoris datione,demum ſolutione ſecuta,ſupra quib.mo.re contrah.ob.§.is quoque.& ſic ex præcedenti cauſa.Et ideo ſufficit, ius poſt fuiſſe acquiſitum. ff.man.l.ſi mandauero. Secus, ſi non ex præcedenti cauſa, vt d.l.non poteſt.vt dixi ſupra prox.§. Hæc ſententia eſt multum probabilis, ſed tamen illa decre. videtur fuiſſe ſumpta de ratione l.ſi mater.§.eandem.ff.de exce.rei iudi.vbi admittitur diſtinctio,de cauſa remota ſecundum intellectum gloſ.

Vnde tenendo opi.& intellect.gl.ille §.eſt mirabiliter, contra opi.doct.& eodem modo in l.& an eadem §.actiones. ff. de exce.rei iu.Sed ipſi poſſunt dicere,quod illa gloſſ. non eſt vera,& quod ille §. non intendit facere differentiam de expreſsione cauſæ remotæ, ſed an dominium fuerit de nouo quæſitum,vel non.ſed durum eſt, contra ſtimulum calcitrare.omnia enim debent obedire Deo,& Papæ.iunge infra eo. tit.§.ſic itaque.Quid ergo dices,ago rei vendi. cauſa remota expreſſa in libello, in proceſſu volo probare aliam cauſam, nunquid debeo admitti? vel ſi admiſſus fuero,& probauero, nunquid debet condemnatio ſequi? Non videtur, per dictam decretalem, per quam videtur probari, quod non videtur deduci,in iudicium,niſi dominium, quod ex illa cauſa competit.& per d.§.eandem ſecundum intellectum gl. Qui tenet opi.doct. diceret contrarium,ſed tamen durum eſt &c. vt ſupra dixi. Sed quid,ſi actor agit, cauſa mediata nõ expreſſa in libello,ſed poſtea exprimit in proceſſu,cauſam certam, quam proſequitur,& fertur ſententia,nunquid ex alia cauſa, poteſt agere? Expreſſe videtur ꝙ non.in §. eandem: & no. in l.& an eadem. §. actiones. nec videtur immutari aliquid per dictam decretalem. & iunge, quod dicam infra eod. §. ſic itaque. Sed pone, aliquis agit rei vendicatione directa, & ſuccumbit,nunc vult agere vtili,nunquid poteſt?Videtur quod ſic,cum ſint diuerſæ actiones, & quodammodo ex diuerſis cauſis competentes,vna, ratione directi dominij, alia ratione vtilis, & ſententia lata in vna, non obſtat exceptio rei iu.in alia, vt l. cum quæritur, & hoc verum eſt ſine dubio: vbi ſententia fertur, ratione ineptitudinis actionis, vt ff.ſi men. fal. mo.l. 1. vel vbi,actum eſſet expreſſe vna. Sed vbi actum eſt, generaliter dicendo rem ad ſe iure dominij pertinere, ad huc videtur idem, quia in dubio, videtur fuiſſe actum directa.ff.ſi ager vect. l. 1. §. 1. Et hæc videtur fuiſſe intentio gloſſ.ff.de exc.rei iud.l.ſi mater.§.eandem. ff. de euict. l. minor. §. 1. Sed forte,de veritate iuris, videtur probabilius, quod illo caſu videtur totum ius ſuum in iudicio deduxiſſe: vt d.c. Abbate.& d.l.ſi mater.§. 1. & iunge
20 infra verſic.veniamus ad quartum. † Item not.quod quamuis rei vendi. competat ſoli domino, vt l.in rem actio. ff. de rei vendi.tamen eſt dari caſus,vbi competit non domino. C. de iur. do. l. in rebus. ff. de iur.do.l. ſi ſponſalibus.§.1. C.de præſcrip.30.vel 40. an. l. ſi quis emptionis. §. ſed hæc ſuper illis. Et forte poſſet idem dici, vbicunque poſſeſſor, vel detentator habet cauſam ab agente.verbi gratia, commodaui, vel locaui rem tibi: ſi agam contra te, non potes referre cauſam dominij. ſed illud obtinet: vbi agitur perſonali, ſecus in rei vendi.vt conſueuerunt docto.no. C.loca.l.ſi quis conductionis titulo. Item not. quòd quamuis reperiatur dominium directum,& vtile in immobilibus, nunquam tamen reperitur,in mobilibus. & ideo credo,quod qui ageret rei vendi. vtili pro re mobili, dicendo ſe dominum vtilem, quod caderet,cum nullo iure hoc reperiatur, ſed contra illum,qui dolo deſijt poſſidere, poſſet agere, vtili: vt l. electio.§.1.ff.de noxa.duntamen, ſit directus. Item no. quod vbi commiſſa eſt alicui cuſtodia rerum, cuſtos poteſt agere pro illis rebus: quamuis non ſit dominus.C.de ſac.ſan.eccle. l.ſancimus.la 2.ibi ſanctorum vaſorum cuſtodes &c.C.ſi per vim,vel alio modo.l. fin. ſed illa eſt magis contra: quia ſpeciale in poſſeſſorio. Item pro hoc facit ff. de dam. infect. l.cum emptor. 16.q. 1.in canonibus.& hoc poteſt eſſe verum, ſi ille cuſtos,habeat officium, vel adminiſtrationem, ad hoc inſtitutam per modum tituli, vt quia ſacriſta,vel caſtellanus alicuius caſtri. ſecus ſi ſit nudus cuſtos, ad certum tempus: vt d.l.fin.a contrario ſenſu ff.de condi.fur. l. & ideo. §. fin.
21 † Sed quid ſi actor dicat ſe proprietarium in libello, & non dicit ſe dominum? Verbi gratia, dicit, quod talis res ad ipſum iure proprietatis pertinet, nunquid ſufficit? videtur quòd ſic, quia proprietas, & dominium videntur eſſe idem.C.de prob.l.proprietatis. Videtur tamen quòd ſit differentia, quia proprietas rei dicitur,cuius dominum nullius eſt ſupra de re.di.§. littore. & ſic non ſunt idem, quia ſi eſſent idem, in qua re non cadit dominium nec caderet proprietas.& tamen d.l.dicit contra. Vnde videtur differentia, quia verbum proprietatis videtur ineſſe in ipſa re.ſed verbũ dominij in perſona illius ad quem dominium pertinet. ff.de rei ven.fructus.de vſufr.l.ſed ſi quid.§.fi.de ver. ſig. l. quæſtio melius ff.qui.mo. vſufr.amit.l. ſi tibi fundi vſusfructus. ibi cum dicit dominum proprietatis. Satis tamen poteſt dici, ꝙ ſufficit dicere,ꝙ pertinet iure proprietatis. Etenim proprietarius pro dño frequenter accipitur: vt d.l.proprietatis. Hucuſque ſatis diximus de eo,quod requiritur in rei ven. ex parte actoris: nunc voluamus mantellum, & quæramus de eo,quod requiritur ex parte rei. Et certum eſt, ꝙ poſſeſsio,
22 vel quaſi poſſeſsio, vt ſupra dictum eſt. † Quæramus circa primum,videlicet circa poſſeſsionem,vtrum requiratur vtraque,ciuilis,& naturalis,vel an ſufficiat altera tm̃? Et primo vtrum ciuiliter tantum poſsidens, teneatur rei vendica? & in hac quęſtione doct.& gl.conſueuerunt dicere,ꝙ ſic,vt no. in l. 2.C. vbi in rem actio.& no.in Spe.de actio.ſeu peti.§.ſequitur.verſic.ſed nunquid,nu. 26.& idem doct. hic allegant, quaſi pro caſu,ff.de uſufr.l.cuiuſcunque. §. ſi fundus. Sed contra eorum opi.uidetur: ꝙ nullus tenetur rei uen.niſi qui habet facultatem reſtituendi. ff. de rei. uen. l. officium. ad exhi.l.3.§.fi.ſed ciuiliter poſsidens non habet facultatem rei reſtituendæ,& ſic non uidetur teneri. Quod non habeat facultatem apparet,quia ipſe non detinet rem, ſed ille qui poſſidet naturaliter,ſicut fructuarius,emphyteuta,uaſallus, qui non cederet domino,ſi uellet rem tradere, ergo uidetur, ꝙ dominus non teneatur. Sed ad hoc poſſet reſponderi, ꝙ res iudicata contra dominum,noceret eis.ff.de re iudi.l. ſæpe.& fiet executio,contra eos.ff.de uſufr.l.locum.§.proprietarius. Vel dic,ꝙ ſi petitur ius,quod ciuiliter poſsidens dicit ſe in re habere,tunc tenetur,quia illud ius,poteſt reſtituere, ſeu dimittere.Verbi gratia,aliquis habet uſumfr. in re,uel eſt uaſallus uel emhy.ego in hoc non contradico, ſed peto proprietatem directam.uerbi gratia,dico,ꝙ talis res ad me pertinet iure dominij directi,quam tu poſsides ciuiliter,tanquam dominus proprietatis: uel tanquam dominus directus, peto &c. ſed ſi peteretur res ipſa, & eius reſtitutio non uideo, quod hoc fieri poſsit: cum reſtituere non poſsit, ut dixi, ſed contra naturaliter poſsidentem poteſt agi,quia ille habet facul-
23 tatem rei reſtituendæ,ut l.officium.ſupra alleg.†Sed quid,ſi non poſsidet naturaliter,uel ciuiliter,ſed tantum,ut depoſitarius,uel colonus? expreſſum uidetur in d.l.officium.quod contra detinentem non poteſt agi. Doct. iuris cano.dicunt, ꝙ illud eſt uerum, quo ad hoc, ut procedatur ſecundum formam l. 2.C.ubi in rem actio.uel ubi eſt incertum, an poſſidet, uel detinet, alias autem, non competit, imo actor ſciens, debet cadere,& ſic notant extra, ut lit. non conteſt. cap. quoniam, in §.in his, quæ ſententia poteſt eſſe uera, in his quæ ad opus alterius detineret, ſicut procurator balliui, adminiſtratores, & propter hoc,fuit inuenta l. illa 2. ubi in rem ac.non ſic in alijs, ut ſi ego depoſui, rem meam penes te,uel locaui tibi,uel commodaui,& eam uedicem, quia hoc caſu,certum eſt teneri. quinimo in omni caſu detinens, qui habet facultatem rei reſtituendæ tenetur,niſi nominet actorem, & dicat ſe nolle rem defendere, tunc enim proceditur iuxta formam dictæ l. 2. datur ergo rei uendica. contra detinentem,& contra poſsidentem.Item,contra illum, qui dolo deſijt poſsidere,ſiue ante litem inceptam,ſiue poſt. ff. de rei uen.l.ſinautem.§. ſed & is qui. Sed cui incumbat onus probandi dolum? uidetur,ꝙ proponenti.ff.de proba.l.quoties. §.qui dolo.Sed contra ff.de exce.rei iu.l.ſi rem meam. ſed ſol
24 ue ut ibi no.in gl. † Sed quis erit modus probandi dolum? Forte ſi denuntiaueram reo, rem uelle uendicare, uel alias ſcribam,ꝙ ego eram daturus libellum, & pluribus alijs modis,uide ff.ex quib.cau.in poſ.l.Fulcinius.§. quid ſi. In gloſſ. nam uoluntas.extra de reg.iur. c. pro poſſeſſore. lib. 6. per Dy.in Spec.de emp.& uen.§.nunc dicendum.& ver.ſed nũquid. Item eſt dare caſus, vbi tenetur ille, qui poſsidet, quamuis ſine dolo & culpa, deſieret poſsidere ſi habuit malum & vitioſum initium, ut no. ff. de ui & ui ar. l. ſi ui me deiecerit. & illo caſu,non oportet probare dolum.qđ eſt be-
25 ne notandum. † Quid ſi culpa deſijt poſsidere? Dic, ꝙ tenetur poſt litem cõteſt.imo etiam ſi ſine culpa tenetur,

propter

propter acceſſoriam, vide ff. de rei vendi.l. item ſi verberatū §.fin.cum l.ſequen.& l.ſi a bo.fid.poſſeſſ.ff.ad exhib.l.de eo. §.ſi poſt. de euict.l. ſi ſeruus.§.fin. item habetur pro poſſeſſo re is,qui ſe obtulit: cum l.ſeq. & ſe. Nunc videamus de tertio, ad quid competit rei vendicatio: ſeu quid in ea veniat? Dicunt doct. quòd rei vendicatio competit ad rem corporalem ſingularem,commercio hominum non exemptam. Primo dicunt, quòd competit ad rem corporalem: quia ad incorporalia non competit, cum non poſsideantur. Sed ad illam cōpetunt confeſſoria & negatoria: de quibus infra prox. §.& h.d.iſte §.ibi,veluti ſi rem corporalem. Nunquid ergo, cum pertinente, poteſt vendicari? nec videtur quia in pertinentijs ſunt multa incorporalia,ſicut homagium,iuriſdict. & ſimilia. Poteſt dici contra,ff. de vi & vi ar. l.1.§. illud. de contrah. empt.l.in modicis. Sed Innoc.videtur tenere contra,extra de reſtit. ſpol.c. cum ad ſedem. nume. 2. vide infra eo.§.præiudiciales. & §.curare. Item ſingularem dicit, quia non competit pro vniuerſitate iuris, ſicut eſt hæreditas, & peculium, ſed pro vniuerſitate facti: ſicut eſt grex. ſic ff.de rei vend.l.vendicatio non vt gregis. & l.1.§.fi. Item dicunt, commercio hominum &c. quia res ſacræ, & religioſæ quæ nullius dominij ſunt,nō poſſunt vendicari, quod eſt verum, ſecundum Petr.niſi adiecta cauſa iuſta.l.1.§. per hanc l.1.in fi.de rei vendi. Vel verius dic, niſi per adminiſtratores, vel prælatos,nomine vniuerſitatis, vel eccleſiæ. C.de ſac.ſan.eccleſ.l.ſancimus la 1.§.1. Quid autem in hac actione veniat, dic quòd fructus pendentes. ff.de rei vendica l. fructus, non modo. Item extantes naturales,& hi veniunt eadem rei ven. quia res ipſa petitur, per l.fructus.pendentes.ff.illo tit. Item veniunt fructus extantes induſtriales. Sed hi veniunt per aliā vendicationem. Item fructus conſumpti vendicantur a malæfidei poſſeſſore,quia dolo deſijt poſsidere. vt no.in l.& ex diuerſo. Alij autem petuntur per officium iudi. & alijs actionibus. vt videbis magis,infra de offic.iud.§.etſi.ver. illorum ſupra de rer. diui.§.ſi quis a non domino. Item veniunt damna in rei vend.ff.de rei vend. l. non ſolum.§. vnde quęritur.
26 cum l.ſeq. & ſequ. † Veniamus ad quartum, de formatione
h libelli. [h] Et dominus Iacob. de Ra. refert Roſre. ſic formaſſe libellum. Dico me dominum talis rei. (deſignabitur meliori modo quo poterit) quam tu poſsides. vnde peto illam rem mihi reſtitui, cum fructibus perceptis, & percipiendis. Dicit idem Iaco.quod contra huiuſmodi libellum doct.conſueuerunt arguere. nam is libellus concludit ad reſtitutionem,& ſic videtur eadem concluſio, quæ in perſonali: nam ſi commodaui tibi rem,concludam, quòd reſtituas. Vnde dicit ipſe, quod docto. conſueuerunt dicere, quod debet concludi, ad declarationem, & pro reſtitutione iudicis officium implorare. Ex hoc apparet, quia ſententia debet eſſe conformis libello, vt l.vt fundus.ff. communi diui. Conſtat autem quod in rei vendi.pronuntiatur rem petitoris eſſe,vt l. & ex diuerſo.§.1.ff.de rei vendic. ergo ſuper hoc debet concludere libellus, videlicet quod pronuntietur petitor dominus,& hanc ſententiam tenet Petr.de Bel.per. & quòd reſtitutio nō venit iure actionis, ſed officio iudicis: & ſic tenet curſus cauſarum communis. Idem tamen Iacob. impugnat dictum libellum in alio articulo, quia dicit cum fructibus perceptis, & percipiendis: quia multi ſunt poſſeſſores, qui non tenentur de perceptis ſi ſint conſumpti, nec de percipiendis,quoquo modo. Item alij tenentur alijs actionibus quam rei vendica.& no. plene in d.l. & ex diuerſo. & §.illorum. infra de offic. iud. Vult ergo concludere Iacob. quod oportet declarare, quos fructus petit. & taliter, quod appareat, quo iure petit. Pet. vero videtur ſentire, quod ibi declarare non poteſt, quia forte neſcit quot, nec qui fructus extent, nec qui conſumpti ſint, quia forte nec aduerſarius vult declarare,& ideo admittatur talis petitio generalis. argu.ff.quo.leg.l.1.§. quia autem. & hoc probat: quia lex dicit quòd condemnatio fit in fructibus, taxatione iudicis: & ſic apparet,quod nō erant certi petitio, quia nō fieret taxatio in incerto. C.ſi quis alteri, vel ſibi.l. cum propria. hanc ſententiam vſus cauſarū admittit, imo plus, condemnat in fructibus, abſque alia declaratione: vt videbitis infra eo.§.curare.& ibi magis dicam.

Formabis ergo ſic: dico ego talis,contra talem. qui rem meā poſsidet, ſeu detinet, & habet poteſtatem eam reſtituendi, quæ pertinet ad me iure dominij,quam rem peto,ad me pertinere iure dominij declarari, & hoc declarato,peto eam mihi reſtitui, cum fructibus perceptis, & percipiendis,nec nō & cum damnis, quæ paſſus ſum, vſque ad tales ſummas, ſalua in omnibus veſtra legitima taxatione, petens expenſas in. & pro lite factas,quas tantum æſtimo,ſuper faciendis,veſtrū requirens officiū &c. Iſte libellus ſatis procedit,vbi reus detinet,ſeu poſsidet: ſed ſi dolo deſijt poſsidere, non procede-
27 ret, imo oporteret de hoc facere mentionem. † Et tunc dicetur ſic, dico quòd talis rem meam talem quam detinebat, ſeu poſsidebat, dolo deſijt poſsidere, quæ quidem res ad me iure dominij pertinebat,& pertinet,quare cum de iure idem reus pro poſſeſſore haberi debeat, peto dictā rem ad me pertinere,& meam iure dominij declarari,& hoc declarato, dictam rem mihi reſtitui,quamuis enim nō poſsideat,videtur, quòd debeat peti reſtitutio: ſed poſt cum reus dicat ſe non poſſe reſtituere,iurabitur in litem,ex dolo, vel quanti res eſt in culpa iuxta l.qui reſtituere, vnde glo. ibi dicit, ꝙ ad aliud agitur,aliud conſequitur. innuendo quod reſtitutio, ibi repetitur,& ſoluitur æſtimatio. Si autem culpa deſijt poſsidere, in caſibus quibus quis tenetur ex culpa, de quibus dixi: tunc oportet fieri de hoc mentionem in libello,vel in proceſſu,& non dicet, eum dolo, ſed culpa deſijſſe poſsidere, valet ergo
28 libellus, ſi dicat ſe dominum. † Sed quid ſi pars petat,quòd declaret,an dicat ſe dominū directū,vel vtilem? Dicas quod tenetur declarare, an agat vtili vel directa vt ſupra dixi, per conſequens & pro quo dominio agit,alias videretur vtrunq; vel totum ius vndecunq; quæſitum in iudicio deduxiſſe.ff.de exce.rei iud.l. ſi mater.§. eandem.l. & an eadem.§. actiones. Si tamen reus huiuſmodi declarationem nō petat,forte prudentius agit,quia ſi nil fuerit declaratum:& actor ſuccubuerit,& poſt iterum agat vtili, obſtaret ei exceptio rei iudicatę quæ non obſtabit,ſi declaraſſet ſe, vt dixi ſupra latius. & per hoc videtur quòd dato libello,nō ſpecificato dominio, ſi det actor articulos, ſeu poſitiones ſuper vtili tantum, ꝙ dicat ſe emphy.vel vaſallum vel colonum, ad nō modicum tempus, quod tales articuli debent admitti,quia omne dominium videtur in iudicium deductū. Nec ob.quod dicēdo dominium, intelligitur de directo.in dubio,de vtili: vt l.1.§.1.ff. ſi ager vec.quia verū eſt de propria ſignificatione, & in materia, in qua alterum tantum dominium cadit,ſed in materia, in qua vtrunq; poteſt comprehendi,ſicut in iudicijs, vbi omnia veniunt,de quibus nō eſt actū ſpecialiter,ne veniant, vt l.ſolennis.ff.de iud.dicendum eſt quod omne dominium venit.arg.
29 dicti §.actiones.infra eo. † Sed quid ſi actor dicat in libello, ꝙ res pertinet ad ipſum nec declarat,an iure dominij,nunquid valet talis libellus? Expeditum videtur ꝙ ſic, extra fide inſtr.c.inter dilect.de exce.c.cū venerabilis.& ſic tenet Spec. lit.conteſt.§.de proprietate.verſi.aliæ ſunt tales. Ego credo, quod libellus ſatis procedit de ſe. ſi tamen pars petat declarari,quomodo pertineret, actor tenetur declarare, quia verbum pertinere eſt dubium,& latam habet ſignificationem,& ſic cum libellus debeat eſſe certus,declarari debet.ff.de verb. ſign.l.verbum pertinere. Præterea ſi tenetur actor declarare, an agat vtili vel directa,multofortius, quare res ad eum pertinet,an iure dominij,vel debiti. Emphy. vero, vaſallus, vel alij debent facere mentionem de ſuo vtili dominio, & dicūt ſic. cum tu talem rem teneas,& poſsideas,quę ad me iure vtilis dominij pertineat,cū eam in feudum,vel emphy.teneam, declara,quomodo teneas,peto &c. Nunc videamus de modo probandi dominiū. Et in hoc aduerte, ex qua cauſa voles dicere te dominum.vnde ſecundum naturam acquiſitionis dominij oportet te articulare, & ſuper hoc vide de acq. rer.do. per totū ſupra de rerū diuiſio. per totū, & hoc ſatis eſt facile videre, ſi vis ferā vendicare,dices eam te cepiſſe, vel alium, a quo cauſam habuiſti,& eodē modo proſequere materiam.de re.diui.in hoc tñ aduerte, quia ſi dicas te dñm, quia emiſti a dño,oportet ꝙ probes quatuor. primo, ꝙ ille venditor eſſet dñs,qui vendidit tibi. ꝙ ſolueris pretium, & ꝙ tradidit rem ſupra re.d.§. venditæ. & idem in alijs titulis. oportet.n.probare

bare titulum, & traditionem, & dominium tradentis .ff. de acquiren.rer.do.l.nunquam.& l.traditio. Item probas dominium, ſi tenuiſti cum titulo, & bona fide rem mobilem tribus annis: immobilem 10.vel 20.iuxta .l. ſi quis emptionis. C.de præſcrip.30.vel 40.anno. Quid,ſi non probet titulum, ſed probat,quod ipſe,& prædeceſſores ſui,tenuerunt rem illam tanquam ſuam, a tanto tempore, quod hominum memoriam excedit? Non videtur valere,quia illa probatio non obtinet, niſi in ſeruitutibus,cum in alio caſu,non reperiatur de iure ciuili, vt l.ſi arbiter.ff. de proba. de aqua plu.arcen.l. 1.§.fin. Forte poſſet ſuſtinere contra, nam cur non bene acquiritur dominium tãto tempore, ſicut admittitur? ff.de acquir. rer. domi. l. nunquam.§. theſaurus. imo forte ſufficeret,ſi probaretur, quod actor, & prædeceſſores geſſerunt ſe, pro dominis rei 30.annis, & quod pro talibus habiti fuerũt, quam non probent titulum,& facit quod not.ff. de condi.inſti.l.quidam. Si vis latius videre libellos, & poſitiones in rei vend. vade ad Specu.titu.de proprie.§.1. verſi. nam ratione.
i nu.30.de actio.ſeu peti.§.ſequitur.ver. item not. [i] nu.21.

a Adnotatio. Quilibet. Hoc relatiuum ſtat declaratiue, quia adijcitur qualitati,conuenienti vnicuiq; contento ſub genere actionis: ſecundum Ia.

b Compromiſſarios. Vide Ang. ponentem differentiam, & conuenientiam inter iudices & arbitros: in 1.col.circa ſi. in ver. & licet ſit aliquantulum: & per totam col.ſequentem.

c Approbare. Hanc primam expoſitionem licet gl.reprobet: tamen eam ſequuntur communiter doc. hic, & inducunt ad hoc l.1.ff.eo.vt hic per do.Iaſ. qui prolixe tractat an appellatione contractus veniat quaſi contractus. & per Angel. hic.

d Vide ibi. Vide hic Ang.in 4.col.poſt me.ver. in ea.glo. ibi de ac. & obl.vbi & ponit de formatione libellorum in actionibus perſonalibus.

e Obligatio. Vide Ang.hic in 11.col.prope fi.in ver. in ea. glo. in fin.

f Quid ſit rei vendi. Dic quòd eſt ius quòd cauſatur a dominio: quod etiam eſt ius. ita not.Bart.in l.naturaliter.§. nihil commune. in 3.col.ff. de acquir. poſſ.de quo plene per Fel.in c.inter dilectos.nu.1.extra de fid. inſt.& Ang.de Aret.hic in 11.col.vſque ad finem.§.

g Secundum. Hic tractat Ang. materiam iſtam incipiens in 10. colum. poſt prin.in ver.1.ea.glo.in fi.licet ordine alio procedat: tamen quaſi in omnibus conuenit cum Ioan. Fab.

h Libelli. De hoc tractat hic Ang.in 11.colum.poſt me.in verſic.quæro ergo quomodo. Item vide Pet. Ferra.in ſua practica in for. libel. in act. rei ven. & Pet. Iac. in titu.de rei ven.quibus authoribus, plene inſtrui poteris ſuper formationibus libellorum. item vide do. Iaſ. May. hic in 20.colum. in me. ver. extra glo. vſque ad fin.§.

i Item not. Et in Spe.de loc.§.nunc aliqua. ver.56.& ſe.& verſi. 168.& Bar. in l.cum res.C.de proba.vbi etiam per Bar.Alex.conſi. 202.2. parte vbi plene & conſi.10.& 11.4.parte. idem Alex.in l.1.ff.de vſuca. Item vide Pet. de Fer. in ſua pra.in forma libelli in act.reali. Item Pet. Iac. tit. de rei vendi.

1 *Seruitutum realium diuiſio.*
2 *Seruitutes perſonales & 3.4.5.*
6 *Vſus ſeruitus quando, reales, & 7.*
8 *Confeſſoria quis, & quando quique agat.* 10.14.
9 *Confeſſoriæ, & negatoriæ diſcrimen.*
11 *§.æque.ſenſus.*
12 *Confeſſoria utilis.*
13 *Confeſſoria quid.*
15 *Deueria non niſi uſu transferri.* 18.
16 *Seruitutis quærendæ. modi.* 19.
17 *Seruitia quanto tempore præſcriptibilia.*
20 *Seruitus abuſu præſcribi incipit.*
21 *Seruitus alt. tol. quando poſſideri cœpta.*
22 *Scientiam actibus probari.*
23 *Familiaritate non præſcribimus.*
24 *Vſus probati utilitas.*
25 *Seruitutis probandæ* 26.27.
28 *Confeſſoria agens quid probet.* 29.
30 *Confeſſoria uis.* 33.
32 *Impeditus qui concludat. & ad quid.*
34 *Negatoria quid, cuique, in quem, & ad quid data.* 35.
36 *Negatoriæ probatio.* 37.
38 *Negatiuæ concluſio. & præſcriptio.* 39.
40 *L.a quo.& l.is cuius conciliatæ.*

a ÆQVE SI. Supra dixi de actionibus realibus,quæ competunt pro rebus corporalibus,ſequitur,de realibus, quę cõpetunt pro rebus incorporalibus,
1 † quæ ſunt duæ vna, quæ datur vendicanti, vel defendenti ſeruitutẽ, quæ vocatur confeſſoria, alia quæ datur ad negandum ſeruitutem,quæ vocatur negatoria. Et pro euidentia caſus, & dicendorum debes
b ſcire, [b] quod quædam ſeruitutes ſunt perſonales: quædã reales. Item realium quædam vrbanorum prædiorum,quædam ruſticorum. Perſonales, ſecundum Dyn. dicuntur dupliciter. quia quædam debentur a perſona perſonæ, quædam a re perſonæ, a perſona perſonæ, vt eſt videre, in perſona ſerui, qui debet ſeruitutem domino ſuo, ſecundum eum. Sed certe ibi non eſt ſeruitus formalis, de qua hic tractatur, quia cũ ſit ſeruus domini, non poteſt dici, quod dominus non habeat ſeruitutem in re ſua.ff.ſi vſusfruct. pe.l.vtifrui.quamuis dicatur ſeruitus ſupra de iure, perſona.§.ſeruitus. ſed ad veritatem, non eſt ſeruitus formalis, vt dixi. Sed ecce caſum, vbi poteſt eſſe ſeruitus formalis, debetur a perſona perſonæ, quando legantur operæ ſerui, vel miniſterium, tunc enim eſt bene formalis: quia legatarius, non eſt dominus ſerui: nec cenſetur fructuarius.ff.de vſufruct. lega.l.2. Sed illarum quæ debentur, a re perſonæ ſunt plura exempla, vt vſusfructus, vſus, & habitatio, vnde ſecundum gloſſ. tres ſunt per-
2 ſonales ſeruitutes † tantum: videlicet vſusfruct. vſus: & habitatio: addit Dyn. quartam, operæ, ſeu miniſterium ſeruorum, vt ſupra proxi.dixi. Sed glo. hoc reprobat.ff. de vſufruct.l. ſi quis binas. & dicuntur perſonales, quæ debentur perſonæ,& cum perſona extinguuntur.ff.quibus modis vſufruct. amitt. l. ſicut.§. fina. niſi in legato operæ ſerui, quod extinguitur per mortem ſerui, non legatarij: vt l. 2.ff. de vſufruct. leg. Reales debentur a re rei, & non poſſunt conſtitui, niſi ſit res, quæ ex hoc proſperetur, id eſt, pluris valeat & melior ſit, & cui poſsit deberi.ff.de ſeruitu.l. quoties. la 1.ſupra de ſerui.§.ideo. hæc eſt opinio glo.& videtur eam
c ſequi Dyn. hic. Quid [c] ergo, ſi dices, conſtituiſti mihi expletum in nemore tuo, videlicet quòd poſsim recipere de lignis nemoris tui, quantum erit mihi neceſſarium, pro calefaciendo hoſpitium meum,vel ruſtici cuiuſdã manſi, debent mihi brauium, vel operatorium, qualibet hebdomada: nunquid hæc & ſimiles erunt ſeruitutes perſonales? vel ſi conceſsiſti mihi, quòd poſsim haurire aquam de fonte, vel puteo, quos habes in domo tua? gloſſ. voluerunt dicere, quòd talia, non debẽt dici ſeruitutes, & ſic pro talibus non agetnr confeſſo. & hoc dicunt poſt Ioan. in l.ſi quis binas. ſupra allegata.ff.de ſerui.l. vt pomum. de ſerui. ruſti. prædio.l. pecoris. de ali. & ciba. lega.l. Mela. Petr. de Bell. pertic. tenet contrarium, cum Roge. cuius opinio ſcribitur in l.Mela.vi-
3 delicet, quod omnes tales ſunt ſeruitutes † perſonales, & pro ipſis poteſt agi confeſſoria,& hoc patet, quia de eis tractatur in materia ſeruitutum, & ſermones &c.ff. de loca.l. ſi vno anno. Item dicit, quod hoc eſt expreſſum quaſi in l. Mela. vbi appellantur ſeruitutes. Nec obſtat l. vt pomum. quia quando ibi dicitur, non eſt ſeruitus, verum eſt realis: ſed perſonalis, & hanc ſententiam videtur fouere gloſſ. ff. de ſer. titu. generali. l. 1. cum dicit, & ſi quæ ſunt ſimiles. & hanc amplectitur vſus cauſarum, tota die formantur libelli in confeſſoria pro vſibus paſcuorum, & expletis foreſtarum, etiam pro talijs hominum. & breuiter pro omni iure incorporali. & hoc ſatis videntur ſentire docto. iuris canonici extra, de reli. domi.ca. conſtitutus. & hoc ſatis ibi probatur. de præſcript. cap. veniens. Vnde omnes concordant, quod pro decima, poteſt agi confeſſoria, extra de deci.cap. tua. vbi per docto. & cap.prohibemus. Et ideo credo,quod poſsit agi confeſſo, pro iure decimæ, & alijs iuribus incorporalibus. Vnde non video, quare melius poſsit agi confeſſo. pro illis tribus vſu vſufructu, & habitatione, quam
4 pro alijs. Sed ideo † illæ tres dictæ fuerunt perſonales: quia de illis nominatim tractatur in iure: non quia eſſent, vel eſſe poſſent aliæ. & hoc ſatis probatur in d.l.1. vbi non nominantur niſi duæ: & tamen omnes docto. concedunt, quòd ſunt tres. Si ergo poſt nominationem text. ipſi dant aliam: cur nos non poſſumus dare alias vſibus: & conſuetudinibus introductas? & in hoc non videtur magna difficultas: ſed hoc non videtur mihi difficile quomodo cognoſcam an ſit perſonalis vel realis.
5 † Pone: quidam dedit mihi vſum in foreſta ſua, nunquid eſt realis vel perſonalis ſeruitus? expeditum videtur quod ſit perſonales .ff. de leg. 1.l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. ff. de verbor. obligat. l.ſtipu-

l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita. & in hoc poteſt dici, ꝙ vbi ali-
qua ſeruitus conceditur gratis inter viuos ex liberalitate, nó
ex pacto facta mentione de perſona, non de re, quæ ex hoc
poſſet proſperari,vel vbi ſeruitus ſic legatur, quod cenſetur
perſonalis extinguitur cum perſona,niſi fiat mentio de hære
dibus,vt ll.ſ.allegatis.& l.non ſolũ.§.tale.in fi. ff.de lib. leg.
6 † Quid ergo,ſi fiat mentio de re? Verbi gratia, concedo tibi
vſagium,in tali foreſta mea, ad calefaciendum,& ad vtendũ
ad neceſsitates talis caſtri tui,tunc dicerem eam realem,quia
ex hoc caſtrũ emendatur,clauditur,& ſuſtinetur,ſed vbi non
tangeret vtilitatem caſtri,iudicarem perſonalem. Verbi gra-
tia,cõcedo tibi vſagium calefaciendi te,in tali caſtro. hoc nó
tangit vtilitatem caſtri,& dicerem hanc in dubio perſonalẽ.
& hoc vult dicere l.Lucius.ff.de ſer.ruſti.prædi. dono digitũ
aquæ in domum tuam,quæ in iſthmo eſt &c.ille vſus non tã
gebat domum,quia non indiget irrigatione,ideo contempla
tione perſonæ videtur conceſſum, & ad hoc facit ff. de don.
l. Aquilius. ſecus, ſi concederet digitum ad fundum, vel ad
pratũ,qui indiget irrigatione,vt l.pecoris. l. & Attillicinus.
& l.cum fundo.in fi.ff.de ſer.ruſti.prædi.nec facio vim, an di
cat ad talem locum,& vbicunque:quamuis gl. ſenſum det in
his,vt l.Lucius,quia ex quo certus locus nominatur, non mi
nus deberet valere,quantum ad illum locum,ex eo ꝙ poſtea
clauſula generalis ſubiicitur. Solum ergo,eſt inſpiciendum,
vbi nominatur res,an ſeruitus magis proprie reſpiciat ſerui-
tium: & cõtemplationem perſonæ,quam rei,aut rei potius,
quam perſonæ. Primo caſu cenſetur perſonalis. Secundo rea-
7 lis,& hoc vbi legatur,& conceditur ſimpliciter.† Quid ſi per
pactum vel ſtipulationem conſtituatur? Tunc dicerem,in du
bio realem per l. ſi pactũ.in fine.ff.de proba. niſi pactũ vel
ſtipulatio apponeretur.ſuper ſeruitute, quæ de ſui natura eſ
ſet perſonalis,vt d.§.ſi quis ita. alle. in gl. vel niſi eſſet talis,
ꝙ non eſſet veriſimile alij concedi,quam cui conceditur, vt
ſi quis concedat filio albergam in domo ſua, quando veniet
ad villam ſuam,vel aliud,quod non eſſet,veriſimile concede
ret extraneo,nam tunc eſt perſonalis,etiam ſi conſtitueretur
a re rei,vt ff.de ſer.leg.l. pater. & hoc intelligo in conceſsio
ne priuati. Quid in priuilegijs principum? Credo ſatis idem
inſpiciendum,videlicet an materia priuilegij, concernat lo-
cum vel dignitatem, vel perſonam, vnde vbi concernit lo
cum,vel eius libertatem,vel ad proſperitatem, debet iudica-
ri realis. extra de inſti.c.cum veniſſent. alias perſonalis C.de
excu. mun.l. ſordidorum lib. 10.& idem dicere in ſententia,
ſi pronuntiatum eſſet, me habere vſagium in foreſta. Vel
poteſt dici,qđ illa ſit realis in dubio.ff.de arbi. l. quãuis quia
imponit finem omnibus controuerſijs, vt ibi, ſi tamen fieret
de loco mentio,per modum ſ.dictum, eſſet minus dubitabi
le. Sed poſſet quæri,nunquid pro annuis præſtationibus, poſ
ſet agi confeſſoria.& qua actione agitur? vide j.§.præiudicia
les.& vbi de hoc. His itaque præmiſsis, veniamus ad tex. Et
eſt ſciendum,quod in hoc §.imperator facit ſex. Primo, dat
exemplum de confeſſoria, quæ competit pro ſeruitute per-
ſonali. Secundo dat duo exempla, de confeſſoria, quæ com-
petit pro ſeruitute prædiali,ſeu ſeruitute ruſtica. Tertio, dat
quatuor exempla de confeſſoria,quæ competit pro ſeruitute
vrbana. Quarto,dat plura exempla de negatoria. Quinto,po
nit differentiam,inter actiones reales,quæ competunt pro re
bus corporalibus: & quæ competũt pro incorporalibus. Sex
to, infert quandam exceptionem, a dicta differentia depen-
dentem,litera ſatis eſt plana. Caſum potes ſic incipere, do-
mine imperator,vos dixiſtis mihi, quod actiones reales com
petunt ad rem corporalem ſupra proxi.§. quid de incorpora
libus? nunquid actiones pro reis competunt? Dicit impera
tor,quod ſic reales æque ſicut pro corporalibus. Verbi gra-
tia,pone quod aliquis habet vſumfruct.in ædibus, vel in fun
do, impeditur quo minus vti poſsit, poteſt agere confeſſo.
contra impedientem. & hoc exemplum eſt de ſeruitute per-
ſonali. Item ſequitur exemplum de ſeruitute reali & prædia-
li, pone, quod habeo ſeruitutem eundi per fundum tuum ad
fundum meum ſine iuramento,vel agendi cum iumento, &
vehiculo. poſſum etiam agere confeſſoria, & ita proſequere
totum §. aliqua tamen de exemplis recipiunt contrarieta-
d tem,vt videbis iuxta gloſſ. In gloſ. d vt ſic eras.in fin.iſtud
exemplum non placet Dyn.dicit enim ꝙ truſatorium eſt di-
cere,quod inter exempla confeſſo.Iuſtinianus poneret exem
plum non competens,& competens negatoriæ, de qua prox.
tractatus eſt,ſed huic exemplo litera repugnat, dicit enim al
tius ædes ſuas,&c ſed dicit Dy. ædes ſuas, ſcilicet vicini ſuas
agentis: ſed certe litera videtur ſentire de ædibus agentis.
Vnde dicit Pet.de Bel.pert.poteſt poni exemplum faciliter,
in quo actor agit confeſſo.ius ſibi eſſe altius ædes ſuas tollen-
8 di. V.g.tu habes domum depreſſam, Titius † vicinus altam,
conceſsiſti ſeruitutem Titio domum tuam altius non tollen-
di,vis eam nihilominus eleuare, poteſt agere Titius confeſ-
ſo.contra vicinum, ius ſibi eſſe ædes ſuas altius tollendi, id-
eſt, eleuatas habere ſecundum eum, vel potes ponere ſic,
ſtatutum, vel conſuetudo villæ dicit ꝙ nullus poteſt facere
turrim,vel domum ſuam eleuare, vltra certam menſuram,
inuito vicino,vicinus conceſsit Titio,quod poſsit eleuare, ſi
vicinus, prohibeat, poteſt agere Titius confeſſoria contra
vicinum vt liceat ſibi altius ædes ſuas tollere.

Super tex.prohibendi. inter hæc eſt differentia. vide ff.de
verb.ſignifi.l.malum.§.1. In gloſ. tollendi. ibi exemplum
e confeſſoriæ. e hoc eſt ridiculum. gl. videtur ſupponere qđ
Iuſtinianus neſciebat ponere exempla propria, ſed ea inter-
miſcebat,quaſi ignorans,quod eſt confundere tex.vnde dic,
quod eſt exemplum negatoriæ. In ea.gloſſ.ibi non ad hoc
exemplum ſed ad alia ſic. quia in hac ſeruitute negatoria ver
bis affirmatiuis proponitur,vt infra ſequitur. In ea.gl.ibi:
negatoria autem quia negatur. dicit Dyn. quod idem voluit
9 † dicere. f Placen.non enim conſiderauit verba,ſed effectum
f quia confeſſoria vadit,vt quis confiteatur ſeruitutem, nega-
toria,vt negetur.Pe.dicit,ꝙ Pla. conſiderauit verba frequen
tiora, frequentius enim contingit quod confeſſoria concipi-
tur,& proponitur tam verbis affirmatiuis, quam negatiuis,
& caue,quia de alia confeſſ.loquitur.ff.ad l. Aquil.l. proinde
ſi occiſus.§.1. In ea.gloſſ.ibi,vt fructuario creditori. Hæc
g gl.euidenter male dicit,g quia nec vſufructuarius,nec credi-
10 tor, quaſi domini rerum, licet bene agunt † confeſſo. non
quaſi domini,ſed propter ius quod habent in re.ff.de ſerui.l.
ei qui.non tamen per omnia eſt ſimilitudo inter eos, nec for
te creditor agit,hac actione,ſed hypotecaria,vt ibi no.& pa-
tet.ff. ſi vſusfru.pe.l.vtifrui.§.vtrum. Pone ergo exemplum
de vtili,in vectigali.ff.de oper.no.nun.l. in prouinciali. §. ſi
ego.& in emphy.vaſ.& alijs quaſi dominis, & vtilibus domi
nis. In ea.gl.ibi.cum dicit.in rem.non decipiaris,quia confeſ
ſoria, & negatoria dantur poſsidentibus, & non poſsidenti-
bus contra poſsidentes,& non poſsidentes.ff.ſi vſufruc.pe.l.
vtifrui.ſi ſer. vendi.l.ſi forte.§.ſciendum. Et no. hic vnam
magnam gl.modici effectus. In fi.eiuſdem gl.vide plenius.
eo.ti.l.2.§.competit. In gl.vt in duplicibus.ibi cum allegat
fa.erciſc.l.iſta exempla.ſequitur Dyn. & tamen non placent
Iacob.& Pet.nam exemplum debet eſſe de regula. Regula
dicit, quod in corporalibus non eſt prodita actio poſsiden-
ti,per quam negetur rem actoris eſſe ſanam,in vno caſu,&c.
Si iſta exempla eſſent bona,non eſſet vnus caſus,ſed tres,vel
quatuor. Præterea,qui agit his actionibus diuiſorijs, non
negat rem eſſe actoris,nec agit rei vendicatione, quod litera
ſupponit. In fin. gloſſ.iſtud exemplum minus placet eis,
quia iam non eſſet vnus caſus, ſed pluſquam mille. Vnde
dicit Petrus ecce vnum caſum. Poſsideo rem meam, tu pe-
tis a me eam, tanquam tuam, ego nego eam tuam eſſe, &
volo probare eam meam eſſe, certe poſſum hoc facere, &
vices petitoris quo ad hoc ſuſtineo. ff. de probat. l. circa. §.
11 ſi quis autem. In veritate † credo, quod is ſit intelle-
ctus, dicit enim, is, actoris partes obtinet, non dicit,quod
ſit actor, ne actio competat,nec eſt vera exceptio, ſed quæ-
dam illatio. Iacob. de Ra. dat caſum, in quo oportet,
quod poſsidens, & tenens,agat,vel perdat contra iuſtitiam.
Verbi gratia, rem meam peregrinatus dimiſi vacuam, ſic
quod animo & corpore dimiſi poſsidere, quidam occupa-
uit eam, & vendidit bonæfidei poſſeſſori, qui vſucapere,
vel præſcribere incepit,& quaſi perfecit,tandem idem bonę
fio.poſſeſſ. peregrinatus etiam retinuit ciuilem animo, quæ
ſufficit

ſufficit ad vſucapionem, & dimiſit naturalem, ego dominus reperi naturalem vacuam, eam occupaui, & detineo, bon.fid. poſſeſſor non fuit repulſus, nec ſuſpicatus, ſe poſſe repelli: & ita ciuiliter ſemper poſſidet, & vſucapit, oportet ꝙ ego, qui rem teneo, & ſum dominus, agam, vel perdā. Et idem dicit Iaco. quod agere poſſum contra ipſum rei vendi. quia ciuiliter poſſidens tenetur rei vendicatione, vt l. cuiuſcunque. ff. de viuf. Certo non credo, quod hic loquatur de iſto caſu, quia volue, & reuolue, nec reperies hunc caſum ſcriptum in lib. ff. ad quem tex. ſe refert. ſed caſus. Petr. bene reperitur.

Sed oppo. rei depoſitæ poſſeſſionem retinemus. ff. depoſit. l. licet. §. rei. & eodem modo, rei cōmodatæ, & tamen conſtat, deponens, & commodans, agunt rei vendi. contra depoſitarinm, vel commodatarium, ff. de rei vendi. l. officium.

Quidam dixerunt, quod rei vendic. non datur poſſidenti, nec obſtat arg. prædictum, quia deponens, vel commodans hoc ipſo, quod agit rei vend. deſinit poſſidere, & renunciat poſſeſſioni, ſecundum eos, hoc non eſt verum, vt. ff. de acqui. poſ. l. naturaliter. §. 1. ff. de vi & vi ar. l. cum fundum. §. fi. vnde dic. quod poſſidenti, & detinenti non datur rei vendi. ſed nō poſſidenti, & nō detinenti ſic. Ergo errauerūt gl. & doct. antiqui, qui dixerunt, quod rei vendi. & interdictum retinendę poſſeſsionis, non poſſunt ſimul intentari, quia intentando rei vend. dicit aduerſarium poſſidere, intentando vti poſſidetis, dicit ſe poſſidere, & ſic eſt tanquam contrarius repellendus. & non eſt verum, quia vtrumque datur contra detētorem, & non poſſidentem, vt ſupra dictum eſt. De hoc vide C. de rei vendi. l. ordinarij. extra de reg. iu. c. qui ad agendum lib. 6. per Dy. Item oppo. contra hunc §. ſecundum Dy. hic dicitur ſicut datur vendi. pro rebus corporalibus, ita confeſſ. pro incorporalibus. Contra, ea, quæ poſſidentur vendicantur, incorporalia non poſſidentur. ff. de acq. poſ. l. 3. in prin. de vſuc. l. ſequitur. §. ſi viam. ergo non vendicantur: ergo nec confeſſoria, pro eis datur, quæ habet inſtar vendicationis. Sed dicas, quod incorporalia non poſſidentur, ſed quaſi poſſidentur, & tantum valet in illis, quaſi poſſeſſio, quantum in corporalibus vera poſſeſſio. ff. de ſerui. l. quoties. la 2.

Item pone, quod ſi legatur, vel promittitur mihi ſeruitus, poſſum agere ex teſtamento vel ex ſtipulatu, & ſic videtur confeſſ. inutilis, cum ſatis ſit prouiſum per alias actiones. Quidam dicunt. quod confeſſoria competit ſeruitute conſtituta, & tunc non competunt illę actiones perſonales, quia ſunt extinctę per conſtitutionem ſeruitutis. ſicut per ſolutionem, ſed hoc non eſt verum. C. de vſufruc. l. corruptionem. Vnde,
12 dicendum, quod † vtilius eſt habere confeſſoriam pro ſeruitute conſtituta, quam perſonalem tantum, quia facilius eſt defendere quod iam habes, quam conſequi de nouo. ſecūdū Dy. imo cōfeſſoria eſt neceſſaria, quia perſonalis non datur, niſi contra conſtituentem, hæc datur contra quemcunque turbantem, vt ſatis ſupra dictum eſt. & ff. ſi ſer. vend. l. & ſi forte. §. ſciendum. Iſta ſufficiant pro lectura huius §. verūtamen. quia in hoc ti. doct. congerunt quicquid poſſunt, inſiſtēdum eſt circa materiam harum actionum, vt earum plenior cognitio habeatur. Et ſcias, ꝙ Pe. de Bel. per. quęrit hic octo. Primo, quid eſt confeſſoria. Secundo, vnde procedat. Tertio, cui datur. Quarto, contra quem. Quinto, quare ſic datur. Sexto, ad quid competit. Septimo, quæ veniant in ea. Octauo, qualiter formetur libellus, & per omnia idem quærit de negatoria, & quia aliqua de his modicum important effectum, idcirco parum inſiſtam in aliquibus. Quæramus ergo, quid
13 ſit confeſſoria. Dicit Petrus, ꝙ confeſſoria † eſt actio in rem competens alicui, ratione ſeruitutis ſibi debitæ, vel fundo ſuo, vel quaſi ſuo, contra impedientem ad declarationem ſui iuris. Quod ſit in rem apparet hic, quare dicitur ratione ſeruitutis, ſibi debitæ, vel fundo ſuo &c. apparet, quia perſonales, debentur perſonæ, reales, ſeu prædiales fundo. ff. ſi ſer. ven. l. & ſi forte. §. etiam in fi. de neg. geſt. l. qui aliena. §. fin. Vel quaſi ſuo, dicit, propter creditores, vel ſuperficiarios, quibus competit vtilis vt ſupra no. eſt in gl. exemplum contra impedientem quencunque, ſiue ſit dominus fundi ſeruiētis, ſiue non ff. ſi ſer. vend. l. ſi quis diuturno. §. fina. Secundo quæritur, vnde procedat? reſpondeo, ſicut in vendicatione requiruntur videlicet dominium, ex parte agentis & poſ. ſeu facultas reſtituendi ex parte rei: ſic in confeſſoria requiritur ex parte actoris, quòd ſeruitus ſit acquiſita: & competat ipſi agenti, ex parte rei quod præſtet impedimentum.
14 † Tertio quæritur cui competat? Dicit idem Petrus. ꝙ illi, qui habet ſeruitutem debitam ſibi, vel fundo ſuo, vel quaſi ſuo quare hæc verba dicantur, ſatis eſt ſupra expoſitum, quāuis idem Petrus hic repetat. Et caue tibi, quia in hoc, quod dicit ſibi debitæ ſupra in multis locis, nam vt debet ſubaudiri, & per patientiam conſtitutæ, quia ad hoc, ꝙ actio confeſſoria competat, nedum requiritur, quod ſeruitus ſit debita ex pacto, vel cōuentione, imo oportet, quod ſit quaſi tradita per patientiam. ff. de ſer. l. quoties. 2. de ſer. ruſtico. prædio. l. 1. in fine. & per vſum illius qui acquirit. Et (vt melius hęc materia innoteſcat,) tractemus quomodo acquiratur ſeruitus quia in his, conſiſtit medulla, & perfectio, materiæ. & certum eſt, ꝙ acquiritur per omnem contractum, & conuentionem, ſicut cætere res, patientia, & vſu poſtea ſubſecutis, vt ſtatim ſupra tactum eſt. Quid ergo ſi Titius debebat tibi ſeruitutem,
15 vel aliquod deuerium: tu † vendidiſti illud deuerium Sempronio, Titius obligauit ſe Sempronio. & tu quietaſti Titiū, nunquid ex hoc eſt tranſlata proprietas, & poſſeſsio ſeruitutis in Sempronium? Dicas, quod non, quia ſicut in ademptione proprietatis rerum corporalium opus eſt traditione, ſic in ſeruitutibus quærendis opus eſt vſu. Vnde obligatio non eſt modus traditionis, ideo opus eſt vſu reali. & idem dicerem in ademptione iuriſdictionis, & aliorum iurium. vnde ſi ſubiecti recognoſcant ſe ſubiectos, & promittant obedire, non ex hoc eſt poſſeſsio, imo nec proprietas iuriſdictionis acquiſita, quouſque vti cœperit. Et hanc partē vr̄ tenere Inno. extra de capel. mona. c. cum dilectus. & hoc ſatis clarum eſt, & facile, quando ſic aquiritur ſeruitus. Quid ſi legatur? tunc
16 non obtinerent prædicta † imo ſtatim adita hæreditate proprietas ſeruitutis acquiritur legatario. ff. quemad. ſeru. amit. l. ſi partem. in prin. & §. 1. Item acquiritur ſeruitus, per præ-
h ſcriptionē h 10. anno. inter præſentes, vel 20. inter abſentes, ſi habeat cauſam continuam, ſi non habet cauſam continuā, non acquiritur, niſi præſcriptione tanti temporis, de cuius initio hominum memoria non exiſtit vide ff. de ſerui. l. ſeruitutes. la 4. melius in l. 1. §. fi. ff. de acqu. plu. arcen. quæ declaratur per l. ſi aliena res. §. hoc iure ff. de vſuc. & hoc ſequuntur omnes doctores iuris ciuilis, quod procedit ſine dubio, quantum ad primum membrum, vbi præſcribens habet bonam fidem. Quid ſi ſit malæ fidei poſſeſſor? Hic debet dici: ꝙ requiruntur 30. anni: quia malæ fidei poſſeſſor minori tempore non præſcribit, vt in l. ſicut. C. de præſc. 30. anno.
17 Quid ergo † dices in ſeruitijs, & præſtationibus? nunquid requiritur tantum temporis, cuius non ſit memoria? Videtur ꝙ ſic, cum cauſam diſcontinuam habeant. Sed in illis pōt dici contra, ꝙ ſufficit longi tempo. præſcrip. C. de agrico. & cenſi. l. litibus. & l. cum ſatis. Et eſt magna ratio. quia non debet idem ius, nec eadem ratio cenſeri in eo, qui patitur, & nihil agit, & in eo, qui præſtat, & ſoluit quolibet anno: quia ille magis ſibi præiudicat, qui propria manu ſoluit, quam ille, qui patitur ſolummodo forte ex impotentia, & hæc procedunt in ſeruitute formanda, & acquirenda de nouo.

Quid in formata? Verbi gratia. Tu habebas deuerium ſuper fundo, caſtro vel manſo, cecidiſti a poſſeſsione, aliquis occupauit, qui mihi vendidit: ego leuaui, vel percepi deuerium illud per 30. annos cum titulo & bona fide: nunquid
18 ſum tutus contra te? Videtur quod non, niſi ſit † tantum temporis, quod excedebat memoriam hominum &c. per dictam l. ſeruitutes. cum ibi notatis, poteſt dici, quod ſi ſeruitus huiuſmodi formata, adhæreret alicui rei corporali: tunc quæſtio non eſſet dubia. ff. de vſucap. l. ſi aliena. §. hoc iure. ſed vbi non adhæreret, videtur magis dubia. tamen pro parte iſta facit, quod poterit pręſcribi debito tempore, ex quo formata eſt ſemel, quamuis alias eſſet præſcriptione legitima inacquiſibilis, & pro hoc, quia ſeruitus hominis liberi, non poteſt acquiri, præſcript. C. de long. tempor. præſcriptio: quæ pro liber. lege finali. & tamen conſtat quod ſi ſeruus poteſt vſucapi, & ius ſeruitutis in eodem C. de vſuc.

vſucap.pro empt.l.empti.l.venditioni.& de hoc, non miran
dum,ſi aliud tempus conſtitutum ſit,in ſeruitute formata ac
quirenda,quam informanda,quia hoc vidimus ſimiliter in a-
mittenda ſeruitute. etenim non formanda non amittitur 10.
vel 20.annis: ſed formata ſic.C.de vſuf.l.corruptionem.quē
adm.ſer.amit.l.ſi ſic. de vſuc.l.ſequitur.§.ſi.igitur, ſi in amit
tenda ſit diſconuenientia,cur non in acquirenda? Canoniſtę
19 † vero videntur habere aliam doctrinam in præſcriptione
harum ſeruitutum,nam ſecundū, eos omnis ſeruitus vnifor-
miter 40.annis præſcribitur. extra, de cauſa poſſ.& proprie.
c.cum eccleſia.niſi eſſet contra ius cōmune extra,de præſcri.
c. 1.lib.6.Sed Inno.alio modo dicit extra.de pręſcr.c.de quar
20 ta. † Sed quæro, a quo tempore incipit præſcriptio ſeruitu-
tis acquirendæ? Dic,quod a tempore,quo incipit vti iure ſer
uitutis,aduerſario ſciente.C.de ſerui.l.2.ff. de itine. actuque
i priua.l.ſi.& incipit poſſidere,i per primum,& vnicū actum,
vt no.per doct.extra,de cauſa poſ.& proprie.c.cum eccleſia.
verum eſt tamen, ꝙ quo ad interdictū de itinere. actuq; pri-
ua.requiritur.ꝙ iuerit 30.diebus.ff.de itine.actuq; priua.l.1.
§.1.oportet ergo, ꝙ actor probet, ꝙ vſus ſit iure ſeruitutis,
etiam aduerſario ſciente. Sed quis erit modus probandi?Di-
cas in negatiuis, ſi prohibuit, Verbi gratia, vicinus volebat
21 † eleuare domū ſuam: tu prohibuiſti eum dicens,ꝙ hoc non
poterat propter ſeruitutem,quam tibi debebat,ſi obtempera
uit,ex tunc incipis poſſidere. quia alias, ſi per mille annos te
nuiſſet domū ſuam depreſſam,non præſcriberes.ff.de ſeruit.
vrba.prædi.l.qui luminibus. vbi de hoc,niſi aliquid aliud fie
ret,per quod poſſet depræhēdi vſus ſeruitutis, quia forte ſtil
licidium domus tuę per tempus ſufficiens reciperet, tunc.n.
leuare non poſſet,quia ſeruitus affirmatiua eſſet acquiſita,vi
delicet ſtillicidij recipiendi.ff.de ſeru.vrb.prædio.l.foramen.
in ſi.de aqua pluuia ar.l.2.§.2.C.de ſer.l.ſi manifeſte.Et ideo
credo ꝙ ſi in vna villa fuiſſet furnus, ad quem populus loci,
per centum annos veniſſet pro pane coquendo, quod ille,cu
ius eſt furnus,non poteſt prohibere, quominus populus va-
dat alio vel quilibet poſſet ſibi ædificare furnū,niſi alias pro-
hibuiſſet: quia contra illa,quæ ſunt licita de ſe,& debētur de
iure communi,non ex conuentione,non currit præſcriptio,
niſi a tempore,quo quis prohibitus eſt iure contrario,vt per
prædicta. Sed in affirmatiuis, dicunt glo. quòd oportet pro-
bari per teſtes,qui viderunt cōſtitui ſeruitutem. vt no.ff.iti-
ne.actuq; priua. l. 1.§.2. Sed hoc nō videtur procedere,quia
ſic oporteret probari tit.contra l.ſi quis diuturno.ff. ſi ſerui.
ven. dic ergo, quod modus probandi eſt, ſi probet ſe dixiſſe
coram multis, ſe vti iure ſeruitutis, ſic quod ad notitiam ad-
uerſarij potuerit deueniſſe,vel coram eo. tunc ſine dubio ſa-
tis conſtat,quod eo ſciente. Quid ſi non poſſit hoc probare,
ſed probat frequentem vſum, aduerſario exiſtente in patria,
& ſcire volente? Dicas ſuper hoc, & in hoc bene aduerte,
quod ſcientia aduerſarij bene probatur, quandoq; per actuū
22 † frequentiam,quandoque per vnicum actum, quandoq; nō
probatur,etiam per frequentiam actuum, ſecundum diuerſi-
tates factorum. nam quædam ſunt facta,quæ quis non poteſt
exercere, nec ad ea quis conſueuit recipi, niſi habens ius, vt
quod extraneus,qui non eſt de collegio, interſit electioni ali
cuius prælati,& vocem, & conſenſum det in electione, & in
talibus probato vnico actu facto,ſciente aduerſario,præſumi
tur quòd iure ſeruitutis hoc fiat, & iure debiti,& ex tunc in-
cipit poſſidere .ff. de mor.infer.l. ſi propius ædes. Quædam
ſunt, quæ poſſunt & conſueuerunt exerceri abſque eo, quod
aliquis ius habeat, & in iſtis cadit diſtinctio. Nam quædam
ſunt,quæ de ſui natura videntur,& præſumuntur cauſa curia
litatis & familiaritatis,quædam non,ſed ſe habent indifferen
23 ter. Verbi gratia, tu eras amicus meus, † veniſti frequenter
ad domum meam ad iacendum,vel comedendum, ego te re-
cipiebam leta facie. & ita feciſti per plures vices & annos,
nunc vis trahere ad ius ſeruitutis,credo,quòd nō poſſes,niſi
probes, quod iure ſeruitutis venires,& recipiebaris, quia fa-
ctum de ſe importat præſumptionem familiaritatis, etenim
tales receptiones, conſueuerunt iure familiaritatis fieri.ff.de
acqui.poſſ.l.qui iure. de itine.actuque priua.l.ſi.& no.Inno.
extra, de cauſa poſſ.c. cum eccleſia. & ideo non obſtante vſu

oporteret te probare quod iure ſeruitutis,& aduerſario ſcien
te,vſus fueris. Sed in factis, quæ ſe habent indifferenter. ver
bi gratia tranſiuiſti per fundum meum, hoc conſueuit fieri,
quandoque abſque iure ſeruitutis,vel cauſa abreuiandi itine-
ris,vel euitādorum lutorū,quæ ſunt in via publica, vel alias,
prout placet,& tunc non præſumerem, quod iure ſeruitutis.
In hoc aduertenda eſt multum,qualitas facti. Nam ſi fundus
meus eſſet iuxta viam publicam,& itinerator frequenter per
fundum meum propter euitanda luta tranſiret ad ſuum,nun
quam præſumerem, quod iure ſeruitutis, ſed ſi aliquis habet
fundum prope meū, & tranſeat frequenter per fundum meū
ad ſuum, tunc probata frequentia, præſumerem, quòd iure
ſeruitutis,nam ex vſu præſumitur animus poſſidentis, vt d.l.
1.§.2.ff.de vſuris.l.cum de in rem verſo.& ita tempera dictā
gloſſ.quæ eſt in d.l. 1.§.2. videlicet, quod oporteat probari,
quòd iure ſeruitutis &c.quia non eſt verum hoc caſu,ſed be-
ne poteſt eſſe verum in caſibus ſuperioribus,quando ex qua-
litate facti,nō præſumitur quòd iure ſeruitutis. Vnde in his
iudex ex qualitate facti debet coniecturare,quòd ęquum eſt,
& ad hoc vide quod not. Inno. extra, de poſtu.c. bonæ. Et
24 caue,quòd hoc caſu,probatio vſus † valet ad duo, videlicet
ad probandum, quod ex tunc incepit poſſidere, & quòd iu-
re ſeruitutis,& intellige,quòd ex tunc valet a tempore, quo
vſus fuit frequenter,non a tempore, quo incepit vti primo.
Et eſt probabile dicere,quòd ſi 30.diebus iuerit, quod ex tūc
incipiat poſſidere:iuxta materiam illam de itine.actuq; pri-
ua. & præſcribere,quòd ex tunc præſumitur, quòd aduerſa-
rius ſciat eum poſſidere iure ſeruitutis, ex illo frequenti vſu.
& hæc procedunt in ſeruitute formanda. Quid in formata?
Verbi gratia,tu poſſidebas vſumfru. in fundo Titij,vel iuriſ-
ditionem,vel dominium, in aliqua villa. aliquis occupauit,
credo,quod non ſunt præmiſſa attendenda, imo credo,quod
illa poſſeſſio perdatur, ſicut poſſeſſio rei corporalis, videli-
cet per expulſionem,per non admiſſionem, vel per obliuio-
nem,cū ſit eadem ratio.iuxta l.clam poſſidere.§. qui ad nun-
dinas.ff.de acqui.poſſ.de vſuc.l.furtū.§.1.Sed quæritur, nun
25 quid † requirat quod bona fides probetur, & quod nō vi aut
clam &c. glo.dicit quod ſic.in d.§.2.de iti.actuq; priua.Dyn.
tenet ibi contra. & dicit. quod probato vſu. hæc omnia præ-
ſumūtur. Opinio tamen glo.videtur fulciri per l. ſi quis diu-
turno.vbi videtur expreſſum. Itē,quia incipiēdo vti ſine titu
lo,præſumitur malæ fidei poſſeſſor.ff.de vſuca.l.furtum.§.1.
Pro Dyn. facit, quia tantum facit vſus in præſcriptione rerū
incorporalium,quantum facit titulus, & poſ.in præſcriptio-
ne rerū corporalium,ſed probato titulo,& poſſeſſione, præ-
ſumit bona fides,in pręſcriptione rerū corporaliū,vt l.nemo
prædo eſt.ff.de reg.iu.C. de pręſcriptione 30.anno.l.ſi quis.
ergo probato vſu,præſumitur bona fides.Sed ad iſtud poſſet
reſponderi, quod tantum facit vſus in præſcriptione rerum
incorporalium &c. verum,vt præſcriptio procedat, alijs aſ-
ſiſtentibus, quæ ſunt neceſſaria in bonę fidei poſſeſſore, ſed
non facit tantum,quo ad bonam fidem præſumendam. Quis
K ergo erit modus probandi bonam fidem? k Reſpondeo, ſi
probet titulum licet forte minus ſufficientem, extra,de pręſ-
criptione, cap. 1.libr.6. vel ſi reperit prædeceſſorem in poſ-
ſeſſione. vel ſi audiuit a fide dignis, quod ſeruitus debeba-
tur, & multis alijs modis, ſecundum factorum qualitates.
26 † Sed quomodo, probabit,quod non vi, non clam,non pręcario? Poteſt dici, quod probatis præmiſsis, vel aliquo eo-
rum, probat ſe non vi, nec precario poſſediſſe, vt ff. quod
vi aut clam. l. vim facit. §. 1. alias enim ſi haberet probare,
quod precario vſus fuerit, teſtes haberent deponere, de ne-
gatiua, quod nullo iure eſt tolerabile,quod autem non clam
vſus fuerit, probat, ſi probet ſe vſum palam aduerſario ſcien
te, vel ſcire nolente, vt l. 2.C.de ſerui. Et not. quod quam-
uis in præſcriptione rerum corporalium, ſufficiat habere bo
nam fidem ab initio, in præſcriptione ſeruitutis, requiritur
ſemper. vnde ſi vſus fuerit vno, vel pluribus annis bo. fi.
& ante completam præſcriptionem, ſuperuenerit mala fi-
des, quia prohibitus fuit, per dominum rei ſeruientis, non
præſcribit. vt dict.l.2.de ſer.C. & poteſt aſsignari ratio quæ
ibi redditur in gloſſ.in ſimili, videlicet in eo, quod in ſerui-
tutibus

tutibus requiritur ſcientia aduerſarij, in corporalibus non: quia poſſeſsio ſeruitutis. non eſt vera poſſeſsio, nec præſcriptibilis de iure communi.ff.de vſucap.l.ſi aliena.§. hoc iure. ſed in corporalibus eſt vera poſſeſsio. Sed huic opinioni videretur reſiſtere, quod ſupra dixi, videlicet, quod in negatiuis ſeruitutibus, non acquiritur poſſeſsio, quouſq; volens vti ſeruitute, prohibitus fuerit, vt no. in l. qui luminibus. ff. de ſeruitu. vrba. & ſic videtur, quòd prohibitio, non tollat præſcriptionem ſeruitutis: imo cauſet eam. Solutio concedendo, quod prohibitio facit prohibentem poſſeſſorem, vna cũ patientia ſubſecuta, ſed non dat ei cauſam præſcribendi, niſi ex iuſto titulo fieret, imo cauſat violentiam, & malam fidem, vt l. vim facit.§. 1. ff. quod vi aut clam. Illud autẽ no. quod vbi potens vſus eſt ſuper non potente, & maxime, quando gagiabat, vel arreſtabat vel gagiari ſine cauſæ cognitione faciebat: præſumitur violentia. ff. quod met. cau. l. fina. §. penul. & no.

27 Innocen. in c. bonæ de poſtulando. An autem † requiratur titulus, in huiuſmodi præſcriptione: dicunt in l. ſi quis diuturno. vbi dicitur: quod non requiritur: ſed tamen fallit in vſufructu, qui cenſetur pars dominij. ff. de vſufructu. l. 4. in quo videtur requiri titulus, ſicut in dominio. ff. de vſucap. l. Celſus. & l. nulla. Nec obſt. C. de præſcriptio. long. temp. l. ſi. vbi dicitur parificari alijs ſeruitutibus, quo ad præſcriptionem, quia verum eſt, quo ad temporis limitationem, nõ quo ad alia. Competit ergo confeſſoria illi, cui eſt acquiſita ſeruitus per legittimam præſcriptionem 10. vel 20. annorum in habentibus cauſam continuam. Quid ſi acquiratur 30. annis. quia forte tantũ poſſedit mala fide? Non videtur, quod poſſet agere confeſſoria, ſicut nõn poteſt vendicare rem corporalem. C. de præſcrip. 30. vel 40. anno. l. ſi quis emptionis. ſed recurrat ad poſſeſſoriam. Sed queritur cum confeſſoria com

28 petat domino: vt l. 2. ff. ſi ſer. vendi. nunquid ille, † qui agit confeſſoria, debeat ſe probare dominum, ſi poſſidet fundum cui ſeruitus debetur? Azo videtur dicere quod non, ſi ſit in poſſeſsione ſeruitutis: alias ſic: vt no. ff. ſi ſer. vendi. l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. Sed contra hoc, videlicet, quod poſſidenti fundum, & nõ poſſidenti ſeruitutem, incumbat onus probandi dominium, videtur manifeſte facere, quia commodum poſſeſsionis, releuat poſſeſſorem a probatione dominij. C. de rei vendi. l. fin. de peti. hære. l. cogi. argu. ff. de libe. cauſa liberis. §. ſi quis ex ſeruitute. C. eod. l. ea quæ. C. de inge. l. penult. & hoc videtur verius. Sed obſtat, quia negatoria, agens oportet, quod probet ſe dominum, quamuis poſſideat. ff. ſi vſuſfru. peta. l. vti frui. verſi. quod ſi forte. & ideo videretur idem in confeſſoria. Sed poteſt reſpõderi, quod illud obtinet, quando agit contra vſufruct. qui habet poſſeſsionem rei naturalem, ſecus ſi contra illum, qui poſſeſsionem rei non haberet: ſed ſeruitutem tantum. & hoc videtur verius. Et hæc procedunt, vbi agitur confeſſoria, pro iure ſeruitutis. ſed ſi agitur publiciana pro iure ſeruitutis, quod eſt poſſibile. ff. de publi. l. ſi ego. §. 1. non oportet dominium probare. Sed quid ſi agatur poſſeſſorio, pro iure ſeruitutis, & reus probat ſe dominum? non videtur, quod debeat fieri executio, ex quo conſtat de proprietate iuris. nam hæc probatio ſufficeret in negatoria, & ſic in poſſeſſorio nõ debet fieri executio. extra de ord. cogni. cap. cum dilectus. & hoc videtur verum. Ille tamen qui agit poſſeſſorio, nõ debet admittere huiuſmodi probationem, nec eum confiteri dominum. & in hoc eſt caute aduertendum. & iunge, quæ in materia negatoriæ dicentur. In hoc ergo eſt multum caute aduertẽdum, quod agens hac actione articulet fundum, cui debetur ſerui. ad ſe iure directi vel vtilis dominij pertinere, vel quaſi nam ſi alleget ſolum dominium, non ſufficeret ſibi probare quaſi dominium

29 vel vtile, quod alias ſufficeret vt not. in l. 2. ff. ſi ſer. ven. † Sed nunquid debet probare dominium conſtituentem ſeruitutem? Videtur quod ſic, cum alias non poſſit conſtituere ius in re: vt patet ſupra de ſer. §. ideo autem. ff. de euict. l. fundũ §. 1. vel ſaltem quaſi dominium. & hoc caſu poſſunt eadem dici, quæ dicam in hypothecaria infra. §. item ſeruiana. Expediti de tertio, veniamus ad quartum: videlicet contra quẽ competat. Et certum eſt, quod contra dominum rei ſeruientis, qui impedit vti: ſeu quemuis poſſeſſorem rei ſeruientis ff. ſi vſuſfru. peta. l. vti frui. §. ſed vtrum. Sed an contra quemlibet alium impedientem? Quidam dicunt, quod non, quia confeſſoria, ſe conformat rei vendicationi, conſtat autem, quod in rei vendicatione requiritur, quod reus petitam detineat, vel poſſideat: ergo & in confeſſoria. Pet. de Bel. perti. hoc improbat, dicens eam competere contra quemlibet impedientem. ff. ſi ſeruitus vendice. l. ſi quis diuturno. §. fin. Vnde rei vendicatio ideo datur contra poſſidentem, vel detinentem, quia habet facultatem rei reſtituendæ, quod non habet alius, qui non poſſidet, nec detinet. Sed quicunq; impediens habet facultatem præſtandi patientiam: & non impediendi: ideo ſecus in illa: & tamen ſecus eſt in actione aquæ pluuiæ ff. de aqua pluuia arcenda. l. ſi in publico. eodem tit. l. apud. §. aquæ. In illa enim tenetur ſolus dominus. Et eſt ratio, quia ſolus ille opus reſtituere poteſt. Et hæc procedunt, quando confeſſoria datur contra impedientem, ſi enim daretur contra quaſi poſſeſſorem, ſecus, vt ſi dicam, me habere aliquem diuerſorum, ſuper aliquo manſo, vel loco, quem tu non poſſides, ſi agam confeſſoria contra te, qui modo poſſides, non videtur quod poſsim. & idem vbicunque per confeſſoriam volo aliquid conſequi, aliud quã pecuniam, vt reparationem parietis, qui debet mihi ſeruitutem, vel reparationem aquæ ductus, quam debet poſſeſſor tenere in ſtatu, vt infra proxime dicam. Quinto quæritur, quare ſic vocatur? & de hoc eſt ſatis actum in glo. & circa eam. Sexto queritur ad quid competat. Et ſeptimo, quæ in ea veniunt. Et ego facio tibi, de hoc vnum membrum, & credo, quod Petrus facere debuiſſet, & ad veritatem ambo proſequitur ſub vno, & dicit, quod doct. dicunt, quod competit ad tria. Primo, quod impediens ceſſet ab impedimento. Secundo quod reſtituat fructus & intereſſe. Tertio, quod caueat de non impediendo. Primum probat, per l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſer. vendi. Secundum, per l. vti frui. §. in his. ff. ſi vſuſfruct. pe. ſi ſeruitus vendicetur. l. loci corpus. §. in confeſſoria. eod. titu. l. harum. Tertium in l.

30 egi. eod. titu. Petrus † dicit, quod hoc nõ eſt verum, & quod confeſſoria, non poteſt competere niſi ad declarationem ſeruitutis, ſicut rei vendi, ad declarationem dominij, vt dictum eſt ſupra proxi. §. Prædicta autem omnia veniunt officio iudicis mercenario, ſicut in rei vendic. & quod hoc ſit verum, dicit apparere, quia ſententiatur ſuper declaratione, vt l. ſicuti ſupra ſed ſi queratur, & ſic declaratio venit iure actionis tantum, cætera offic. iudicis mercenario ſecundum eum, vel dic, quod intereſſe, & damna, quæ contingerunt ante litis conteſtationem, veniunt iure actiones, quæ poſt, officio iudicis, vt no. in l. harum, ſupra allegat. Octauo quæritur, quo modo formatur libellus? & dicit Petrus poſt Iacobum quod Roſre. format ſic. Dico contra talem, quod licet habeam ſeruitutem itineris, per fundum talem, ad fundum meum talem, nihilominus, ipſe impedit me, quominus poſsim vti ſeruitute mea prædicta, quare peto ipſum condemnari, vt deſiſtat, fructus & intereſſe reddat, & quod caueat in futurum me non impediturum. Dicit idem Petrus poſt Iacob, quod iſte libellus non valet obolum, quia debet concludere ad declarãdũ vt l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur: vt ſupra ſatis dictũ eſt. Item quod ſeruitus debetur ſecundum indigentiam rei ff. de ſerui. ruſti. prædi. l. certo generi. §. fin. de prædicta indigentia debet fieri mentio in libello, & hoc in ſeruitute reali. idem in perſonali, niſi in vſufruct. qui pertinet inſolidum ad

31 vſufructuarium. ff. de vſufruct. l. vſufructu leg. † Formabis ergo ſic, ſecundum eum. Fundo meo fundus Titij debet ſeruitutem eundi agendi. cum vti vellem ſecundum indigentiam rei, idem Titius me impediuit vti ſeruitute, quare peto ſeruitutem fundo meo competere, & deberi pronuntiari, quo pronuntiato, domine iudex, veſtrum imploro officium, vt eum ceſſare faciatis ab impedimentis, & compellatis eum cauere, ne impediat me in futurum, & quia damnificatus ſum in centum, quod in illis centum condemnetis eum. & iſte libellus probatur in d. l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. & l. harum. & l. egi. & l. loci. §. 1. & l. ſi forte. §. fin. Sic poteſt formari in omni ſeruitute, excepto vſufru. Vbi nihil debet tangi de indigentia, ſecundum eum. Iſte libellus ſatis procedit in ſeruitute reali, in qua ſemper concluditur, & in perſonali, vbi ille cui debe-

tur

tur ſeruitus,habebat aliquid agere. Sed quid vbi debet ei ali-
quid dari, puta ruſticus debet dari par caponum pro fundo,
tunc non videtur competere confeſſoria, quæ ſolum compe
tit ad patientiam ſecundum Iaco. Sed ego credo, quòd pro-
nũtiatio ſuper declaratione ſeruitutis, veniat officio iudicis,
quo compellatur dare in futurum. ſicut venit, quòd reficiat
parietem,vel tollat; ſicut infra dicetur. & vide infra in §.prę
iudiciales. & not.quòd oportet,quòd ſpecificetur modus im
pediendi,forte quia nõ ſinit,tranſire illum, cui debetur iter,
modus enim declarandus eſt,quia ex eo variatur concluſio. ſi
32 enim me impedit ſe opponendo † in perſona,concluditur vt
ſupra. Si autem fecit parietem in loco,vbi habeo ius agendi,
concluditur vt ceſſet ab impedimento,& tollat impedimen-
tum,quod appoſuit. C.de ſerui.l.ſi quid. Si autẽ ſeruitus exi-
gat, vt reus aliquid faciat,vt reficere parietem pro ſuſtinen-
do tigna mea, ago vt reficiat. De indigentia rei credo, quod
non ſit neceſſe proponere,nec proponitur cõmuniter ſecun-
dum communem vſum,quamuis Iacob.& Pet.contra: vt ſu-
pra dictum eſt. Item caue,quod agens debet ſpecificare,quo
modo fundus,cui ſeruitutem deberi aſſerit,pertinet ad eum,
quia ſit dominus, & ſic competat ei vera & directa confeſſo-
ria,vel bon. fidei poſſeſſor, & ſic quaſi confeſſoria, vel quòd
ſit vtilis dominus,vt ſuperficiarius,vel creditor,vt ſic ei com
petat vtilis, ex modo enim agendi debet de his omnibus ap-
parere,vt dixi ſupra §.prox. Per præmiſſa apparet,quod prę
lati,& miniſtri eccleſiarum, qui agunt ſuo nomine tanquam
prælati,directa confeſſoria,debent ſuccumbere, quia nõ ſunt
domini,& debent intentare quaſi confeſſoriam, ſed bene ve-
rum eſt quod nominę eccleſię poſſunt intentare directã con
feſſoriam,quia eccleſia eſt domina. vide per Innoc. extra de
off.ordi. cap.conquerente.nu.2.de verb.ſigni.c.abbate.nu.2.
& quod ſcripſi ſupra de re.diuiſ.§.nullius. Specu.vero vide-
tur ponere libellum Rofr.vide in Spec. de cauſ.poſſ.§. nunc
33 dicendum. ver. ſed nunquid. num.35. Sed † quæritur, quid
magis conſequimur in effectu per cõfeſſoriam, quam per in-
terdictum vti poſsidetis? quia per interdictum vti poſsideti-
tis conſequimur,quòd aduerſarius prohibeatur non impedi-
re,& tamen in confeſſoria oportet probare proprietatem ſer
uitutis, in interdicto ſolum poſſeſsionem. Ad hoc poteſt re-
ſponderi, quia confeſſoria largius competit, videlicet poſsi-
denti,& non poſsidenti, ſed interdictum poſsidenti tantum
datur, vt l.1. §. interdictum vti poſsi. Item ſententia lata in
confeſſoria cauſat rem iudicatam contra illum,contra quem
lata eſt,& eius ſucceſſores,& cõpellitur cauere pro ſe & ſuc-
ceſſoribus,vt l.harum.ff.ſi ſerui. vend. In interdicto nihil ca
uet,nec pro ſucceſſoribus,quinimo poſſet dici,quod in inter
dicto hæres non compellitur per ſententiã latam contra prę
deceſſores, quia poteſt eſſe, quòd habeat aliam cauſam impe
diendi: nec actio in factum ex re iudicata daretur contra ip-
ſum ex turbatione,quam ipſe facit,ſed ex turbatione præde-
ceſſoris,ſi quid intereſt. ſed certe ſecus in confeſſoria. per d.
l.harum dic melius infra de interdict.§.retinendæ. in verſic.
nunc de effectu. Nunc circa negatoriam inſtamus, & primo
quæritur quid ſit? Et dic ſecundum Petrum, quod eſt actio
34 in rem competens † alicui ratione rei ſuæ, vel quaſi liberæ,
reſpectu aduerſarij, contra vtentem in re illa aliqua ſeruitu-
te, ad pronuntiandum aduerſario ius non eſſe vtendi. Actio
in rem,vt hoc.§.ibi,rei ſuæ.& ff.ſi ſeru.vendice.l.2. Vel qua-
ſi ſuæ. competit etiam bonæ fidei poſſeſſori ſuperficiario, vt
ibi notatur reſpectu aduerſarij.ff.ſi ſeruitus vendic. loci com
petit. Secundo quæritur, vnde naſcatur? dic vt dixi in alijs
realibus, quia non naſcitur,ſed competit,& habet duo prin-
cipia materialia ex parte actoris,videlicet dominium,ſeu ius
in re,& libertatem,ex parte rei vſum acceptatũ, & hæc ſunt
facilia videre. Tertio quæritur, cui competit? Dicas quod
domino, vel quaſi ſicut ſupra dixi in confeſſoria.ff.ſi ſeruitus
vendicetur.l.2. Quarto quæritur, contra quem datur,& hic
fuit diſſentio inter doct.Placentinus dicebat,quod datur eõ-
tra dominum,cui aliquando fuit debita ſeruitus,& non con-
tra alium. glo.tenet contrarium, dic vt in d.l.2.ff. ſi ſeruitus
vendicetur.l.& ſi forte.§.hęc autem actio. Sed de hoc magis
dubitandũ? nunquid datur contra quemlibet impedientem,
etiam ſi non contendat ſibi deberi ſeruitutem? Petrus dicit
quod doct. cõſueuerunt determinare quod ſic,quia iſta actio
conformis eſt confeſſoriæ. conſtat autem, quod confeſſoria
competit contra quemlibet,vt l.ſi quis diuturno.& ſupra ſa-
tis tactum eſt, ergo & iſta. Sed & ipſe diſtinxit, quia aut ta-
le impedimentum apponitur, quod cadit in genere ſeruitu-
tis. V. g. volo piſcari per ſtagnum meum, tu dicis quod non
poſſum,niſi tibi dem decem,vel aliquid, & tunc nõ dubium,
quia ſeruitutem ex qualitate facti,vult vendicare,& datur ne
gatoria. Sed ſi me impedis tali impedimento, quod ex quali-
tate facti non cadit in materia ſeruitutis,quia forte dicis rem
ad te pertinere, tunc agitur iniuriarum, non negatoria, vel
agitur vti poſsidetis.ff.de iniurijs.l.iniuriarum.§.pen. & fin.
Sed quomodo hoc ſcietur? quia forte hoc dicebat, & hoc
contingit quaſi communiter,nam impedientes dicunt, qua-
re faciunt hoc. ſinautem recurretur ad interrogatoria.ff. de
interrog.actio.l.1.ſecundum eum. Sed forte non teneatur re
ſpondere talibus interrogatorijs, per quæ cogeretur, quo-
dammodo dicere titulum ſuum, vt l. cogi.C. de pet. hæred.
Vnde poteſt dici, dari contra illum qui non vtitur iure ſerui
tutis.ff.ſi ſeruitus vendicetur.l.fiſtulas. & l.ſi quando. de ar-
boribus cedendis.l.fin.gloſſ. tamen videtur tenuiſſe opinio-
nem, Petr.ff.de aqua pluuia arcen.l.apud Trebatium.§.idem
Trebatius,ſi ſeruitus vendicetur.l.ſi cum meus.& facit,quod
not.eod.titu.l.2. Quinto quæritur quare ſic vocetur? dic vt
35 in gloſ. Sexto, & ſeptimo quæritur ad quid † competat, &
quid in ea veniat? Doct. conſueuerunt dicere,quod compe-
tit ad hoc, quòd res agentis libera pronuntietur, & ad fru-
ctus & intereſſe. Petr. hæc omnia improbat, & dicit, quod
competit ad hoc, vt declaretur non eſſe ius aduerſario vten-
di tali ſeruitute, vel tale impedimentum facere, cætera ve-
niunt officio iudicis. vt ſupra circa confeſſoriam dictum eſt,
& hoc probat ſic. nam ſi ageretur, vt res pronuntiaretur li-
bera, non poſſet agere ille. qui debet alij, talem ſeruitutem,
& tamen conſtat,quod talis poteſt agere.ff.ſi ſeruitus vendi-
cetur.l.loci corpus.§.competit.ergo concludi non poteſt: vt
res pronuntietur libera, quia falſum concluderetur, verum
dicit niſi aderetur,quo ad aduerſarium. Spec. vero non facit
tantam ſolennitatem, imo concludit directe, quod aduerſa-
rius prohibeatur: vt in Spec. de cauſa poſſeſsio. §. nunc di-
cendum. prope fin.§.Sed opin.Petri. probabilior eſt de iure,
ſed tamen pro Spec. Videtur expreſſum.C.in quib.cauſ. col.
36 l.1.lib.11.† Item quæritur quis probabit in negatoria? glo.
poſt Io.dicit, quod actor probabit ſe dominum rei. & quam
uis dicat liberam rem, non habet neceſſe hoc probare, quia
præſumitur libera, & eiuſmodi præſumptio releuat eũ a pro
batione. Hanc opin.ſequitur Pet. dicit enim quod actor ha-
bet probare dominium rei, & quod aduerſarius eum impe-
dit: libertatem autem probare non habet: quia præſumitur.
de hoc not.ff.ſi ſeruitus vendicetur.l.ſicuti.§. ſed ſi queratur
ff.ſi vſusfruct.peta.l. vtifrui. in princ. de oper. no.l. ſi priuſ-
quam. Sed iſta ſententia non videtur vera, quia ſicut res prę
ſumitur libera, ita & perſona hominis. ſed conſtat quòd vbi
quis habet poſſeſsionem ſerui ſeu ſeruitutis, incumbit onus
probandi libertatem illi,qui eam allegat, vt l.igitur.§.poteſt
ff.de li.cauſ.ergo & in hoc caſu videtur,quod debeat incum-
bere probatio illi,qui libertatem allegat, ſaltem in caſu præ-
miſſo: quo aduerſarius poſsidet ſeruitutem. & iſtud fere di-
37 xit gloſſ.in d.l.vtifrui. ſed poſtea retroceſsit. † Præterea in
caſu, quo agitur cõtra illum, qui ſemel ſeruitutis ius habuit,
Azo dicit, quod incumbat onus probandi libertatem. alle-
ganti, vel vbi debetur ſeruitus de iure communi conſuetu-
dinario,vel alio. Verbi gratia, de iure communi conſuetudi-
nario debent ſubiecti ſubſidium domino, pro filia maritan-
da, tu allegas libertatem, oportet quod eam probes vel per
priuilegium, vel per conuentionem,vel præſcriptionem. In
primo caſu da exemplum. Agis contra negatoria, ego dico,
quod recte vtor, quia ſeruitus eſt mihi quæſita, tu dicis eam
extinctam præſcriptione, vel conuentione, & libertatem ti-
bi quæſitam, nemo dubitat, quin habeas probare. item he-
bes eam probare in caſu dictæ. l. ſi priuſquam. quando fuit
contumax. Dic ergo quod actor probat libertatem in caſu

quo aduerſarius recte poſsidet ſeruitutem, vel in caſu quo ius commune ei aſsiſtit, & in caſu quo ſemel ſeruitus competit, & allegatur extincta ex aliqua cauſa vel in caſu contumaciæ, alias ſatis poteſt ſuſtineri opin. Ioan. & gl. ſaluo quod probabiliter poſſet dici, quod agens negatoria ſit releuatus a probatione dominij, probata poſſeſsione rei, vt dixi ſupra in materia confeſſoriæ. Item videtur, quod ſufficeret probare quaſi dominium, vel vtile, ſi ſic eſſet propoſitum, & articulatum, vt ibi dixi in confeſſoria, vide ibi, & facit bene ad hoc d. l. 1.
38 C. in quib. cauſ. col. cen. † Ex his apparet concluſio libelli, concluditur enim declarari ius non eſſe ita vtendi. Cętera vero ſicut quod opus impediens tollatur, ſi factum fuerit, vel cautio damni & intereſſe refundantur, ad quæ diuerſimode eſt concludendum, ſicut dixi in materia confeſſoriæ, quæ ve-
39 niunt officio iudicis. † Item quæritur quanto tempore tollatur negatoria? Super hoc ſcio quòd gl. tenet, quòd 30. anni. Et ad oppoſitionem, quæ poſſet fieri. quod ita ſe quæreretur, ꝙ ſeruitus, quæ habet cauſam diſcontinuam, acquireretur 30. ann. cum tempus debeat eſſe vniforme acquirendi, & perdendi, & tamen hoc eſt falſum. Reſpondent. quod ex qualibet itione datur vna negatoria, & ideo, ſi negatoria. quæ cõpetit pro prima itione, ſit ſublata, non ſequitur, quod etiã illa quæ competit pro vltimis, & de hoc C. de ſeru. l. 2. & hanc ſequuntur hic Iac. & Pet. dicendo, quòd ſicut plures vendicationes cõpetunt, ſi hodie tu poſsides, & deſinis, & poſt iterum poſsidere reincipis, ita in negatoria ex qualibet itione, vel quolibet expleto ſeruitutis competit vna, ſed ſecundum hoc nunquid præſcriberetur negatoriæ, ſaltẽ illi quæ ex vltima itione competit? dicit Pet. quod imo præſcribitur, nam negatoria habet principiũ materiale libertatem. Ex quo ergo illud principiũ deficit, quia forte præſcripta eſt ſeruitus, amodo competere non poteſt, imo illa, quæ nata erat, forte per duos dies ante completam præſcriptionem, eſt extincta, non enim tempore dati libelli poteſt dicere liberam rem, & illud principium materiale deficit, & ideo agere non poteſt, ſicut nec rei vendicatio, ſi deſijt eſſe dominus, ante datum libellum, vt dixi ſupra proxi. §. Sed nunquid ſaltem competit pro fructibus & intereſſe? Reſpondeo, qui teneret, quod hęc venirent iure actionis, certum eſt quòd ſic. ſed per officium iudicis non. ff. de rei vendi. l. ſolum. §. 1. de eo quod certo loco. l. 4. Hæc poſſunt ſufficere circa hanc materiam, nolo tamen omittere vnum punctum, in quo leges videntur variæ, ago negatoria contra te: conſtituo te in contumacia, quia nõ vis comparere. quædam leges dicunt quòd punieris, & quod efficieris de poſſeſſore petitor, vt l. ſi priuſquam. de oper. noui nunt. alia lex dicit quod præfigetur tibi tempus ad agen
40 dum, & poſt non audieris, vt l. a quo, † ff. de dam. infec. Alia dicit quod fiet miſsio in poſſeſsionem bonorũ. ff. ſi ſerui. vendic. l. is cuius. Super hoc dicas, quod aut non poteſt fieri miſſio in quaſi poſſeſsionem iuris ſine demolitione operis, & tunc obtinet l. a quo. aut poteſt fieri, & tunc ſi aduerſarius eſt præſens, & non vult procedere, compellitur cauere, vt l. ſi priuſquam. alias ſi abſens ſit, fit miſsio, vt l. is cuius. & hoc vbi reus eſt contumax. ſed ſi ſit actor dic vt d. l. ſi priuſquam, vel poteſt procedi ſecundum auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iud.

a Adnotatio. Aeque. Iſtum. §. continuant Ang. & do. Iaco. eodem modo, diuide tamen ſecundum Ang. & ſic ſumma. Pro ſeruitute conſtituenda, vel non conſtituenda, proditæ ſunt actiones in rem tam pro ſeruitutibus ruſticis, quã vrbanis, realibus: vel perſonalibus, & in his etiam agit qui poſſidet. ſecus in rebus corporalibus regulariter.

b Debes ſcire. Vide Angel. hic in 2. colum. ante me. in ver. Et præmitte ad intelligentiam. & do. Iaſ. May. hic in 1. colum. poſt princ. in verſ. ad euidentiam huius. §.

c Quid. Hanc quæſtionem recitat do. Iaſ. May. hic in 2. colum. in ver. dubitabat hic Ioan. Fabri.

d In glo. Vide hic Ang. in 3. col. poſt me. ver. in ea glo. in fin. vide do. Iaſ. hic in 8. colum. in princ.

e Confeſſoriæ. Vide Angel. in 3. colum. ante fi. in ver. in glo. magna, & do. Iaſ. in 8. col. ante fi. verſi. glo. magna diuiditur.

f Dicere. Idem tenet hic Angel. vide hic do. Iaſ. in 9. colum. ante med. in ver. in ea glo. ibi negatoria. Item Angel. ponit hic formam libelli, in vtraq; actione in 3. colum. a prin. vſque ad fin. co. vide Pet. Ia. in ti. de confeſſoria in rem actione. & in ti. de negatoria, in rem actione. & d. Petr. Ferra. in forma libelli in actione confeſſoria. & in forma libelli. in actione negatoria. Idem per do. Iaſ. in 12. colum. & 13.

g Male dicit. Idem tenent hic Ang. & d. Iaſ. Item idem Iaſ. hic ſuper glo. in verſi. neget. tractat egregie duas quæſt. Prima eſt, vtrum poſſidens poſſit agere, in 11. col. poſt me. verſi. ad fi. glo. Secunda quæſtio eſt, vtrum poſſidens ſi agat rei ven. dicatur poſſeſsioni ſuæ renunciaſſe in 12. col. poſt prin. ver. Circa ſecundum principale.

h Præſcriptionem. De hoc vide Ang. hic in 7. col. prope. finem verſic. quæro quanto tempore. vide per doct. in l. 2. C. de ſer. & aqua. item poſt omnes. vide do. Fely. in c. de quatta. nu. 40. 41. extra de præſcrip.

i Poſſidere. Vide hic Angelum, in 7. columna, prope finem. verſic. quæro quando dicatur.

k Modus probandi bonam fidem. De hoc vide Iaſo. in ſeq. §. in 21. colum. in me. ver. item vltra prædicta.


1 *Prætoriæ actiones.* 2.
3 *Dominij genera.*
4 *Publiciana cui, & in quem data.* 5. 8. 12. 13. 14.
6 *Publiciana rei uendicationi contraria.*
7 *Publicianæ actionis forma.*
9 *Publiciana neceſſaria.* 10. 11.
15 *Publicianæ uis.*
16 *Publicianæ an obſtet rei uendicatio.*
17 *Publiciana agens qui concludat & probat* 18.
19 *Publicianam creditori non dari.*


a Sed Iſte quidem. Quidam a faciunt hic. §. quidam verſiculum, Alij qui ſequuntur. glo. & vltramontani, faciunt hic §. & Iaco. & citramontani faciunt in verbo aliæ. credo, quod vltramontani melius faciunt, nam hic imperator ſubintrat aliam diuiſionem, vt not. hic in glo. quam proſequitur vſque ad §. appellamus. Caſus vix ponitur per modum caſum, potes tamen ſic dicere. Domine imperator, ego audiui vnam diuiſionem actionum, quia quædam in rem, quædam in perſonam, & locutus fuiſti de tribus actionibus in rem de quibus audiui. Quæro quæ ſunt hæ actiones, an ſunt ciuiles, vel prętoriæ? reſpondet, quod quędã reperiuntur ciuiles, ſicut ſunt
1 iſtæ tres prædictæ. † Quędam prætorię, de quibus exempla ſubijcit. V. g. tu emis rem bona fide, & titulo, ab eo, quem credebas dominum, ſi cadas a poſſeſsione, vendicare non potes de iure ciuili, ſed ius prætorium dat tibi actionem, &c. Proſequere ponendo caſum, iuxta exempla, & verba tex. In glo.
b latenter. circa medium b ibi cum dicit in perſona actoris. Pe. de Bellapert. docte dicit rei vendicationem prætoriam, hoc caſu, quando datur contra eum, qui dolo deſijt poſsidere, per dictam. l. electio. & per l. 2. §. fina. ff. de alie. iud. mut. Item ius prætorium dat nouam formam huic rei vend. faciendo eam competere contra illum, qui non poſsidet, contra formam ei datam de iure ciuili, & ideo ius prętorium debet dici ff. de iu. & iur. l. ius ciuile. ſed ſecundũ hoc videtur, quod debeat extingui anno, quia prætoria, & deſcendit ex delicto, ex eo, quia dolo deſijt poſsidere. Sed idem. Pet. dicit quod imo eſt perpetua, quamuis ex delicto deſcendat. ff. de noxa. actio. l. penul. §. hæ actiones. & ff. ſi mulier ventris nomine. in l. 1. §. hæc actio. quia ſubrogata eſt in locum ciuilis, & perpetuæ, nec proprie ex delicto, ſed ex dominio cauſatur ſecundum eum. In hoc aduerte, nam gloſſ. videntur ſuper hoc variæ. Vnde. ff. de acti. & obli. l. in honorarijs, videtur tenere hanc opinionem Petr. ſed ff. de bonorum poſſeſsio. hęred. pet. l. 2. tenent quod hic. Dyn. tenet quòd ſit ciuilis. Sed per exceptionem dicitur prætoria. & ſic intelligit dictam. l. In gloſ. ſcilicet expreſſam. in fin. iſta gloſ. videtur concludere, quod actiones deſcendentes ex contractu, vel quaſi, ex delicto, vel quaſi, & ex varijs figuris cauſarum, ſunt ciuiles omnes, & ta-
2 men conſtat multas eſſe prætorias: † vt actiones de conſtituta, negotiorum geſtorum, furti manifeſti, vi bonorum raptorum, & infinitas, de quibus in arbore Ioan. Expone ergo, & ſi quæ ſunt aliæ ciuiles. id eſt a ſimili iure, ſcilicet iure ciuili inductæ, cuius ſunt multæ partes: vt ſupra gloſ. prox. [illegible]t. in fin. Et eſt veriſimile quod hoc voluit dicere glo. quia alias intolerabilem implicaret errorem, quod non eſt veriſimile. In gloſſ. id eſt tam in rem. ibi, cum allegat. §. quædam. Contra, quia petitio hæreditatis, quæ datur bonorum poſſeſſori, eſt prætoria, vt l. 1. de bono. poſſeſſ. hæred. peti. & tamen eſt mixta. ff. de petit. hæredit. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. & C. de petit. hæredi. l. hæreditatis petitionem. Dicit Dyn. & docto. quod petitio hæreditatis eſt ad veritatem ciuilis, etiam quæ datur bono. poſſeſ. quia per ſenatuſconſulta inducta eſt, vt l. item veniunt. §. cum prædixerimus. ff. de peti.

petit.hæred. Sed quia per prætorem extenditur, dicitur prætoria, licet veridice non ſit, vt dixi, ſ. Vel dic, quod petitio hęreditatis, quæ etiam competit hæredi de iure ciuili, non eſt mixta, imo eſt in rem. vt ff. de pet.hæreditatis.l.ſed & ſi lege.§.petitio, & dixi ſ.in prin.tit. Itē opponitur, quia omnia interdicta ſunt prętoria, & ſunt in rem ſcripta, ff.de interdic. l.1.§.1. & ſic quodammodo prætoria videntur mixta. Sol. nō ſunt mixta, imo ad rei veritatem perſonalia, vt ea.l.§.pe. In gl.hoc videtur falſum.in fi. Vel dic, quod competit ad dominium, id eſt ad declarationem dominij ſecundum docto.

c In glo. c ſed nunquid publiciana.in fi.hæc opinio eſt vera per argumentum gl. Item quia publiciana competit illi, qui emit bona fide ante impletam præſcriptionem, vt hoc §.& niſi completa præſcriptione adderetur vtilis rei vendicatio, complementū pręſcriptionis nihil augeret, quo ad hoc. quod non eſt dicendum. vnde ſecundum Dyn.eſt reperire triplex
3 † dominiū, videlicet directum, & illud cauſat actionem directam in rem.item vtile dominium: & illud vtilem, item quaſi dominium, & illud publicianam. Vnde caue, quia glo.quandoque vocant vtile domnium, quaſi dominium: vt ff.de damno infect.l.cum poſtulaſſem.§.1.de acquir.rerū.domi.l.traditio.ff.eodem.l.ſi ſeruus.& Azo. in ſumma huius ti. de actio. inſtit.verſi.vnde ad pleniorem.nu.19.ſed error eſt, & corrige. ſunt enim diuerſa vtile dominium, & quaſi dñium, ſm Dyn.Ia.vero de Ra.dicit, quod publiciana competit vero.& vtili domino: vt j.videbis. In gloſſ.ſcilicet publiciana.in fin. hæc gloſ.eſt notabilis ſecundum Dynum pro quo facit ff. de adulter.l.quod ex his.Sed videtur, quod actio in factum, & publiciana ſint idem.ff.de iureiura.l.ſed ſi poſſeſſori.in prin. vide quod ibi not. iuxta magnam gloſſ. nihil apoſtillo, quia in proſecutione materiæ declarabitur. Veniamus ergo ad materiam, iuxta quam primo quæritur, quid ſit publiciana. Secundo cui competat.Tertio contra quem.Quarto quæ requiruntur ad hoc, quod competat. Quinto ad quid competit, & quid in ea veniet.Sexto de forma libelli.Redeamus ad primum, quid eſt actio publiciana? Et dic, ſecundum Pet.de
4 Bellapert.quod † eſt quædam actio in rem, competens alicui ratione iuris ſui, ſibi bona fide quæſiti, in re, vel ad rem commercio hominum non exemptam, propter vitium non prohibitam vſucapi ex cauſa habili ad tranſlationem dominij, traditione ſecuta, vel quaſi, contra eum, qui habet facultatē rei reſtituendæ ad declarationem iuris ſui. Actio in rem hoc ſatis apparet hic.imperator enim ponit eam, exemplum, primum de prætorijs realibus. Ratione iuris, id eſt quaſi dominij, vt hic, cū dicit, quaſi rem ſuſceperit.bona fide quæſiti.ff. eodem.l.eū qui.§.prætor. Vel ad rem.Petr. dicit, quod ideo dicit ad rem: quia qui habet ſeruitutē, habet ius in re, ſed qui poteſt vēdicare ratione dñij, vel pbliciana agere ratione quaſi dominij, habet ius ad rem. Salua pace ſua, ego credo ꝙ ille, qui habet dominium, habet ius in re, ſed de eo, qui nō habet, dominium, ſed quaſi dominium, poſſet ſuſtineri, quod habet ius ad rem. vide in ſimili extra de conceſ.præben.cap.fi. lib.6.& cap.ne captandæ. Propter vitium. vide ff.de publi.l. cum ſponſus.§. in vectigalibus. Commercio hominum.vide ff.eo.l.cum ſponſus.§.antep. Ex cauſa habili.ff.eod.l.1.§.fin. cum l.ſequenti.& l.quæcunque. Traditione.ff.eod. l. ſiue.in princip.& §.1.Reſtituendæ.vt in rei vendicatione.cui eſt ſimilis.ff.eod.l.eum qui.§.in publiciana. Ad declarationem.de
5 hoc magis videbis in formatione libelli. † Secundo quæritur cui competit? Ad hoc dicas, quod non domino, qui bona fide acquiſiuit ab illo, quem credebat dominum, & iuſto titulo, tali qui parat cauſam vſucapiendi. vnde quinque ſunt neceſſaria ad hoc, quod competat, vt hic not.in gloſ.Supponitur ergo per docto.& gloſſ.ꝙ non competit domino vero Ia.de Rau.& Pet.de Bellapert.dicunt contra.quod imo etiam domino vero competit, & concurrit cum rei ven. & hoc probant per ſimile, nam prætor, qui eam introduxit, largus eſt, & nedum prouidere voluit in caſu neceſſario, ſicut vides in bonorum poſſeſ. quam dat ab inteſtato emancipatus, quam extendit ad ſuos, qui non indigebant, quia ſuccedebant de iure ciuili.vt ſuprà de bonorum poſſeſſ. circa princi. Vnde ad leges, quæ dicunt dari non domino reſpondent, quod verum eſt proprie in caſu ſuæ intentionis. non tamen ex hoc negatur, nec concluditur, quin detur domino vero. Hanc opinio. non credo veram. Primo, quia nullo iure fulcitur, imo videtur contra intentionem textuum. Secundo, quia, duæ actiones quæ ſunt contrariæ in originali materia; non concurrunt quamuis competant ad eundem effectum, vt eſt videre in querela inofficiſi teſtamenti, & in querela falſi, quamuis enim vtraque competat ad adnullationem teſtamenti, tamē contrariæ ſunt origine, nam vna ſupponit teſtamentum tenere, alia ſupponit nullum, non concurrunt, nec vna habet locum in caſu, quo alia.C.de inoffic.teſta.l.contra maiores.
6 † Sic ergo in propoſito, nam rei vendicatio, & publiciana ſunt contrariæ origine, vna ſupponit dominium, alia non: ideo non videtur poſſe dici, quòd concurrant, nec vna competit in caſu, quo alia. Quomodo ergo prouidebitur, illi, qui dubitat an eſſet dominus, an non, ille a quo acquiſiuit? quia ſi iuret, oportet quod anceps iuramentum recipiat, & ſic conſtituatur in periculo periurij. Vnde quamuis gloſ.dicat hic, & conſultat, quòd in dubio proponat publicianam, non tamen prouidet ſuper conſcientia iuramenti, nam ſi neſciat, an ſit dominus, vel non, quomodo iurabit, hoc vel illud? Poſſet dici, quod iuramentum eſt de credulitate, & generale, videlicet quòd exiſtimat ſe iuſtam cauſam habere. vt l.2.C.de iuramento calum. nec aliud habet ſpecificare, & tale bene poteſt præſtare. Si tamen faciat poſitiones, tunc oporteret iu
7 rare ſpecifice, & eſt maior difficultas. Vnde credo, quod † non habet ponere in libello, vel in articulis hæc verba, emi, vel quæſiui a tali, quem dominum eſſe credebam, qui tamen non erat dominus, nec me non dominum eſſe credo, & hoc poteſt ſic probari. Certum eſt, quod agenti ſufficit tale factum ponere, ex quo ſua concluſio poſſit ſequi. Conſtat autem, quod ponendo, quod emi a tali, quem dominum credebam, & tali titulo, qui mihi rem tradidit, ego pono factum ſufficiens ad materiam publicianę, quia tantum ſufficit ad vſucapionem, ſeu pręſcriptionem parandam, & ſic ad publicianam dādam. Hęc enim correlatiua ſunt: vt l. ſi eo.§.idem Iulianus.ff.eo.tit. Pręterea ſi agens publiciana haberet dicere non dominum illum, a quo cauſam habet, confiteretur malam fidem in pręſenti, quę ſaltem de iure canonico pręſcriptionem impediret, & ſic publiciana ſaltem illo iure non competeret.extra de pręſcript.cap.vigilanti.& c.fina.

Vnde qnamuis de iure ciuili ſufficiat habuiſſe bonam fidem ab initio, de iure canonico requiritur ſemper, vt d.ca.fi. Et ſic ſi haberet dicere ſe emiſſe a non domino, ſemper illo iure caderet, cum non eſſet in cauſa vſucapiendi, vel pręſcribendi per confeſſionem ſuam. Vnde ego credo, quod de quinque, quę glo.dicit neceſſaria ad hoc, ꝙ competat publiciana, ſufficiat ponere tria. videlicet titulum, bonam fidem, & traditionem, & alia non ſunt neceſſaria poni, quia eoipſo quod non ponit ſe dominum, apparet ꝙ non intendat rei vēdicationem.& ita reſtat, ꝙ intētio cadat in publiciana, ſi poneret pręſcriptionem agendo, vel defendendo ſufficeret illā ponere, ergo in publiciana ſufficit. Item videtur expreſſum, quod agens publiciana non debeat dicere ſe non credere dominum.ff.eodem.l.ſi ego.§.partus.verſic.interdum. Videtur ergo, quod de iure canonico publiciana non competat, niſi quando continuatur bona fides, & ita hęc materia reſtringitur illo iure. Item videtur, quod de iure ciuili reſtringatur multum, quo ad rem mobilem. quia ſi res mobilis alienetur a male fidei poſſeſſore.rem alienam ſciente, committitur furtum. C.quod cum eod.l.ſi liberam, & ſic res eſt vitioſa & inuſucapibilis.& per conſequens, nec publiciana competit.vt l.ſi ego.§. partus. ff. eod. Item videtur multum reſtringi in re immobili, ſi alienans habuit malam fidem.per authen.malæ fidei. C. de præſcript. long. tem. quę eſt de corpore vt ſpon.larg.§.rurſus. Vnde in paucis caſibus, videtur hęc actio competere, quod multi concedunt. Ia. vero de Rau. dicit, quòd dominus domini ſui dicebat, quod etiam in caſibus prędictis datur publiciana, quamuis pręſcriptio, ſeu vſucapio non procedat, quia illa iura non loquuntur de hac materia, ſed ſolum de pręſcript.& ſic cum expreſſe non corrigant, non ſunt extendenda. C.de appel.l.pręcipimus. & ma-

xime cum ſit diuerſa ratio, quia præſcriptio præiudicat dño, & eſt contra æquitatem, ſed publiciana eſt ſecundum æquitatem, nec præiudicat domino, nec contra ipſum datur, vt l.
8 pen. ff. de public. & ſic tranſit.† Sed reſtat reſpondere ad contrarium, quia publiciana non datur niſi illi, qui vſucapit, vel præſcribit. vt l. eũ qui. ff. eo. ille non præſcribit: ergo &c. Sol. publiciana eſt inuenta iure digeſt. quo iure poſſeſſores in dictis caſibus præſcribunt. ergo iure illo datur publiciana. Vnde vr̃ ſufficere. ꝙ iure digeſt. poſsit præſcribere, cum noua iura, quo ad hoc nihil immutent. Præterea hæc maxima non eſt vera ſimpliciter, non præſcribit, ergo non datur publiciana, quia ille qui cecidit a poſſeſsione, non præſcribit, imo interrũpitur præſcriptio. ff. de vſucap. l. naturaliter. & tamen ille eſt qui agit publiciana, videlicet quia poſſeſsione cecidit, vt hoc §. vnde ſolũ hoc deſideratur, quod habuerit titulum, & bonam fidem, & quod res fuerit tradita, & qđ titulus ſit talis, qui ſit habilis ad parandã vſucapionem, licet qñque vſucapio non ſequatur, nec præcedat, vt l. cũ ſponſus. §. in vectigalibus. & notatur in d. l. eum qui. Vides ergo cui compe-
9 tit, & quæ ſunt neceſſaria ad hoc, ꝙ cõpetat. † Nunc diſcutiamus ſingula quinque, quæ gloſſator dicit eſſe neceſſaria, per ordinẽ. Primo dicit glo. qđ requiritur traditio, vel quaſi. Sed contra hoc oppone de lege ff. eo. l. cum ſpõſus. §. 1. Item qđ operatur traditio in contractibus inter viuos, hoc operatur ſimplex legatũ in vltima voluntate. ff. quemadmod. ſer. amit. l. ſi partem. §. 1. igitur in legatis non eſt opus traditione. Iac. de Rau. dicit quod in vltima voluntate competit publiciana ſine traditione, videlicet illa, quæ competebat teſtatori, & ex perſona eius, ſed ipſi legatario non competit ex perſona ſua, niſi demum traditione facta. hoc idẽ notauit gloſſ. ff. eo. l. 1. in fi. alias l. 2. Ego tñ credo, ꝙ opinio, quę ibi primo notatur, ſit verior, videlicet ꝙ publiciana acquiratur ex vltima vo-
10 luntate ſine traditione. & hoc ſupple. hic ad glo. † Sed circa hunc articulum quæritur, nunquid requiritur quod transferatur poſſeſsio? Et vr̃ ꝙ non, quia hæc actio habet inſtar rei vend. ff. eo. l. eum qui. §. in publiciana. in qua ſufficit traditio, dato qđ poſſeſsio non transferatur. ff. de fund. do. l. ſi fundũ. ff. de rei ven. l. ſi ager. Iac. de Ra. dicit cõtra, quod oportet, ꝙ fiat poſſeſſor, quia alias præſcribere, vel vſucapere nõ poſſet: & ita nec publiciana cõpeteret, vt d. l. eum qui. facit etiã pro ipſo, eo. tit. l. traditionem. Ad arg. reſpondet, publiciana habet inſtar vendicationis, &c. verum eſt, quo ad hoc, vt fructus veniant, & quo ad aliqua alia, licet non quo ad omnia. aliqua enim requiruntur in publiciana, quæ non in rei vendicatione, & econtra. Sed huic opi. Iac. videtur obſtare. ff. eo. l. ſi ſeruitus. vbi vr̃ expreſſum. Item quia hæreditati non acquiritur poſſeſsio ſi quis teſta. li. eſſe iuſ. fue. l. 1. §. Sceuola. & tamen acquiritur publiciana. ff. eod. l. ſiue. §. pen. & in hac opin. eſt Pet. Item dicit gl. quod ſecundo requiritur titulus habilis ad transferendum dominiũ, ſi tradens eſſet dominus.

Sed contra opponitur, quia ſi petam rem tuam, vt meam & pronuntietur contra te, & tu tradas rem authoritate iudicis, non transfers dominio, quia vbi tradis rem tuam, vt meã non transfers dominium. ff. de condi. cauſa data. l. 3. §. ſubtilius. & tamen certum eſt, quod hoc caſu competit. ff. de condi. cauſ. data. l. 3. §. fin. & ſic non vr̃ requiri titulus habilis, & eodem modo poteſt opponi contra illud, quod glo. requirit. Tertio videlicet ꝙ res tradatur a non dño. Contra imo ſi in caſu pręmiſſo tradatur a vero domino, nõ transfertur dominium, & ita in caſu præmiſſo non refert, vtrum a vero domino, vel non domino tradatur. Iac. dicit ꝙ hę opiniones procedunt ex falſis. nam res iudicata eſt habilis titulus ad transferendum dominium. ff. de reb. eorum l. magis puto. melius in l. 3. §. item quæri poteſt. Et hoc probat per rationem. iſta ſunt paria, transferre dñium, vbi dominus tradit, uel cauſam uſucapiendi parare, ubi nõ dñs. ff. de contrahen. emp. l. clauibus. ſed cauſa iudicati dat, & parat cauſam uſucapiendi, ubi, non dñs tradit, ergo transfert dominium. Nec obſt. §. ſubtilius, quia illa regula fallit propter authoritatem rei iudicatę. Item circa id, quod gloſ. dicit requiri quarto, & quinto, oppo. quia ſi egerim contra te ad rem, & mihi detuleris iuramẽtum, & iurauero, datur mihi publiciana. ff. eod. l. eum qui. §. ſi mihi petenti. Si ergo nunc habeam iurare, quia crederem eum dñm, qui tradidit mihi quod eſt neceſſe, ex quo ita oportet poni in facto ſecundũ glo. ſequeretur quòd ſim periurus vel nũc, qñ iuro de calũnia, dato libello in publiciana, uel tunc, quando iuraui rem meam eſſe. unde ſi iurem, quod non ſim dñs, quomodo me ſaluabo de primo iuramento, quo iuraui me dñm eſſe? Ad hoc dicas ꝙ iſtud quintũ non debet poni in libello, ut dixi ſ. in princ. materiæ. & in hoc uĩ decli-
11 nare Iac. & Pet. poſt eum. Item dicit † Iac. quòd requiritur ſextum, quod inceperit uſucapere: & ad hoc adducit hunc §. iſtud pendet ab eo, quod dixi ſ. an requiratur, ꝙ res fuerit tradita, & poſſeſsio adepta fuerit, certum eſt, ꝙ nec uſucapio incepta. Nunc expedito articulo, cui hęc actio competit. ui-
12 deamus contra quem detur. Et certum eſt, † quod contra poſſeſſorem, uel detentorem rei, ſi non ſit dominus, quia exceptio dominij repelleret agentem. ff. eo. l. pen. niſi in caſibus. qui hic notantur in fi. gl. quã hic inſinua. Item exceptio non dñij, quandoque repellit, uide plene ff. eo. l. ſiue. §. ſi duobus. ubi de hoc not. plene. In hoc tamẽ aduerte, quia illud, quod cõiter dicitur, quod publiciana non competit contra illum, qui habet cauſam ab alio. hoc eſt uerum, ſi iſte, qui rem detinet, eſt in tali ſtatu, quod poſsit pręſcribere, uel uſucapere, alias ſic. V.g. emi librum bona fide. liber mihi ſurripitur, fur uendidit tibi, ago contra te publiciana, nunquid poſſum? Iac. dicit determinatum fuiſſe Aurelię, ꝙ nõ, quia melior eſt conditio poſsidentis, vbi a diuerſis dominis cauſam habuit. Ipſe tamen determinat contra, quia illa regula obtinet, vbi pręſcriberet vel vſucaperet quod non poteſt in caſu quęſtionis pręd icta, quia res eſt furtiua, & ideo non excludit alium, qui potius ius habet, & cui competit publiciana, cum nõ ſint in pari cauſa. Et hoc ſatis probatur, quia vbi duo habent cauſam ab vno, & vni fuit res tradita, alij non, ille aui fuit tradita, eſt potior, quia eſt in cauſa vſucapiendi. alius non. Vnde ſi vnus habet titulum habilem ad acquirendum dominium, alius non, quia vnus forte emit, alius conduxit, vel nomine commodati, vel depoſiti recepit, potior eſt ille, qui habet ti-
13 tulum habilem ſecundum Pe. Item † dic, ꝙ in caſu, in quo publiciana dat̃ titulo de ſe nõ habili ad transferendũ dominiũ, habilitato tamen per accidens, & propter authoritatem rei iudicatę, vel iuſiurandi, quod tunc non datur contra quemlibet poſſeſſorem, vel detentorem, ſed contra illum tantum, contra quem iuratum eſt. ff. eo. l. eum qui. §. ſi mihi petenti, quia publiciana illo caſu non competit de vera & regulata natura ſua. & non mirum, ſi reſtringitur. vide plenius. ĩ. eo. §. item ſi quis. Et ex his apparet, ꝙ quamuis non poſsint eſſe plures domini inſolidum vnius rei: poſſunt tamen eſſe plures quaſi domini. nam pluribus datur publiciana, quãdo plures eandem rem emerunt bona fide, vt patet in d §. Et eſt ratio, quia vnius rei vnicum eſt dominium, quod apud vnum tantum eſſe poteſt. Sed plures poſſunt rem habere bona fide, & tit. abſque inconuenienti. ff. de acquir. poſ. l. 3. §. ex plu-
14 rimis. † Sed nunquid pupliciana datur contra illum, qui dolo deſijt poſsidere? Dicas idem, & per omnia, ſicut in rei vendicatione dixi ſupra §. proxim. quia omnia quæ ſeruantur in vna, debent ſeruari in alia. ff. eo. l. eum qui §. in publiciana. niſi reperiretur contrarium expreſſum. Et poteſt dici, ꝙ hoc caſu publiciana ſit vtilis. ſicut dixi de rei ven. ſupra §. 1. Sed an publiciana, quæ competit ſuperficiario, vel vectigali, eſt vtilis, vel directa? Videtur ꝙ vtilis, ad inſtar rei vendic. ff. ſi ager vectig. l. 1. in fin. & ita reperiretur quaſi dominium directum, & quaſi vtile ad inſtar dominij. Sed hoc videtur ſatis nouũ, nec vr̃ de mente legum, vnde videtur ideo, ꝙ ſemper ſit directa. vnde rei vend. ideo dicitur vtilis, quia competit vero, domino, & extenditur ad dñm non verum, contra ſubſtantialia principia ſua, per quę non competit niſi domino vero, ſed in hac non ſic, quia hęc non requirit dñm. ſed quaſi dñium, non diſtinguendo quid. vnde prætor, qui eam introduxit, erat largus, & introduxit eam ſimpliciter, & liberaliter, & vnam pro omni quaſi dñio. ff. eo. l. cũ ſponſus. §. in uectigalibus. Hęc procedunt vbi publiciana cõpetit ad corporalia, ſed vbi ad incorporalia, iuxta l. ſi ego. §. 1. ff. eo. tunc datur contra impedientem, licet non poſsideat, vt dixi in confeſſo-

confeſſoria ſupra proxi. §. Quidam in dubium reuocant, an requiratur ꝙ pretium ſit ſolutum. Et dicit Iac. ꝙ Rainerius tenet ꝙ ſic. quia ad hoc quòd cõpetat publiciana, requiritur bonafides.certum eſt autem,quòd ille qui recipit, non habet bonam fidem,nec titulũ,niſi ſoluerit pretium,vel fides fuerit habita de pretio.ff.de contrah.empt.l.quod vendidi. Præterea dominium non transferretur aliter, niſi dominus venditor eſſet: ergo nec cauſa vſucapiendi, vbi non eſt dominus, cum ad paria iudicentur.eod.tit.l.clauibus. Iac.dicit contra. ſequendo text.& gl.ff. eo.l. de pretio. & idem ſequitur Petr. Ad arg. Rofred. reſpondet,quod ille,qui emit, debet habere bonam fidem. id eſt,ſe credere, venditorem habere ius vendendi,& non eſſe rem alienam.ff.de verb.ſigni.l. bonæ fidei, non autem hoc caſu debet credere ſe factum dñm. ſed adhuc hoc bene indagatum non eſt,& videtur neceſſario, ꝙ ad hoc quod competat publi.pro re mobili, oporteat pretiũ eſſe ſolutum,vel fidem habitã de pretio. quia emptor qui alio modo recipit,committit furtum.ff.de furt.l. eum qui.2.reſpon. & eſt prædo.ff.de acq.poſſ.l. ſi ex ſtipulatione. & ita non poteſt vſucapere,ſicut nec publiciana agere,quia actor non habet in publiciana ponere, nec probare ꝙ pretium ſit ſolutũ, vel fides habita de pretio. & ſic intelligitur lex de pretio. Si tamen reus dicat actorem eſſe malæ fidei poſſeſſorem, quia propria authoritate rem accepit, & contra voluntatem venditoris, & pretio non ſoluto, oportet, quod actor replicet & oſtendat, quod habuerit de voluntate venditoris, vel ſaltem ipſo ſciente, & non contradicente, quo caſu non eſt fur, nec prædo.C.de acquir.poſſ.l. animus. vel ſe ſoluiſſe pretium,& ſic debet intelligi d.l.de pretio. Item cum actor habeat probare traditionẽ: ipſa probata, videtur habita fides de pretio: vt dixi ſupra de rerum d.§.venditæ. Sequitur videre de quin
15 to,†quid venit in hanc actionẽ,Hoc non reperitur bene ex-
d preſſum.dici tamen poteſt,d quòd omnia veniunt,quæ in rei vendicatione,ſicut reſtitutio rei,fructus,& damna,& in ſumma dic vt in rei vendicatione dixi.ſupra eod.tit.§.1. quia inſtar eius ſequitur.ff.eo.l.eum qui.§.in publiciana. Videamus de vltimo,videlicet de forma libelli,& gl. ponit diuerſos modos formãdi. Primos duos reprobat, quia agens mentiretur. & credo,quod bene dicit,& hoc etiam ſequuntur doct. Item glo.reprobat tertium modum alternatiuum, & idem ſequuntur doct. Videtur tamen expeditũ quod hodie debeat admitti de iure canonico extra de ſenten.& re iudi.c.abbate. & ibi tenet Archid.& notabat de hoc extra de in inte. reſt.c.conſtitutus. & Spe.qui non figit pedem,de actio. ſeu petitio.§. ſequitur.verſ.item no.de cauſ.poſ.& propri.§.nunc dicendum.
e Quicquid tamen dicant,patulo patet,quia talis libellus, e de iure non procedit,niſi in caſu,in quo eſſet incertitudo probabilis. per §.quia autem.ff.quorum leg.l.2. & factum aduerſarij. Sed Inno.intelligit illum.§. generaliter. quomodocunq; ſit incertitudo probabilis: vt no.in d.c.conſtitutus. Ex illo intellectu poſuit illa verba in d.c. abbate. cuius fuit author, & credo quòd ſit bonus intellectus.ff.ſi pars hæred. peta.l.1.§. fin.de rei ven.l.quæ de tota.§.fin. Vnde ſecundum intellectũ illũ poteſt dici,quòd vbi agens publiciana,habet cauſam dubitãdi,an author ſuus eſſet dominus,quia forte emit ab igno to,vel viatore,tunc admittatur libellus,ſed vbi autor eſt certus,& notus,& poteſt certificare de dominio,non videtur habere colorẽ,quod talis alternatiuus libellus admittatur. Sed quæritur in rei vendicatione, ſufficit me dicere dominũ, nec habeo ponere cauſam mediatam, nunquid idem in publiciana? Videtur quòd ſic,per d.c.abbate.vbi videtur expreſſum. & hoc videtur ſentire glo.hic in libello, quem approbat, vbi ponit ſolum cauſam,quaſi dominij, ſed hoc non videtur verum,quia quæ ſunt neceſſario probabilia, ſunt ponibilia ceu poſſibilia, ſed neceſſario oportet probare titulum, ergo neceſſariò oportet poni. Primum probatur,quia teſtes non debent deponere: niſi ſuper contentis in libello, nec interrogari,vt notatur in l.ſi quis libertatem.§.1.ff. de petitio. hær.
f Quod autem probari debeat titulus, f patet per totam hanc materiam,& ff.eod.l.quæcunque.§.quia pupillo. Spe. in ſuo libello ponit ſolum quaſi dominium,nec quicquam ponit de cauſa mediata,vt d.§.nunc dicendum. Quicquid ſit,ſi nõ debeat poni in libello,oportet,quòd ponatur in articulis,ſuper quibus teſtes examinabuntur.Cõſueuerunt quæri circa hanc
16 materiam,vtrum ſententia lata in rei † vendicatione, obſtet exceptio rei iudicatæ in publiciana,vel econtra. De hoc non eſt quæſtio ſecundum Dyn. quia expreſſum eſt.ff. de euic. l.minor.§.ſi ſeruos. quod verum eſt,vbi eſt actum altera.Sed quid ſi actum ſit vtraque, quia actor facit libellum alternatiuum, dicendo quod res pertinet ad ipſum iure dominij, vel quaſi? Tunc credo contra, etiam ſi alterũ tantum ſit in proceſſu proſecutus.totum enim ius ſuum in iudicio deduxit.ff. de excep.rei iud. l.& an eadẽ.§.actiones,& idem dicerem,& crederem,ſi dixiſſet,ſe quaſi dñm, ex vna cauſa,quia forte emit,quia non poterit agere ex alia,dicendo forte rem ſibi donatam,per hunc §.& hoc quando non expreſſit ab initio, vt eo.tit.l.ſi mater.§.ſi quis autẽ iunge infra eo.§.ſic itaque.Sed
17 † nunquid debet concludi in hac actione ad declarationem, vel rei tantum reſtitutionem? Gl.Spe. & quaſi oẽs doc. concludunt ad reſtitutionem. Securius tñ eſt, ꝙ cum hæc actio ſit realis, & habeat inſtar. rei vendi. vt l.eum qui §.in publiciana. ꝙ concludatur ad declarationem quaſi dominij ſecundum.Pet.Et potes ſic formare. Coram vobis domino tali iudice dicit & proponit Titius actor,contra Semproniũ reum, quod licet talis res ad ipſum pertineat iure quaſi dñij, quia eam emit a tali,quem dñm eſſe credebat, eamq; per verã traditionem accepit,eiuſq; poſſeſſionem adeptus fuit, eratq; in cauſa vſucapiendi,cũ a poſſeſſione cecidit, nihilominus Sempronius poſſeſſor, vel detentor eiuſdem,eandem rem dimittere,& reſtituere dicto Titio denegat minus iuſte, quare petit dictus Titius dictam rem ad ſe iure quaſi dominij pertinere,per ſententiam declarari,& hoc declarato, per officiũ veſtrum compelli,dictam rem eidem Titio reſtitui cum fructibus,& damnis &c. vt dixi in rei vend.ſupra eod. §.1. Et hoc quando publiciana cõpetit pro corporalibus. Si autem ad incorporalia iuxta.l.ſi ego.§.1.ff.eo.tunc formabis ſic. Dic ego talis,contra talem, ꝙ licet talis cõſtituerit mihi ſeruitutem, in tali fundo trãſeundi per fundum quem credebam eſſe ſuũ ad fundum meum: eiuſdem ſeruitutis quaſi poſſeſſionem habens,bona fide,nihilominus tñ idem talis me impedit,(declara impedimentum) quominus vti poſſum dicta ſeruitute minus iuſte,quare peto dictam ſeruitutem quaſi competere fundo meo per veſtram ſententiam declarari. Et hoc declarato, impedimẽtum prædictum amoueri, & in futurum caueri de non impediendo,& intereſſe & damna &c. Et cõforma eam, ad id,quod dixi ſupra.§.proxi.de confeſſoria,niſi in hoc. Et dic quòd in hoc eſt iſta actio vtilis,quia non tenetur probare dominum illum,qui conſtituit ſeruitutem, nec forte ſe dominum fundi,cui eſt ſeruitus conſtituta, quod alias eſſet neceſſe: vt l. 2.ff.ſi ſerui. ven.quia de natura publicianæ eſt, quòd
18 in ea non oporteat probari dominium. † Sed ad hoc poſſet dici,ꝙ verum eſt, quod nõ tenetur probare dominum ſuum authorem,nec ſe ex illo contractu quo nititur, quia titulus: & bona fides habentur loco dominij in hoc caſu, ſed quo ad dominiũ fundi ſui,cui dicit deberi ſeruitutem, ſuper quo nihil allegat nec titulum,nec bonam fidem habet,quin probare haberet dominium, vel ſaltem quaſi dominiũ in caſu, quo nõ poſſideret ſeruitutẽ,iuxta opi.Azo.de qua ſupra.§.proxi. Hæc procedant quando agitur de ſeruitute reali debita a re rei. ſi autem de perſonali debita a re perſonæ, concluderetur ſic. Quare petit ſeruitutem talem ſibi deberi.&c.Sed quæri-
g tur g quare hæc actio fuit melius nominata per ſe,& facit certam ſpeciem,quam bonorum poſſeſſio hereditatis petitoria, quæ non eſt certa ſpecies, ſed ciuilis extenſa, vt not. de bon. poſſ.hæred.pet.l.1.Vnde potuiſſet prætor extendere rei vendic. ciuilem ad hunc caſum, vel confeſſionem ciuilem. Sed ad hoc poteſt reſponderi,quia dominus, & non dominus nõ habent tantam conformitatem inter ſe,ſicut hæres,& bonorum poſſeſſor,vnde rei vend.& confeſſoria, quæ competunt dominis, non debuerunt extendi ad caſum non dominij ſibi contrarium,ſed hæres & bon.poſ.non ſunt cõtrarij. Sed cur
19 publiciana †non datur creditori,qui habet cauſam a non domino: ſicut ſeruiana extenditur.ff. de pigno.l. ab eo. & confeſſoria & negatoria,vt ſupra §.prox.notatum eſt.ff.de ſerui.

l.ei qui? Sol. quia eſſet contra naturam publicianæ. quæ requirit titulum habilem ad transferendum dominium, vt ſupra dictum eſt, & creditor non habet titulum dominij. confeſſoria vero, & negatoria non videntur ei cōpetere: ſed vtilis hypoth. vt not. d.l.ei qui.

a Adnotatio. Quidam. Vide hic Iaſ. qui narrat altercationem fuiſſe, inter vltramontanos, & citramontanos, an hic ſit. §. vel non.

b Circa medium. Vide hic Angel. in 2. colum. verſi. in glo. ſed iſte. & Iaſo. in 7. colum. in princ.

c In gloſſ. Vide hic Ang. ſingulariter loquentem, & ſuper fine glo. vide Iaſ. in 9. col. vbi quærit, nunquid publiciana detur feudatario, vel vaſallo, ad vendicandam rem ſibi infeudatam. Item in ſequenti col. quærit nunquid publiciana competat vero, & directo domino.

d Poteſt. Vide Ang. in 10. col. in fin. verſic. quid veniat.

e Talis libellus. Vide hic Iaſ. ſuper hanc glo. in 12. col. & ſeq. & Angel. hic in 5. col. ver. in glo. vbi dicit. vide Pet. Iac. in tit. de act. publici.

f Titulus. An autem probare debeat agens publiciana, poſſeſſionem ſui authoris, item quis ſit effectus iſtius actionis: & eius condemnationis, vide hic per Angel. in vlti. colum.

g Sed quæritur. Hanc quæſtionem format Iaſo. hic in 2. colum. poſt prin. in ver. Secundum dubium. & laudat Ioan. Fabri de hac reſponſione ſua. & vide ſuper hoc do. Iaſo. in ſex & vlti. colum. multa pulchra, & notanda in materia conſcientiæ.


1 *Reſtituendi.*
2 *Vſucapio qui reſcindatur.*
3 *Reſcindens, & reſciſſorium.* 12.
4 *Vſucapioni an, & quantum tempus ſubducendum.*
5 *Reſtitutio quibus negata.* 33.
6 *Læſionis tempus ſpectari qui accipiendum.*
7 *Reſciſſoria actio, & qualis.* 8.
9 *Reſciſſoria ad quæ agendum.* 10.
11 *Dominium qui amittatur.*
13 *§. Si conditionalis: ſenſus.*
14 *Reſciſſoria quando agendum.*
15 *Reſciſſoriæ tempus.*
16 *Reſciſſoria an perpetuari queat.*
17 *Reſcindentis tempus.*
18 *Reſciſſoria excipi, & perpetuo.* 19.
20 *Reſciſſoria cui, & in quem detur.* 21.
22 *Reſciſio qui petenda.*
23 *Reſtitutio qui fiat.* & 24. 25. 27. 28. 31.
26 *Reſcindens & reſciſſorium qui concurrunt.*
29 *Læſio quando, an non, probanda.* 30.
32 *Legatorum remedium*
34 *Reſpub. qui accipienda.*
35 *Publicum.*
36 *Fiſcum varie accipi.*
37 *Eccleſiæ reſtitutio ad prælatum non trahi.*


RVRSVS Ex diuerſo ſi quis. Iſte. §. habet duas partes. Primo ponit de reſtitutione concedenda pręſenti contra abſentem. Secundo econtra, de reſtitutione danda abſenti contra præſentem, & de multis alijs caſibus, in quibus reſtitutio conceditur. prima in principio. ſecunda ibi, quod genus &c. Caſus ſatis planus eſt. Sempronius emit librum meum a Titio bona fide, & per traditionem accepit: iuit vltra mare, vel aliquo extra prouinciam cauſa reipublicæ ante finitam vſucapionem, & antequam agerem contra ipſum: vel forte fuit captus ab hoſtibus, cum eſſet in fortia hoſtium, antequam rediret, compleuit vſucapionem libri mei: deinde redijt. Quęritur quomodo mihi prouidebitur, ne meum librū amittam, quem petere non potui, propter eius abſentiam? Imperator reſpondet, quod ego librum meum poſſum petere intra annum, reſciſſa vſucapione, quaſi meum, & vendicare quaſi meum, ac ſi poſſeſſor, non vſucepiſſet, hoc in primo dicto.

Sed pone in verſ. quod genus. Domine imperator, quid erit, ſi præſens vſucepit rem abſentis, vel in multis alijs caſibus, in quibus quis non poteſt rem ſuam petere, propter legitimum impedimentum, nunquid ſubuenietur illi impedimento? Imperator reſpondet, quod prætor qui hanc actionem introduxit, accommodat eis hanc actionem, ſimili ęquitate motus, vt hoc ex latiore digeſt. volumine intelligere licet, hoc dicit. Viſo caſu, venio ad glo. quas additionare intendo in paucis locis, quia expeditio, & declaratio earum cadet in proſecutione materiæ pro maiori parte. In glo. ſcilicet ciuitatis. in fin. an autem aliæ ciuitates a Romana reſtituātur: videbis in proſecutione materiæ. In gloſ. qui ſint. ibi credo quod ſi hoc verum, quia vbi agitur de reſtitutione concedenda præſenti contra abſentem, non refert de cauſa abſentiæ. ff. eo. l. item ait prætor. §. fin. & vide de his infra gl. 2. In ea. gl.

a in fi. [a] vide ſupra de iure naturali, gentiū, & ciuili. §. is autem. verſ. bella. In gl. id eſt, ſeruitute. ſic ſumitur ſupra de his qui ſui vel alie. iur. ſunt. §. 1. & 2. In ea. gl. ibi, id eſt, iuriſdictione. ff. de iuriſdi. omnium iudic. l. imperium. & l. eum qui. §. 1. melius. ff. de pign. l. fideiuſſor. de ædilitio edicto. l. quis ſit fugitiuus. §. pen. In ea. glo. ibi. ſub prolatis. hoc non reperitur bene expreſſum, quod clerici ſint ſub poteſtate epiſcopi. niſi recipias poteſtatem pro iuriſditione; vt ſupra proxime, ſed religioſi ſunt ſub obedientia, cum non habeant velle, vel nolle 12. q. 1. cap. non dicatis extra de electio. ca. ſi religioſus. lib. 6. extra de teſtam. c. 2. In ea. glo. ibi, l. poteſtatis. item ſummitur pro regimine ſupra de tutel. §. tutela. item pro facultate reſtituendi. ff. de noxa. l. quoties. item pro libera detentatione. ff. de vſucapio. l. ſequitur. §. tunc in poteſtatem. In ea. gl. in fin.

b [b] non intelligas, quod ius poſtliminij habeat locū niſi in peculiaribus. ff. ex quib. cau. maio. l. deniq;. & ibi plene de hoc. In glo. quaſi dicat, ibi, pro quo erat. ff. ex quib. cauſ. maior. l. ſi cui. §. tandiu. In ea. glo. l. ab hoſtibus. §. ſed quod. de hoc ſtatim videbis in tractatu materiæ. In ea. glo. in fin. hæc glo. eſt aliquantulum obſcura, & intrat materiam, quam non oportet hic intrare, videlicet, ex qua cauſa abſens reſtituatur: de qua ff. de in integ. reſtit. l. fin. Vnde vult dicere glo. quod hoc

1 edictum duo habet capita. † nam interdum præſens vult reſtitui, contra abſentem, interdum contra, abſens contra præſentem. Primo caſu non curatur ex qua cauſa aliquis abſens fuerit, ſed ſolum ꝙ præſens non haberet quem cōueniret, ſic intelligitur iſte. §. ſed in ſecundo caſu eſt differentia, ex qua cauſa quis abſens fuerit, vt plene notatur. in d. l. fi. Item caue, quia hoc intelligitur, videlicet, quod præſens reſtituatur contra abſentem, ſi nō fuerit, qui defenderet abſentem, nam ſi habuerit defenſorem procuratorem, vel amicū, non reſtituetur præſens. ff. ex quib. cau. l. 1. §. verba melius l. itē ait prętor. §. hæc autem reſtitutio. & ſic oportet quod præſens fecerit diligentiam ſuper hoc. An autem hodie hoc ſit correctum, vide plene. ff. ex quib. cau. maio. l. is qui. quæ glo. eſt neceſſaria ad intellectum huius. §. & vide eod. titu. l. item ait prætor. §. fin. In glo. per in integrū reſtiiutionem. in fi. vide de his in proſecutione, quam proſequimur per quæſtiones. Et primo, quia text. dicit hic, vſucapione reſciſſa poteſt petere, &c. Quæritur quomodo reſcindetur vſucapio? & ſuper hoc ſunt opiniones in gl. Quidam dicunt, quòd reſcindetur per in integrum

2 † reſtitutionem, & ita officio iudicis. nam reſtitutio in integrum per officium iudicis expeditur. ff. de mino. l. quod ſi minor. §. fi. Alij dicunt, quod reſcindetur ipſo iure, & ſtatim ſine reſtitutione, vt hic notatur in glo. per in integrum reſtitutionem, &c. Tamen concors eſt opinio omnium doctorum, quod per in integrum reſtitutionem, & ita per officium iudicis reſcindatur. & hoc probat Dyn. inter cæteros, quia reſtitutio maiorum, & minorum æquiparantur. C. de tempo. in integ. reſtit. l. fin. Sed reſtitutio minoris petitur per officiū iudicis, vt l. quod ſi minor. §. fin. ff. de minor. ergo, & reſtitutio maiorum, & pro hoc facit iſte text. cum dicit, reſciſſa. etiam dando intelligi expreſſe, quod oportet reſcindi, antequā agatur reſtitutoria. C. de poſtliminio, & re. l. ab hoſti. la 3. & hoc videtur quaſi expreſſum, ff. ex quibus cauſ. maior. l. ſi quis ſtipulatus. Vnde ſcire debes, quod eſt iudicium reſcindens, & reſciſſorium ſecundum omnes doctores. Iudicium reſcin-

3 dens † eſt officium iudicis, per quod datur in integrum reſtitutio, & reſcinditur obſtaculum, quod impediebat reſtitutum agere, & rem reponi in ſtatu, in quo erat tempore, quo læſio contigit. Reſciſſorium eſt, quod competit reſciſſo obſtaculo. Verbi gratia, vſucepiſti meam rem, quam potuiſſem vendicare, niſi fuiſſet tua abſentia, datur in integrum reſtitutio, & reſcinditur vſucapio. ita quod ego rem meam vendicabo, perinde ac ſi non fuiſſet vſucapta. & hoc dicit iſte. §. & hæc in integrum reſtitutio datur per officium iudicis, & vocatur iudicium reſcindens. Sed rei vendicatio, quæ reſciſſa vſucapione competit, vocatur reſciſſoria.

Sed

Sed quæritur vtrum hæc ſint vera perpetuo, quod cõpetãt duo iudicia, reſcindens, & reſciſſorium, ſicut hic dicitur? Dicas quod non. vnde hoc demum obtinet vbi læſo competebat actio ad rem, vel erat competitura, ſi nõ fuiſſet abſens, vel alias impeditus. V.g. tu tenebas rem meam, habebã actionem ad eam, quæ eſt extincta, propter abſentiam, vel impedimentum, tunc obtinet quod dixi. Vel pone, ſtipulatus ſum, vel ſunt mihi legata decem annua, annis, quibus eram in patria. Ego abſui cauſa reipublicæ, & ita non fuit mihi quæſita actio ſeu nata, reſtituar per officium, vt agere poſſim, ac ſi præſens eſſem, iuxta d. l. ſi quis ſtipulatus. & hoc caſu non proprie dicitur reſciſſoria, imo potius reſtitutoria, vt ff. ad Velleianum. l. quamuis. §. ſi mulier. §. ſi cum eſſem. Sed vbi non competebat actio læſo, quia forte poſſidebat rem, vel eſt læſus alias, quam in perdenda actione nata, vel naſcitura. & tunc totum expeditur per officium, nec datur reſciſſoria. V.g. poſſidebam fundum tempore, quo incepi abeſſe, tu eum occupaſti, reuerſus peto in integrum reſtitui. certe ego non reſtituar ad agendum, & ita reſciſſoria mihi non competit. Sed ad poſſeſſionem meam, & ad ſtatum, in quo eram, tempore quo receſſi. vel forte conſtituit procuratorem, qui me in abſentia defenderet, & exceptionem omiſit, peto reſtitui, vt poſſim eam proponere per officium iudicis, vt ad hoc admittar. nec tunc datur reſciſſoria. ff. de minori. l. in cauſæ. la prima. §. interdum. ff. de admi. tut. l. ſine hærede. §. interpoſito. ex quib. cauſ. maior. l. ab hoſtibus. §. ſi damni. & de hoc ff. de procura. l. qui proprio. §. item quæritur. & iunge ꝭ.q. pen.

Item dic, vt ibi, impedimentum, ꝙ in abſentia mea eſt oppoſitum fuit appoſitũ de facto, non authoritate iudiciali: ſic ꝙ actio mihi directa competit abſque reſtit. in integrum: qđ illam poſſum intentare. C. de poſtliminio. l. ab hoſtibus. nec tunc habet locum reſtitutio. ff. de mino. l. in cauſæ. la 1. §. interdum. & ex hoc nata fuit quæſtio inter Marti. & Bulg.

4 c Pone † quod c vſucapio, quæ per magnum tempus currebat in abſentia, fuit completa in præſentia. V.g. tempore reuerſionis, reſtabant ad complendum ſex, vel octo menſes de termino, qui fuerũt completi in præſentia vtriuſque partis, nunquid dabitur in integrum reſtitutio, vt ſubducatur, & reſtituatur tantum tempus, quãtum fuit abſens? Mart. dicebat qđ non. Bul. contra dicebat, vt plene notatur in l. quod tempore. C. de reſt. militum. & l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter ff. ex quib. cauſ. maior. Glo. tenet vbique opin. Bul. & illam etiam ſequitur Dy. hic. Pe. de Bellape. tenet opinio. Mar. pro qua eſt caſus in l. ab hoſtibus. §. ſi. ſecundum eum. Azo. in ſumma, de reſtit. milit. §. quod autem. dicit, quod ſententia Bul. nititur maiori æquitate, ſed ſententia. Mar. fulcitur maiori authoritate legum, ideo tutius eſt eam tenere. Hæc quæſtio eſt multum intricata. Inn. videtur tenere opi. Bulg. extr. de verb. ſign. c. dilecto filio. Iac. dicit quod hoc decretalis facit bene pro Bulg. ſupponit enim, quod niſi totum tempus eſſet elapſum in præſentia, ſubducitur tempus abſentiæ, ſed ibi videtur papa ex gratia procedere. Præterea poteſt reſponderi, quando ibi dicitur, quod niſi totum tempus, &c. ſub. vel tantum, quod potuerit negligentiæ imputari. Item facit pro Bul. quia pœna non debet extendi vltra, quam reperiatur delictum. ff. de his qui. vt indig. l. hæres. & l. reſcriptum.

Sed conſtat ꝙ ſi tẽpus abſentię non ſubducatur, negligentia ſubſequentis temporis extenderetur ad tempus non negligentię: quod eſſet iniquum, & contra leges prędictas, ergo non concedendum. Item regula eſt infallibilis, quod læſus per iuſtam abſentiam, reſtituitur, ne officium ſit ſibi dãnoſum. ff. eo. l. videlicet. & l. necnon. §. ſi. & l. ſeq. Sed conſtat, quod abſens eſt læſus in abbreuiatione vitę actionis ſuę, quamuis vſucapio completa fuerit in pręſentia, ergo debet ei ſubueniri. ff. de leg. 1. l. creditori. Pręterea ſicut reſtituitur abſens contra pręſentem, & ſic econtra, pręſens contra abſentem. ff. ex quib. cauſ. maio. l. 1. §. 1. Sed conſtat, quod vbi miles abſens inchoauit pręſcriptionem, & hęres compleuit, datur pręſenti reſtitutio contra hęredem, ergo & in hoc caſu dabitur. ff. ex quib. cauſ. maior. l. cum miles. lex enim illa ſupponit hęredem fuiſſe pręſentẽ, alias non haberet dubiũ.

Pręterea vbi lęſus petit reſtitui inſpicitur tempus lęſionis, non tempus ſubſequens, in quo reſtitutio non concederetur. ff. de mino. l. 3. §. ſcio. Cõſtat autem in caſu noſtro, quòd abſens lęſus fuit in curſu temporis, & vitę ſuę actionis, vt ſatis ſ. probatum eſt, ergo habito reſpectu ad tempus illius lęſionis, non ad tẽpus ſubſequens, debet concedi reſtitutio.

Pręterea hoc eſt expreſſum in l. quod tempore. C. de reſti. mili. dicit enim ſublata pręſcriptione medij tẽporis, &c. qđ tempus poſſet dici medium, niſi eſſet completa in pręſenti? Et ſi dicas, poſt reuerſionem modico tempore fuit cõpleta, tu diuinas, quia tex. hoc non dicit. Vnde lex aperte dicit, qđ nedum inſpicitur tempus, quo præſcriptio completur in reſtitutione concedenda, & ſubducendo tempore, imo & tẽpus cuiuſlibet abſentiæ præcedentis. ff. ex qui. cau. ma. l. necnon. §. ſi quis ſæpius: per quam concluditur, quòd præſcriptione completa, habetur relatio ad tempus abſentiæ præcedentis.

Præterea leges dicunt indiſtinctè, tempus abſentiæ deduci, & reſiduũ computari, non diſtincto vtrum concurrerunt ante vel poſt & ſic indiſtinctè eſt tenendum. C. qui non obſt. longi temp. præſcrip. l. præſcriptione. Pręterea, cum tempus totum vſucapio. & præſcriptionis in odium negligentium concedatur, & contra dominos præfigatur, ſi vltimi temporis poſt reuerſionem elapſi negligentia excludit reſtitutionem, cur non & primi cum ita fuerit negligens in primo, ſicut in vltimo, & tamen nullus vnquam præſumpſit dicere, quod negligentia temporis præcedentis excludat reſtitutionem. Verbi gratia, pone quod duobus annis, & menſibus ſex vſucepiſti in præſentia mea, vltimis ſex menſibus abſui cauſa reipublicæ, nemo diceret, quod negligentia præcedentis temporis me excluderet a reſtitutione, cur ergo ſubſequens, cum totum tempus vniformiter conceſſum ſit, ad vſucapionem, ſeu præſcriptionem, & ad me excludendum? non videtur ratio. Præterea illud, quod ſeruatur circa res, debet ſeruari circa tempus. ff. de mil. teſta. l. miles. §. quod diximus. Sed ita eſt, quod negligentia, ſeu denegatio reſtitutionis circa vnam rem, non excludit ab alia, ergo nec negligentia vnius temporis excludit, quominus detur reſtitutio de alio. arg. l. 1. §. ſi duo. ff. quorum lega. Pro opi. Mar. faciunt iura, & rationes. Certum eſt, quod hæc reſtitutio denegatur, vbi poteſt agenti negligentia imputari. Sed huic reuerſo, poteſt negligentia imputari, qui poſt reuerſionem, & modicum tempus habuit ſatis tempus ad agendum, ergo reſtitutio denegatur ſub iſta via. fortiſsime faciunt leg. ff. ex quib. cauſ. maio. l. is qui. vbi lite incoata ſuper ſtatu, ſi lædatur, non reſtituitur, vt e. tit. l. item ait prætor. §. ſi. vbi non reſtituitur præſens cõtra abſentẽ, ſi habuit contra quem ageret, vt l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi. & l. is qui reipublice. Pręterea vbi lęſio contingit in præſentia reſtitui petentis, reſtitutio denegatur. ff. ex qui. cauſ. maio. l. ab hoſtibus. §. ſi damni. Negari non poteſt, quin huic reuerſo, qui permiſit compleri vſucapionem, læſio contigerit in præſentia, qui per cõſumationem vſucap. læditur, ergo non debet reſtitui, cum fuerit negligens euidenter. Præterea reſtitutio datur læſo in abſentia, iſte autem non fuit læſus in abſentia, ergo non datur ei reſtitutio. Quod non fuit læſus in abſentia, apparet, quia nos loquimur in caſu, quo nõ fuit cõpleta vſucapio in abſentia, & ita ius partis integrum erat ei, quando reuerſus fuit, & ſic nondum erat læſus. Præterea opi. Bul. nõ poteſt eſſe bona, quin ſequatur inconueniẽs. ipſe dicit, quod completa vſucapione, ſeu præſcriptione in præſentia, datur reſtitutio, vt ſubducatur tempus præcedens abſentię, hoc non poteſt eſſe. Pone, quod ille, cuius rem tenebam immobilem, fuit abſens duobus, vel tribus annis, reſiduo tempore præſens. Si tu dicas, quod non poſſit reſtitui, completa præſcriptione, ſequitur quod reſtituatur poſt quadriennium, quod currit a tempore reuerſionis. vt l. quod tempore. C. de reſtitu. mil. quod nullo modo eſt concedendum, quia hoc eſſet dicere contra legem illam, & contra l. ſuperuacuam. C. de tempo. in integ. reſtit. Præterea, nullus poteſt euadere ſine calumnia. l. ab hoſtibus. §. fin. ibi enim cauetur expreſſe, quod non poteſt reſtitui, niſi intra modicum tempus præſcriptio completa fuerit. Vnde ſi tu dicas, ꝙ poſt modicum tẽpus, cõpleta vſucapione, poſſit reſtitui, ad quod Vlpian. faceret mentionem de modico tempore, cum poſſit

ita reſtitui vſucapione completa diu poſt reuerſionem ſicut poſt modicum tempus, ſi illa opinio eſſet vera? Ad argumentum in contrarium poteſt reſponderi. pro euidentia tamen ſcire te volo, quod reſtitutio fuit conceſſa a prętore mortuo, tanquam beneficium contra ius cōmune, vt l. in cauſæ, la 2. ff. de mino. iſtud beneficium non extenditur, niſi quatenus ipſe concedens voluit. & iuriſconſ. eius interpretes declarauerūt.
5 Conſtat autem, ꝙ prætor noluit concedere † beneficium reſtitutionis negligentibus, qui tempore impedimēti, vel poſt habuerunt facultatem experiundi, igitur huiuſmodi beneficium nō debet ad illos extendi, quamuis ſi alias iure communi ſe iuuarent, ratio ſuaderet extendi. Per hanc viam patet ſolutio, quaſi ad omnes rationes contrarium allegatis. Primo, ad illam, pœna non debet excedere delictum, &c. concedo, ſed hic non eſt pœna. imo ſtatur iuri communi, cum beneficium reſtitutionis non conceditur. Vnde non poteſt dici, pœna alicui inflicta, ſi ei non datur gratia contra ius commune.

Ad aliam: quando dicitur, læſo datur beneficium reſtitutionis, concedo, ſed non omni læſo, quia non læſo negligenti per iura prædicta. Item poteſt dici, quod abbreuiatio vitæ actionis, non eſt iuſta cauſa dandi reſtitutionem. ff. de caſtrē. pecul. l. pater qui caſtrenſe. in fin. Ad aliam rationem de §. ſcio. per quem concluditur, ꝙ inſpicitur tempus læſionis, nō
6 tempus† ſubſequens. dic, verum eſt, in diligente, ſed in negligente maiore non: quia nunquam fuit intentio prætoris, illi dare ſuum beneficium, vt eſt dictum. Præterea, poteſt dici, quod hoc caſu currit tēpus a tempore reuerſionis, vt l. quod tempore. C. de reſti. mili. Item ad l. quod tempore reſponde, vt gl. reſpondet, ſequendo Mar. & pro certo illa lex magis facit pro Mart. quam pro Bul. & eodem modo ad §. ſi quis ſæpius. & ad l. cum miles. in omnibus gl. reſpondet pro, & contra exponendo ſecundum opinionem cuiuſlibet. Item ad rationem, quod leges indiſtincte dicunt tempus ſubduci, Reſpondeo, quod imo diſtinguunt, vbi negligentia ſubſequitur lapſum temporis, vt l. pro Mar. alleg. Item ad aliam quod negligentia præcedentis temporis non excludit, concedo, ſed negligentia ſubſequentis excludit, quia prætor non intendit dare ſuum beneficium, vbi poſt abſentiam poteſt negligentia redargui, & ita modificauit ipſum, nec in modificando beneficio ſuo: curauit de tempore præcedenti. Et eodē modo reſpōdetur ad l. miles ita. §. quod diximus. alleg. in gl.

Hæc opinio videtur procedere de mente iuris ciuilis. Sed hodie de iure canonico, videtur, quod vbi eſt læſio in tempore, quòd tempus ad petendum in integ. reſtit. currit a tempore læſionis, & ita a fine præſcriptionis, & nihilominus fit reſtitutio ad tantum tempus, quantū fuit læſus, extra de in integrum reſtit. c. 1. in cle. Sed ibi loquitur in eccleſia, quæ reſtituitur ita præſens, ſicut abſens. Sed nos loquimur in maiore, cui non conceditur reſtitutio, niſi ex cauſa, & quando non poteſt imputari. ſed eccleſiæ & minori conceditur, etiam ſi toto tempore præſcriptionis negligētia cucurriſſet. Vel dic, quod ibi loquitur quando læſio fuit in fine lapſus temporis, quia loquitur in eccleſia, quæ ſemper eſt præſens. Sed quæſtio noſtra loquitur in alijs terminis, prout ex ſupradictis clarum eſt videre. Nunc quia de reſciſſoria hic tractamus,
d quæritur an hæc reſciſſoria ſit diſtincta ſpecies d actionis.
7 Et eſt dicendum, quod † hæc reſciſſoria dicetur actio, quę competit impetrata reſtitutione. & eſt nomen generale ſecundum doc. & tamen reperio text. qui vocant eam ſic ff. ex quib. cauſ. maio. l. necnon. §. exemplo. C. de poſtlim. l. ab hoſtibus. Alio modo tamen ſumitur ff. de donatio. l. vt mihi. & alio modo ff. ad Velleianum l. quamuis. quaſi per totam legem. illa tamen non dicitur ibi reſciſſoria, ſed reſtitutoria.

Quęramus ergo, vt prius, vtrum ſi diſtincta ſpecies actionis? Dicit Iacob. ꝙ quidam quærunt, an ſit nomen, vel cognomen actionis, ſed ſecundum eum de hoc non eſt curandum, quia diſputatio nominum, & ſtricte capientium, eſt pertinacibus relinquenda. Sed an ſit ſpecies actionis per ſe? ipſe dicit, quod ſic. Primo per hunc tex. qui dicit, quod genus actionis, &c. vnde accipit hic genus pro ſpecie, quia legiſtæ non multum curant, quid ſit genus, nec quid ſit ſpecies. imo vocant genus, quod logici vocant ſpeciem. Secundo probat, quòd de ea ſpecialis eſt tractatus inter alias actiones in hoc titu. & diuiſiones, quæ fiunt in hoc tractatu ſunt pœnes differentias ſpecificas, quare cum ponatur ſubaltero membro: videtur ſpecies actionis. Item quia eſt nouum genus agendi, quod inducitur a prætore, quia primum ſublatum eſt, vnde non reuiuiſcit, nec ſecūdum poteſt dici idem cum primo. ff. de ſerui. vrbanorum prædio. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. Pe. de Bellapert. dicit contra. quod non eſt propria ſpecies actionis, ſed cognomen inſtar actionis de peculio. ff. de pec. l. 3. §. Iulianus. & §. cui congruit infrà tit. 1. §. pe. vnde ſi eſſet ſpecies actionis, eſſet realis quandoque, aut perſonalis. ſupra eo. §. 1. & tamen conſtat, quod eſt realis quandoque, vt quando competit ad rem vendicandam. quandoque perſonalis, quando prima erat perſonalis. V. g. ſi tu tenebaris mihi primo ex mutuo, vel commodato, & actio ſit extincta, reſtituitur mihi perſonalis, ad mutuum meum perſequendum, vel commodatum: hæc non poteſt dici realis, & ſic concluditur, non eſſe ſpeciem, cum non poſſit reponi ſub altero de membris prædictis. Huic opinioni videntur gloſſ. adhærere. Dicunt enim, quod prima erat, quæ directe competit, nunc vtilis. vt l. ab hoſtibus. & in multis locis. Ad iſtum. §. poteſt reſponderi, vt exponatur, quod genus actionis, id eſt, quis modus agendi. Item ad id, quod dicitur, quod habet ſpecificum tractatum ſpecialem. Reſpondeo, quia eſt prętoria, & licet quādoque ſit realis, quandoque perſonalis, ponitur, dic inter reales, quia principaliter competit pro rebus magis, quam pro actionibus perſonalibus, vt infra patebit. Item ad id, quod dicitur, quod non poteſt dici prima reſuſcitari, poteſt dici, quod non reſuſcitatur proprie eadem, ſed quædam alia, quæ primo erat directa, & forte ciuilis, nunc vtilis, & prætoria. Vel dic quod in illa eadem inſufflatur ſpiritus vitæ & hæc eſt intentio gloſſarum, & fictione legis eſt eadem, ſicut vides in poſtliminio, quod fingit viuum mortuum, & econtra, & patrem & filium, & teſtatorem, & hæredem eſſe eaſdem perſonas. ff. de cap. quaſi per totum. ſupra, de inutili ſtipulatione. §. ei quoque. Concluditur ergo, quod reciſſoria non eſt
8 niſi cognomen actionis. † Quæritur ex hoc, an ſi huiuſmodi actio ſit reſtituta, dicatur natiua, vel datiua. Iac. de Rau. & Petrus de Bellaper. dicunt datiuam, quia non habet ſufficientem materiam, ex qua naſci poſſit, ad inſtar interdictorum quorum bonorum, & quorum legatorum. Hæc quæſtio dependet a præcedenti, quia ſi in prima actione inſufflatur ſpiritus vitę, & eadem reſtituatur, erit talis, ſicut erat prima natiua, vel datiua. vnde cum reſtitutio reponat omnia in primum ſtatum, vt l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff de minoribus, dicendum eſt quòd dominia, & obligationes reſtituuntur, ex quibus iſta naſcitur. ſuppoſito quòd prima non reſti-
9 tuatur. † Item quæritur an hæc actio reſciſſoria competat pro immobilibus? Et non videtur, quia quandiu actio prima durat, non datur reſciſſoria, vt l. ab hoſtibus. C. de poſtlimi. In rebus autem immobilibus conſtat, quòd non perditur dominium directum per præſcriptionem, imo nec vtile, ſi poſſeſſor fuit malæ fidei, vt conſueuit dici, iuxta authenticam, niſi. C. de bonis maternis, ergo non eſt locus reſciſſoriæ, ex quo prima durat. Et multominus videtur competere pro nominibus, ſeu actionibus perſonalibus, quia ille præſcriptiones non tolluntur, cum tempus non ſit modus tollendæ obligationis. ff. de actio. & obligatio. l. obligationum fere. §. placet. Doctores dicunt contra, quod hæc reſciſſoria competit pro rebus mobilibus, quia in illis perditur directum dominium per vſucapionem. C. de pactis. l. traditioni-
10 bus. Et de hoc non fuit dubitatum. Item† pro immobilibus, & perſonalibus, quia in immobilibus non durat quandoque actio directa, nec perſonalis aliqua. Verbi gratia, minor vendidit rem immobilem cum decreto, dominium fuit tranſlatum: nulla remanſit actio. C. ſi aduer. donatio. l. fina. Si minor reſtituitur, oportet, quod habeat reſciſſoriam, vel ſi forte liberauit debitorem per acceptilationem, oportet, quòd detur reſciſſoria, impetrata reſtitutione. C. ſi aduerſus tranſaction. l. 1. & 2. ſecundum Petrum & hoc probatur ſecundum Iacobum per legem C. de poſtliminio. l. ab hoſtibus. ibi enim loquitur de vſucapione, liberatione, ac præſcriptio-

ſcriptione. Idem tenet Dynus. Ad contraria reſpondetur, quando dicitur ꝙ in præſcriptione rerum immobilium, remanet directū dominiū,ſic directa actio, & in præſcriptione actionum perſonalium,remanet prima actio.Reſpondeo:q̃a ſuppoſito,ꝙ hoc ſit verum.nihilominus eſt obſtaculum exceptionis.Et aliud,quia in rebus immobilibus,vtile dominium præfertur directo,vt l.ſi quis emptionis. C. de præſcrip. 30. ann.quæ omnia remouentur per prætorem. ideo dicitur reſciſſoria,quia dominium inutile,ſecundum Ia.& Dy.Pe.vero reſpondet, per interemptionem, dicit enim, ꝙ in rebus immobilibus,perditur directum dominium, per præſcriptionem 10.vel 20.ann.per l.eum qui ædes.ff.de vſuca.Itē dicit, ꝙ quamuis olim tempus non eſſet modus tollendę obligationis,tamen hodie eſt,vnde lex dicit actio. tempore extingui. C.de præſcr.30.ann.l.ſicut. In hoc tñ bene concordat, ꝙ ſi poſſeſſor malæfidei tenuerit per 30. annos, ꝙ ex hoc dominus non perdit dominium,nec rei,vend. & ſic hoc caſu videtur velle,quod non competeret reſciſſoria. Sed dic,ꝙ imo cōpetit,propter remotionem obſtaculi,vt ſupra dixi, poſt Iac. & Dy.ipſe vero Pe.quærit hic,de quadam rōne diuerſitatis, quare per pręſcriptionem 30.ann.in male fi.poſ.nō perditur dominium, neque vendicatio, & tamen perditur perſonalis actio,debitore,malæfidei præſcribente.Reſpondet ꝙ dñium
11 † non perditur,niſi alio acquirente,vt l.denique.& l.nec vtilem.ff.ex qui.cau.maio.idcirco cum male fidei.poſſeſſor,non acquirat dominium,ſemper penes primū remanet. Sed obli. perſonalis bene poteſt perdi,licet nulli quęratur,& liberatio contingere poteſt,ideo poteſt perdi,& tolli præſcriptione. Per hoc poteſt reſponderi ad aliam quæſtionem. vtrum hæc
c actio ſit vtilis,vel directa? c Super quaque gl. dicunt, ꝙ eſt vtilis,vt hic notatur,& in multis locis. Et tñ patet,ꝙ q̃nque eſt directa,quia vbi remanet directa penes illum,qui reſtituitur,& remouetur obſtaculum,ꝙ eam reddebat inutilem, tūc eſt directa. Sed vbi prima erat penitus ſublata, tunc reſtituta eſt vtilis,& hoc poteſt probari,quia vtiles actiones non formantur a prætore, nec a iureconſult. quando directæ remanent.ff.ad Treb.l.ſi hæres inſtitutus. quæ tamen alias formarētur,& competerent,eo.tit.l.ex aſſe. ſecundum Dyn. Sic in propoſito,ex quo directę competunt non eſt neceſſe dare vtilem.Quęritur vlterius,vſq; ad quod tempus competet? Ad
12 hoc dicas,ꝙ duplex † eſt iudicium,reſcindēs,& reſciſſoriū, ſicut in ſuperioribus dictum eſt. De iudicio reſcindenti ſunt opiniones,quādo fuit læſio in tempore,quia ſi in contractu, vel alias nulla eſt oppoſitio,quin olim intra annum,hodie intra quadriennium,vt l.fi.C.de tempo.in inte.reſti.Sed vbi in tp̄e fuit læſio,ſunt opiniones.Quidam dicunt, ꝙ datur quadriennium,et ſi læſio ſit minoris tp̄is.Bul.& gl.dicunt,ꝙ vbi læſio fuit maior quadriennio, datur quadriennium ſi minor non dabitur, niſi tantum tempus,quantum læſus fuit,& intra illud tempus debet petere reſtitutionem, alias non auditur,vt not.ff.ex quibus cauſ.maio.l.nec non.§.ſi quis ſæpius, & l.ſed ſi per prætorem.§.quoties.Hāc opi.ſequitur.Dy.hic, reputans abſurdum,ꝙ ſi aliquis læditur vna die,poſsit reſtitui vſque ad quadriennium,per leges,quas gl.alleg. in dicto §.quoties.Petrus de Bella per.tenet contra, dicens, ꝙ læſus etiam in vna die, reſtituetur vſque ad quadriennium,ſed nō reſtituetur,illi niſi vna dies, & pro hoc facit l. debitrix. §. ſi pro eo.ff.ad Velleia.ibi enim dicitur, ꝙ poſt reſtitutionem habebit tantum tempus,quantum habebat primo.& hæc op.
13 eſt canonizata hodie,extra de in integ.reſt.c.1.in cle.† Non obſtat §.ſi conditionalis, quia ibi non agitur de reſtituendo tempore, cum ibi nulla fiat reſtitutio temporis, ſed de ipſa re,pro qua competit actio abſque reſtitutione, ideo non mirum,ſi tempus currat.Sed hic non competit actio,cum effectu,vſque poſt reſtitutionem,& ideo ante non currit.Et facit ff.quando actio de pecu.eſt an.l.1.§.annus. hæc autem non procedunt,vbi quis fuit læſus per abſentiam,& habuit tēpus ſufficiens poſt reuerſionem: nam tunc non reſtituitur, vt dixi ſupra in opin.Mart.Quid ſi reſtitutio fuerit conceſſa poſt quadriennium? Videtur quod teneat quia ſententia lata contra ius litigatoris,tenet.ff.quæ ſenten.ſine appel.reſcind.l.1. §.item cū contra ſacras.de regu.iur.l.præſes.& l.cū prolatis.

Dynus tenet contra,per l.ff.de excu.tu.l.ſcire oportet.§.conſequens.& facit quod not.C.de iud.l.properandum.vbi dicitur,ꝙ ſententia lata poſt triennium non tenet. facit extra de app.c.ſi app.in cle.& l.fina.C.de temp.in integ.reſtit.& hoc de iudicio reſcindenti. Videamus nunc de reſciſſorio. Et
14 † primo quæritur,ex quo tempore competit? Videtur,quod a tempore reuerſionis,vt l.quod tempore. C.de reſtit.milit. & l.ab hoſtibus.C.de poſtlimi. Præterea actio, quæ non eſt, tolli non poteſt.C.de iure dot.l.in rebus.§.omnis.de vſufru. l.corruptionem,ergo ſi tollitur,eſt, ſed hic tollitur. vt dicta l.ab hoſtibus.ergo eſt ante reſtitutionem. Docto. dicunt,ꝙ oritur in integrum reſtitutione impetrata vel ſaltem ex tunc effectualiter competit, & videtur expreſſum. C. ex quibus cau.maio.l.fina.& hoc cum dicit. reſciſſa vſucapione &c. & ff.de actio.& oblig.l.in honorarijs.§.pen. & patet in dicta l. quod tempore.vbi dicit, ꝙ amota præſcriptione,intra annū poteſt vendicare,ergo ex tunc incipit, ex quo amota eſt: & hoc eſt expreſſum in dicta decretali.c.1.in cle. Non obſtat, quod tollitur, quia non eſt verum: vt infra dicetur.Præterea,non eſt bonum argumentum quia actio,quæ non eſt nata, dicitur tolli,cum præſcribitur materiæ, ex qua cauſari debebat,vt vides in pignoratitia,cui pręſcribitur iure offerendi. C.de præſcri.30.ann.l.cum notiſsimi.Et peti.hæred.cum nō intentatur querela intra quinquennium.C.de inoffi.teſt.l.ſcimus.§.fi.Sed bene concedo,ꝙ iudicium reſcindens,competit a tempore reuerſionis,ſi fuit læſio in abſentia,vel a tempore
15 læſionis:vt dicto c.1.†Sed quæritur quanto tempore durat? Scis,quod gl.dicunt,quod durat hodie quadriennio,vt l. fin. C.de tempo.in integ.reſtitu.& ibi de hoc.Certe illa lex,non videtur loqui de tempore reſciſſoriæ,ſed de tempore iudicij reſcindentis,quod olim erat annus: hodie quadriennium.vt ibi.& de illo tempore loquitur hic,& in d.l.quod tempore. Breuiter dicas, quod ſi fuerit læſio in minori tempore quadriennio,reſtituitur tantum tempus, quantum fuit lęſus, & reſciſſoria tantum durat,& non plus.ſi fuit maiori tempore. Dy.non aperit quid iuris.Iacob.dicit,quod durat tanto tempore,quanto prima durabat,antequam lęſio contigiſſet: ita ꝙ ſi fuit abſens,per ſeptem,vel octo annos durabit tm̄.Dicas ſecure,ꝙ olim iudicium reſcindens,habuit annum, vt hic. Item & iudicium reſciſſorium annum: vt l.in honorarijs.§. all.ille annus iudicis reſcindentis eſt hodie alteratus,& mutatus ad quadriennium,per l.fi.de tempo.in integ.reſti.Sed annus reſciſſorius,qui datur poſt impetratā reſtitutionem,non eſt alteratrus,nec immutatus,nec illa l.fi.de eo loquitur,imo remanet incorrecta.& ſic debet intelligi l.fi. C. ex quib.cau. maio.& d.l.in honorarijs.ff. ex qui. cauſ.maio.l. ſi is cuius. quæ non ſunt correctæ.nec correctę reperiuntur.Per hoc patet reſponſio, ad quæſtionem,ꝙ actio reſtitutoria,ſi ſit lęſio in tempore minori anno,durat tanto tempore quanto reſtituitur,quia plus non reſtituitur,vt ſ.dixi,& patet in c.1.§.al leg.& ita non poteſt vlterius intentari.ſed vbi eſt lęſio in tēpore maiori,vel eſt alia læſio,forte in liberatione, vel alias, tunc actio reſciſſoria,quę data reſtitutione competit, nō durat niſi anno: quia contra ius datur ex quodam beneficio, vt l.in honorarijs: quę non eſt correcta.is aūt annus eſt vtilis, ſicut in alijs prętorijs,infra de perpe.& temp.act.in pri.ver. eas vero.cū ibi.no.Quęritur,an hęc actio poſsit perpetuari? Gl.& omnes doc.dicunt,ꝙ ſic,vt not.in d.l.fi.de temp.in integ.reſt.& d.l.ſed & ſi per prętorem.§.quoties,vnde licet iudiciū reſcindens,non poſsit perpetuari,vt d.l.fi.tñ de hoc nō reperitur prohibitum,& ideo videtur conceſſum.ſm omnes.
16 Sed nunquid†per litis conteſtationem facta in iudicio reſcindenti perpetuatur reſciſſoria? Io.dicit,ꝙ ſic.pro quo facit ff. de bo.poſſ.l.cum quidā. Sed Dy.dicit,quod illa lex nil facit, quia ibi vtrūq; remediū ſimul competebat, & ipſo iure, ſed hic non contit reſciſſoria, niſi demum reſtitutione impetrata,vt ſatis ſupra dictū eſt. Vnde ſm eum,ſnīa Io. neceſſario conuincitur falſa,quia certum eſt,quod reſciſſoriū non cōpetit,niſi demū reſtitutione impetrata,& quod durat anno tantum,vt ſatis ſupra allegatum eſt,cum igitur reſtitutio petat per iudicium reſcindens, ſi dicas,ꝙ litis conteſtatio facta in reſcindēti ꝑpetuet litē ī reſciſſoria,ſequit̄ ꝙ nō erit annalis, ſed

ſed perpetua,ſaltem per illud accidens. Vnde fruſtra ſtatutū
17 eſſet eam anno finiri.Iudicium ergo † reſcindens durat quadriennio continuo hodie, quod (quo ad quædam) eſt vtile, vt not.d.l.fi.C.de tempo.in integrum reſtitu. & hoc in iudicijs,& foris ordinarijs.Quid ſi lis vertatur,vel ſuperetur verti in conſiſtorio principis? Poteſt dici. quod tunc non ſit cōtinuum,nec currat.C.de tempo.appella.auth. ſi tamen.dum tamen non ſit negligentia in ſupplicando. eo.tit.l.fi.§.illud. & no.in Spec.de in integ.reſtitu.§.infra verſic.porro.nu.6. Item quæritur,vtrum actio reſciſſoria poſſit opponi in mo-
18 dum exceptionis,† ante reſtitutionem? Et videtur, ꝙ ſic, quia nō eſt opus reſtitutione,vbi res peruenit ad dominum. ff.ex quib.cau.maio.l.ſi is cuius. Præterea ſicut iudicium reſcindens reſcindit vſucapio.nec ante competit reſciſſo. ita querela inoffi.teſt.reſcindit teſtamentum,nec ante competit petitio hæreditatis,vt l.ſcimus.C.de inoffi.teſt. Sed conſtat, ꝙ querela poteſt opponi in modum exceptionis.ff.de inoffi. teſt.l.Papinianus.§.ſi filius.ergo & beneficium reſtitutionis. & eodem modo poteſt induci.ff.de bono.poſſe contratab.l.ſi præteritus, nam ad hoc, quod reſcindatur teſtamentum per bono.poſſ.contratab.opus eſt venire coram prætore, vt l.3. §.penul.ff.de bo.poſſ. Et tamen ſi ille, cui competebat contratab.poſſideat,poteſt excipere,vt d.l.ſi præteritus. Gloſſ. & docto.tenent contra,vt not.ff.ex qui.cau.ma.l. nec non.§. exemplo, quæ lex multum facit quia exceptione conceditur reſciſſio actionis ſed reſciſſoria actio non competit. niſi reſtitutione præhabita, vt in ſuperioribus ſatis dictum eſt. ergo nec exceptio hoc videtur expreſſum.ff.de except.l.exceptionis.2.in fi.& hoc etiam no.in glo.ſuper verbo, ſtatutum. ff. de iureiu.l.nam poſtea, §. ſi minor. In hoc tamen dicas, ꝙ poteſt opponi in modum exceptionis, implorando officium iudicis,ſuper beneficio reſtitutionis,dicendo.Domine iudex, dico,ꝙ ſi vnquam actor vſucepit rem meam, vt aſſerit, hoc fuit in abſentia mea,& debeo reſtitui, quare ante omnia imploro veſtrum officium.quod me reſtituat,& vſucapio reſcindatur, & ipſa reſciſſa, dico ipſum male petere. Et per hunc modum debet intelligi §.ſi filius. ſupra alleg. nam filius dicet,ſi actor poſſideret, poſſem intentare querelam, & agere peti.hære. tunc non poſſideam, peto teſtamentum iudicari inofficioſum,& ipſum reſcindi,quo facto dico actorem repelli debere,ſecundum Dy.pro quo ff.de mino.l.3.§.ſed vtrum.
19 † Quæritur, vtrum poſſit excipi perpetuo? videtur quod ſic,quia quæ ſunt annalia &c.ff.de excep.do.l.pure.§.fi. Videtur contra,quia exceptio non videtur durare, niſi quantum durat officium,vt in querela nō nume.pecuniæ.l.cum vltra. C.de non nume.pecu.& in querela inoff.teſta.ff.de peti.hær. l.ſi quis liber[illegible]tem.§.ſed & diuus. Poteſt dici,quod ante impetratam reſtitutionem eſt quadriennalis. ſed poſt impetratam reſtitutionem ſit perpetua,& ſic intelligit Dyn. pro, & cōtra.Hæc opi.ſatis videtur rationabilis,quia illa regula,quę ſunt annalia &c.non obtinet, vbi poſſeſſor agere poteſt, vel officium iudicis implorare,vt ille, cui competit querela non nume.pec.inoff.teſt. beneficium in inte.reſti. ſuper talibus, poteſt poſſeſſor,querelam deponere. Et ideo currit præſcriptio,etiam quo ad accipiendum, ſed ex quo teſtamentum eſt reſciſſum: non poteſt agi.pet.hære.nec reſciſſoria in integrū reſtitutione petita, quia ille vadunt ad vendicandam rem, nec poſſeſſor poteſt agere eas intentare ſupra eo.§.æque, & ideo perpetuo poteſt excipi,quia non eſt in poteſtate rei agere,vt d.l.pure.§.fi.de dol. excep. Et ſic poteſt intelligi. ff. ex
20 quib.cau.ma.l.ſi is cuius. Sed quæritur, cui competit † hæc actio? Breuiter per ſuperiora apparet.quod læſo, cui reſtitutio conceditur propter iuſtam cauſam.Sed cum multæ cauſe enumerentur in tit.ex quib.cau.ma. nunquid ex alia dabitur reſtitutio? Dicas ꝙ ſic.vbicunque prætori viuo iuſtum videbitur poteſt in integrum reſtituere,dūtamen non reperiatur contrariū expreſſum in iure,vnde vbicunque ꝑꝑ iuſtā ignorantiam quis lęditur,debet reſtitui. Et ideo ſi quis extraneus per ignorantiam conſuetudinis vel ſtatuti pœnam,vel damnum incurrit ſuccurri debet ei, vel ſi forte aliquis aliquos teſtes perduxit,qui omnes repelluntur, forte propter excommunicationem,vel aliquos obiectus,reſtituitur,vide per Innoc.extra de in inte.reſti.c.auditis,nu.3.de teſti.& atte.c. cū veniſſent.& idem credo, ꝙ ſi fuit peregrinus, pro ſaluanda anima,& in peregrinatione læſus fuit, vel ſi ꝑꝑ mercaturas exercēdas abſuit.vide in Spe.ti.de in inte.reſt.§.ſupereſt ver. actor ergo.nu.20.& vide notata in l.fi.de in integ.reſt. Item dic,quod nedum reſtituitur læſus.imo ſucceſſor, & alij quorū intereſt.vide ff.de min.l.quod ſi minor, & l.patri. ex quib. cau.l.cum miles.C.de fideiuſſ.mi.l. 1.& 2.tex.forma.in l.non
21 ſolum.ff.de in inte.reſt.Item quæritur† contra quem datur? ſuper hoc dicas.ꝙ nedum aduerſus eū, qui immediate ſentit lucrum ex læſione,imo cōtra tertiū.ad quē res deuenit. vide ff.de mino.l.in cauſæ.la.1.§.pe.& fi.cū l.ſeq.ex qui.cau.ma.l. Iulianus.li.4.ſcribit,non ſolum. Nunc quæramus de formatione libelli.Et primo de iudicio reſcindendi. Primo tñ quęritur,an debeat dari libellus in iudicio reſcindenti? Et non videtur quia expeditur iudicis officio. & vbi imploratur officiū iudicis,non eſt opus libello,vt no.ff.de interro. actio. in rubrica.Super hoc videtur dicendum,ꝙ vbi reſtitutio poſtulatur principaliter,opus ſit in libello,ſi autem incidenter li. conteſt.in cā.principali, tunc non eſt opus.ar.extra de offic. iud.c.2.de hoc in Spe.de in inte.reſt.§.ſupereſt.verſ. & ſcias.
22 nu.2.†Videamus ergo de forma f.Dñt doc.Ia.& Pe. qđ qui-
f dā formant ſic.Dico,qđ talis rē meam, in mea abſentia vſucepit,peto reſtitui.& vſucapionem reſcindi. Dicunt ipſi,qđ is libellus uon procedit,quia ſum mihi contrarius, ex quo.n. dico rem vſucaptā,dico nō meā,quia vſucapio tollit dñium. ex hoc ꝙ dico meā,dico nō vſucaptam. Pręterea non ſufficit dicere rem meā quondā, imo debet dici rem meā, quæ mea erat,cū vſucapio cōpleta fuerat,ſm̄ eos. Aduerte quia ſuper formatione hmōi libelli,nō pōt dari certa doctrina.variatur enim,ſm̄ varietatem factorum,& in narratione,& in concluſione.In hoc tñ aduerte,qđ ponas cauſam, quare petis reſtitui,forte quia minor, vel maior, ꝑꝑ abſentiam, vel ꝑꝑ aliā iuſtam cauſam, & poſtea ponas læſionem deinde concluſionem,quæ diuerſificatur,ſm̄ diuerſitates factorum. nam ſi petēs reſtitui,rem poſſidebat,repetet reſtitui ad ſtatum, in quo erat: & per hoc iudicium reſtituetur,& ad hoc concludet. Si vero petit obſtaculum,velut vſucapionem remoueri: concludet ad hoc. Vñ ſm̄ varietates factorum, oportet ꝙ varietur concluſio,aduertendum potiſſime,an per iudiciū reſcindēs, debeat actio reſtitui,vel res,de quo dixi ſupra ſatis plene. & ſm̄ hoc concluſio formetur.& hoc facile eſt videre cuicunq;
23 practico.Vnde quando reſtitutio fit per † iudicium reſcindens.dicet ſic,Dico ego talis.contra talem,quod tempore minoris ætatis meæ a poſſeſſione cecidi talis rei mobilis,& ipſe talis,talem rem meā,& quæ mea erat, tp̄e vſucapionis completæ, vſucepit & eam detinet vſucaptam. Vnde cū minoribus lęſis debeat per reſtitutionem in integrum ſubueniri, & ego læſum ſum, & ſum intra tempus petendæ reſtitutionis, peto per officium in inte.reſti. vſucapionemque prædictā reſcindi,& me in poſſeſſionem priſtinam reſtitui, & reponi. Vel ſic.Tempore minoris ætatis meæ vendidi talem rem, & tradidi, quæ meam erat. Vnde cum lęſus fuerim in venditione prædicta, peto in integrum reſtitui: ac venditionem prædictam reſcindi, mihiq; rem reſtitui,&c. Vbi vero maior petit reſtitui, poteſt dicere ſic,Cum abſentauerim me republicæ cauſa,talis,talem rem meā occupauit,& ipſam, in mei abſentia,ſe vſucepiſſe dicit. Vnde cum iura dicant abſentes reipublicæ cauſa reſtitui,per veſtrum officium,peto in integrum reſtitui,ac vſucapionem reſcindi,dictamque rem mihi reſtitui,cum reſtitutio me in priſtinum ſtatum debeat reducere,& reponere,&c.Si vero per iudicium reſcindens, nō debeat res reſtitui,ſed actor: quia forte læſus non poſſidebat,
24 dicet ſic.Dico,† quod talis talem rē meam, & quæ mea erat tempore vſucapi.completæ, & quam ante meam abſentiam poſſidebam tempore abſentiæ meæ vſucepit. Vnde cum læſis propter talem abſentiam debeat per in integ.reſti.beneficium ſubueniri, peto per veſtrum officium, in integrum reſtitui,ac dictam vſucapionem reſcindi: actionemque, mihi competentem tempore,quo me abſentaui reſtitui, &c. Sic poteris formare ſemper variando concluſiones, ſecundum varietates factorum. Sed quō formatur libellus in reſciſſoria actio

ria actio

ri i actione? Super hoc aduertas, quia interdum reſtituitur
actio realis; interdum perſonalis. Vnde qñ actio realis reſti-
tuitur, conclude, vt in reali an declarandum. Si perſonalis, ad
dandum ratione, ſicut in prima faciendo métionem de reſti
tutione præhabita. Et potes dicere ſic, cum talis rem meam
teneret tẽpore, quo rei publice cauſa me abſentaui, vel quo
poſitus fui in vinculis eamq; tunc poteram vendicare, & eã
vſucepit me abſente, propter quod in integrũ reſtitutus fui,
dictaque vſucapio reſciſſa, peto dictam rem declarari ad me
pertinere iure dominij, eamque mihi reſtitui &c. Vel ſi pri-
ma erat publiciana, formet in publicianam: vt ſupra proxim.
vel ſi erat confeſ. vt in illa, faciendo mentionem de reſtitutio
ne, & nominando actionem. eodem modo in hypot. Item
in quacunque actione perſonali, ſicut in prima, & ſi vis vi-
dere aliquas formas, vide in Specul. de in integr. reſtitu. §. ſu
25 per. libro 4. non tamen ita plene. † Sed quid ſi reſtitutus a-
gat prima actione, non facta mentione de reſtitutione, nun-
quid valet libellus, vt ſi reus excipiat de vſucap. actor repli-
cet. de reſtitu. non videtur per hunc. §. debet enim dicere poſ
ſeſſorem non vſucepiſſe &c. nec eſt veriſimile, ꝙ text. dixe-
rit hoc ſine cauſa, credo ꝙ ſit tutum dicere: ſi tamen non di-
catur hoc in libello, videretur, qđ ex quo reſtitutio fuit pre-
habita, quod poſſet de ea replicari. ff. de iureiu. l. nã & poſtea
§. ſi mino. ff. de mino. l. 3. §. ſed vtrum. Prima eſt verior, quan
do reſciſſoria eſt vtilis, quia qui agit vtili, debet tãtum expri
mere, quod appareat, an agat vtili, vel directa, vt dixi ſ. §. 1.
ſed ſecus vbi ſupereſt directa, vt dixi ſ. verſic. per hoc. Sed
g nunquid [g] iudicium reſcindens, & reſciſ. poſſunt eodem li-
bello intentari? Videtur ꝙ non, quia iudicium reſcindens eſt
præparatorium, nec reſciſſoriũ cõpetit, niſi reſtitutione præ-
habita, vt ſupra ſatis dixi. & ita non videntur poſſe ſimul in-
tentari. ff. ad exhibendum. l. gemma. Præterea, vbi plures a-
ctiones ita ſe habent, quod ſententia lata in vna, obſtat
exceptio rei iudicatæ in alia, non poſſunt ſimul intentari. ff.
de except. l. fundo, & l. fundum. Sed conſtant, quod ſenten-
tia abſolutoria lata in iudicio reſcindenti, non poteſt compe
tere reſciſſoria, quæ ex eo cauſatur, ergo &c. In contrarium
videtur, quia querela inoffi. teſta. & peti. hæredi. poſſunt in-
tentari in eodem libello & eodem modo actio ad exhiben-
dum, & rei vendic. ff. de inoffi. teſta. l. qui de inofficioſo. cum
26 ibi not. Solu. aut queris, † vtrum poſsint intentari in eodem
libello. i. ſimul complecti. & ita vt ſucceſsiue procedatur? &
dic quod ſic. Aut vt ſimul procedatur. & dic, quod non, ſecũ-
dum Dyn. & facit. ff. de ædil. edict. l. cum eiuſdem. de iniur. l.
prætor. §. ſi mihi plures. & hanc opi. tenet etiã Iac. Et poteſt
formari libellus in iudicio reſcindenti, vt ſ. dixi. & poſt con-
cluſionem libelli iudicij reſcindentis dices, qua reſtitutione
præhabita peto vtili rei vend. reſciſſo. dictam rem ad me per
tinere iure dominij per ſententiam declarari, & ſicut in rei
vendi. de hoc in Spec. de in integ. reſtit. verſi. ſed nunquid in
27 eodem libello. & vide ibi poſitiones actoris, & rei. † Quia
ſatis vidimus de libellis, videamus de proceſſu. Reſtitutio in
integrum datur cauſa cognita, & in ea lite conteſtata, vt ca.
2. extra de offic. iudi. Pone, ꝙ pars vocata contumaciter ſe ab
ſentat, quid fiet? quia ad diffinitiuam non poteſt procedi, li-
te non conteſtata, vt l. properandum. C. de iudic. & in ca. qm̃
frequenter. & in rubro, extra vt lite non conteſtata. gloſſ. vi-
detur ſentire in dicto ca. quod fiet miſsio. Sed certe non eſt
prouiſum ſufficienter, quia dictum iudicium non perpetua-
tur, vt l. fin. de tempo. appellatio. ff. de mino. l. Papinianus. §.
fin. & aduerſarius veniens, recuperaret poſſeſsionem ſuam ẽt
poſt quadriennium, vt d. l. properandum. §. ſi autẽ. Spec. vi
detur velle, ꝙ poſsit procedi ad definitiuam, lite non conte-
ſta. & quod ſit ſpeciale, ſicut in multis alijs caſibus, quia lex
hoc videtur velle. ff. de min. l. in cauſæ. §. cauſa autem cogni-
ta. ibi, vel contumaciam, &c. pro quo C. ſi minor ab hære-
di. ſe ab. auth. ſi omnes. & hoc ſatis plene tangitur in Spe-
cu. de in integr. reſtitu. §. quis autem. verſic. ſi. num. 40. lib. 2.
28 Poteſt † dici. ꝙ vbi per iudicium reſcindens debet fieri re
ſtitutio rei, ꝙ tunc ſufficiat miſsio, nec procedatur ad reſtitu
tionem, lite non conteſt. quia tunc ſententia habet vim diffi-
nitiuæ vt toti negotio finem imponat. Sed vbi datur ſolũ in
integ. reſtit. & reſtituitur actio reſciſſoria: tunc lite non con-
teſta. poteſt procedi ad definitiuam. Et eſt ratio, quia illa non
eſt proprie definitiua, cũ nõ imponat finem toti negotio, ſed
ſolummodo præparat aliam actionem. ff. de re iudica. l. 1. Et
huius diſtinctionis poteſt apparere ratio: quia in primo caſu
res certa petitur, & ita poteſt fieri miſsio in ea. Sed in ſecun-
do, nulla res petitur, ſed ſolum reſtitutio, & ideo non poteſt
dici, ꝙ fiat miſſio in poſſeſsionẽ rei petitæ. Et iſtã crederem,
ſicut in hoc ſecũdo caſu, in primo, quando non petit reſtitui
aduerſus certam perſonam, ſicut quando petit reſtitui aduer
ſus aditionem hæreditatis: vt dicta auth. ſi omnes. Sed ad-
huc reſtat reſpõdere, quia in primo caſu non prouidetur miſ
ſiõ, cũ non perpetuetur actio. Solut. licet non perpetuetur, ad
minus tempora non currunt, ex quo facit diligentiam, & ſtat
per ſubterfugia aduerſarij: vt ff. de minorib. l. intra vtile. Sed
quæritur. certũ eſt, ꝙ is qui petit reſtitui, habeat ſe dicere læ-
ſum, nunquid tenetur probare expreſſum? Videtur, ꝙ ſic. ff.
de iureiuran. l. nam poſtea. §. ſi minor. & ff. de mino. l. quod
ſi minor. §. non ſemper autem. In contrarium videtur expreſ
ſum, de in integr. reſtit. ca. auditis. & ca. ſciſcitata: Præterea. ſi
dicas, quod habeo probare in iudicio reſcindenti, rem meam
eſſe: tantũ onerabor, ſicut in vendicatione vtili reſciſſoria, ꝙ
non videtur conſonum rationi. Super hoc articulo eſt diſtin
guendum, quia aut per iudicium reſcindens petitur reſtitu-
tio de iudicialibus, aut de extraiudicialibus. Primo caſu, aut
petitur reſtitutio contra proceſſum, & ante ſententiam, aut
contra ſnĩa, ſi contra proceſſum tantum, quia forte termino
29 peremptorio aſsignato, vel ante renuntiationem, † & cõclu
ſionẽ, non allegauit exceptionẽ, tunc nihil probabitur de læ
ſione, quia læſio apparet eoipſo, quod non oppoſuit intra tẽ
pus. & ita intelligitur ca. auditis. extra de in integ. reſtit. ff. de
mino. l. minor. 25. an. §. omiſſam. bene tamẽ verum eſt, quòd
ſi peteret reſtitui ad proponendã declinatoriã fori. vel aliã,
ex qua ius ſuum modicum prima facie læderetur, quod iu-
dex debet ex officio audire, & reſtitutionem, ſi ſit modica læ
ſio, denegare. vide plene extra de in inte. reſt. c. corã. in princ.
per Inno. nu. 1. Et ideo credo, ꝙ qui petit reſtitui, debet ſpe-
cificare allegationem quam dicit ommiſſam. vbi vero petit
reſtitui contra ſententiã tunc oportet docere de læſione ple
ne, & hoc edocto, retractabitur ſententia, & proceſſus, & re-
ſtitutus reponetur in ſtatu, in quo erat ante ſnĩam. & ideo ſi
rem tradiderat virtute ſententiæ, reſtituetur ei, & totus pro
ceſſus reuocabitur, & ſic intelligitur extra de in integ. reſt. c.
cum veniſſent. vbi Papa vidit, & inſpexit priuilegia, ante-
quam reſtitueret. Et hoc, ſi conquæratur de ſententia, & pe-
tat aduerſus eam reſtitui, & aduerſus proceſſum. Si autem di
cat ſe læſum, propter aliquam exceptionem non probatam,
& petat ſe reſtitui ad eam probandam, tunc non probabit
ante reſtitutionem, ſed fiet, vt dicitur extra eodem: cap. ſub-
ſtituta. videlicet executio ſententiæ, & reſtituetur ad proban
dum. & ita tenet Speculator in titulo, de in integrum reſti-
tutio. §. ſi quis autem. verſiculo, illud quoque. Et eſt bona
ratio: quia hoc ipſo apparet læſio, quod exceptionem propo-
nit, & multas probationes produxit. Vbi autem quis dixit
ſe læſum in extraiudicialibus, & petit reſtitui, ſicut contra
contrac. ſi per hoc iudicium reſcindens, debeat res reſtitui,
& non act. reſciſſoria, tunc oportet plene probare læſionem:
30 † vnde ſi dicat ſe dominum rei, & læſum in dominio: ipſum
plene probabit. Si autem in poſſeſsione, illam ſolam. Si
vero actio reſtitui debeat reſciſſo. tunc non habet probare,
niſi ſemiplene: & forte per iuramentum. & hoc videtur
fuiſſe de mente Innocent. quamuis multum variet. extra de
in integrum reſtitutio. capitu. tum ex literis, colum. 2. nu-
mero 7. Et facit ad hoc, quia in prætoris ſufficit ſemiple-
na probatio, & per iuramentum, vt dicitur in actione ad
exhibendum. ff. ad exhibendum. l. tertia. §. ſciendum. cum
nota. Hæc ſunt de ſubſtantia materiæ: & tamen incognita
h legiſtis. Sed quid ſi petens in integrum reſtitui [h] adactio-
nem reſciſſorium, in iudicio reſcindenti, onerauit ſe ple-
na probatione, & plene probauit ſe dominum, vel
rem ad ſe pertinere, & pars aduerſa, nihil dedit ad con-
trarium, nunquid reſtitutione facta in integrum, eodem
iudicio,

iudicio, fit rei reſtitutio? Nõ videtur, quia ad hoc nõ agitur,
& iudex non debet ſuper alio pronuntiare, quam quod petitur, vt l.vt fundus.ff. communi diuid.C. de fideicõ.lib.l.fi.Sa
31 tis † poteſt dici contra. quia per talia iudicia præparatoria
fit rei reſtitutio, qñ nil proponitur a parte aduerſa.ff.ad exhiben.l.Celſus.§. idem Celſus. & l.tigni.§. fin. cum l.ſeq.Et
ad contrariũ poteſt reſponderi, cum dicitur: ꝙ iudex non debet pronuntiare ſuper eo, ꝙ non eſt petitum, quia imo, qñ ſibi conſtat, & materiã tangit.extra de conſue.c.cũ inter.de teſta.c.Raynaldus.ff.de verb.obl.l.ſi ſeruum.§.fin. Inſuper no. ꝙ in hac actione reſciſſoria veniunt fructus, & omnia, quæ veniunt in actione.directa.ff.ex quib.cau.ma.l.necnon.§.fin.
Multa alia poſſent hic tangi, quæ tangunt materiam: tñ ſatis ſunt clara per text.& gl.quibus diligenter ſtude.& vide Spe. in tit.de in integr.reſtit.lib. 2.& 4.& doct. iuris cano.in eod. titu.extra. Vnum tangit Pet.de Bellaperti.in prin.huius.§.
vtrũ reſpublica ciuitatũ aliarũ, quã Romæ: & municipiorum reſtituatur? & arguit ꝙ ſic, quia præſides in prouincijs deſtinantur, & cognoſcunt, quod lex dicit, quod vicemgerens præſidis cognoſcit de reſtitutione reipublicæ, ergo de alia re publica loquitur, quam Romanorum.C.de offic.eius qui vicẽ alte.ge.l.1.Præterea, ſi † legatus reipublicæ alterius, quã
32 Romanæ reſtituitur propter fauorem, & contemplationem ipſius. ff. ex quibus cauſis maior.l. legatis. multo fortius ipſa, quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis.C. de ſacroſanct.eccle.authen.multo magis. Ipſe tenet contra, dicens, quod reſpublica Romana tantum reſtituitur, quia habet bona diffuſa longe lateque: & per adminiſtratores lõginquos regitur. Ideo ſubueniendum fuit ſibi, quæro ratio non poteſt aſsignari in alijs ciuitatibus, quæ ſe regũt per ſe ipſas. Et ad hoc allegat l.nihil.ad Maced.per quam videtur, quod non vtantur iure minorum, vt ibi not.& idem dicit in fiſco, ꝙ non reſtituatur in rebus ſuis priuatis; cum hoc non reperiatur. vnde fiſcus, & reſpublica non ſunt idem quod apparet, quia diuerſi tractatus. & tituli fiunt de eis: vt apparet. C.de iure fiſci. & de iure reipubli. Ad argumentum contrarium, cum dicitur, quod ſubuenitur legatis, quod propter vnumquodque tale &c. verum eſt, niſi alia ſit ratio, quæ impediat. Vnde in legato eſt alia ratio, quam in republica: quia ille reſtituitur propter iuſtam abſentiam, ſed ciuitas eſt præſens. hæc quæſtio, ſecundũ eũ eſt antiqua. & nota.de ea in dicta l. nihil. & C. ex quibus cauſis maio.l.reſpublica. vbi gloſſ. tenet opi.quam.Pet.tenet hic. Azo fuit in contraria opi. & il-
33 lam ſequitur gloſ.C.de iure reipub.l. rempublicam. † Quidã dicunt, ꝙ ciuitates reſtituuntur, ſed non opida, vel caſtra. & de hoc in Spec.de in integr.reſti.§.quis autem.verſi.ad doctrinã.num. 20.lib. 2.Imo. tenet contrarium, ꝙ ciuitates non reſtituũtur.extra de in inte.reſt.c.1.pro quo facit, quia ciuitates loco priuatorũ ſunt, vt l.eum qui.in fi.ff.de verb.ſig.Item quando verbum prædicatur de duobus, de vno proprie, de alio improprie: reſtringitur in materia odioſa ad illud. de quo proprie prædicatur.ff.de ventre in poſ.mit.l.1.§.curatore de liber.& poſthu.l.cum quidã.Iſta eſt materia odioſa: videlicet reſtitutio, & ideo reſtringẽda ad rẽpublicã Romanorum, quæ eſt proprie publica.ff.de verbo.ſignifi.l.bonorum. iuncta l.fin. de act.& obliga.l.in honorarijs.§.ſed cum reſciſſa vſucapione. Salua opinione tantorum: ego credo, quod quælibet reſpublica reſtituatur. & credo expeditum in d.l. rempublicam. Conſtat enim quòd tota illa materia loquitur de republica alia, quam Romanorum, vt nota.probatur in rubrica de iure reipublicæ, & apparet quaſi per omnes leges illorum quatuor titulorum.&, ita d.l.rempublicã.debet intelligi de alia ciuitate, quã Romana. Præterea, cum ciuitates æquiparentur eccleſijs, & earum bona cenſentur ad pia opera deputata, ſicut bona eccleſiarũ, ſimili priuilegio gaudere debent.C. de ſacroſanct. eccleſi.l.illud.& l.fin. Præterea certum eſt, ꝙ Romani trãſtullerunt in fiſcum totum ius reipublicæ.Inſti.de iure natur.§.ſed & quod principi, igitur fiſcus & reſpublica Romanorum idem ſunt, vt nota.ff.de iure fiſci.l. in fraudem §.neque.C. de iure fiſci in rubrica. Igi-
34 tur iura poſt † condita, quæ loquuntur de republica, debent intelligi, de alia republica, quam Romanorum, quia illa eſt ſopita & tranſlata in fiſcum.ff.de verbo.ſignifi.l. inter publicum. Idcirco leges quæ dicũt rempublicam debere reſtitui, quas poſt tranſlationem prædictam tempore imperatorũ cõſtat conditas: debent intelligi de alia, quam Romanorum, quia ex tunc illa potius dicitur imperialis, & fiſcalis, quam publica. Præterea non poteſt dici, quòd abſentia ſola ſit cauſa dandi reſtitutionem legatis ciuitatum, & municipiorum: quia ſic ſequeretur, quòd nuntij priuatorum eodem priuilegio gauderent, quod nuſquam auditum eſt: & ſic reſtituũtur fauore ciuitatũ, ergo multo fortior ipſe ciuitates, ergo ſolutio s.data tollitur. Nec obſtat, quod ciuitates locum priuatorum ſunt: verum eſt, niſi reperiantur priuilegiatæ.ſed in hoc caſu reperiũtur.vt dicta l.rempublicã.& in multis alijs notatis id rubrica. C. de iure reipublic. Item non obſt.l. nihil ad Macedo.quia licet non reperiantur priuilegiatæ in illo caſu, non ſequitur quin ſint in hoc, & in multis alijs.Item non ob
35 ſtat, quod verbũ publicum, prædicatur propriæ de republica Romanorum, &c.quia materia reſtitutionum nõ eſt odioſa, imo fauorabilis, ff.de minoribus.l.3.§.minorẽ.cum ibi notatis. Sed conſueuit quæri.de fiſco an reſtituatur? Et non videtur quæſtio difficilis, cum fiſcus & reſpublica Romanorũ ſint idem, vt ſupra allegatũ eſt doctores dicunt contra, quod fiſcus non reſtituitur, & quod fiſcus, & reſpublica Romanorum, non ſunt idem. Quod apparet, quia diuerſi ſunt tractatus de iure fiſci, & de iure reipublicæ. Certe ego credo, quod ille tractatus iuris reipublicæ non loquitur de republica Romanorum: vt ſupra dixi. Vnde ratio doctorum in nullo me mouet. Sed quod non ſint idem, probatur.ff.de legat.1.l.ſciendum. in prin.§.1.& ibi not.de ædi. edi.l.1.§.illud.de iure fiſci.l.non intelligitur.§.ſi in locis. iuncto ſupra. de re. di. §. theſauros. ff. ne quid in loco publico.
36 l. 2. §. hoc interdictum il primo. † Solutio, verbum fiſcus diuerſas habet ſignificationes. Quandoque enim ſumitur pro republica Romanorum, prout nominatur. Vniuerſo orbi, & tunc ſunt idem.C. de numera.& actu.l.in prouincijs.libr.12. Et tunc poteſt reſtitui, ſicut in qualibet alia republica. Quandoque pro priuata burſa imperatoris, & de illa poteſt dici, quod non reſtituitur. & ſic videtur ſentire gloſſ.ff.de iure fiſci.l.1.ſuper verbo pretij. Vnum prætermittere nolo, quod quamuis eccleſia reſtituatur, tamen prælatus in his, quæ tangunt ipſum, non reſtituitur. Verbi gratia, prælatus, qui facit fructus ſuos, petit arreragia redituum debitorum eccleſiæ. Credo, quod in hac cauſa, non reſtituitur.ff.de minoribus.l.3.§.ſed vtrum.eo.ti.l. patri.in princi.

Quid ergo, ſi petat proprietatem redituum, & arreragia, & dicat ſe læſum in proceſſu? Non videretur reſtituendus, quo ad fructus per prædicta.

a Adnota. In fi.Vide hic Ang.in 2.col.circa prin. ver.in gl.hoſtium.& ver. ſeq.vide do.Iaſ.hic in 8.col.poſt prin.in ver.in gl. in ver.hoſtium.

b In fi.Docto.communiter ſequuntur hic gloſſ.Sed d.Ia.reprobat hic Angel. quem vide. Item quia text. dicit, quod captus ab hoſtibus poteſt vſucapi. exemplificat Iaſ. de actione perſonali.in qua currit præſcriptio non ex poſſeſſione præſcribentis, ſed ex ſolo curſu temporis negligentia non petentis: vt hic per eum.

c Pone ꝙ.De hac quæſtione do.Iaſ.recitat hic eleganter doct.altercantes, & concordat eos: demum opi.ſubiungit in 10.col.ante me.ver.in ea.glo.ibi.ff.ex quibus cau.ma.Vide etiam hic Angel.

d Diſtincta ſpecies. An autem actio reſciſſoria ſit natiua, vel datiua, vide hic Bal.in 2.col.prope fi.verſi.quæro vtrum.vide Iaſ.hic in 15.co.circa prin.verſ. nunquid autem iſta actio.

e Directa.Vide do.Iaſ.hic, in 15.colum.poſt me.in verſi.in ead.glo.ibi nunc dicitur &c.

f De forma.Vide Bal.hic. in 3.col. Angel.in 8.col. poſt me.verſi.quæro ergo quomodo.& do.Iaſ.in 16.col. poſt me.verſi.extra gl.reſtat.

g Sed nunquid.Hanc quæſtionem format Ang.hic in 7.col.prope fi.in verſi. quęro an officium, & quando poſſunt cumulari, vide eundem in 8.col.ante fi. verſi.quæro quando ſimul, & qualiter formatur libellus.

h Reſtitui.Sed intra quantum tempus debet proponi iſta actio reſciſſoria? vide per Ange.hic in pe.colum.poſt prin. in ver.quæro intra quantum tempus. Item ea.col.prope.fin.ver.quæro an reſciſſoria. Quærit idem Ang.an reſciſſo poſſit proponi per modum exceptionis. duas quæſtiones alias vide per eundem in vlti.col.

1 *Contractus & ultima uoluntas in aliquo diſcrimen habent.*
2 *Lucratiui & oneroſi diſcrimen.*
3 *Dannum quid.*
4 *Reuocatoria ex delicto datur.*
5 *Reuocat futurus creditor.*

Fiſcus

6 *Fiſcus alienata ante crimen reuocat.& 7.11.*
8 *Donata ante crimen, an reuocabilia.*
9 *Fraus qui deprӕhendenda.*
12 *Reuocati an reddendum pretium.*
13 *Alienantem pœnitere non licet.*
14 *Legatarius, creditor.*
15 *Reuocanti obſeruanda.*
16 *Reuocatoria in quem negata,*
17 *Annus ex quo currat.*
18 *Reuocatoriӕ quot.*
19 *Actiones in factum.*
20 *Actio binomia.*
21 *Actio pro ortu in diuerſos data.*
22 *Debiti oblatio quando inſufficiens.*
23 *Reuocatoria in quos, & cui, ad quӕ detur.24.27.*
25 *Reſtitui cui debeat.*
26 *§.item ſi quis in fraudem.ſenſus.*
28 *Reuocatoria uariӕ datur.*

a I T E M, [a] Si quis in fraudem. Iſte §.eſt ſatis planos. Ca-
ſus talis eſt. Habebam debitorem, qui tenebatur mihi in
centum: alienauit bona ſua in fraudem mei, ne meũ poſſem
conſequi debitum: egi contra ipſum, feci eum condemna-
ri, & miſſus ſum iuſſu iudicis in poſſeſſionem bonorum eiuſ
dem, quӕ forte non valent decem, volo agere contra illos,
quibus alienauit: quӕritur nunquid poſſum; Dicit Impera-
tor quod ſic, & rem petam: & reuocabo, ac ſi non fuiſſet alie
nata, & ſemper in bonis debitoris remanſiſſet. hoc dicit iſte
§.qui §. eſt bene gloſſatus, nec habet longam materiam.
Idcirco eius materiam proſequar, apoſtillando, gloſ. vt bre-
uius tranſeam: & eas non repetam, ne papyrum occupem.
1 † In gl.not.vt vterque in fin.vide ſupra quibus ex cauſis ma.
non li.§.in fraudem. Quӕritur de rationibus diuerſitatis. Et
quare primo requiritur dolus ex parte alienantis, & acqui-
rentis, vel ſaltem alienantis: & nihilominus euentu in con-
tractu inter uiuos, ſed in vltima voluntate ſufficit ſolus euẽ-
tus? Dicit Petrus de Bellapert.poſt Iacob.Ratio eſt: quia
vbi debitor alienat in vltima voluntate, non eſt ſpes, quod
vnquam acquirat, de quo poſſit ſatisfieri creditoribus: cum
vltra non ſit ſpes, quod acquirere debeat: ſed vbi inter vi-
uos: poteſt acquirere adhuc, de quo poſſit ſatisfieri credito-
ribus. Ideo hoc caſu, non ita faciliter reuocatur. Primum ta-
men membrum fallit in libertatibus directis, fauore liberta-
2 tis. Et vide quod ſcripſi in dicto §.in fraudem. † Secun-
do quare requiruntur tria. vbi alienatur titulo oneroſo, ſed
vbi lucratiuo: duo tantum? Dicit ipſe, quod non eſt par ratio
lucra capere. & damna euitare. C.de codicil.l.finali. Tertio,
quare vbi debitor alienat inter viuos, tria requiruntur: vbi
libertus, ſufficiunt duo? Reſpondet idem Pet. iura magis
mihi conſeruant id, quod meum eſt, quam quod eſt mihi de-
bitum. vnde patronus habet ius in tertia. ſupra de ſucceſſ.
libe.§.ſed noſtra. ſed creditor non habet in rebus debitoris.
Vnde licet tu debeas mihi centum: non propter hoc res tuӕ,
meӕ ſunt vſque ad centum. Pro hac ratione facit ff. de vſu-
ris.l.videamus.§. ſi actionem. vel dic ſecundum eum, quod
creditor, qui reuocat non reddit pretium. ff. quӕ in fraudẽ
creditorum. l. ſi debtior.& l.ex his. ſed patronus ſic, ideo fa
cilius reuocat.ff. ſi quid in fraudem patro.l.1.§.ſi quis in frau
dem. Et qui in hoc grauatur, in alio releuatur.ff.de iureiura.
l.eum qui. Item quӕ in hac gloſ.de liberto dicuntur, pro-
cedunt ſecundum determinationem l.ff.de iure patro.l. ſi li-
bertus. In hoc autem caue: quia vbi legando committi-
tur fraus: non habet locum iſta materia: nec iſta actio, ſed
condictio indebiti, vel condictio ex lege: vt l.fina.§. ſi vero.
C. de iure deliberan. nec opus eſt reuocatoria: quia legata
b ſunt ipſo iure nulla. In gloſſa, large accipe. [b] in fine. Et
hoc ſiue ſit creditor ex contractu, vel quaſi, vel delicto, vel
quaſi. ſecundum intentionem gloſſ. Iacob. & Pet. dicunt,
quod Rofre. dicit, quod reuocatoria non datur creditori
ex delicto, vel quaſi. Et probat ſic. Conſtat, quod fraus
3 exigit damnum. † damnum proprie dicitur diminutio pa-
trimonij.ff.de damno infecto.l.3. ſi agam actione reuocato-
4 ria † contra illum, qui emit ab eo, qui tenebatur mihi ex
delicto. forte actione iniuriarum, vel furti ad pœnam, vel
vindictam, non ago pro reſarciendo damno meo, vel patri-
monio, igitur hӕc actio non competit, ad hoc.& pro hoc vi
detur ff. ſi quid in fraudem patro.l.1.§.& alias. Attamen ipſi
tenent contra, dicendo reuocatoriam dari creditori ex deli-
cto, vel quaſi, quia ex quo loquitur indiſtincte intelligenda
eſt indiſtincte.ff.de public.in rem actio.l.de pretio. Nec ob-
ſtat argumentum Rofred.quia vbi agitur ex delicto, non eſt
diminutio patrimonij, quia imo ex quo actio erat acquiſita
ff.quӕ in fraudem creditorum.l.qui autem.ſcḋm Petrum.
Prӕterea augment.Rofred.non procedit, vbi agitur ex de
licto, vel quaſi, ad intereſſe, vel damnum, ſicut in actione le-
gis Aquil.ſupra ad legem Aquiliam. in princip.ff. ad legem
Aquiliam. l. in lege. ſupra de obliga. quӕ ex quaſi delicto. in
prin. Et facit pro opinio.doct.ff.qui & a quibus. l. ſi cum fi-
deicommiſſaria. §. ne quis creditorum. Sed quӕritur, hic
loquitur in creditore prӕſenti, quid de futuro? Verbi gratia.
Quidam volens recipere magnam pecuniam mutuo, vel ſe
obligare alicui ex aliquo contractu, alienauit bona, antequã
5 † ſe obligaret, poſt ſe obligauit, nunquid talis creditor poteſt
agere reuocatoria? Iacobus dicit ꝙ ſic, duntamen appareat
de fraude.ff.quӕ in fraudem creditorum l.ait prӕtor.§.1. &
facit.ff.de bonis damna.l.cum ratio. §. ex bonis. a contrario
ſenſu.Pet.idem, ſed tamen nulla lex hoc cogit dicere, ſecun-
dum eum. hoc tamen reſtringit ad caſum, quo incontinen-
ti poſt fraudem adhibitam contrahitur.ff. de priuilegiis cre-
di.l.ſi ventri.§.fina.ſicut Pet. l. lecta. verſic. dicebam. Hӕc
opinio ſatis eſt ӕqua, & rationabilis. gloſſ.tamen videtur te-
nere contra.C.de iure fiſci.l.1.lib.10.pro qua facit ff.quę res
pigno.obliga.poſſ.l penult.Sed pro opi.docto, facit C.de do
natio.ante nupt.authent.ſed iam neceſſe & ibi not.contra in
ſimili. ff. quӕ in fraudem credito. l. ſi quis cum haberet, ad
municip.l.ſi.item reſcripſerunt.l. 2. Non obſtat dicta l. pe-
nult.quӕ res pigno. obliga. poſſunt. quia ibi nil agitur de
fraude: nec loquitur in caſu, quo fraus eſſet adhibita, nec fa-
cio differentiam, an incontinenti, vel ex interuallo fraus fue-
rit adhibita, ſi de ea conſtet, ſed quo ad hoc. an prӕſumatur
fraus, vel non: bene poſſet eſſe differentia. vt infra ple-
nius dicetur. Quӕrunt domi.Iaco.& Pet.quid de eo, qui
alienauit in fraudem fiſci, antequam delictum committe-
ret, propter quod deberent bona confiſcari? Verbi gratia.
6 † Quidam volẽs interficere hominem, vel delictum commit
tere, propter quod deberent bona confiſcari de conſuetudi-
ne, vel de iure, alienauit bona ſua, tandem delictum commi-
ſit: condemnatus fuit fiſcus vult bona reuocare, nunquid
poſſit? Doct.dicunt ꝙ poteſt, nõ per hanc actionem: ſed quia
in fraudem fiſci alienata ſunt reuocanda. ff.de iure fiſci. l. in
fraudem. & hoc dicunt per l.ff.de do.cau.mor. l. ſi aliquis,
de bo.dam.l.cum ratio.§.ex bonis. hӕc eſt quӕſtio antiqua,
de qua ff.de dona.l.poſt contractum, vbi gloſ.tenet, ꝙ aliena
tio valet qñcunque facta, ante condemnationem. Sed contra
argu.quia certũ eſt, ꝙ manumittere, eſt alienare: vt l.ab agna
to.ff.de cur.fur.ſed accuſatus de crimine, non poteſt manu-
mittere, etiam ante ſententiam.ff.de manu.l.qui pœnӕ.ergo
nec alienare. Item certum eſt, ꝙ res per delictum obliga-
tur fiſco tacite.ff.de iure fiſc.l.aufertur.§.fiſcus. & l.impera-
tores.[melius probatur in l.ſi quis poſt hac.§.ſi quid. verſic.
ſed in his.C.de bo.proſcr.]& ſic fiſcus à tempore commiſſio
nis delicti factus eſt creditor, & poteſt reuocare per d. l. in
fraudem. quinimo etiam per hypo.C.rem ali.geren.l.1.hӕc
lex non facit: ſed probatur in l.2.C.in quib.cau. pignus tac.
7 † Prӕterea fiſcus eſt creditor conditionalis vel ӕquiparatur,
a tempore delicti commiſſi: & ſic videtur ꝙ poſſit reuocare,
& maxime ſñia ſubſecuta.ff.qui pot.in pig.hab.l.potior. 2. re
ſponſo.Prӕterea videtur expreſſum in l.ſi. §. ex bonis. ff. de
bo.dã.& d.l.ſi aliquis.de do.cau.mor.& bene facit. C. de bo.
proſcrip.l.ſi quis poſt hac.§. ſi quid. ibi ante tempus crimi-
nis, ac reatus &c.ſupponendo, ꝙ ſi poſt, non valeret. Pro opi.
gl.vr̃: quia ſpeciale eſt in crimine lӕſӕ maieſtatis, & ſic in cõ
trarium eſt ergo ius cõe.ff.de dona.l.donationes.§.perfecte.
de accu.l.ex iudiciorum.cum ibi no.Item differẽtia eſt inter
donationes factas inter extraneos, & inter vi.& vx.qa prima
nõ reuocat̃ ꝑ ſñia: alia ſic, ff.de do.inter vi.& vx.l.cũ hic ſta
tus.

tus.§.ſi maritus.Item regulariter, cui interdicitur ſolutionis receptio,& alienatio,& econtra.ff.ſi cer.pet.l.non omnis. §. ſi pupillus, ſed reo criminis non interdicitur ſolutionis receptio.ff.de ſol.l.reo.& l.quamuis.ergo nec alienatio. Si velis ſuſtinere hanc opi.Reſponde ad l.qui pœnæ.ff.de manumiſſ. vt ibi no.in gl.quia ibi ſpeciale,vel loquitur in donatione libertatis,quæ fit in vltima voluntate. Ad l.aufertur.§. fiſcus, reſponde,ꝙ fiſcus non habet tacitas hypo.in delictis.C.de iu
8 re fiſ.l.1.Ad l.ſi quis poſt hac reſponde vt ibi not.† Pro ſolutione huius quæſtionis,eſt diſtinguendum,quia aut quæritur de do.cau.mor.aut de do.inter viuos. in primo caſu certum eſt,ꝙ donatio reuocatur per ſententiam ſubſecutiuam:vt l.ſi quis.§.alleg.In ſecundo caſu,quando donatur inter viuos, diſtinguitur: quia aut donatio fit inter coniuges, aut inter extraneos.Primo caſu dic ꝙ aut fuit facta ante reatũ, aut poſt. ſi ante tenet,ſi poſt, reuocatur: vt d.l.res vxoris.& d.§.ſi maritus.Secũdo caſu,quando fuit facta inter extraneos, videtur eodem modo diſtinguendum: quia aut fuit ante reatum, & valet: aut poſt,& eſt diſtinguendũ: quia aut eſt tale crimẽ, quo bona ipſo iure confiſcantur, & certum eſt, quod non valet donatio. ff. qui & a quib. l. queſitum.de dona.l. donationes.§.perfectæ.C.ad leg.Iul.maieſt.l.ſi.extra de hære.c. cum ſecundum legem. aut non confiſcantur ipſo iure: tunc ſunt opi.vt ſupra vidiſtis.Nam gloſ.dicit, ꝙ valet quandocunque fiat ante ſententiam.Alij dicunt,ꝙ non valet, ſi ſententia ſequatur,qñcunque fuerit facta ante ſentẽtiam.& hanc opinionem tenet Odof.Alibi videntur dicere gl.ꝙ nõ valet, qñcunque ante ſnĩam,& poſt conteſtationem,ſed ante ſic.vt no.ff. de admi.tu.l.chirographis.§.ſi.de accu.l.& iudiciorum. Iac. & Pet.dicunt,ꝙ reuocatur,ſi conſtet,ꝙ fuerit facta in fraudẽ fiſci.per d.l.in fraudem.ff.de iure fiſci, non per has actiones, ſed per d.l.in fraudem. Sed quæritur,qualiter conſtabit de
9 fraude? † Dicunt ipſi,ꝙ per coniecturas,quia dolus ex indicij perſpicuis probatur.C.de dolo malo.l.dolum. vt ſi omnia bona ſua ſimul dedit:vt l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in fraudem credi.Item ſi dedit coniuncto C.vbi pu.edu.de.l.ſi. Itẽ ſi iam accuſatus erat.C.de euict.l.ſi fundum. Idem ſi non eſſet accuſatus,ſi crimen erat notorium.ſecus ſi occultum.ff.de act.emp.l.emptorem.Et idem ſi non eſſet accuſatus.ſed ſi aliquis comminatus eſſet ſi accuſaturum,de quo veriſimile eſt, ꝙ bene attenderet,quia conſtans erat. etenim verba penſanda ſunt ex perſona.C.ſi quis imperatori male.l.1.Item ſi primo donauerit,& poſtea reperiatur poſſidere.C.de na.li.l. 3. §. pe. ſecũdum eos.& facit.ff.de bonis eorum qui morte ſibi conſci.l.1.in prin.Hæc autem procedunt,vbi poſt reatum fit donatio. Quid ſi paulopoſt,& ſine interuallo magno commiſit crimen? præſumitur in fraudẽ alienaſſe.ff.de priuil.cred. l.ſi ventri.§.ſi.Melius facit pro eis.ff.ſi quis teſt. li. eſſe iuſſus fue.l.1.§.proinde.& l.ſi.ff.qua.re.ac.non da.l.1.§.quæ onerandæ.Et idem in Spe.tit.de do.verſic.item pone.nu.7. Sed contra hoc videtur in hoc,quod nõ præſumatur fraus,& ex hoc ff.qui & a quib.l.ſed ſi maritus.§.penul. vbi non præſumitur fraus,ex temporum continentia,niſi probetur contrarium. Item certum eſt,ꝙ vbi quis donat tempore non prohibito,ꝙ donatio tenet, quãuis caſus ſine magno interuallo ſequatur, donatio poſſet infringi. ff. de do. inter virum & vxo.l.inter eos.Ergo vr̃ idem in propoſito. nam ex quo donatio fuit facta tempore non prohibito,non videtur, quod debeat reuocari,ex delicto poſt commiſſo.Et pro hoc facit: quia vbi quis deſtinauit aliquam obligationem contrahere, & antequam perficiat,contrahit aliam,illa prædeſtinatio nil facit,nec impedit aliam,nec facit valere prædeſtinatam, niſi a tempore, quo contrahitur. Igitur in propoſito,ſi deſtinauerit crimen committere,& antequam committat dat bona ſua, ſi poſtea crimen committat, poſterior obligatio non videtur primam infringere.ff.ſi cer.pet.l.qui pecuniam.quæ res pigno.oblig.
10 poſſ.l.Titius.qui po.in pig.hab.l.potior.† Præterea.cum leges dicant, donationes poſt contractum crimen non valere, ſupponendo,ꝙ ante factę valeant,nec diſtinguant,quare nos diſtinguemus? Si enim dicamus factas ante reuocari, quaſi in fraudem factas: leges quæ faciunt differentiam, inter donationes factas, ante contractum crimen capitale, vel poſt eſſent impoſitæ verbis,& non rebus:& fruſtra illam differentiam feciſſent. Videtur ergo concludendum, vel eas non reuocari,vel ſi reuocentur, oportet fraudem lucidis probationibus probari,nec ſufficiant prædictæ coniecturæ, in ca-
11 ſu,quo ante reatum donatio facta fuit. † Sed quid, ſi criminoſus vendidit bona? Videtur idem,ꝙ fiſcus poſſet reuocare etiam ſi acquirens in fraude non participauit, cum lex dicat indiſtincte,alienata in fraudem fiſci reuocari.ff.de iure fiſci.l.in fraudem in princip.ff.de admin.tut.l.chirographis. §.fina.& ibi.de hoc requiritur tamen fraus alienantis. ff.qui,
12 & a quibus.l. in fraudem. 2. † Sed an fiſcus tenetur reſtituere pretiũ? Videtur,quod ſic,ſi extet.ff.quæ in frau.cred. l.ſi debitor.Imo etiam ſi non extet,ſi emptor fuit bonæ fidei. ff.quę in frau.cred.l.qui a debitore.ſi quid in fraudem patro. l.1.§.ſi quis in fraudem. quia fiſcus loco hæredis eſt: & hæres de euictione tenetur.C.de fideiuſſ.l.1.facit ff. de admini-
13 ſtra.tut.l.Titium & Mæuium.§.Lucius.† Poſſet etiam quæri. Quid ſi quis volens committere crimen dedit bona ſua: poſt penituit, & non commiſit:vult repetere bona,qua ſi fuerit facta donatio,& ob cauſam quæ non eſt ſecuta,nunquid poteſt? Satis poteſt dici, quod non: niſi probaretur alias,ꝙ donatio fuerit ficta,vel imaginaria. Vide in Specula. tit. de dona. verſic.item pone. vide etiam Gulielmum de Cuneo in l.alias.ff.de iureiurand.vt ſupra notaui. Sed quid erit, ſi quis filio emancipato, vel alij ſecrete donauit bona ſua: & nihilominus ea tenuit,ſicut ante, & cum pluribus cõtraxit: vel forte de eis vendidit,vel impignorauit:nunc cum emptores vel creditores agunt,venit donatarius prætendens literas donationis prius ſibi factę: aſſerens ſe factum dominum,per retentionem vſusfruct. vel alias donatoremque nõ potuiſſe alienare in ſui præiudicium. Econtra creditores dicunt donationem non debere tenere,in eorum fraudem factam. Quæritur nunquid bene dicant, per prædicta? Videtur quod ſic: quia nedum fraus committitur contra præſentes creditores: imo contra futuros, vt ſupra dictum eſt. fraus autem,hoc caſu præſumitur, ex quo donans reperitur poſſidere rem donatam poſt donationem. ff. quibus modis pig.vel hypot.ſol.l.ſicut.§.ſuperuacuum. ff.de acquir.hæredit.l.pro hærede.§.Papinianus.C.de diſtract.pigno.l. & qui ſub imagine.extra de renunt.c.1.lib.6. Item ex eo,quod fit clam.C.de dona.l.donatio.ff.de adminiſtra.tuto.l.non exiſtimo. Item præſumitur fraus, ſi donatarius ſciuit patrem rem donatam vendere,& obligare,& tacet. C. ad Velleia.l.ſi
14 ſine.de re.pigno.l.1.de diſtract.pig.l.mulier. †Item quæritur,nunquid legatarij, & fideicommiſſarij habeantur hoc caſu loco creditorum.Et non videtur C.de bonis autho.iud. poſſ.l.1. Sed contrarium eſt verum. C. qui manumit. non poſſ. l. 1. ff. qui & a quibus. l. qui in fraudem creditorum manumittuntur. In gloſſ.ſcilicet corporalem. Mobilia & immobilia ſecundum Dynum. In gloſſ. id eſt. poſſide-
b ri. in fi. doct. hanc approbant. b Dicunt enim,quod ad hoc,
15 quod hęc actio competat,requiritur,†ꝙ creditor primo egerit contra debitorem: & fecerit ſe mitti in poſſeſsionem bonorum,quæ debitor habet,vel ipſa facere exequi,& illis non ſufficientibus aget.& de hoc debet fieri mentio in libello. Et vult dicere iſte tex.& C.de reuo.his quæ in fraudem.l.penu. Dicunt tamen, ꝙ ſi notorium eſſet, quod debitor eſſet non ſoluendo, poſſet agi hac actione.ff.de act.empt.l.emptorem. in princip. de verborum obliga. l. decem.& l. fina. ff. ſi certum peta. ſecundum eos. Gloſſ. alibi diſtinguit, per Azonem,an creditores fraudentur dolo acquirentis,vt tunc poſſit incipere ab eo.aut ab euentu tantum,& tunc non. Hodie ſemper debet principalis primo excuti vt nota.C.eodem.l.1. Vel dic, quod ius nouum non immutat, vt ibi nota. hoc ſequuntur ibi doct. Credo, quod illud, quod hic notant ſit
16 verius: quia textus hoc videtur ſonare. † In gloſſ. ſcilicet
c intra annum. in fin. c Et vide quod ibi notatur, quia vbi ni peruenit, non competit etiam intra annum contra illum qui habuit tit. lucratiuum. & non participauit in fraude, vt ibi no. Item quod hic dicitur, intellige quando alienauit corporalia. nam ſi actionem, totum non competeret, niſi intra tempus: intra quod actio duraret, ſi duret minori tempor

pore anno.ff.quæ in frau.cre.l.ait prætor. §. ſi conditionalis.
17 † Sed a quo tempore currit annus? Dicas, quod a tempo-
re,quo bona fuerunt poſſeſſa, vel quo conſtat, ꝙ debitor eſt
non ſoluendo: vt ſ.proxime dixi. Nam ante non poteſt cre-
ditor experiri. & ſic non currit ei annus vtilis ante. ff. eod.l.
1.in princ.de diuer. & tempo.præſcript.l.1.ſecundum doct.
Sed videtur expreſſum, ꝙ ex die venditionis.ff.quæ in frau.
credi.l.qui autem.§. fin. ſed forte intelligitur, vbi notorium
erat,quòd bona non ſufficiebant.In gloſſ.ſed qua actione.ibi
cum dicit,quæ ad reuocanda corporalia,& incorporalia cum
d petit.Hanc approbant doct.Iaco. [d] & Pet.In ea.glo.ibi, qui-
dam dicunt. Tamen contra videtur, quod Fauiana compe-
tat creditori & patrono, Caluiſiana ſoli patrono. In ead.
glo.ibi,cum dicit,in factum Paulianæ.Quidam dicunt,quod
18 ſunt ſex reuocatoriæ: † Pauliana in factum, Fauiana,Calui-
ſiana,vt hic gloſſ.narrat.Item vtilis Caluiſiana,quæ datur fi-
lio arrogato, de qua.ff. ſi quid in fraudem patro.l. fin. Item
interdictum fraudatorium, de quo ff.de ſol.l.pupilli debitor
ad Treb.l.ſi poſtulante.Ioan. videtur ſentire in arbore.quòd
ſint quatuor: Pauliana,Fauiana,Caluiſiana,& in factum.Dy.
videtur ſentire, quod ſint tres, ſequendo hanc gloſſ.do.Iac.
& Petr.dicunt, quod ſunt duæ tantum.Dicunt enim ꝙ actio
19 in factum. & omnes aliæ ſunt idem.nã eſt in † factũ.Paulia
na. Calui. Fauia. & interdictum fraudatorium. Certum eſt
enim,ꝙ interdictum, & actio in factum,ſunt idem.C.de in-
terdict.l.fin.j. de interdict.§.fina.igitur hic in factum.& di-
ctum interdictum ſunt idem.Item dicunt, quòd illud inter-
dictum eſt idem cum Pauliana.& hoc not.gloſ.in dicta l.pu-
pilli.& dicta l.ſi poſtulante. Idcirco in factum Pauliana,& il
lud interdictum ſunt vna actio, quæ eſt in factum cognomi-
nata: & Pauliana, a Paulo prætore, eius introductore.ſicut
Publiciana,a Publio.ſed ob. quia ex quo habet proprium no
men, non debet denominari in factum. ipſi allegant ff.de eo
per quem factum eſt.l.fin. melius ſupra §. ſed iſtæ. & ibi no.
in gloſſ.ſcilicet Publiciana. Reſpondent. ꝙ illud eſt verum
quando ab initio habuit proprium nomen, quod hic non ha
buit.Sed poſt per Iuriſconſultos fuit ſic cognominata a Pau
lo,qui eã introduxit: & forte fuit cauſa, vt haberetur aliqua
cognitio differentiæ inter illam,quę creditori competit,& il
lam, quæ patrono: quæ ſunt diuerſæ, & a diuerſis introdu-
ctæ.Item dicunt,quòd Fauiana,& Caluiſiana, ſunt vna, quæ
competit patrono. Vnde eſt in factum, quæ cognominatur
20 Fauiana, & Caluiſiana. Et eſt † binomia, ſicut reperitur in
lege, quod quandoque aliquis habet plura nomina, tamen
eſt eadem perſona, & quandoq; lex vocat vno nomine tan-
tum, quandoque alio.potes allegare ff.de condi inde.l.fin.§.
ſi. Et ſciũt hoc vaſcones. qui communiter ſunt quadrimonij.
Arnaud guilhem. Guido del cap. del põt, de la cauſada de
noſtra dona de la Dorada de Toulouſe. Sed contra videtur,
quòd coniunctio, &, ponitur inter diuerſa.C.per quas per-
ſo.l.fina.& text.ponunt coniunctiones inter Fauia. & Calui-
ſia. quando faciunt de eis mentionem, & ſic videtur, ꝙ ſint
plures.ff. ſi quid in fraudem patro.l. in Fauiana. & l.fin.imo
reperitur text.qui ponit alternatiuã,denotando maiorem di
uerſitaté.eod.titu.l.1.§.ſi pluribus.Sed dic, ꝙ illud eſt cauſa
breuitatis, ad denotandum, quod altero cognomine ſolo vti
poſſumus, ſecundum Petr. De illa quæ competit filio arro-
gato,eſt certum,quod eſt eadem cum illa, quæ competit pa-
trono, niſi ꝙ illa arrogati eſt vtilis.Et ideo dicunt,ꝙ de qua-
tuor circulis, quos Ioan.ponit in arbore, non debuerunt eſ-
ſe:niſi duo.Super hoc teneas, quicquid volueris,non eſt ma-
gnus effectus, neutra opinio poteſt improbari, quare ſecu-
re ſequere gloſſ.quæ eſt hic.doc. tamen obliti fuerunt quan-
dam aliam reuocatoriam, videlicet conditionem ex lege in
caſu ſuo.C.de iure deli.l.fi.§.ſi vero, quæ non poteſt dici ea-
dẽ cum iſtis.In ea gl.ibi, reuocatoriæ dicuntur.Hanc gl.reci
e tant & approbant [e] oẽs doct.In ea.gl.ibi, contra poſſidentẽ.
Dyn.dicit, ꝙ vbi datur contra doloſum,oritur ex maleficio,
21 ſed vbi † contra illum,qui dolum non commiſit, ex varijs fi
guris cauſarum, ſicut interdictum,ꝙ vi aut clã.qñ datur ꝯ il
lum,qui non fecit opus,de quo dictum eſt ſ.in prin.tit.Ia.&
Pet.dicunt,quod hæ actiones non ſunt natiuæ:ſed datiuę,ex
quo non habent ſufficientẽ materiam præexiſtentem, ex qua
poſſint oriri.Et dicit.Pet. quod opi.glo.non poteſt procede-
re,quod detur ex quaſi maleficio, quia imo quando cõtra do
loſum daretur,daretur ex maleficio: ſicut vides,quando agi-
tur contra illum,qui fecit litem ſuam,qui tenetur ex malefi-
cio,ſi ex dolo ſuo, cõtra ipſum agatur.ſecus ſi culpa.quia tũc
ex quaſi maleficio.ſ.de obli.quæ ex male.in princi.ff.de var.
& extraor.cog.l.fin. Salua gratia Petr. illæ leges hoc non di-
f cunt.In fi. [f] eiuſdem glo. illam gl. approbat hic Dynus: quia
aut ab initio offert, & admittitur: aut poſtquam eſt conuen-
tus,& nõ admittitur, vt ibi no.& hoc poteſt eſſe verum, vbi
creditor agit ratione debiti, in pecunia ſemel ſoluẽda.Quid
ſi debitum ſit perpetuum, quia forte debitor debet reditus
perpetuos, vel forte promiſit fundum dare, quem in fraudẽ
22 alienauit? Tunc videtur, ꝙ non debeat admitti. † offerendo
debitum, quia non poteſt offerre ſaltem vltimo caſu. & ſic
potes intelligere dictum §.illud. & facit ff. de regu.iu.l.a di-
uo Pio.§.quod ſi res.Iniquum enim eſſet, quod compellere-
tur rem vendere: vt ibi, ſed quando debetur pecunia, nulla
occurrit iniquitas nec intereſſe creditoris. habet enim quod
petit,videlicet pecuniam.& ad hoc facit bene l.euictis.a con
trario ſenſu. Per prædicta apparet magna pars huius mate-
riæ. Quæramus tamen vltra gl. Primo contra quem compe-
tit hęc actio.& ſuper hoc doc.dicunt?quod competit contra
alienantem, ſi ita latenter, vel particulariter alienauit bona,
quod recuperari non poſſunt.ff.eo.l.fi.§.fin.Item datur con-
tra illum,qui acquiſiuit de eo, quod peruenit, vel inſolidũ,ſi
dolum participauit, etiam non reſtituto pretio,niſi pretium
reperiretur in bonis debitoris. vide ff.quæ in fraud. credito.
l.ſi debitor.cum l.ſeq. & ſeq. Item contra hæredem, de eo,
quod peruenit.ff.e.l.ait prætor.§.pen.& fin.cum l.ſeq.Quid
ſi acquirens habuit bonam fidem tempore contractus, tem-
pore traditionis malam? videretur ſemper fuiſſe malæ fidei:
ſaltem in contractu venditionis.ff. pro ſolu.l.3. Doc.Iaco.&
Petr.dicunt contra. quod ſufficit, quod tempore contractus
habuerit bonam fidem, quia per cõtractum debitor fuit obli
gatus acquirenti, ideo dato, quod tempore traditionis ma-
la fides ſuperuenerit,non habet locum hęc reuocatoria:quia
emptor tunc ſuum recepit, ſeu ſibi debitum.ff.quæ in fraud.
cred.l. quod autem.§.apud Labeonem.cum.§.ſeq. Sed econ-
tra, ſi debitor non habuit propoſitum fraudandi tempore
contractus:ſed tempore ttaditionis habuit?Videtur idem ea
dem ratione.glo.tamen tenet contra, in §.hoc edictum.d.l.
quod autem.Item quæritur,nũquid hæc actio competat cre-
ditori, qui habet act.hyp.pro bonis alienatis? Et videtur qđ
non:quia hæc actio datur quodammodo in ſubſidium credi-
toribus chirographarijs, & pro ipſis fuit introducta, alijs e-
nim prouiſum eſt per hypote. ideo non datur, niſi excuſſo
principali.dixi ſ.ſuper gl.i.poſſideri.Item ad hoc, quod hęc
actio competat, requiritur euentus fraudis,vt ſ.ſatis dictum
eſt.conſtat aũt,qđ quid habet hyp.non fraudatur re,quia ius
ſuum ſemper durat.igitur,non vr̃ hæc actio competere.Cõ-
trarium videtur ſentire,ff. quæ in frau.cre.l.debitorẽ.eo.ti.l.
quod aũt.§.pe.& facit C.de iure.deli.l.fi.§.ſi vero. Ad ratio-
nes in contrarium põt dici, quod hæc actio,nedum datur in
ſubſidiũ,imo cõcurrit cum alia, vt d.l.debitorem.Itẽ ad hoc
qđ dr̃,qđ non fraudanẽ creditores hypotecarij in effectu.dic
ꝙ imo,quia creditor plus oneratur in probationibus,& alijs
multis,qñ agit hypot.contra tertium, quam ſi ageret contra
ipſum principalem debitorẽ, vt videbis j.proxi.§.Præterea
prætor largus eſt,& nedum prouidet improuiſis,imo & pro
uiſis ſupra de bono.poſſeſſ.§.quos autem. Nunc videamus,
quid veniat in hac actione.dicit Petr. qđ venit rei reſtitutio:
vt reponatur in priſtinũ ſtatum, & perinde ſit,ac ſi non eſſet
alienata.ff.eo.l.fi.§.nõ ſolum.& l.1.§. melius in l.ait prætor.
§.per hanc.& facit ff.de min. quod ſi minor.§.reſtitutio.Sed
iuxta hoc quæro,vtrum veniat ſolida rei reſtitutio,ſi ſint plu
res creditores,& vnus ſolus agat? Videretur qđ non niſi pro
parte:quia reus ei ſoluere nõ teneẽ, niſi portionẽ ſuã.& hãc
partem tenent quidam per l.is a quo.ff. de rei vendica.Iaco.
tamen de Ra.dicit contra,quod tota res reſtituetur.lex enim
dicit,qđ reſtituitur.Et eſt perinde, ac ſi remanſiſſet in bonis
debitoris:

debitoris:vt hoc §.vnde non poteſt eſſe perinde,niſi reſtituatur. Præterea, ſi eſſet in bonis debitoris, primo agens haberet eam, vel mitteretur in poſſeſsionem eius, & ſic in hoc caſu.ff.quę in frau.cre.l.pupillus.& l.quod autem,§.ſciendum. ſm eum. Et hæc poſſunt procedere de iure antiquo.ſed per ius auth. per quod fit miſsio vſq; ad menſuram debiti declarati tantum:non videtur,ꝙ procedat.ſed quod poſsit reuocare vſq; ad ſummam ſui debiti.C.de bonis auth.iud.poſ.auth. ei qui.Hoc autem poteſt procedere,vbi alienauit in tertium: ſed vbi ſoluit creditori,quæritur,vtrum alius creditor poſsit reuocare?quia ſuper hoc videtur iura contraria, Potes ſic diſtinguere,quia aut ille qui reuocare vult,contendit plus eſſe ſolutũ debito.& certum eſt,ꝙ poteſt reuocare condi.inde.ff. de condi.indeb.l.tutores, fami.erciſ.l.Lucius.C.de iure deli. l.fi.§.ſi vero.Aut non contendit plus debito eſſe ſolutum, & tunc aut prętendit hypoth.aut priuilegium,aut eſſe iniquũ, vnum plus habere, quam alium.Primo caſu qñ prætendit hypothec.certum eſt,ꝙ datur actio contra tenentem rẽ,vel qui rem dolo habere deſijt.ff.de pig.l.qui pot.in pi.ha.l.idemq;. §.fi.de pign.l. ſi fundus.§.in venditione. & §.ſi vero dolo.Si vero rem nõ habet:ſed habet pretium:vel forte pecunia fuit ſibi ſoluta,quam ſine dolo conſumpſit:tenetur cond.ex lege, vel in factum.ff.qui po.in pig.hab.l. ſi prior.& d.l. ſcimus.§. ſin vero hæredes.C.de iure deli.Et hoc idem,ſi ſecundus creditor inſolutũ rem receperat, per dictas leges, ſi tamen ille qui recepit,habebat hypo.ſicut actor, ſeruatur potioritas tẽporis: vt in toto titu.qui potiores in pign.C.& ff.In ſecundo caſu,quando prætendit priuilegium,certũ eſt, ꝙ priuilegiatus reuocat ab alio non priuilegiato.C.de priui.fiſci.l.ſi cum pecuniam.ff.quod cum eo.l.ſed an.de pec.l.ex facto.§.fin.In tertio caſu, qñ prætendit eſſe iniquum, vnum plus habere, quam alium: tunc aut debitum fuit ſolutum poſt bona poſſeſſa, & debet exæquatio fieri.ff. quæ in frau.cre.l.quod autem.§.fin.& l.ait prætor.§.ſi debitorem. Aut bonis non poſſeſsis, & tunc aut poteſt negligentia imputari illi, qui modo agit,& non debet audiri,vt eo.titu.l.pupillus.§.ſi vero iuſte. C.depoſiti.l.fin.ff.de ſepara.l.debitor.de reg.iur.l.ꝙ quis.C. de alluuio.l.fin. aut non poteſt negligentia imputari,& tunc aut debita deſcendunt ex diuerſis, & ſingularibus contractibus, aut ex vno. Primo caſu, non repetitur,cum ſit melior conditio occupantis.ff. de regu.iur.l.inter eos. Fallit, quando debitor vni gratificauit.ff. de bon.auth.iud. poſſ.l. ſi non expedierit.§.1.vel ſi per vim ſine iudice extorſit, vt d.l.pupillus.verſic.pen.Secundo caſu, qñ deſcendunt ex vno:tunc aut ſunt ſocij: & diuiditur, quod ſolutum eſt, ſi debitor ſit inops,alias non.ff.pro ſocio.l.verum.§.ſi cum tres.& l.ſi Titius.Aut non ſunt ſocij,ſed in cõmunionem inciderunt,quia forte ſunt cohæredes,tunc aut erat corpus hæreditarium,& tunc cohæres poteſt partem in eo vendicare.ff. fam.erc.l.itẽ Labeo.de rei vend.l.Põponius, ſi ex equis, aut non erat corpus hæreditarium,& dic vt in alijs creditoribus dixi.nam debitum diuiſum erat inter eos.C. ſi cert.peta.l. 1.C. ſi vnus ex pluribus.l.1.Iſta diſtinctio eſt valde notabilis, & ſæpe in facto cadit per omnia membra ſua, & eſt extracta de dictis Ia. de Are.doc.Bonoñ.optimi. Vnum non prætermitto.dixi ſupra,quod creditor, qui rẽ hypoth.deſijt.ſine dolo habere,& pretiũ conſumpſit.tenetur in ſubſidium,vt not.in gloſſ.ff. de diſtr.pig.l.1.hoc intelligo,ſi ille cõſumẽs,habuit cauſam lucratiuam,alias non, iuxta l.mater.C.de rei ven.cũ ibi not.& no.in Spe.de ob. & ſol.§.1.verſic.pone.obligauit.num.44.& forte idẽ poſſet dici in caſu l.pecuniam.de iure fiſci.Et maxime qñ conſumen non eſt factus locupletior. Sed quid ſi debitor alienauit in plures? agitur contra vnum, ille excipit, ꝙ conueniri non debet,niſi pro rata, quæritur nũquid bene excipiat?videtur ꝙ ſic.ff.de iure fiſci. l.Moſchis.& ibi Dyn.te-
24 net hoc. † Sed quæritur.nũquid. veniãt fructus in hac actione? Et clarum eſt quòd ſic, de fructibus pendentibus tẽpore alienationis.item veniunt fructus collecti poſt litẽ conteſtatã.ff.eo.l.fi.§.non ſolum.ſed de fructibus, qui nõ pẽdebãt, & fuerunt collecti inter alienarionẽ,& cõteſtationẽ dubitatur, quia leges videntur in hoc conuenire. Gl. tñ declinat in hãc opi.qđ nõ veniãt, & hãc etiã ſequitur Pe.quia hæc actio eſt ſtricti iuris,cũ nõ nominetur inter illas,quæ ſunt bonæ fidei. & per ipſam actor nõ petit, quod ſuum eſt, & ſic nõ veniunt fructus.ff.de vſu.l.videamus.§.ſi actionem. Præterea hoc nõ eſt expreſſum in d. §.non ſolum. Nec ob.eo.tit.l.ait prætor. §.per hanc.vt not.d.§.non ſolum.Item non obſtat, quia ſaltem poſſeſſor deberet teneri, vbi participauit in dolo. ff. de rei ven.l.ſi nauis, quia illud eſt verum,ſi natura actionis hoc haberet,qđ per ipſam peteretur, quod ſuũ eſt.& eſſet realis, ſicut vendicatio. iſta aũt eſt perſonalis ſtricti iuris,& per ipſam petitur,ꝙ non eſt,nec fuit ſuum,vt dixi ſupra.Item non obſt.qđ in Fal.& Cal.tales fructus veniunt.ff.ſi quid in frau. pa.l.1.§.fin.cũ l.ſeq.quia ibi patronus petit,qđ quaſi ſuũ eſt, vt dixi s̃.circa gl.no.quod vterq;.quia patronus eſt hæres,in tertia portione. & hæres dicitur quaſi hæres.i.dominus ff.de liber.& poſthu.l.in ſuis.s̃. de ſuc.l.i.§.ſed noſtra.ſecundũ Pe. Sed quæritur quare magis veniunt vſurę in ſtipulatum deductæ, vel quæ veniunt officio iudicis de natura contractus, quia contra videretur per l. ſi nauis. de rei vendi.Sed poteſt reſponderi: quia per hanc actionem ſolum reuocatur, quod fuit in bonis debitoris.ff. quæ in fraud.cred.l.fi.§.non ſolum cum §.ſeq.fructus aũt illi non fuerunt in bonis, nec pro eis aliqua actio cõpetijt debitori,ideo non veniunt,ſed pro vſuris in caſibus prædictis erat nata actio, ideo non mirum, ſi reuocentur.ff.de verb.obligat.l.ſi Stichum.§. ſtipulatio. de do. cau.mor.l.Senatus.§.fin.Et ita dicit Dyn.in d.§.præterea.
25 † Item quæritur cum reſtitutio fiat per hanc actionem in priſtinum ſtatum, cui fiat reſtitutio rei, vtrum debitori, vel creditori agenti?Iaco. de Ra.concludit formando libellum, quod actor petet ſibi rem reſtitui.& idem Pet.& idem Spec. in titu.de reb.eccle. non alie.§.1.ver.porro.nu.1. Sed contra hoc videtur, quia per hanc actionem fit reſtitutio in priſtinum, & omnia reuocantur, ac ſi facta non eſſent. ff. quæ in frau.cre.l.ait prætor.§.præterea.& l.hac in factum.Et ſic videtur,quod res deueniat ad debitorẽ,ſicut ante erat, alias nõ redigeretur ad priſtinum ſtatum, nec eſſet per omnia, ſicut
26 ante. Præterea, hoc cauetur expreſſe in hoc §.dicit † enim quod creditor poteſt rem petere.i.dicere eam rem traditam non eſſe: & ob id in bonis debitoris manſiſſe, ſi igitur in bonis debitoris res remaneat, apparet, quod non fit reſtitutio creditori agenti, imo dñium reddit ad ipſum debitorem,vel actio eſt extincta ꝑ liberationẽ, & forte ipſo iure ꝑ ꝓlationẽ ſententiæ.argu.C.de do. quæ ſub modo.l.1. ſicut in pacto legis commiſſoriæ,& adiectionis in diem, de quibus C.de pac.
27 l.traditionibus. † Præterea curator agit hac actione. ff.quæ in frau.cre.l.1.in princi.& certum eſt,quod ille agit nomine alieno,nec poteſt concludere ad reſtituendum ſibi.credo ergo in hac actione, quod debet concludi, quod reſciſſa alienatiõe,res in bonis debitoris reſtituatur, & ſic perinde eſt, ac ſi alienatio facta nõ eſſet, & erit effectus quia lata ſententia in hac actione, dicta bona reſtituta poſsidebuntur, & fiet in eis executio,ſicut in cæteris bonis debitoris,& perinde ac ſi non
g fuiſſent alienata. Quomodo ergo formabitur libellus g? In hoc eſt aduertẽdum, an requiratur dolus ex vtraq; parte. an ex altera, an ſufficiat ſolus euentus. In primo caſu, dicas ſic:Coram vobis dño officiali Engoliſm.dico,& ꝓpono ego Io.de Rũcinis alias dictus Fabri, actor cõtra Guilelmum de camerij de Romanayo reũ, ꝙ dictus reus poſsidet, ſeu detinet,ſeu facultatẽ reſtituẽdi habet,vel dolo habere deſijt,quẽdam fundum ſuum in territorio de Fayſim, iuxta talem &c. quem fundum Aymarus peye, debitor meus ex cauſa tali in x.in dictum reum alienauit in fraudem mei dicto Guilelmo fraudem participante.Vnde cum ego bona dicti Aymari excuſerim,& iuſſus fuerim ea poſsidere:mihiq; non poſsim ſatisfacere de eiſdem,nec ad hoc ſufficiant: peto dictum fundũ in bonis dicti debitoris reſtitui: meq; in poſſeſsionem eiuſdẽ mitti,vna cum alijs bonis, dictumq; reum ad hoc ſententialiter condemnari,cũ fructibus tũc pendentibus,ac poſt lit.conteſt.percipiendis,& ad hoc ipſum iuris remedijs cõpelli vna
28 cum expenſis &c. † Si fuit alienatio facta titulo lucratiuo, non oportet fieri mentionẽ de fraude acquirẽtis. Quandoq; agitur per hanc actionem,non vt res reſtituatur,ſed vt actio cedatur: & tunc debet ad hoc cõcludi.ff.quæ in frau.credi.l. hac in

hac in factum. Item quandoque non agit creditor, ſed curator datus bonis.eo.tit.l.1.in prin.& tunc oportet, quod faciat mentionem de toto facto ſuo, quomodo fuit datus curator, & concludat, quod reſciſſa alienatione, res reſtituat in bonis rei, ratione curæ ſuæ &c. Vnde ſecundum varietatem factorum, oportet concluſiones variare, ſicut in alijs actionibus: & ideo quando debitor debitorem ſuum liberauit, oportet concludi, quod ſe reponat in priorem obligationem, iuxta l.ait prætor.§. præterea.ff. quæ in frau. cred. Quomodo autem formentur poſitiones, vide in Specu. de reb.eccleſiæ.non alien.§.1.verſicu.actor. numer.7.ſententia autem formabitur iuxta varietatem libelli, & facti. & quis ſit eius effectus, ſatis in ſuperioribus declaratum eſt.illud autem videtur, quod iſta actio eſt in rem ſcripta, & videtur arbitraria, & iuratur in ea in litem, ff.ſi quid in frau.patro.l. tenetur.in princip.§.primo.ff.de in lit.iuran.l.in actionibus, vbi de hoc.

a Adnot. Item. Diuide ſecundum An. & ſumma ſic. Alienatum in fraudem creditorum, permittitur ipſis ex ſententia prætoris, bonis debitorum poſſeſſis reuocare. An.

b Approbant. Idem tenet hic. Ange.ſuper hac glo.& cæteri doct.& ſic debet prius excuti principalis.

c In fi. De iſta natura excuſſionum bonorum, vide hic late per doc.& refert hic Iaſ.caſum ſingularem in auth. contra rogatus C. ad treb. vbi etiam in rei vendi. eſt neceſſaria excuſſio bonorum.

d Approbant do. Hanc intelligunt do. in alienatis inter viuos.ſed in vltima voluntate datur vel condictio indebiti vel hypothecaria, vt l.fin.§.ſin vero creditores.C.de iur.del.Ang.hic in 8.col.circa fi.verſi. in gl.petere.

e Approbant.Sic tenet gloſ.ꝙ hæ reuocatoriæ ſint mere perſonales. ſed do. Iaſ.in hoc reprobat gl.& tenet, ꝙ ſint in rem ſcriptæ. vt hic per eum.

f In fi. Vide hic do.Iaſ.in 20.col. ſingulariter in ver.in fi.glo.ſtat ergo & An. in 9.colum.poſt me.verſi.in ea.gloſſ.in fi. & vide eundem Angel.ab hoc loco vſque ad fin.§.& do. Iaſ. ponentes quaſdam concluſiones in hac materia reuocatoriæ.

g Libellus. Vide hic Angel.& Iaſ.in vl.col. vide d.Pet.Iaco.in titu. de actione in factum pauliana.vbi format libellum ſuper hac actione pauliana reuocatoria.

1 *Seruiana ob quæ datur.*
2 *Inuecta quæ, et an obligata.3.4.5.6.7.9.*
8 *Inuecta an ſuo iure transferri queant.*
10 *Extendi quæ non dicenda.*
11 *Probare quis, quidque debeat in Seruiana.13.*
12 *Seruia cui, et in quæ, ad quem data.14.31.*
15 *Seruianæ, et ſalui interd. differentiæ, et communia.16.17.18.*
19 *Seruitutum genera et quæ obligabiles.20.*
21 *Seruitus obligabilis qui accipienda.22.23.*
24 *Homagium obligabile.*
25 *Hypothecari quæ non debeant.26.*
27 *Incorporalia obligabilia.*
28 *Hypothecaria qualis.*
29 *Seruiana an prætoria.*
30 *Hypothecaria quandudum præſcriptibilis.*
31 *Reditus præſcriptibiles.*
32 *Hypothecæ liberatio.*
33 *Hypothecariæ qui, cum, quandoque concurrat.*
34 *Hypothecandi forma.*

a ITEM Seruiana a & quaſi. Iſte §. habet tres partes, quæ patent in litera, & caſus facilis eſt, & eius materia. Domine Imperator vidi ſupra de aliquibus actionibus prætorijs, & realibus, ſunt ne aliquæ aliæ? Imperator reſpondet quod ſic, ſcilicet, Seruiana, & quaſi Seruiana, quę etiam &c.

Sed domine imperator, cui competunt hæ actiones? Imperator dicit, quòd Seruiana locatori, pro rebus coloni, &c.

Quaſi ſeruiana alijs creditoribus, pro rebus ſibi obligatis, &c. Sed domine, vos iam loquuti eſtis de pignore, & hypotheca, eſt ne aliqua differentia inter eas? Imperator reſpondet, inter pignus, &c. proſequere vt in text. lecturam huius.§. poſſes proſequi per notabilia, & contraria, & per aliquas quæſtiones, ſed quia iſtud non eſſet, niſi gloſſ. repetere, quæ ſunt breues, & planæ, & ſcripturas multiplicare, ideo additiones circa eas tantum faciam, more meo ſolito

b In gloſ. vel inquilini. ibi cum allegat l.res pignoris. b imo poteſt eſſe colonus in ciuitate, & inquilinus in villa, nam ſi in ciuitate quis conducat rura, eſt colonus, ſi in villa domum, inquilinus eſt, vt d.l.res.ſecundum Dyn.pro quo ff.de verb.ſignific.l.vrbana.vnde gl.debuit dicere colonus in agro
1 inquilinus in domo. † Item Iaco. & Petr. reprobant hanc glo.d centes, quod Seruiana non competit pro rebus inquilini, ſed coloni tantum, & mouentur ex hoc quia interdictum Saluianum, & Seruiana ſunt correlatiua, ſed interdictum Saluianum, non competit niſi pro rebus coloni. ff. de ſal. inter. ego nec ſeruiana. Item iſte. §. dicit Seruianam pro rebus coloni competere, ergo ad aliam non debet extendi, quia non eſt noſtrum legem extendere. ff.ſolu.matri.l.ſi vero. Vnde ſatis prouiſum eſt, per hypothe.locatori, in rebus inquilini. Et ſic hoc remedium, quod videtur contra ius commune, videlicet, quòd res tacite obligentur, non eſt extendendum.ff.vt in poſſ.le.l.1.§.ſi debitori. Nam non eſt eadem ratio coloni, & inquilini, quia inquilinus, inferendo res intra muros videtur eas tradere, & pignori obligare, ideo quaſi ſeruiana competit. ff. de iur. do.l. ſi ego.§. dotis autem non ſic in colono, qui infert in loco muris non circundato. ideo non videtur tradere, nec hypothec. competit de communi ratione, ideo prouiſum fuit domino hoc caſu, per prætorem de Seruiana, ſecundum Petr. Idcirco videtur, quod ſi locator agat hypothec.pro rebus coloni, debeat cadere, ſi pro rebus inquilini Seruiana, ſimiliter cadet. Caueat ergo, quam actionem nominabit, ſed hoc eſt nimis ſubtile & pernicioſum. Vnde cum ll. vtantur promiſcue hic vocabulis, vocando quaſi Seruianam.ff.de pign.l.1.§.cum prædium.& l.ſi ſuperatus.in princip.& l.ſi ab eodem tit. non ex hoc, vitiarem libellum. In ea.gloſſ.ibi cum dicit, perpetuo.quamdiu durat
c locatio, c vt nota.C.loca.l.certi. Item, oportet, quòd res inuecta ſit inferentis, vel quod habeat aliquod ius in ea. ff. de pigno.l. quæ nondum ſunt. §. quod dicitur.ſecundum Petr. Gloſſ.tenet contra.quod imo, res aliena obligatur, ſi ſciente domino fuit illata, vt no.d.l.certi iur. pro qua.ff.in qui.cau. pig.ta.contraha.l. ſi gratuitam.§.1. In hoc poſſet dici, quod ſi dominus rei fecit fraudem, quia forte commodauit rem ſuam inquilino, ad finem, quod appareat ditior, & locator alliceretur ad locandum eidem, tunc poteſt dici vera opin.gl. C.ad Velleia.l.ſi ſiue. alias ſi tradidi veſtem, vel pannum ſarcinatori, vel arneſia reparanda, non credo, quod ſint obliga-
2 ta. & de his non eſt dubium, quia non ſunt inuecta, † vt perpetuo ſint ibi. Idem tamen dicerem, ſi locarem, & permitterem inferri lectos vſque ad annum, vſque ad quem durat locatio, quia cum conductor alienam rem expreſſe obligare non poteſt, multominus tacite. C.ſi ali.res pig.da.l.2.& qua-
d ſi per totum. Quid ſi d penſio, vel merces, ſit modica res, incluſæ magni valoris? Forte nõ poſſent retineri, niſi vſque ad ſummam, cum hæc hypothe. ſi tacita: in qua inſpicitur quantitas debiti.ff. de iur.fiſ.l.Moſchis.§.fin.C. de debito.l.2. lib. 11. Et facit ff.in qui.cau.pigno.ta.contraha.l. eſt differentia. C.communia de leg.l.1.de bo.authen.iudi. poſ. auth. ei qui. Sed quid, ſi inferantur tales res quas non eſt veriſimile, quẽ obligare? Dicendum eſt, quod cum non veniant in generali obligatione, nec in hac, C.quæ res pign.obliga. poſſ.l.alumnos, cum hæc obligatio tacita habeat conuenientiam cum
3 generali, vt d.l.eſt differentia. † Sed quid, ſi locator prouidet ſibi de certo pignore, nunquid, inuecta, & illata, nihilominus obligantur? Non videtur, C.de pact.conuen.l. ſi forte. Poteſt dici contra. Et facit bene ff. qui po.in pig.ha.l.potior. §.ſi colonus.ff.de pact.l.item quia, ibi cum dicit, etiam ſi nihil &c.ff. de an.leg.l. fundus. Quid ſi filiusfamil. intulit res aduentitij peculij? Dic eas non obligari. C.de bon.quæ lib.l. fi.§.filij autem.niſi forte eſſet ſcholaris, qui de voluntate patris iuſſet ad ſtudium.ff.de iu.l. ſi longius. cum ibi not. C.ad mace.l.macedonianam. Vel niſi caſu, quo pater non haberet vſumfruc.de quo vide.C.de bon.quæ lib.auth. excipitur. Sec
4 quid † ſi pater dedit licentiam filio ſuo, quòd mercaretur, & tradidit ei capitale, filius conduxit operatorium, & aliqua de bonis patris intulit, nunquid illa ſint obligata? Videtur quod ſic per prædicta, C.ad macedo.l.ſi permittente. Videtur contra ff. quod iuſſu.l.dominum. vbi videtur expreſſum, quod propter hoc non poſsit obligare. vt ibi notatur. Sed credo cõtra, hoc caſu, quia dando licentiam mercandi, videtur dare licentiam faciendi omnia, quæ ſunt ad hoc neceſſaria, & ſine

quibus res expediri nō pōt, vt l.ad rem.& l.ad legatum ff.de procur. Conſtat aūt, quod mercaturæ non poſſunt exerceri, ſine operatorio,& illatione rerū,ideo credo, illas poſſe obligari bene credo, ꝙ ſi inferret alias res patris, quæ non eſſent de mercatura ſua: ꝙ non poſſent retineri,niſi ipſo permitten te,& volēte eſſent illatæ, vt d.l.dominum. Et ꝙ de filio dixi: dicerē de religioſo, ſi iuit de voluntate prælati ſui ad ſtudiū,
5 iuxta notata in d.l.ſi longius.† Sed quid de minore,res inſerente in domū, per ipſum conductam? Glo.dicit ꝙ non obligantur, nam cum non poſsint expreſſe obligari ſine decreto, multominus tacite.ff.loca.l. qui ad certum. quod eſt verum, vbi conduxit minus ſapienter. Verbi gratia, minor, cui ſufficiebat domus centum ſolidorum, conduxit domum 20.vel 30.librarum, hoc caſu non obligatur. Et pro hoc facit, quia text.dicit, quod res tutoris obligantur tacite, pro mala adminiſtratione.C.de admini.tuto.l. pro officio. nunc dicit lex, quod minor 25. anno. non poteſt eſſe tutor, quia eius bona pro mala adminiſtratione obligari non poſſent.C. de legi.tuto.l.fin.& ſic concluditur, quod minor non contrahit tacitam, ſicut nec expreſſam, ſed ſi ſapienter couduxiſſet forte domum,qua indigebat tunc, quia non eſt læſus,non vtitur beneficio minoris ætatis. ff. de minor. l. verum.§. item non reſtituitur,& ſecundum Pet.idem tenet Iacob.de æquitate,& facit pro eis.ff.de re. eorum.l.1.§.fin.cum l.ſeq.

Opin.gloſſ.videtur tutior. quia pupillus cum authoritate tutoris non poteſt obligari, etiam vtiliter negotiando, ſine decreto, vt l.lex quæ.C.de admi. tuto.& ff.de reb.eorum. l.magis puto. §. ne paſsim. ergo multominus ipſe ſolus pupillus.vtendo iure communi, nec dicit l.verum dicit. enim, ꝙ vbi vtitur iure communi, denegatur reſtitutio, quæ eſt contra ius commune, nec datur ſine cauſa, nec tamen ſequitur, ꝙ ex hoc contractus, qui nullus eſt ipſo iure validetur, nec §.ille loquitur illo caſu. Satis tamen poteſt dici,quòd licet non detur quaſi Seruiana locatori, ſi poſſeſsionem non haberet,poſſet tamen retinere illata, ſaltem vſque ad quantitatem, qua minor vtilitatem habuit.ff. de re.eo.l. ſi pupillorum.§.1.Item videtur,quòd ſi minor eſſet in ſcholis, de voluntate patris, ꝙ poſsit bona patris inferendo obligare: quia tunc magis pater, quam ipſe obligari videtur, vt ſupra dixi
6 per d.l.ſi longius. cum alijs. † Quid ſi f conductor infert chi
f rographa, ſeu in inſtrumenta in domum conductam, nunquid debita contenta in inſtrumentis, erunt obligata locatori? Videtur, quod ſic, quia ex quo inſtrumentum infertur, & obligatur, videtur nomen in eo contētum obligari.ff.de leg. 1.l.ſeruum filij §.eum qui.de leg.3.l. qui chirographum.Ia. videtur dicere contra, quia inſtrumenta, vel chirographa, ſub generalitate obligationis non tranſeunt, ff. de lega.2.l. caius.igitur, cum ius obliget generaliter inuecta, & illata, videtur,quod nomen non ſit obligatū.Pet.dicit,quòd poteſt dici obligatum,ſi ſit modicum.ff.de bo.dam.l.diuus.alias nō. illa parum facit, ibi enim agitur de præiudio perpetuo parendo fiſco, hic autem de ſola obligatione per quam non tantum ſit præiudicium,vnde nō eſt eadem ratio, & apparet C.
7 quæ res pig.obli.poſ.in fi. cum ibi nota. † Sed quid dices, de perſonis eccleſiaſticis, quæ inferunt res eccleſiæ in domum conductam? Reſpondeo, ſi ſit talis perſona,quæ habeat adminiſtrationē,& titulum in beneficio,ſicut rector,vel prior, & ſint res alienabiles,ſicut fructus, credo quod ille obligentur.ff.de pig.l.ſi is qui.in prin.ſed ſi eſſent res ſacræ, vel deo dedicatæ, ſicut ſunt calices,indumenta ſacra, tales non obligantur nec poſſent retineri, C.de ſacroſ.eccle.l.ſancimus.extra de pig.c.1 datur ergo locatori, quaſi Seruiana,pro rebus illatis,& inuectis.Item poteſt eas includere,ſi adhuc ſunt in domo conducta, vt l.eſt differentia.ff.in qui.cau.pig.ta.con-
8 trahatur. † Sed nunquid locator, poteſt res incluſas authoritate propria transferre ad domum ſuam. forte, in qua habitat? Dic, quod ſic, quando facit ex cauſa, vt tutius ſeruentur.ff.de damno infect.l.vtique.nam eoipſo, quod includuntur,videntur tradi, & ſic nullam vim committit transferrendo,& ſic non obſt.C.de pign.ac.l.penul.Petr.dicit, quod caupo, tenetur, de illatis in cauponam, etiam ſi ipſo ignorante fuerunt illata,per hæc iura, quia in talibus tacitis quæ per legem inducuntur,non requiritur ſcientia, vt hic patet.Gloſſ. tenet tamen contra.ff.de nau.cau.l.1.§.fin. Sed illam reprobat ibi Iacob.ſicut Petr.hic, & tamen magna nititur æquita-
9 te. † Item quæritur, g nunquid res illatæ in rem cenſualem
g vel emphyt.ſint obligatæ pro cenſu, vel penſione? videtur quod ſit per prædicta. ff. de public.l. imperator. C. in quib. cau.pign.ta.contraha.l.1.ſi propter pub.penſi.l.1. Item forte locatori locatorū. facit quod ſcripſi ſupra de loca.§.adeo. C.quæ res pig.ob.poſ.l.nomen.In gloſſ.ſcilicet dominus, ibi numis colat. Hanc glo.approbant Iac.& Petr. docto.dicunt tamen, quod Ranfredus tenuit contra, & pro eo, quia lex loquitur in locatione, locatio autem non dicitur niſi merx ſit in pecunia.ſupra de loca. & conduct. in princ.igitur non eſt extendenda ad aliud,vt l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolut.matri.
10 Sed ipſi dicunt, quod † non eſt extenſio, ex quo ad hoc eadem ratio ſe extendit, vt l.a Titio.de verbor. obligat.C.ad l. Falci.l.fin.Vnde dicit Iac.ꝙ ſi tibi tradidi domum, vſque ad annum, & tu debes facere librum, vel eam reparare, vel aliquid aliud, quamuis ſit contractus innominatus, habet locum tacita hypothec.quia quaſi locatio eſt. ff. depoſi.l.1.§.ſi quis ſeruum.In fin.eiuſdem glo.in fin.l.2. ſtatim allegatæ.Et hoc ſi merx ſit in pecunia.vt ſtatim dixi, qua autem act.agat colonus partiarius dixi ſ.de loca.& condu. in princ.In gloſſ. hæc dictio ponitur ibi. vtraque tamen Seruiana dicitur, ff. de pigno.l. 1. §. cum prædium.& l ſi ſuperatus.& l.ſi ab eo.
h In ea.gloſ.ibi a ſeruando dicta. h quia melius eſt pignori incumbere, &c.qui.mo.re contrahi obl.§.fin.de obliga.quæ ex delic.naſcun.§.furti.In ea.glo.in fin.Similiter gl.in d.§.inter dictum.& C.de ſal.interd.l.1.Et no.ꝙ quidam habent, quandam additionem, quæ in effectu vult ponere aliam differentiam, quia interdictum non redditur, niſi contra colonum,
11 vel inquilinum.Seruiana datur contra alium. † Hanc gloſſ. reprobant docto.primo in eo, quod dicit, quod creditor debet probare debitorē dominum tempore obligationis, quia hoc nulla l.cauetur.imo contrarium.ff. de pig.l.ſi ab eo.Vnde licet leges dicant,quod creditor debeat probare rem fuiſſe in bonis debitoris,non ex hoc ſequitur,quod debeat probare fuiſſe dominum.aliud eſt enim fuiſſe dominum, aliud rē in bonis.nam rem in bonis habere dicimur, quam bona fide poſsidemus.ff.de acqui.re.do.l. rem in bonis.de verb.ſig.l.bonorum.ideo gl.hic ſimpliciter male dicit, & alibi dicit,quod ſufficit probare rem in bonis.ff.de pign.act.l.rem alienā.Alibi videtur concludere,quod ſufficit probare debitorem poſ-
i ſediſſe.C.ſi ali.res pig.da.ſit l.cum res. Dyn.dicit, i quod aut agitur contra debitorem, & tunc ſufficit probare debitorem poſſediſſe,& ſic intelligit,quod not.in l.cū res.Aut ɔ̄ tertiū, & tunc oportet, quod probet debitorem rem habuiſſe in bonis,vt no.in l.rem alienam. hæc diſtinctio, videtur ibi notari in vltima ſolutione,& idem videtur,ſi ageretur contra debitoris hæredem, cum cenſeatur eadem perſona.ff.de diuer.& tēp.præſc.l.cū hæres.Quid ſi agatur cōtra illum, qui habuit cauſam a debitore? Videtur quod ſufficiat probare ipſum debitorem tempore obligationis poſſediſſe, ſicut ſi contra debitorem ageretur.ff.de rei.vend.l.ſi a Titio.& maxime ſi habuit titulum lucratiuum, & vtatur eius acceſsione.ff.de excep.doli.l.apud Cel.§.de authoris. de hoc in Spec.de pig.§. 1.ver.ſed quæritur.nu.12.de obli.& ſol.§.1.verſi.quid ſi pro bo,cum ſeq.Vide ibi multas quæſtiones vtiles,circa hanc materiam, ergo oportet probare, agentē debitorem rem in bonis hahuiſſe tēpore obligationis, videlicet, quod poſsideret bona fide,& ti.vt ff.de pig.l. ſi ab eo. & ideo non videtur ſufficere, ſi teſtes dicant, quod viderunt tenere debitorem vt ſuam,ſicut cōiter deponunt,etiā ſi deponerent quod tenuiſſet 30.an.Niſi deponerent de ti.& bona fide, cū per præſcriptionem 30. ann.non acquiratur poſſeſſori malæ fidei ius agendi,& per conſequens,nec creditori, qui habet ab eo.Vnde minus oportet probari in hac actio.illa, quæ oportet probari in publiciana. de quibus ſ.e.§.aliæ. & in caſu debet probari dn̄ium,videlicet qn̄ poſſeſſor, contra quem agitur excipit,& vult probare ſe dominum, vt no.in l.ſi ab eo. Item & in caſu,quo dicit obligantem eſſe dominum: quia ſi hoc non probet, cadit, ex quo ſic poſuit in facto. Caueat ergo aduocatus

uocatus,ne in libello.vel articulis,dicat rem fuiſſe debitoris, ſed in bonis, & de bonis eiuſdem. Sed quid, ſi dicat vtrunque & alternatiue?Credo quod non debet admitti, niſi propter iuſtam ignorantiã: vt ſcripſi in publiciana ſ.§. ſed iſte. Sed pone: actor probat, ꝙ debitor tenuit rem bona fide,& tit.8.annis: & poſt hæres, per duos annos: vel forte probat, quòd debitor eam tenuit bona fide. ſine titu. 27.an.& hæres per duos:nunquid ſufficienter pobat,ſi agat contra dominũ? Non videtur:quia debitor non fuit dominus:& dñium quod fuit per hæredem acquiſitum, non obligatur ex obligatione defuncti.C.communia de leg.l. 1.ff.de pig.l. Paulus reſpon. de peti.hære.& l.nõ tantum.§.quòd ſi pro emptore.ſed contra ipſum obligantem, vel eius hæredem datur hypothec. hoc caſu,& ſufficeret talis probatio, vide ff.de pig.l.ſi Titio. Sed nunquid dicitur res eſſe in bonis,ſi debitor eam non poſſideret, ſed actionem habet ad rem?Dicit, ꝙ ſic: vt d.l.rem in bonis.ff.de pig.l.grege.§.2. C.quæ res pig. obl. poſ.l. no-
12 men.†. Sed quid,ſi poſſeſſor rem obligatam vendidit,& habet pretiũ:nunquid poteſt agi contra eũ hypo.Vr quod non? quia pretiũ non fuit in bonis debitoris. Sed põt dici contra, ſaltem in ſubſidium, vbi cauſam lucratiuã habuit: vide ff.de diſtr.pigno.l.1.& quod ſcrip.ſ.§.prox.vbi de hoc. Sed quid, ſi teſtes non deponant rem in bonis fuiſſe,ſed eam ad debitorem pertinere: nũquid ſufficit expreſſum?Videtur quòd ſic: ff.de probat.l.ante omnia.quod eſt verum indubitabiliter, ſi fuit ita articulatum,& teſtes dicãt in ratione dicti ſui,ſe hoc ſcire,pro eo,quia viderunt debitorem tenere rẽ titulo,& bona fide:alias ſi dicerent,ꝙ ipſum poſſidere viderunt,non crederem,quòd ſufficeret,niſi in caſu,quo ageretur contra debitorem,vel eius hæredem. vt ſuprà dixi in caſu vero, quo teſtes non red derent cauſam dicti ſui:nec fuiſſent interrogati, crederem,ꝙ ſufficeret:propter verbum pertinere, ꝙ late pa-
13 tet ff.de v er.ſig.l. verbum pertinere,& vide ſ.eo.§.†Oportet ergo multa probari in hac actione, videlicet obligationẽ principalem validam.ff.de pig.l.cum vitioſe.Et ideo in mutuo oportet, ꝙ probet ſe mutuaſſe, & numeraſſe pecuniam vel rem propriam.C.ſi cer.pet.l. quamuis. quæ res pign.ob. l.Titius.qui po.in pig.ha.l.potior.in princ. ꝙ pauci aduocati aduertunt,& ad hoc non ſufficeret confeſſio debitoris:niſi ille,contra quem agitur,haberet cauſam ab eod.C.de bon. proſcrip. ſi quis poſt hac.ff. ad Velle.l. Seius.ſed nec illo caſu, confiteretur debitor, poſt alienationem per d.ll.Et ideo creditores agentes hypo. pro mutuo, poſſunt probare vix per literas obligatorias, contra poſſeſſores pignoris, quæ communiter non continent,niſi confeſſionem debitoris.Itẽ debent probare obligationem realem,ex qua agit.Item rem in bonis debitoris fuiſſe tempore obligationis: vel ab illo tẽpore citra, ſi fuit obligatio generaliſs:alias non ſufficeret, iuxta l.ſi.C.quæ res pig.Item reũ poſſidere, vel dolo deſijſſe, &c.Et in hoc aduerte, quia nũquam bene probabis in hypo. niſi teſtes deponant de tempore obligationis, & ideo cum actor probat contractum, & obligationem per literas,& inducit teſtes ad probandum,ꝙ illa res,quæ petitur,eſſet in bonis,& de bonis,tempore obligationis,oportet ꝙ articulet tẽpus obligationis, & certum:alias teſtes non poſſent deponere,nec poſſet probari, ꝙ eſſent in bonis tempore obligationis, & ſuper hoc vix aut nunquam reperies cautum aduocatum, maxime in curia laicali vnde ſi bene aduertas, non eſt facilis probatio.Quid ſi creditor agat contra emptorem hypo.dicens,ſibi rem obligatam ante venditionem.emptor dixit ſe emiſſe ante obligationem, quis tenetur probare hanc prioritatem?Dic,quod creditor,vt no.in Spe.de ob.& ſol.§. 1.uer.quid ſi ago.nu.30. Nec ob. C.de iu.fiſ.l. 1. quia continet caſum ſpecialem. & hoc ſufficiat vidiſſe, circa primum membrũ huius differentiæ, quam reddit glo. Redeamus ad ſecundum.Gl.dicit, quod in Saluiano interdicto,ſufficit probare debitorem poſſediſſe tempore obligationis. Dicũt doc. quod ſecundum hoc, Seruiana nullius vtilitatis eſſet, imo damnoſa, cum in ea actor grauetur tot probationibus, ſicut ſupra dixi iam, & in Saluiano paucis.Iac. & Pet. dicunt, ꝙ quidam dixerunt, quod eſt vtile Seruianam fuiſſe introdu-
14 ctam, quia † datur contra tertium poſſeſſorem, ſed Saluianum interdictum, non datur niſi contra colonum, vel eius hæredem.Sed ipſi hoc improbant,quod imo vtile datur contra quemlibet, ff.de ſal.interdi.l.1.& ibi de hoc.Alij dicunt,
15 quod eſt in alio vtilis: quia in Seruiana† diſputatur de iure reali,videlicet iam in bonis debitoris fuiſſe,& eius ſententia facit præiudicium in petitorio: non ſic in Saluiano interdicto, in quo agitur, de poſſeſſione ſolum, ſed hoc non valet ſecundum Pe. quia illa eadem conſequeremur,per hyp.Vnde fruſtra fuiſſet introducta vera Seruiana.Præterea Seruiana nudam poſſeſſionem aduocat, ſicut interdictum. ff. de euict.l.ſi cum venditor.Item dicunt, quidam quod vtile fuit introducere obligationem tacitam inuectorum, & illatorũ, & hãc Seruianã,quia in hoc poteſt creditor authoritate pro pria inuecta, & illata includere, & capere,quod non poteſt in act.quaſi ſeruiana, vel hypothe.nec in alijs hypo.imo incideret in edictum diui Marci. ff.quod me.cau.l.extat. Et eſt ratio,ſm eos,quia locator videtur inuecta, & illata poſſidere, ex quo inferuntur,non ſic eſt de alijs creditis,& hypoth. quæ non traduntur, nec includũtur.Et horum occaſione docto.intrant illam quæſtionem, vtrum locator poſſideat inuecta, & illata.Et arguitur quod ſic, quia certum eſt, quod pignus proprie dicitur a pugno, quia traditur, vt hic & ff.de verb.ſignif.l.plebs.§.pignus.& creditor ipſum poſſidet.ff.de acquiren.poſ.l.1.§.per ſeruum.& l.qui pignori, ſed conſtat, quod inuecta,& illata,ſunt pignori, vt ff.in qui.cau.pig.ta. contraha.in rubro & nigro, ergo ſequitur,quod creditor ea poſſideat.Præterea pignoratitia datur contra creditorem detinentem,ſeu poſſidentem pignus,& cui traditum fuit ſuprà qui.mo.re.contra.ob.§.ſi. Sed pignoratitia datur contra locatorem,pro inuectis,& illatis.ergo ſequitur,quod habeantur pro traditis,& quod locator poſſideat.ff.de pig.actio.l.ſolu-
16 tum. † In contrarium videtur, quaſi expreſſum,& conſtat, quòd locatori,datur interdictum Saluianum,pro inuectis & illatis ſed hoc in terdictũ, eſt adipiſcendæ infrà.de interdict. §.interdictum.ergo ſequitur,ꝙ locator non poſſideat, alias eſſent retinendæ,vel recuperandæ.Hoc probatur vltra,debitor non poteſt manumittere ſeruum, pignori obligatum ſpecialiter, & traditum, C.de his qui a non domino ma.l.1.& tamen conſtat ꝙ poteſt manumittere ſeruos illatos.ff.in qui. cau.pig.ta. contraha.l. eſt differentia.ergo non ſunt proprie pro pig.nec pro traditis habentur, ergo creditor non poſſidet.Iac.tranſit iſtum paſſum,ſine determinatione, niſi quòd videtur declinare in hoc, ꝙ locator non poſſidet. Petr.dicit ꝙ in vrbanis locator poſſidet, ex quo illata ſunt, ſed non in ruſticis.Et eſt ratio ſm eum,quia conductor inferendo,& includendo intra muros,& domum videtur tradere poſſeſſionem.ff.de iu.dot.l.ſi ego.§.dotis,de acqui.poſ.l.1. §.pe.quæ ratio non poteſt aſſignari in ruſticis, cũ non ſit incluſo,& ſic
17 intelligit ff.qui.cau.pig.ta.contraha.l.eo iure.†Ad rationes in contrarium reſpondet.Primo, quando dicitur ꝙ Saluianum interdictum eſt adipiſcendæ, verum eſt, quia competit pro rebus coloni: vnde non competit pro rebus inquilini,ſicut nec ſeruiana,vt dixi ſ.in princ.§. Et ita facit pro ſua opi. magis,quam contra.Ad l.eſt differenia reſpondet, ꝙ per incluſionem acquiritur locatori ficta poſſeſſio non vera.Vnde ficta poſſeſſio non impedit manumiſſionem, ſed vera impediret,ſm eum, hæc ſunt ſatis ſubtilia, leges tñ non videntur facere differentiã inter inuecta per colonũ,& inquilinum,niſi quo ad ſententiã locatorũ, & illam differentiã intendit facere l.eo iure.nam ſi intelligeres eam,vt Pet.intelligit, videlicet quod res coloni,nõ eſſent pignori,eſſet ſimpliciter falſum,qđ dicit in ſecundo mẽbro,per l.certi iuris.C.loca.Præterea,vbi domus eſſet in iure gratia fructuũ conſeruandorũ,
h eſſet ruſtica: h ff.de ver.ſig.l.vrbana.& per rationem Petri illata non deberent eſſe pignori, & tñ hoc eſt verum, in quib. cau.pig.ta.contra.l.eo iure,S. 1.vbi gl.concludit, ꝙ eſt idem de inuectis & illatis in talibus,ſicut de inuectis in rure.Præterea,intellectus l.eſt differentia. datus per Pet.non videtur bonus.quia l.non aduertit tm̃ ad traditionem pignoris,in impedienda manumiſſione, quantũ ad obligationem ſpecialẽ, & ita traditio nihil facit, vnde ſi obligarẽ tibi ſeruum ſpãliter,dato qđ non traderẽ,impediretur manumiſſio,C.de ſer.

 pig.

pig.da.ma.l.ab eo.in fi.Præterea l.videtur parificare locatorem fundi,& ædium quo ad hoc ff.de pign.l.ſi is qui.§.1.per quam videtur, quòd locator vtriusque poſsidet, & ſic hæc differentia non videtur procedere,propter quod nō poſſum credere, ꝙ locator poſsideat res inuectas, niſi poſt incluſionem,quod innuit l.eſt differentia,vbi aperte concludit,quod incluſio,quam fecit locator, habetur pro traditione,& impedit manumiſsionem, & ſic antea non habebatur pro traditione.Non obſtant contraria. Primo l.eo iure.quia illa intelligitur loqui & facere differentiã,inter ſcientiã,& ignorantiam, & inquilinum,& colonum,quo ad hoc,vt ſupra dixi.Itē non ob.ꝙ l.dicit contrahi pignus tacite, & ſic cũ pignus dicatur a pugno, videtur tradita poſſeſsio. quia ibi recipitur pignus pro hypothec.Vnde frequenter, lex vocat pignus, id quod traditum non fuit.ff.qui pot.in pig.ha.l.potior.§.ſi colonus. de vſucap.l.non ſol.§.ſi rem.Item non obſt. l. ſolutum.§.ſolutam. quia datur pignoratitia poſt incluſionem, alias ſi res non eſſet incluſa.& debitor poſſet ad votum recipere,eſſe bene fatuus,ſi ageret pignoratitia. Item non ob.l. ſi is qui.§.1. quia ibi dicit retinere poſſeſsionem, quam apprehenderat per incluſionem,& ſic quæras,quæ eſt ergo vtilitas introduxiſſe Seruianam,cum interdictum ſit longe vtilius?Certe po
18 teſt dici, † quod ſit talis vtilitas, ſicut introduxiſſe poſſeſſoriũ & petitoriũ,nã cũ ſint diuerſæ concluſiones, & ad diuerſa cōpetant, non eſt abſurdum,pro diuerſis diuerſa introducere remedia.Præterea eſt vtile habere Seruianam, & ipſam intentare,quia ſi ipſam intentaui,& obtinui,probãdo,quòd res erat debitoris, aduerſarius non audietur, ſi agat petitorio,niſi ſatisfaciat,qñ actum eſt contra tertium.& tñ ſecus eſſet ſi obtinuiſſem in petitorio. ff.de acqui.poſ.l.exitus. & de hoc non oportuit fieri tantum feſtum.In glo.mobili vel immobili.in fin. hoc eſt difficile & ſicco pede tranſeundum ſm Pe.Vnde dicit ipſe,quędam eſt ſeruitus cauſalis,quædam for
19 malis. † Cauſalis eſt quæ adhæret proprietati, & eſt domini proprietarij,ſicut ſi tu es proprietarius alicuius fundi, habes vſumfru.cauſalem in eo:ſed formalis, nunquam alij competit,quam proprietario: ſicut ſi aliquis habet vſumf. vel aliquam ſeruitutem,in re tua.ff.ſi vſusfr. petatur.l.vtifrui.tunc dicit ipſe,quod ſeruitutem cauſalē,poteſt quis pignori obligare, niſi ſit vrbana ſeruitus,quia illam obligare non poteſt, ne vrbs deformetur ruinis,formalem autē obligare non poteſt,etiam ruſticam,quia illa conſtituitur,ſecundum indigentiã fundi,vel rei pro qua,vel cui conſtituitur.Et ideo ſi alius ea vteretur,non poſſet attendi illa indigentia,quinimo eſſet alia ſeruitus.ff. de ſer.ruſt. prædi.l.ergo.hæc autem ratio aſſignari non poteſt in vſufr. quia illo non vtimur ſecundum indigentiam.imo ſolidum,eſt fructuarij.vt patet in tota materia de vſufr. & de vſu & ha. ſecundum eum, hæc doctrina videtur applaudere auribus,& tamen rationes,quæ hic redduntur,non videntur procedere,nam ſeruitus vrbana poteſt conſtitui reuocabiliter, ſicut ruſtica, vnde precario poteſt concedi, & ita reuocabiliter, quando concedens voluerit.ff. de preca.l.2.§.fi.& l.3.& l. cum precario.Præterea.l.indiſtincte dicit, ꝙ ſeruitus poteſt conſtitui vſque ad tempus in effectu.ff.de ſeruit.l.4. & ita illa ratio, ne vrbs deformetur ruinis, non procedit, & maxime in ſeruitute formali, ſi hypotheca. ſimplici conuentione ſeruitutem formalem ego vtar medio tempore, & ſic ſatisfaciam creditori,ſeruitus mihi remanebit,nec ſtatus domus meę deformabitur, propter ſimplicem hypothecam,quia durante hypoth.ego poſsidebo,& ipſa ſoluta, remanet mihi, ſicut ante ff.ſi ſer.ven.l.& ideo & l.ſeq.in prin.Vnde ſuper hoc videtur dicendum,quod de rigore iuris, nulla ſeruitus poteſt obligari, cum obligatio pignoris fiat pro debito conſeruando,vt hoc §.& ideo cum per obligationem ſeruitus ſeruari non poſsit, non tenet obligatio.Quod autem ſeruari non poſsit,apparet, quia pro ſeruitute non poteſt hypo.intentari, cum ſeruitus non ſit in bonis:& notatur in d.l.ſi is qui.§.fi.Item hypotheca competit, contra poſſeſſorem, & nudam poſſeſsionem aduocat. conſtat autem, quod ſeruitutem cauſalem nemo poſsidet, quæ eſt in ipſo dominio, nec eſt ius ſeparatum.ff. ſi vſusfru. pe.l. vtifrui.de iu.do.l.cum in fundo,ergo reus conueniri non po-teſt pro ſeruitute,quam non poſsidet,Prætarea, non peteretur cauſalis, ſed formalis, quia cauſalis,non ſeparatur a proprietate,nec quaſi traditur,ideo creditor eam aduocare non poteſt.Itē formalem,creditor non poteſt petere,cum nō poſſit ſeparari a re cui ſeruit, nec alij applicari,quinimo nec illi deberi,niſi ad indigentiam.ff.de ſerui.ruſti.prædi.l.ergo. ad. finem & l.ex meo. & l.via.§.ſi fundus cōtra prædi.l.cum fundus.Igitur,ſi ille cui debeatur ſeruitus,ipſam obligauit,ſaparari nō poteſt a fundo,cui ſeruit nec alij applicari.ff.de aqua quoti.l.hoc iure.§.illud.& per conſequens,nec creditor vendere, nec debitum conſeruare, cũ emptor non poſsit alij rei applicare,& hoc ſic eſt verũ,quia nulla ſeruitus realis poſsit
20 obligari.†Hoc tamen fallit in ſeruitute itineris,actus,aquæductus & alijs ruſt.duobus interuenientibus,videlicet,quòd creditor habeat fundum vicinum, cui deberi poſsit,& ꝙ fiat pactio,ꝙ poſsit eam vēdere, & hoc admittitur de æquitate. Quid ergo, ſi creditor non habeat fundũ vicinum? nunquid valet obligatio? Videtur ꝙ ſic, & maxime ſi actum fuit, ꝙ poſsit vendere:quia ex hoc poterit ſeruare debitum,& ſeruitutē vendere vicino.hoc non credo,nam l.ſed an viæ.de pig. ſignanter requirit duo,videlicet,ꝙ creditor habeat vicinum fundum, & nihilominus fiat pactio de vendendo,igitur non vř alterum ſufficere, & hoc certũ eſt, vbi dñs fundi obligat ſeruitutē cauſalem,quia non pōt obligare ꝙ non eſt, conſtat autē, quod nulla eſt ſeruitus,nec conſtitutio eius,niſi ſit fundus, cui ſeruiatur ſ.de ſeruit.§.ideo aũt.oportet ergo, quod formetur, & obligetur, & ſic oportet, quod creditor habeat prædiũ.Sed quid dices de formata?Verbi gratia,fundus tuus debet ſeruitutem fundo meo obligaſti eũ Mæuio: nũquid valet obligatio, ſi creditor Mæuius non habet fundum cui ſeruiat?Videtur quod ſic:& ceſſat ratio prædicta,& res obligatur ſimplici conuentione,dato,quod creditor non vtatur,vt hoc §.Credo contra: quia cum talis ſeruitus non poſsit dari pignori, ergo nec hypothe.ſicut arguit.l. ſi is qui.in fi.ff.de pig.pignori autem non poteſt dari,niſi creditor habeat fundum vicinum: quia alias non pōt capere nec vti: vt dictum eſt: ergo nec hypothe.oportet ergo in vtraque videlicet cauſali, & formali, quod creditor habeat prædium vicinum, & hæc procedunt,vbi ſeruitus ipſa obligatur.Si autem fundus, cui ſeruitus debetur:tunc conſtat,quod obligatur.ff.de ſerui. l.ei qui.& dixi ſ.eo.tit.§.æque. Sed nunquid in formali,ſufficit pactio de vendendo,ſine voluntate domini fundi ſeruientis?Videtur,quod ſic,ex quo poteſt eam obligare ille, cui debetur, & hoc videtur expreſſum in l. is qui.vbi vſusfr.obli
21 gat vſumfr.nec proprietarius poteſt contrauenire. † Poteſt dici contra,quod huiuſmodi pactio non poſsit fieri,ſine voluntate domini fundi ſeruientis, nam ſi ſeruitus vni fundo debita non poteſt extendi ad alium,ſine eius voluntate:vt d. ll.quomodo venditor eam vendere poteſt:vt emptor vtatur ad rem,cui non fuit conſtituta?Non videtur poſsibile: & tñ ſecus eſt in vſuf.quia ille non debetur prædio: ſed perſonæ: nec debetur ad indigētiam: imo totus fructus,eſt vſufructuarij:ideo cum nō concernat rem,non mirũ, ſi non poteſt obligari,ſed quo ad venditionem,non credo, quod ſit ſecus:quia vēdi nō poteſt pignoratum,ſine voluntate proprietarij:imo
22 interiret ſ.de vſufr.§.finitur.†Sed tunc magis quæritur.ſ.cũ vēdi non poſsit:ſine voluntate proprietarij: cur pōt obligari:cũ ſeruitus inſtituta non poteſt obligari niſi in caſu quo agitur vt vendi poſsit? Poteſt dici, ꝙ hoc ideo:quia vſusfr.vt in pluribus:eſt maioris emolumenti,quam ſit alia ruſtica ſeruitus.Vnde lex cogitauit, quod creditor poteſt ſibi ſatisfacere de vſufr.abſque eo,quod ipſum vēdat, percipiēdo fructus & ipſos in ſortē ſuam conuertēdo:quod non pōt dici de alijs ſeruitutibus, quæ non ſunt communiter tanti emolumenti. Vel pōt dici, quod ille §.loquitur quando proprietarius conſenſit:vt in verſic.nam cum & emptorem &c.Vel poteſt dici,quod loquitur in venditione fructuum:vt dixi,iuxta §.finitur, ſed litera illius §.non patitur hos duos vltimos intelle
23 ctus.Vides† ergo,ſecundũ hæc, quod ſeruitutes ruſticæ poſſunt obligari duobus interuenientibus:quæro, cur non ſeruitutes vrbanę,ſaltem illis duobus interuenientibus? Per præmiſſa patet in parte reſponſio:nam vt ſ.dictum eſt, nulla ſeruitus

nitus de mera veritate poteſt obligari, hoc fuit relaxatum in ſeruitute ruſtica.duobus interuenientibus,& non in vrbana, & eſt ratio:quia vſus ruſticæ,eſt magis habilis, ad proficiendum tertio,& ad transferendum de re ad rē, quam vſus vrbanæ,nam ſi tu habes ſeruitutem viæ, vel itineris, per fundum meū ad tuū,ſi transferatur ad aliū fundum,non eſt tantæ expenſæ,ſicut ſi transferatur ſeruitus oneris ferendi, ad aliā domum, nam iter, vel aquæductus, faciliter mutantur,& facilius,& cum minori incommodo, quam vnus paries, vel vna domus exaltetur vel deprimatur, & hoc patet ad ſenſum. Itē ſeruitutes ruſticorum prædiorū,importāt maiorem vtilitatē,& ſunt magis fauorabiles, pp agriculturas, & ideo in il
24 lis propter vtilitatē fuit rigor iuris relaxatus.† Sed quid dices?tu debes mihi homagium, nunquid illud poſſum obligare? Videtur ꝙ ſic,ad inſtar illius,qui habet ſeruitutem perſonalē,ſicut in vſumfr. vt d.l.ſi is qui.§.vſuſfr. etenim per homagium obligatur perſona perſonæ, vt patet in tit.de noua forma fiddelitatis, & ſic quaſi de perſonali ſeruitute iudicandū eſt.In cōtrarium facit, quia ſi deberet perſonalis ſeruitus reputari, non liberararetur vaſallus amittendo feu. & tñ conſtat, ꝙ liberatur, in feu.de vaſ.qui contra conſti.bene.ali.ca. 1.& ita videtur reale ius, ſed prima parte facit, quia dominus transferre non poteſt in alium, niſi de voluntate vaſalli,in feu.de.l.corra.§.ex eadem.& ideo videtur,ꝙ omnes rationes, quæ ſupra ſunt allegatæ, ꝙ ſeruitus non poteſt obligari,habeāt hic locum.& per cōſequens,eadē deciſio,& hoc vbi obligatur ſpecialiter. Quid ſi caſtrum, cum ſuis homagijs obligetur?videtur tunc obligari.ff.de contrah. emp.l.in modicis.extra de iur.pat.c. ex literis.ff.de ſer.l.ei.qui.& maxime,qñ hoc dicitur expreſſe in feu.de Capi.qui.cu.ven.c.1. ſi de feu.fue.contro.fue.ca. in generali. ſi non fieret expreſſa mentio nō videretur obligari generaliter.extra de ſent.& re
25 iudi.c. cum Bertholdus. † Quid in iure patronatus eccleſiarū? Vide ibi,& quod ibi no.vnde,non videtur poſſe obligari, nam per ipſum, non poteſt creditor debitum ſuum cōſequi, cum ex eo nullum exeat emolumētum pecuniariū, vt ibi no.
26 † Quid in decima?Dicas,quod pōt obligari, cū ſit res ſpiritualis,nec poſſit alienari, nec poſſideri per laicū,ſed fructus ſic,& de hoc in Spe.de pig.§. 1.circa fi. Quid de ipſo feudo, ſeu re feudali, nunquid vaſallus poteſt ipſum obligare? Expreſſum eſt,ꝙ non, in feu.de prohi.feu.ali.per Fri. ca.imperialem.ſed fructus ſic:ſicut ſ.dictum eſt, hoc nō ſeruatur de conſuetudine in regno Franciæ, vbi feuda venduntur inuito domino,& pignorātur,ideo credo, quod ſi decima teneatur a laico in feudum, quod poſſit eam pignorare, ſuppoſita dicta conſuetudine, imo forte de iure etiam, vna eccleſia poteſt eam pignorare alij eccleſiæ cum decreto. extra de his
27 quæ fi.a ma.par.ca.c.cum apoſtolica. † Quid de iuriſdictione,& alijs iuribus incorporalibus,vt ſeruitijs,& redditibus? Non video cur non poſſint pignorari, ſicut nomina. C.quæ res pign.ob.poſ.l.nomen.In gl. abundat.ibi cū dicit,vel non hypothec.hoc eſt verū, proprie ſumendo nomen pignoris, vt d.§.pignus.ff.de pig.actio.l.ſolutum.§. 1.ſed largo modo, pignus dicitur de re immobili, dumtamen tradatur, & hoc patet.C.de pig.l.ſi dominium. & l.cum te.Itē,quia intitulatur ſolum ibi de pign.& tñ ibi ſatis tractatur de hypothe. & facit extra de pig.in rub.& c.illo vos. Item pignus dicitur,licet non tradatur.ff.de vſuca.l.non ſolum. §. ſi rem. ff. de pigno.act.l.ſi neceſſarias.In eadem glo. ibi cum alleg. de fideicommiſ.hære.pe.hæc gl.concludit,quod hæreditatis petitio eſt in rem, & tamen videtur quod ſit mixta.C.de pe.hæredi. l.hæreditatis petitio.Sed dic, quod quamuis habeat præſtationes perſonales, nihilominus eſt in rem. dic vt dixi ſ.eod.
28 ti.§.1.In gl.Quidam dixerunt,ꝙ hæc actio,† non eſt realis, quia hæc actio, ex nuda conuentione oritur, vt hic, & ff.de pign.acti.l.1. & tamen ius reale non formatur ex nuda conuentione, niſi ſit traditio.C.de pac.l.traditionibus. Pet.dicit qđ imo eſt realis.C.de pig.l. pignoris perſecutio.ff.de pign. l.ſi fundus.§. in vendicatione. & l.pignoris. Vnde hoc caſu ex conuentione nuda agitur, & cauſatur ius reale, propter adhærentiam contractus principalis, ſecundū eum.Quidam autem Toloſani voluerunt dicere, quod nō conſtituitur hypothe.realis,niſi res tradatur per l.qui prędium.C.de diſtra. pig.Sed illa nihil facit, ibi enim agitur de dominio quærendo,non de pignore conſtituendo, vnde, illa opin.falſa eſt.ff. de pac.l.ſi tibi x.§.de pig.act.l.1.de furt.l.ſi is qui. Et facit ꝙ prælati regni Franciæ,quibus interdictum eſt,vt cognoſcant
29 de actione reali.non poſſint cognoſcere de hypothec. † Sed nunquid vera, Seruiana, quæ competit pro inuectis, & illatis, eſt prætoria? Non videtur, quia lex & ius ciuile ea obligant.& ſic videtur, quod lex dat actionē, quia fruſtra introduxiſſet obligationem, niſi & actionem dediſſet.Sed ad hoc poteſt reſponderi per illa,quæ notantur,ff.de fideicom.hær. pe.l.2.Vbi concluditur non eſſe abſonū, pro obligatione ciuili actionem prætoriam dari.In glo.niſi in ſono.ibi cum dicit,habenti pignus,abuſiue comprehendo etiam rem immobilem, alias gloſ.non procederet,dic vt ſ.proxi.in 3.additione.in fi.eiuſdē glo.dic vt d.l.cum notiſſimi.notatur. Potes ēt addere alia tempora, quando creditor fuit aliquo tempore
30 præſens,aliquo abſens. † C. de præſcri.long. tēp.auth.quod ſi quibuſdā.Item, eſt aliud tēpus, videlicet quatuor annorū. C.de qua.præſcrip.l.omnes. & l.bene a zenone. Item in caſu
m ſex menſium. C. de cenſi. & cenſit.l.ſi.Sed nunquid m hodie poſſit præſcri.hypothe. decem annis?Non videtur.Quia debitor ſcit obligationem,& ſic eſt malæfidei.& ideo ceſſat longi temp.præſcri.C.de præſcript.long.temp.authent.malæfidei.Sed doct. conſueuerunt dicere contra.illa auth.loquitur quo ad acquiſitionem dominij: cuius cauſa ſeparata eſt.ff.de pign.l. 1.§.cum prædium. de vſuc.l.iuſto.§.non mutat. Item quid ſi habuit poſſeſſor malam fidem quo ad dominium,bonam quo ad obligationē,vel contra? Dic præſcribere quo ad hoc, quod habet bo.fi.ſed non quo ad hoc, quod habet malam fidem.vt conſueuerunt doc.notare,in d.auth.malæfidei. & ſcripſi de vſuc. tranſ.l.ſi.& de hoc vide in Spe.de præſcrip. prope fi.de pig.§.fin. de obli.& ſol.prope fin. 1.§.vbi hæc, & multa alia hanc materiam tangentia reperies. Item quæro.
31 quid ſi debitor vendidit † redditus perpetuos,ſuper re obligata,quos emptor percepit bona fide x.annis,nūquid quo ad illos præſcripſit, contra primum creditorem?Videtur quod ſic per præmiſſa,ſed d.l.cum notiſſimi.§.ſed cum illud.videtur contra. Iuxta hanc materiam, conſueuit quæri, quid eſt actio Seruiana,& quid quaſi Seruiana,& cui competunt?quorum reſponſio ex prædictis patet. Item conſueuit quæri contra quem cōpetit. Et certum eſt, quod contra illum,qui poſſidet, vel facultatem habet reſtituendi, vel dolo deſijt, vide
32 ff.de pign.l.ſi fundus.§.in vendicatione. An † autem detur contra dominum? Dic quod ſic,ſi dñs obligauit,alias non,vide eo.t tu.l.ſi ab eo. Quandoque datur contra illum qui non poſſidet, vt qñ nomen obligatur, vel forte redditus.C.quæres pig.oblig.poſ.l.nomen.de quo plenius dicā in formatione libellorum.Item quærunt doct.quæ veniant in hac actione.Et certum eſt,quod declaratio,& quod res ſit obligata,& dimiſſio poſſeſſionis per officiū,nam cū ſit realis,debet concludi ad declarationem, ſicut in alijs ſupradictū eſt,& ſic debet intelligi.ff.de eui.l. ſi cum venditor. Itē veniunt fructus. ff.de pig.l.1.§.cum prædium.ſuper quo vide ibi:quia aut pēdebant,& tunc veniunt,ſi extent.ff.de rei vendica.l.fructus. Aut fuerunt poſt ſeminati,vel ſupercreuerunt: & tunc ſi fuerunt ſati per debitorem, veniunt in hac actione.ff.de pign.l. Paulus.§.1.iuncta l.ff.de pign.act.l. ſi conuenerit. 2.§. ſi fundus ſi per poſſeſſorem,diſtinguitur,an ſit bon.fi.vt tunc ſuos faciat,ſi eos perceperit,niſi a tempore lit.conte.ff.de pig.l.ſi fundus.§.interdum.an male fi.& tunc non.ſ. de re.di.§.ſi qs a non domino.de vſu.l.qui ſcit.§.præterea. Quæritur de for-
n matione libellorū n in his actionibus, & primo in Seruiana. Poteſt dici ſic.Dico quod licet talis,talē rem poſſideat,ſeu facultatem reſtituēdi habeat, ſeu dolo deſijt habere, quæ mihi obligata eſt, in tali ſumma, per talem colonum debita ex locatione talis fundi mei, qui colonus ipſam rem,quæ tunc ſua erat, ſeu ad ipſum pertinebat, ſeu in bonis habebat, in fundo meo intulit, me ſciente, & eam nihilominus rem mihi denegat dimittere,minus iuſte, quare peto dictam rem mihi eſſe obligatam pro ſumma, & ex cauſa prædicta, per ſententiam declarari, & hoc declarato, dictum talem ad dimit-

R 3 tendum

tendum compelli, ſuper hoc veſtrũ implorans officium &c. Si agat pro illatis per inquilinum, non oportet ꝙ faciat mentionem de ſcientia, & no. quod is libellus multas poteſt pati de rigore iuris obiectiones. nam de rigore iuris, oporteret declarari, an poſſidet, vel an dolo deſierit poſſidere, ad hoc quod ſciat, an, agat vtili, vel directa, iuxta illa quæ ſcripſi §. eo. ti. §. 1. Item oportet declarari, & forte ſe reſtringere ad alterum, an eſſet, res ſua, vel in bonis, ad hoc ꝙ ſciretur an agat Publiciana: Seruiana, vel vera. Sed de conſuetudine tales libelli admittuntur, ideo ſic formarem. In quaſi Seruiana formantur eodem modo, facta recitatione de obligatione principali: & acceſſoria. Dico, quòd talis tenetur mihi ad tale debitum ex tali cauſa, pro quo debito obligauit mihi talem rem, vel omnia bona ſua, vnde cum dicta res eſſet in bonis dicti talis, tempore obligationis prædictæ, vel ex tunc, (ſi fuit obligatio generalis): ſitque mihi obligata pro eo debito prædicto: & tu eam poſſideas vel facultatem &c. volo &c. Et dicta ſumma adhuc mihi debeatur, peto declarari &c. Et hæc procedunt, vbi res corporalis obligatur. Quid ſi nomen? hic ſunt variæ opiniones. nam gl. dicit in l. nomen. C. quæ res pigno. ob. poſ. quòd agitur vtili hypot. vel vtili, quæ competit directe debitori. Et hanc ſequuntur ibi docto. nam hypothec. non poteſt dari pro nomine: cum non poſſideatur, nec detineatur, nec ad ipſum dimittendum poteſt concludi: ſed aget actione vtili perſonali: quæ competit debitori ſecundum eos. & hoc etiam ſequitur Spe. tit. de pig. verſi. ſed pone. ego credo, ꝙ aget vtili hypoth. etiam per eandem rationẽ, ſi hypoth. competebat debitori, vt ſcripſi in d. l. nomen. ſed vbi non competebat hypothec. quia forte debitum eſt per chirographum, tunc vera opi. doc. & idem credo in redditibus: & alijs iuribus incorpolibus formatis, quæ obligari poſſunt: de quibus ſatis in ſuperioribus dixi. Forma autem libellorum ſatis apparet in his caſibus, & formabitur in perſonali ſic. Dicit talis actor contra talem reum, quòd licet talis obligatus ſit eidem, in tali ſumma ex tali cauſa, pro qua obligauit eidem tale debitum, in quo dictus reus eidem obliganti, tunc temporis tenebatur, vel ab illo tempore citra, obligatus fuit, (ſi fuit obligatio generalis) dictaque ſumma eidem actori adhuc debeatur, nihilominus tñ idem reus dictum debitum eidem actori ſoluere contra dicit minus iuſte, quare petit dictum reum ad reddendum, & ſoluendũ dicto actori dictam ſummã, per eum dicto ſuo debitori per ſñiam condemnari, &c. Et hoc ſi agat vtili perſonali, quę directè cõpetit debitori. Si hypoth. quæ eidem debitori competit dicet ſic. Dicit talis actor contra talẽ reum, ꝙ Sempronius tenetur ſibi ex tali cauſa in tali quantitate, pro qua obligauit eidem actori omnia bona ſua, & ita hoc debitum, in quo dictus reus eidem tenetur, vel forte tale debitum in ſpecie, in qua dictus reus eidem tenebatur, tũc & pro quo debito eidem reus obligauit, & tunc obligauerat eidem Sempronio, talem rem ſuã, vel forte omnia ſua bona quare, cum dictæ ſummæ, adhuc debeantur, & hypothec. quæ competit directa Sempronio, competat dicto actori vtilis ex cauſa prædicta, dictusque reus, teneat tales res, quæ erant in, & de bonis ſuis, tempore obligationis, per ipſum factæ, vel ab illo tempore citra, (ſi fuit obligatio generalis) petit dictus actor, dictas res eſſe obligatas eidem reo, pro ſumma prędicta, per ſententiam declarari eundemque reum ad dimittendum eidem actori eaſdem ex cauſa obligationum, & hypothecarum prædictarum compelli, ad hoc veſtrum implorans officium &c. Sed poteſt quæri, cum hodie principalis, & fideiuſſor, debeant primo excuti, vtrum de hoc debeat fieri mentio in libello? videtur quòd ſic, quia in authen. hoc ſi debitor, hypothe. alias inhibetur. Supponit ergo, ꝙ alias non competit. & pro hoc facit, quod ſcripſi ſupra. §. proxim. Poteſt dici, quòd hoc non ſit de neceſſitate, ꝙ quòd ſit excipiens, cum actio habeat ſua eſſentialia ſine hoc, cautum eſt tamen poni in libello, hoc tamen non obtinet in caſu, quando nomen fuit obligatum, cum non habeat locum dicta autheut. vt ibi ſcripſi in d. l. nomen. & facit, quòd debeat fieri mentio in libello. C. de iur. do. impe. l. 1. Sed quę-
32 ritur, † certum eſt, ꝙ poſſeſſor, qui conuenitur hypotheca. liberatur ſoluendo debitum. ff. quib. mod. pigno. vel hypothec. ſol. l. Paulus reſpon. §. 1. & l. mulier. qui pot. in pig. habe. Quæritur vſque ad quod tempus? doctor. tenent, ꝙ vſque quo iudicati conueniantur, vel quouſque fiat executio contra ipſum: per l. miles. §. 1. ff. de re iud. de peti. hære. l. item veniunt. §. idem recte. Item occaſione huius, quæritur nunquid poſſit concludi alternatiue in libello, videlicet rem dimitti, vel debitum ſolui? Videtur quod ſic, nam duo videntur in obligatione alternatiue concludi videlicet rem dimittere, vel debitum ſoluere per d. ll. ergo alternatiue poteſt concludi, vt videbis infra eo. §. plus. & facit quod nota. ff. de verbor. oblig. l. eum qui certarum. §. 1. de iureiur. l. prætor. §. 1. Doct. conſueuerunt tenere contra. Nam hæc dimiſſio venit vi actionis, ſed facultas ſoluendi authoritate legis, & ideo non cadit in petitione, vt d. l. miles. §. 1. & videbis infra de offi. iudi. circa prin. Satis poteſt dici, quòd ex hoc non deberet vitiari libellus, nam vi actionis venit declaratio, reſiduum officio iudicis, vt in alijs realibus. igitur ex quo in actione concluditur, videtur libellus procedere, nec propter acceſſoria, debet vitiari, & maxime, quia hoc caſu minus petit, quam debetur, ideo non debet repelli. infra §. ſi minus. & pro hoc videntur iura, C. ſi vnus ex pluribus hære. cred. l. 2. extra de pign. ca. ex literis. Et ita amplecti-
33 tur vſus curiæ laicalis. Docto. quærunt, nunquid † perſonalis, & hypotheca. poſſint ſimul intentari? Videtur ꝙ nõ, quia quoties duæ actiones ita ſe habent, ꝙ ſententia lata in vna, obſtat exceptio rei iudicatæ in alia, non poſſunt ſimul intentari, vt l. fundum. & l. fundi. ff. de except. ſic eſt in duabus, vt ff. qui. mo. pig. vel hypothe. ſol. l. ſi deferente. arg. &c. Præterea, hoc videtur expreſſum, quia actio perſonal. & hypothe. competunt pro legato. C. communia de leg. l. 1. & tamen non poſſunt ſimul intentari. ff. de leg. 2. l. cum filius. §. varijs Iaco. & Petr. tenent contra, & dicunt hoc eſſe expreſſum in authent. de fideiuſſ. § ſed neque. Ad contraria reſpondent, & primo ad l. fundi. & l. fundum. Dicit Petr. illud obtinet, vbi ad diuerſos fines tendunt, ſed vbi ad vnum finem, & per eundem actum, & modum tolli poſſunt: poſſunt ſimul intentari, vt d. § ſed neque. Ad §. varijs. reſpondet Iacob. quòd ibi non loquitur de hypoth. quæ tunc nõ erat inuenta, nec competebat pro legato, ſed iure codicis. per d. l. 1. C. communia de lega. Præterea, illa hypothec. & perſonalis non competunt ad idem, quia vna pro re legata, alia pro re alia teſtatoris: vt conſueuit notari in d. l. C. communia de leg. Dy. dicit. quòd ab initio poſſunt ſimul intentari, ſed non ex poſtfacto. vt no. extra de re iud. c. nullus. lib. 6. & ideo text. dicit mox. & hoc vbi agitur contra principalem, ſecus ſi cõtra tertium, nam tunc ſeruatur ordo d. §. ſed neque. in auth. de fideiuſſo. & quæ ibi not. & C. de pign. aut. hoc ita. de act. & oblig. l. fin. cum authẽ. ibi poſita. vide quòd ibi ſcripſi. Vnum non omitto, quia quotidianum, & ideo attendendum, & Iaco. vide-
34 tur aliquantulum tangere hic. † Videtur ꝙ nuda cautione, contrahitur hypothe. Quæritur nunquid conſtituitur per talia verba, lego decem annua vel ſextarium frumenti ſuper tali fundo, vel ſuper tali molendino? ipſe dicit ꝙ ſic: quia hypothec. dicitur ab *hypò* quod eſt ſub, & *theſis* quod eſt poſitio, quaſi ſit ſuppoſitio, vnde ſupponere, & obligare idem ſunt, & ad hoc inducit rubricam. ff. de re. eorũ qui ſub tu. vel cur. ſunt, in fin. cum dicitur, alienandis, vel ſupponendis. de hoc autem ſecundum eum, non eſt, quæſtio, ſed ſi molendinum, vel fundus, non valeat tantum, an nihilominus tenebitur complere? quia certum eſt, quod ſi pignus non valeat debitum, durat perſonalis, & ſic tranſit, allegat pro eo. C. de pigno. l. 1. de act. & obli. l. aduerſus. Sed huic opi. primò, videtur obſtare ff. de contrahẽ. emp. l. fi. §. fi. ff. de tranſa. l. cum hi. §. fin. vna cum §§. ſequentibus. vbi de hoc not. & etiam. ff. de adimen. leg. l. Lucius. de annu. leg. l. Caius. Et vt melius reſponſionem videas ad iſta verba, diſtingue: nam ſi legatum ſit ſuper re: vel ex re. non videtur dubium, quin contrahatur hypothec. & ſuper re illa, & ſuper alijs rebus teſtatoris per l. 1. C. communia de legat. & ſic poteſt intelligi. ff. de do. præleg. l. Seia. ſed vbi proponitur inter viuos, tunc ſi promiſſor dicat: & pro hoc ſuppono talem rem. Tunc crederem

contrahi

contrahi obligationem realem, quia hoc verbum ſuppono: ſatis hoc importat, vt d.rub. & quælibet verba ad hoc apta ſufficiunt. C.quę res pignor.oblig.poſ.l.fi.& idem videtur ſi promittat, aliquod annuum, quod aſsignet ſuper tali re: quia hoc quodammodo videtur importare obligationem: dum tamen rem non tradat. quia tunc aſsignatio transfert dominium, vt ſcripſi C.de dona.l.ſi quis argentum.ff.de vſufr.leg. l.generali §.hæredis. Et idem multo fortius, ſi quis promittat, vel confiteatur ſe debere aliquam penſionem, ratione certæ rei, & ita videntur tenere docto.iuris cano.extra de pact. c.cum clerici. de deci.ca.tua nos.& idem videtur ſequi Spe. in caſu, quo debetur annuum, ſecus ſi ſemel ſoluendum.in ti. de locatio.§.nunc aliqua.ver.86.pro quo facit ff. de publi. l. imperatores. Item quia talia onera videntur ſequi, & comitari rem.ff.de vſufr.l.hactenus.§.1.ff. de iud. l. fideicommiſſum.§.quid tamen. illud vero ſatis videretur, ꝙ hæc verba non importent obligationem: videlicet promitto decem modios ex tali fundo: vel de tali fundo: vt d.l.fi. Sed ſi promitterem aliquod annuum: & aſsignarem ſuper fundo tali: tunc videtur fuiſſe mens contrahentium, velle ipſum fundum obligare, quia quæcunque verba ſufficiunt. vt d.l.fina.C.quæ res pig.ob.poſ.& facit C.ne vxor pro marito.l.cum te. Et poteſt eſſe ratio, quia hoc caſu hęc verba non poſſent aliud operari niſi obligationem, ſed quando promittit vinum, vel bladum, percipiendum ex illo fundo, tunc ſatis poſſunt operari, quia intereſt magis habere ex vno fundo, quam ex alio, quia forte meliores fructus creſcunt ibi. Pręterea verba hęc: ex eo fundo, vel de illo fundo, non ſunt ita apta ad obligationem realem, ſicut illa: aſsigno ſuper illo fundo: vt patet ad ſenſum. Alius autem articulus, quem Iac. hic tangit, videlicet, an ſi non ſit tantum in fundo, quantum promiſſum eſt, debeat ſuppleri, non eſt de præſenti materia. ideo non proſequor. ſed dic vt dixi. C.de donatio.l.ſi quis argentum. vbi de hac materia ſatis ſcripſi in breuiario. Conſueuit quæri, quare res aliena non poteſt obligari: & tamen poteſt vendi? vt ff. de pigno.act.l.rem alienam, de contrahen.empt.l.rem alienam. Solutio, per contractum pignoris conſtituitur ius in re, alias non valeret nec proficeret: ſed per venditionem nõ: quia alias poteſt prodeſſe, cum venditor teneatur de euict. ideo valet in vno caſu, in alio non, ſecundum Petrum. ſi vis hanc materiam magis dilatare, vel ſi aliæ quæſtiones occurrant: vel ſi vis videre modum ponendi, & pronuntiandi: vide in Specu.de pigno.& titu.de obliga. & ſolutio.& in materia de præſcriptionibus, in §.ſupra allegato.

a Adnot.Item ſeruiana.Diuide ſecundum Aret.hic in prin.& ſecundum dominum Iaſonem hic in 2.col.in me.verſ.his ſic breuiter præmiſſis, & h.d.ſecundum Areti. Actio ſeruiana, vel quaſi ſeruiana, eſt prætoria; & competit ſeruiana pro rebus coloni, quaſi ſeruiana, pro rebus aliorum debitorum obligatis d.Iaſ.latius ſummat hic, in 2.col.ver.ſeruiana quæ competit.

b Res pignoris. Et vide hic Ange.

c Durat locatio. Quod iudicabitur inſpecta qualitate bonorum, ſecundum Iaſ.hic. Et aduerte, quod fructus naturales percepti, tacite ſunt obligati, pro penſione fundi, non autem induſtriales. ſic decidit Bart.in l.aſſiduis.in 2.col. verſi.quæro an habeat locum. C.qui pot.in pign.hab. Item quærit hic Ange. quid ſi inquilinus, quædam intulit, poſtea mutato conſilio remouet, an ſint obligata?

d Quid ſi. Hanc quæſtionem recitat etiam Iaſ.hic in 9.col.ante fi.in ver.quærit etiam Io.Fab.hic, ſi res illatæ.

e Sed quid. Vide hic Iac.poſt Ioan.Fab.in 9.col.poſt me.verſic. quærit etiam Ioan.Fab.

f Quid ſi. Vide de hac q. Areti.hic in 2.col.ante me.ver.quæro inquilinus:

g Item quæritur. Hanc quæſtionem ponit Ang. hic in 1.col.prope fin.verſi. quid de emphyteuta.

h Seruando dicta. Hypotheca, autem dicitur ab hypos, ꝙ eſt ſub, & theſis poſitio quaſi ſuppoſitio, vel obligatio quæ idem ſunt, vt probatur per rubricam de reb.ec.non alienan.

i Dy.dicit. De hac materia vide hic Ang.in 3.col.in verſi. conclude quatuor caſus. vide do.Iaſ.hic in 12.col.ante me.in verſi.in fin.gloſſ.habetis hic differentiam, &c.item qnærit hic Ange.quid ſi duobus priuatis, obligo bona mea præſentia & futura diuerſis temporibus, an prior creditor, erit potior in poſtea quæſitis, an ſimul concurrant.

k Eſſet ruſtica. Adde gloſſ.& Cy.in l.ſi prædium.C.de præd.mino.& Bar.in l.item quæritur.§.qui impleto.ff.de loca.

l Quid in iure. De his quæſtionibus vide do.Iaſo.hic in 20.col.ante fi.in verſic.hinc ſumpta occaſione Io.Fab. quærit de pluribus quæſtionibns.

m Sed nunquid. De hac quæſtione vide Iaſo. poſt Io. Fab.hic in 24.col.poſt prin.in verſi.dubita tamen.Ioan.Fab.

n Libellorum. De hoc vide hic Ang.& Iaſ.in vlt.col.& Pet.Iaſ.in titu.de hypothecaria actione.& Pet.de Ferra.in titu. de forma libelli, qua agitur actio. hypo.

1 *Vnitum ſuo priuilegio fruitur.*

2 In perſonam. [a] Is. §. vſque ad §.pœnales.tractat de tribus actionibus perſonalibus prætorijs, & quamuis ſit vnus §.tantum. vſque ad.§. pœnales. tamen ego diuidam in tres. vt appareat melius tractatus, cuiuſlibet materiæ diuiſim. In hoc §. Imperator facit duo. Primo nominat tres actiones, de quibus tractaturus eſt. Deinde tractatum earum proſequitur particulariter, caſus planus eſt.

1 † In gloſſ. C. de conſti. pec. facit quod eccleſia alij vnita, retinet ſua priuilegia. extra ne ſe. vacan. cap. 1. de reli. do. cap. quia monaſterium. & ibi de hoc per doctor. vide ſupra de fideicommiſſ. hęre. §. ſed etiam, C. de rei vxo. actio. l. prima.§.1.

a Adnot.In perſonam.Diuide hunc.§. cum ſeq.ſecundum Ange.hic in prin Et ſic ſummatur, actio de conſtituta pecunia, eſt perſonalis, & prætoria. Et habet omnes vires quas olim habebat recepta. & oritur ex nudo pacto. vel diuide ſecundum dominum Iaſ. hic in 2. col. ante me.verſi.his ita ad euidentiam præmiſſorum. Et ſummatur ſic, ſecundum eum, actio de conſtituta pecunia eſt perſona.& prætoria, & habet omnes vires, quas habebat olim receptitia, quæ in eam eſt transfuſa, & competit contra omnes, qui conſtituerunt ſe ſoluturos pro ſe, vel pro alijs, quando nulla ſtipulationes interceſſit.

1 *Obligatio ciuilis multiplex.*
2 *Acceſſoriarum actionum inefficacia.*
3 *Pactum nudum quando, & an, actionem pariat.* 4.
5 *Stipulatio ex quibus conſtitutionibus competat.*
6 *Prætoris remedium inextendibile.*
7 *Sponſor quis.*
8 *Actionum quæ cumulari poſſint.* 9.
10 *Pœnam lapſo die, committi.*
11 *Conſtitutum an probandum.*

De constitvta autem pecunia. Id eſt hac actione. doctor. reuocant hic in dubium, an de conſtituta, ſit pro-
2 prium nomen actionis? [a] & tamen non videtur dubium recte volenti intelligere text. qui vocat eam act. C.eodem.l. 1.& 2. In gloſſ.vt puta in fin. In hoc videtur mirum: cum fideiuſſor poſsit accedere ciuili, cui non poteſt conſtitui, ſaltem ab illo, qui tenetur ciuili. ſupra de fideiuſſ.§.1.verſic.ac ne illud. cum obligatio fideiuſſ. ſit magis ſtricta, quam conſtituta, cum fideiuſſor non poſsit obligari in plus, quam reus principalis, & tamen conſtitutor poteſt.ff. de conſtitu.pecu. l.ſed & ſi citeriore die.& l.hactenus.§.fi.? Potes dicere, quod
1 triplex eſt ciuilis. Quædam efficax, ex † qua datur actio ciuilis, vt illa, quæ datur ex ſententia. Alia inefficax, ex qua nulla datur actio, vt ſatis vidiſtis ſupra in materia obligationum, & ſupra de li.ob. Nunc poteſt dici, quod ciuilis efficax poſsit conſtitui, vt poſsit fideiuſſor accedere, ſed ciuili inefficaci non poteſt accedere, nec illa conſtitui, & ita videtur idem vtrobique glo.ſentit ibi contra. Et hoc verum, quod debitum ciuile, non poſsit conſtitui, niſi promiſſor ſciens debitum inefficax, conſtitueret, tunc enim videtur donare, vt nota.glo.in d.l.quod ſi maritus.§.1.

Sed Dyn.dicit, quod ſciens non tenetur, ſi vterque hoc ſciebat, & creditor & conſtituens, cum in pari cauſa debeat eſſe potior conditio rei.ff.de verb.oblig.l. ſi ſeruum.§.ſequitur.de except.do.l.apud Cel.§.Marcellus. Et facit optime.ff. de contrahen.emptio.l.domum.& ff.de except.do.l.2.§.circa. Credo, quod ſciens non tenetur, etiam in caſu, quo credi-
2 tor ignorabat, quia hæ actiones† acceſſoriæ non poſſunt ſtare ſine principali, igitur ſcientia promittentis non facit eas ſubſiſtere, ex quo materia deficit, vnde leges, quæ dicunt, quod ſciens promittendo indebitum, videtur donare, loquuntur, quando principaliter quid promittitur, ſed ſi acceſſorie, non credo, quia deficit materia.ff.de pign.l.cum vitioſe.ff.de fideiuſſ.l.ſi a reo.§.ſi furioſo.& ibi de hoc. & hoc apparet, quia ſi ille, qui promiſit ſub conditione, conſtituit pure, non tenetur: ſi principalis obligatio conditione deficiat, eo quod principalis obligatio nulla eſt, vel inefficax, & ibi non poteſt allegari ignorantia, quia idem vtramque promiſſionem

ſionem fecit.ff.de conſt.pec.l.id ꝙ eo.tit.l.hactenus.§. fin.& hoc ſatis probaui in ſimili ſ.de fideiuſſ.§.1.In gloſſ.ergo.ibi
b cum alleg.l.eum qui. b hæc ratio non eſt bona ſecundum do cto.Non enim ſequitur,non poteſt conueniri vſque poſt 10. dies.ergo ex nudo pacto actio oritur: ſecundum eos, credo, ꝙ verum dicunt.Nam in multis actionibus ineſt dies tacite,
3 in quibus actio non oritur ex nudo † pacto ſ.de verb.obli.§. loca.ff.de ver.ob.l.continuis.§.cum ita.ratio autem eſt ſecundum eos: quia hoc pactum interponitur ſuper debito iam contracto, ideo potius valet, quam ſi interponeretur ſuper debito contrahendo. Et quia eſt acceſſorium alterius, ideo hyp.nudo conſenſu contrahitur: quia accedit alij: vt dictum fuit ſ.prox.§.C.per quas perſo.l.fi.In eadem glo.ibi cum al-
c legat.l.ſi quis argentum.§.ſinautem. c hic non videtur fallentia:nam l.quæ dicit, ꝙ ex nudo pacto non oritur actio:loquitur in contractibus innominatis.Nam in nominatis bene oritur: vt l.iuriſg. ff.de pac. nunc contractus donationis hodie nominatus eſt: vt d.l.ſi quis argentum.ideo non eſt mirum, ſi pariat actionem: vt ff.de pact.l.legitima.ſecundum Pe.In ea.glo.ibi cum alle.de rei vxo. act.l.1.§.1.ſed ibi non eſt nudum pactum,cum ſemper fingatur ſtipulatio interpoſita: vt ibi patet ſecundum Pe. In ea.glo. ibi l.1.& l.pactum.ſed ibi non eſt pactum:ſed pollicitatio,quæ inter ſe differunt:vt ibi.
4 Sed † tamen bene ageretur illo caſu ex nudo pacto:quia fortius expollicitatione,& hoc fauore reipublicę.C.qui.ex cau. ma.l.reſpublica. ſecundum Pet.Vide ſuprà in tit.qui. mo.re contra.ob.vbi ſcripſi.In ea.gloſ.ibi periculi.in fi.Et eſt ratio propter periculum,quod pertinet ad creditorem,in quo grauatur: & ideo debet releuari in alio. ff.de iureiur.l.eum qui. ſecundum Pe. In ea.gloſ. ibi frumenti propter neceſſarium vſum victualium, ſecundum eundem. In ea.glo.ibi l.etiam fauore reipu. quamuis improprie dicatur reſpu. ſecundum Pe.vide ſ.eo.§.rurſus.Item,dicit ipſe,fallit inhonorario aduocati.C.de ſuffra.l.1.Item. in ſalario nuntij. C.man.l. ſalarium.Item in alio caſu.ff.de pact.do.l.inter ſocerum.§.conuenit.& ſic ſunt 10.Item in alio.ſ.loca.§.adeo.& ſic ſunt 10. Idem crederem in quocunque contractu per legem approbato. & nomine certi contractus efficaciter introducto: vt in contractu feudali, & alijs ſimilibus. ff.de pact.l.legitima. Et idem ſi ex conſuetudine, aliquis contractibus nomen proprium acciperet in aliqua regione: ſicut libellarij cõtractus: & firmæ terrarum,& talia:cum conſuetudo vim.l.habeat.vt §.ex non ſcripto.hodie vero de iure canonico iſta ceſſant:vt dixi ſ.qui.mo.re.contra.ob.in prin.In gloſ.vel actione ex ſtipulatu.in fi.in hoc multum ſunt aduertenda verba.quid.n.ſi
5 dicatur ſic:Conſtituis † te ſoluturum,quod nihil debes?& reſpondens conſtituo, nunquid eſt ſtipulatio, vel pactum de conſtituta?Ia.dicit ꝙ eſt ſtipulatio, cũ ſtipulatio cõtrahatur per quæcũque verba ſ.de verb.obl.§. ſed hæc ſolennia.C.de contrahen.& com.ſtip.l.oẽs.Vnde ſi dicas. Vendis mihi pro 10.equum hunc?& tu reſpondes:vendo.ſtipulatio eſt ſecundum eum. ſecundum hoc in paucis habet locum hæc ratio: quia communiter vtuntur homines interrogatione & reſpõſione. & ſic ſemper erit ſtipulatio. propter quod concludit, ꝙ vbi eſt ſtipulatio: nihilominus eſt de cõſtituta,& quod hæ actiones,poſſunt concurrere:quia prætor eſt largus,& ſubuenit egentibus,& non egentibus.ſuprà de bo.poſ.§.quos aũt. nec obſt.is tex.alioqui ſi ex ſtipulatione promiſerit iure ciuili.tenetur.verum eſt, & de conſtituta.non.n.intendit excludere,quin ea poſſit agi.Et vides in ſimili: nam text.dicit, ꝙ Publiciana datur non domino,& tñ propter hoc,non excluditur,quin detur dño,vt ſuprà eo.§.alię.ſecundum eum.Illa opi.non placuit mihi ibi, nec iſta placet hic Pe.de Bel.perti. Dicit.n.ꝙ vbi per ſtipulationem conſtituitur, non habet locum hæc actio,Nam remedium prætoris, ꝙ inducitur con-
6 tra æquitatem,†non concurrit cum alio remedio,nec extenditur ad caſum, quo alio remedio per ius cõe prouiſum eſt: vt patet in remedio cautionis, ꝙ nõ obtinet,qñ liberatio eſt legata.ff.vt in poſ.leg.l.1.§.ſi debitori.ff.de eden.l.quædam. Igitur cum prætor introduxit contra ius commune, quod hæc actio detur ex nudo pacto:non debet extendi ad caſum, quo per ſtipulationem prouiſum eſt.Præterea, hoc videtur probari, ff.de noua.l. ſi ita ſtipulatus.§.1. cum l.ſeqũen.per quam legem apparet,quòd vbi ſtipulatio interponitur, non naſcitur actio ex contractu. Vnde bene poteſt conſtitui per pactum. poſſum enim promittere, ſine interrogatione, vel ante interrogationem, abſenti per epiſtolam, vel ex interuallo, ſic tamen quòd non apparet animus ſtipulandi.Nec obſtat ff.de conſti.pecu.l.1.§.eum qui.Sed quæritur, quãdo interponitur ſtipulatio quis contractus erit, vtium erit fideiuſſio,vel conſtitutio?in hoc conſiſtit magnus effectus, nam fideiuſſor non obligatur in plus, nec in alio.ſuprà de fideiuſſ. §. fideiuſſores conſtitu. ſic ff. de conſti.pec.l. ſed ſi anteriori die & l. ꝙ ſi maritus.& l.item illa verba.§. proinde. & l.2.§. antepe.& videtur,quòd non ſit conſtitutio.per hunc §.præterea.in hoc videtur differentia,inter fideiuſſorem,& conſtitutorem, quia fideiuſſor ſemper per ſtipulationem fit. C.de fideiuſſor.l.blanditus. conſtitutor vero, quandoque per pactum.ff.de conſti.pecu.l.1. & hæc videtur veritas:& probatur.ff. de conſti. pecu.l.1.§.eum qui.vbi aperte concluditur, quòd aliud eſt conſtituere: aliud promittere per ſtipulationem vt C.eo.l.2.vbi dicitur,non eſt abſimilis ſtipulanti,ergo ſi ſit ſimilis, non eſt eadem, nec per eam contrahitur, quia aliud eſt id,cui ſimile ff.depoſi.l.ꝙ nerua. Concluditur ergo opi.Iac.ſupra dictam, a veritate deuiam eſſe. Qualiter ergo
7 nominatur talis promittens per ſtipulationem,Satis†credo, quòd poſſit vocari ſponſor, de quo in auth.de fideiuſſo.§.1. Et vide ibi plura nomina intercedentium, quæ videntur ſynonyma.& tamen non hic, vt ibi not.credo tamen, ꝙ illud quod in iure conſtituitur de fideiuſſore,debet habere locum & in conſtituente.per l.fin.C.de conſti.pec.& per d.§.1. niſi in caſibus, quibus reperitur contrarium expreſſum in iure, quod reperitur quandoque vt in caſibus ſuperioribus. Item not.ꝙ licet per ſtipulationem non poſſit debitum conſtitui, tamen id, quod per ſtipulationem debetur, poteſt conſtitui per pactum, vt ff.de conſti.pec.l.promiſſor.Item quæritur, nunquid actio de conſtituta,& principalis, poſſint ſimul intentari,ſeu cumulari?Ia.dicit, quod ſi primo agitur de conſtituta,nõ poteſt actio prima cumulari.ſed econtra,ſi primo agitur principali, poteſt cumulari actio de conſtituta.& mo-
8 uetur duabus regulis, quæ conſueuerunt tradi. † Prima eſt, quòd vbi ſunt duæ actiones, quæ ita ſe habent,quod ſententia lata in vna,obſtat exceptio rei iudi.in alia,non poteſt fieri cumulatio. alias ſic.Secunda, quod vbi ſunt duæ actiones, per quas idem petitur, ſententia lata in vna, obſtat exceptio rei iudi.in alia. prima probatur. ff.de excep. l. fundum. & l. fundi.Secunda.de except.rei iudi.l.& an eadem.in princi.& l.ſi mater.§.eadem. Nunc dicit ipſe, actio de conſtituta, & principalis, ita ſe habent, ꝙ ſententia lata in principali,non obſtat exceptio rei iudicatæ in conſtituta: & ideo intentata prima,poteſt cumulari de conſtituta.Et ex hoc apparet,ꝙ ſi reus abſoluatur in principali,quia forte non eſt actio efficax, quia debitum naturale tantum. non obſtat exceptio rei iudicatæ, quominus poſſit agi de conſtituta, quia ad eſſe conſtitutæ, ſufficit obligatio naturalis in principali debito: igitur cumulatio admittitur, ſed econtra, dato libello,in conſtituta, non poteſt cumulari prima actio,ſeu principalis,quia ſententia lata in conſtituta,obſtaret exceptio rei iudicatæ in prima,quia idem vertitur in vtraque. Nam ad eſſe conſtitutæ requiritur quod ſit debitum in principali, idem quæritur, an ſit debitum vel non:quia ſi non ſit debitum,non poteſt intentari.Idcirco cum eadem res, vtrobique petatur, & ſententia lata in prima, obſtaret exceptio rei iudicatæ in ſecunda,hoc caſu non admittatur cumulatio. Vnde in principali poteſt abſolutio fieri, duabus de cauſis, vna quaſi non ſit debitum efficax: & tunc non obſtat exceptio rei iudicatæ in conſtituta, alio modo quaſi ſit omnino indebitum, & tunc obſtat. Verum eſt quia in dubio videtur pronuntiatum, quaſi ſit omnino indebitum, vt ff.de iureiurand.l.duobus.§.colonus.& l.ſi duo.§. idem iu.& l. fina. ſecundum eum. Pe. non recitat opin. Iaco. ſed bene facit ad quæſtionem, in qua tenet totum contrarium, dicit enim, quod prima intentata, non poteſt cumula. deconſtituta, ſed econtra ſic: & mouetur,quia ex eo, quod actio de conſtituta eſt acceſſoria, ideo non

non poteſt intentari prima pendente:ſed econtra ſic.per d.l.
fundum.cum l.ſeq.& facit pro Pe.ff.de iureiu.l.ſi actor : vbi
vr̃ quaſi expreſſum.Super hoc videretur quod opin.Iac.non
procedat : quia nedum impeditur cumulatio,vbi ſnĩa lata in
prima obſtaret omnino exceptio rei iudicatæ in alia:imo vbi
obſtare poſſet ex modo pronunciandi : vt not. Dy.& proba-
tur extra de regu.iur.c.nullus pluribus.igitur cum Ia. confi-
teatur,ꝙ ſi omnino pronuntiaretur indebitum prima,obſta-
ret exceptio rei iudicatæ in conſtituta:ergo ſequitur , ꝙ non
poſsit cumulari,cum prima & principali, pp dubium euen-
tum.Præterea opi.Pe.non vr̃ procedere in eo, quia concedit
cumulalionem actionis de conſtituta primo intentata : quia
idem vr̃ verti in vtraque actione.videlicet an ſit dubium , &
ideo ſententia lata in illa , videtur obſtare excep. rei iudi. in
9 alia † poteſt dici,ꝙ aut alius tertius conſtituit pro debitore ,
& tunc videtur poſſe cumulari actio prima actioni de conſti
tuta,quia ſententia lata pro conſtituente,vel contra eum,nõ
obſtat exceptio rei iudicatæ in principali.Et ita vides in ſimi
li.ff.man.l.creditor.cum notatis.ff.de pac. l. fideiuſſor . Sed
econtra.actio de conſti.non poteſt cumulari primę,qua reus
primo conueniendus eſt in auc.de fideiuſ.§.1. & hoc niſi eſ-
ſet renuntiatum illi auc.& ibi ipſemet cõſtituit. Et poteſt di-
ci,ſicut de hyppthe.& principali dixi.ſupra §. proxi.videli-
cet,quod ab initio poſsit cumulari, ex poſt facto non princi-
pali,primo intẽtata per ſupradicta. Vel poteſt dici,quod prin
cipali primo intentata,poſsit fieri cumulatio, ſi ſit lis cõteſt.
& reus confiteatur debitum,ſed dicit ſe non teneri,quia inef
ficax,& ex pacto nudo. Nam tunc ſententia lata in illa , non
obſtabit exceptio rei iudicatæ in conſtituta. & eodem modo
ſi actione de conſtituta primo intentata,& li. conteſt.reus cõ
fitetur debitum,veruntamen negat conſtitutum,vel dicit nõ
tenere ex alia cauſa.his enim caſibus videtur concedi poſſe .
Quero vltra,an conſtituens pro alio poſsit agere contra reũ,
ſi ſoluit ? In hoc eſſet diſtinguendum . an conſtituit manda
to,an ſine,& ſi ſine,an pro ignorante,an pro ſciente.& ſi pro
ſciente,an inuito,vel tacente,& an animo donandi,vel non ,
vt in fideiuſſ.ff.mand.l.ſi remunerandi.& §.ſi paſſus. & l. ex
10 mandato.& l.qui fide.& l.qui patitur . † Item doct. quæ-
runt hic,certum eſt,quod conſtituenti dantur 10. dies ad ſol
uendum,vt l.promiſſor.§.1.ff.de conſti.pecu.pone ergo,qui
dam ſe cõſtituit ſoluturum quoddam magnum debitum ſub
pœna,quæritur vtrum pœna committatur poſt decendium,
abſque alia interpellatione? Videtur quod ſic,quia dies inter
pellat pro homine,vt l.magna.C.de contrahen.& com.ſtip.
Ia.tenet contra.& ad l.promiſſor.§.1.de conſti.reſpondet,qa
lex non iubet tunc ſolui,ſed prohibet ante exigi. vnde ſi lex
iuberet tunc ſolui, haberet locum.l.magna. Pet.dicit contra,
nam vbi quis promittit factum,datur tempus per legem,quo
facere potuerit,& tunc tempus illud interpellat ff.de verbo.
oblig.l.interdum . & l.cum ſtipulatus eſſem abs te , text. ille
hoc non dicit melius videtur facere.eod.titu.l.ſi inſulam .
Sed nec illa. & Pe.videtur dixiſſe contra ſupra de verbo. ob-
lig.§. loca. credo tamen , quod hic verum dicit . nam negari
non poteſt , quin hoc tempus detur ad ſoluendum per legẽ ,
& ſic videtur interpellare.& videtur expreſſum. ff. de act. &
oblig.l.traiectitiæ.§.de illo,ſed ſi tempus non adijceretur ſo
lutioni, tunc videretur obtinere , quod ſcripſi in d. §. loca.
Ex præmiſsis apparet quomodo ſit formandus libellus. Di-
cit talis actor contra talem reum,ꝙ cum idem reus , tenere-
tur eidem in 10.& conſtituerit ea ſe ſoluturum, eidem acto-
ri,eaque ſoluere recuſet,petit idem actor,dictum reum con-
demnari ad ſoluendum & reddendum ſibi eadem 10. Si pro
alio conſtituit,concludes eodem mod.facta narratione facti,
videlicet,quod cum talis teneretur,in tali ſumma , quam ta-
lis reus,erga eum ſe conſtituerit ſoluturum, petit &c. Sed
contra hunc libellum,poteſt opponi,quia hic non ſpecifica-
tur cauſa debiti , & certum eſt,quod in actione perſonali de-
bet ſpeficari.ff.de except.rei iudic.l. & an eadem.§.actiones.
Ad hoc poteſt dici, quod cauſa ſatis ſpecificatur , ex quo di-
cit,quod ſe conſtituit, cum ex conſtitutione oriantur obliga
tio , & actio,vt hoc tit. Item an debet poni in libello, quod
nudo pacto ? Videtur quod ſic, cum ſit de eſſentia , vt hoc
§.& ſatis ſupra dictum eſt , quod ſufficiat dici. ſed in his om
nibus,ſatis poteſt dici,quod ſit debitum,& quod ſe cõſtituit ,
nam hoc dicendo,videntur poni neceſſaria.ſupra de fideiuſſ.
11 §.fi. † Sed an oporteat probare, quod ſit debitum ? Poteſt
dici,quod conſtituendo conſtituens confitetur,ſicut debitor,
qui cautionem exponit.ff.de conſti.pec.l.quidam & l. Titius
& hoc ſi conſtituatur debitum certum.ſecus,ſi incertum, vt
debitum , quod debeo,vel quod talis debet.ff.de conſti. pec.
l.qui autem,ſed ſecundum hoc fruſtra requiritur quod ſit de
bitum,ex quo non incumbit creditori onus probandi.& ma-
xime , quia conſtituens vix audietur , contra confeſsionem
ſuam iuxta l.generaliter.C.de non nu.pec.conſtat autem qđ
conſuetudo confitetur,vt l.ex hac ſcriptura.ff.de dona. C.de
dona.l.5.Igitur totus ille tractatus,qui eſt ff.eo.l.1.§. an po-
teſt.videtur quaſi inutilis.Item videtur.quod dato,quod de-
bitum non ſit verum.quod valeret conſtitutio,per d.l. 5. de
le.2.l.lucius.§.quiſquis.C.de fal.cauſa adie.l.2. de leg. 1.l. ſi
ſic . Sed ad hoc dic , quod prætor introduxit hanc actionẽ
contra ius commune.in eo,quod eam oriri facit ex nudo pa-
cto,& quaſi beneficium.quod condonauit,ſicut voluit, vnde
conditionem, & naturam ei dedit quod debitum præcedat ,
& ꝙ debeat probari non obſtantibus verbis conſtituentis .
Nam fruſtra adieciſſet hoc , ſi ex modo conſtituendi habere
tur ſemper probatio, & hæc videtur fuiſſe mens prætoris &
tex. Et per hoc , reſpondetur ad contraria , quod confeſsio
conſtituentis,debet releuare a probatione debiti. Item falſa
demonſtratio,non debet nocere , ex quo diſpoſitio annecti-
tur,quod verum eſt,niſi prætor alias diſpoſuiſſet ſuum bene
ficium moderando. & quaſi ſimilem reſponſionem dedi. ſu-
pra. in §.rurſus.

a Adnot. Actionis.Vide hic Ang.in 2.col.in verſ.in gl.de pecunia.
b Eum qui.Imo idem eſt vbique quo ad obligationem,quę ſtatim cedit,ſed il
li decem dies adijciuntur miſerationis gratia iuxta l.ſi cum militi.§. ſi intra .
ff.de compenſa. Item doc. reprobant hanc gl. in ratione ſpecialitatis , quam
aſsignant,& laborant multum in aſsignanda ratione.vide du.Iaſ.hic in 9.col.
ante me.in verſic.in gl.in ver.Nulla.& Aret.hic in 4.col.verſic. In gl.in ver.
nulla.circa fi.col.
c §.ſinautem.Vide hic Ang.in 5.col.circa me.ver.aduertas.& do. Iaſ.hic in
11.col.poſt me.in verſi.In ea.gl.ibi vt C.vbi multa dicunt de intellectu huius
l.ſi quis argentum.Et vide hic per Angel.an ex nudo pacto,de iure cano.oria
tur actio.in 9.colum.ante med.in verſi.quærit Saly.

1 *Actio de peculio qui accipienda.*
2 *Pater quo de peculio conueniri poſſit.*
3 *Obligatio quarum actionum mater.*
4 *Actio de pecu an perſonalis.6.*
5 *Actio inefficax.*
7 *Peculio tenus quis conueniendus.*
8 *Actio de peculio ob quid dabilis.*

a Actiones autem. a † Nota. quod peculium mul-
1 tas recipit ſignificationes,dic vt ff.de pecu.in rub. In gloſ.
volunt quidam.in fin.hæc eſt opi. gloſſ.vbique. tamen Iaco.
b de Rau.dicit contra,b quod eſt proprium nomen actionis,Et
hoc apparet , quia quęlibet actio diſtincta habet diſtinctum
tractatum, hic, autem habet diſtinctum tractatum,& titulũ,
ab actione mandati,& alijs,vt patet hic , & ff. de pecu. & ff.
mand. & depoſi. Item nullo iure reperitur , quod actiones
hæ man. & depoſi. & aliæ ciuiles,ſint prætorie, & tamen de
peculia eſt prætoria , vt hic. Pet. de Bel. pert. tenet opin.
gloſſ. quod ſit cognomen actionis . per dictum §. cui con-
gruit . Et eſt effectus magnus , quia quandoque eſt bo.fi.vi-
delicet,quando cognominat act.bo. fi. quandoque ſtricti iu-
ris,ſecundum eum . Hæc opin.videtur ſatis amica textibus .
ff.de pecu.l.3.§.ſed ſi filius.in fin.& §.ſequen.eo.tit. l. depo-
ſui.de noua.l.fina.pro quà facit, quia ſi eſſet vna haberet vni
forme tempus præſcript. Et tamen conſtat,quod habet tale
tempus,quale illa,cuius cognomen recipit.ff. quando act.de
pecu. eſt anna.l. cum poſt mortem. Item facit iſte text. qui
dicit actiones in plurali,quaſi non ſit vna, & potes reſponde
2 re ad omnes tex. qui nominant † actionem de peculio , ſci
licet quæ pro peculio competit , ſed ſi hoc verum ſit : vide-
tur quod non ſit prætoria,ſed ciuilis extenſa,ſicut dicitur de
ciuilibus , quæ competunt bono. poſſeſ. ff. de bono. poſſeſſ.
hære. pe. l. 1. & ibi no. Sed poteſt reſponderi , quod illud
obtinet,

obtinet,quando ciuilis extenditur per pretorem contra illũ,
qui alias obligatus fuit: ſed hic quando extenditur contra il
lum, qui nullo modo fuit obligatus. Et ideo dicitur præto-
ria,quaſi per prætorem de nouo creata, & videtur de mente
text. ꝙ ſic ſpecies actionis. & idem de exercitoria,& inſtito-
ria,& alijs,vt dicam infra ti.1.§.fi.Vnde an ſit nomen,vel co
gnomen,non eſt curandum: ſed an ſit ſpecies actionis, vide
ibi. In gl.ſ.in fin.iſtam gl.non oportuit hic poni, quia ſatis
tractabitur de ea.infra titu.1.& 2.vnum tamen aduerte, quia
2 hęc gl.procedit† in peculio profectitio,nam in caſtrenſi,vel
quaſi conuenitur ipſe filius,in aduentitio autem pater, tan-
quam legitimus adminiſtrator, ſi agnouerit vſumfruc. C.de
bo. quæ lib.l.fi. non ſolum.& l.cum oporteat alioqui ipſe fi-
lius,vt not.ff.de caſtrenſi pecu.l.pater qui. in princ. Docto-
res quærunt hic, quid ſi filius habeat caſtrenſe, & profecti-
tium,nunquid poteſt agi contra patrem de profectitio,ſi con
trahat in caſtrenſibus: quia forte emit arma,vel equum? Di
cunt quod ſic ff.de pecu.l.hinc quæritur. §. poteſt. quod po-
teſt eſſe verum in ſubſidium, alias non.ff.de milit. teſta. l. ſi
certarum.§.1. & idem ſi habet beneficium, & profectitium
peculium, quod pater poſſit conueniri pro his quæ geſſit,
vt beneficiatus. Sed contra eſt extra de iudic.c. ſi annuum.
Quæritur, nunquid pater obligetur quatenus eſt in peculio
perſonaliter? hoc eſt quærere, vtrum hæc actio habeat ma
trem naturalem obligationem. Dicit Ia.de Ra.quod in hoc
fuerunt opi.Hug.dicit quod ſic. Azo dicit quod non eſt obli-
gatio naturalis,ſed ciuilis.Ia.Bal.dicit quod nulla. Pro opin.
3 Hug.Videtur,† quia certum eſt, ꝙ actiones perſonales, ha-
bent matrem obligationem: ſed in hoc differunt a realibus,
vt dixi ſupra eo.in prin.& §.1.ſed actio de pecu.eſt perſona-
lis: ergo habet matrem obligationem ciuilem & naturalem,
quia alias non poteſt competere,vt dixi ſupra de oblig.in ma
c teria.Quod autem hæc actio ſit perſonalis,[c] apparet,quia de
ſcendit ex contractu,vel quaſi,& competit ad dandum,& ſic
videtur perſonalit infra eo.§.ſic itaque.Præterea ſi eſſet rea-
lis,concluderetur ad declarandum. ſupra eo.§.omnium, qđ
non ſit in iſta,vt infra videbis. pro hac parte faciunt omnes
leges,quæ dicunt,ꝙ de peculio eſt cognomen actionis, quæ
fuerunt allegatæ in additione ſupra proxima, quia ſi non ſit
niſi cognomen actionis,in ſubſtantia eſt talis, qualis erat an-
te.Præterea,lex videtur dicere,eam perſonalem.ff.de pecu.l.
ſumma.§.fin.Pręterea iſte tex.hoc intendit in §.perſonã &c.
Item ſine obligatione principali, fideiuſſoria non procedit,
vt l.fideiuſſor obligari.ff.de fideiu. ſed conſtat, quod pater,
qui tenetur de peculio,poteſt fideiuſſorem dare ff.ad Maced.
4 l.creditorem,ergo ſequitur,ꝙ ſit oblatus. Pro opin.†Azo.
ꝙ non ſit dare in actione de peculio naturalem, videtur vna
ratio pro omnibus,quia certum eſt,ꝙ naturalis oritur ex cõ-
ſenſu,& ſine conſenſu,non contrahitur.ff.de pac.l.1.§.adeo.
Et vidiſti.ſupra in materia de obli.ſed pater & dominus obli
gantur de peculio,etiam inuiti.ff.de pec.l.ſi quis ſeruum. §.
fi.ergo.non eſt ibi obliga.naturalis. Pro Iac.Bal.quod de pe-
culio non ſit actio perſonalis, nec in ea ſit aliqua obligatio,
facit quia qui tenetur perſonali,non liberatur, quamuis rem
deſinat poſſidere,ſed qui tenetur reali,liberatur, ſi poſſidere
deſinat.ff.de aqua.plu.arcen.l. emptor. cum l.ſeq. &ſeq. de
rei ven.l.ſinautem.§. poſſidere,quia actiones perſonales,ad-
eo ſunt infixæ oſſibus,ꝙ ambulant cum perſona, vt l.ſi a ſti-
cho.ff.de pecu.ſed ita eſt,ꝙ pater,& dñs deſinunt teneri act.
ac ſi deſinant ſine dolo peculium poſſidere, ergo non vñr te
neri perſonali,nec perſonaliter obligari.ff.de pec.l.quæſitũ.
C.ꝙ cũ eo.l.pe.Ia.de Ra.dicit,ꝙ põt eſſe, quod ſit obligatio
in actione de peculio, quicquid aſcribitur rei non perſonæ,
quę res ſubijcitur actioni,vt dictum fuit in rei ven.§.omniũ.
ſ.eo.ti.& ita tranſit. Pet.dicit, quòd actio de peculio eſt co-
gnomen,& cauſatur ex contractu filij,vel ſerui.nunc dicit ip
ſe,in actione q̃ cauſatur,ex illo cuntractu,eſt dare obligatio-
nẽ,videlicet naturalem,& ciuilẽ ex contractu filij, qua filius
tenetur,& naturalẽ ex cõtractu ſerui,qua ſeruus tenetur,hæ
obligationes extenduntur contra patrem,& dominũ, qui de
peculio conueniuntur,ſicut poſſeſſor,qui rem poſſidet con-
uenitur rei ven. in hoccaſu tñ vř mirabile, quod actio quæ
non competit contra ſeruum,poſſit eſſe efficax contra domi
num. Vnde de actione,quæ oritur ex contractu filij, non eſt
mirabile,quia illa eſt efficax cõtra filium, de actione quæ ori
5 tur ex contractu ſerui,eſt mirabile.† Sed ad hoc poteſt re-
ſponderi,ſm Pet.ꝙ interdum actio eſt inefficax, pp defectũ
ſubſtãtialiũ,ſeu eſſentialiũ,vt quia infans,qui non habet con
ſenſum,ſe obligat,ibi.n.deficit conſenſus,qui eſt de eſſentia:
& talis non poteſt extendi.interdum eſt efficax,non propter
defectum,ſeu diminutionẽ ſubſtantialium, ſeu eſſentialium,
ſed quia perſona inhabilitata a iure.tunc non mirum,ſi exten
ditur.hoc poteſt impugnari per l.Marcellus. ff. de fideiuſſo-
ribus. & ſi bene inſpicias Pe. non tangit determinationem
quæſtionis,in qua vř dicendum,quod pater & dominus, nõ
obligantur naturaliter,nec ciuiliter,ſed prætorie,& ſic vide-
tur expreſſum.ff.de accep.l.an inutilis §.filius,& facit de pe-
cu.l.depoſiti. Reperiť enim obligatio prætoria vt no. ſupra.
6 de obli. §. 1. Et per hoc poteſt reſponderi Hug. hæc† actio
perſonalis eſt,& ita habet matrem obligationem,nam poteſt
dici,ꝙ habet matrem obligationem, quæ reſultat ex contra-
ctu filij,vel ſerui,ex qua prætor ex æquitate dat,& facit oriri
obligationem,contra patrem, & dominum, cui licet ſit per-
ſonalis,ſapit in aliquo naturam realis faciendo eam ſequi poſ
ſeſſorem peculij.nec eſt mirandum in hoc. Nam ſæpe vide-
mus, ꝙ actiones perſonales ſequuntur vniuerſitatem patri-
monij.ff.de fideiuſ.l.ſi debitori.C.de fideiuſſ.l. 1. conſtat au-
tem,ꝙ peculium eſt quædam vniuerſitas patrimonij. l. hinc
quæritur.§. poteſt. ideo non mirum. ſi actio perſonalis ip-
ſum proſequitur. Ad l.creditore,ad macedo.poteſt reſpon-
deri. ꝙ fideiuſſor accedit prætoriæ obligationi, reſultanti ex
contractu filij, vel ſerui. de qua. ſ. ſatis dixi. & hæc materia
not.in l.frater a fratre. de condi. inde.& iunge ſupra de obli.
d §.fi. Qualiter formetur libellus. [d] apparet ex præcedenti-
bus.Dicit T. contra B. quod talis ſeruus eius habens pecu-
lium,contraxit cum eo,& ſe ei obligauit in tali ſumma,& ex
tali cauſa,quæ adhuc debetur, quare cum idem dominus di-
ctum peculium habeat,& poſſideat, petit eum condemnari
in ſumma prædicta,quatenus vires peculij patientur, & eo-
dem modo concipe,ſi agas contra patrem. Si agas contra il
lum ad quem peruenit vniuerſitas peculij, recitabis factum
tuum,& poſt concludes,verum cum ad dictum reum perue-
nerit peculium,ipſumque teneat,petit &c. Et caue,quia ego
credo, quod actio de peculio non poſſit pro vna re intenta-
ri.ff.de rei vend.l.vendicatio,non vt gregis. ſed pro vniuer-
ſitate.ff.de pecu.l.quæſitum. Poteſt tamen dici, quod ille
7 † qui vnam rem peculiarem tenet tantum, poſſit conueniri
de peculio, quinimo & ſi nulla, duntamen aſſeratur vniuer-
ſitatem tenere ff. de pet. hære. l. licet minimam. & dicta l.
quæſitum,per quam videtur vnum mirabile concludi, quod
vniuerſitas peculij remanet in vna re. & idem dico, ſi nil
ſit in peculio, & tamen in alijs vniuerſitatibus videtur con-
tra. ff. quod cuiuſ. vniuer. l. ſicut.§.fi. ſed ibi quando perſo-
næ deſierunt,hic quando res. & facit.ff.de pecu.l.peculium.
§.pe.de verb.ſign.l.hæreditatis appellatio.& hoc facit ad id,
8 quod ſcripſi ſupra de pup.ſup.§.liberis.†Sed quęro,nunquid
poſſit agi de peculio, pro contractu ante conſtitutionem
peculij inito? Verbi gratia contraxi cum ſeruo, vel filio,an
tequam conſtitueretur ei peculium: poſt conſtituitur, nun-
quid poſſum agere de peculio? non videtur.ff. de pec. l. vbi
arrogatorem.in fi.ſed ibi contraxit cum patre fa. Vnde vide
retur poſſe agi ff.de ſepara.l.1.§.ſi filij. Et licet hæc non vi-
deantur ſæpe cadere in facto in ſuis terminis,per ipſa tamen
poſſunt terminari multa, quæ cadunt in facto ſcis quod reli-
gioſi,& maxime hoſpitalarij,habent multos condonatos,qui
ſe & ſua deuouerunt domino,habent etiam monachi,religio
ſos clauſtrales,& ſocios priorum foraneorum, qui licet admi
niſtrationem non habeant, tamen tenent, & habent bona,
quæ regunt, quaſi propria,de conniuentia ſuperiorum, qui
conniuent frequenter,& quandoque permittunt, hos credo
poſſe conueniri de peculio ex contractibus, cum talibus re-
ligioſis, & condonatis initis ad inſtar dominorum, & patrũ
nam cum iſti non poſſint habere proprium, ſicut nec ſerui,
vel filii. in profectitijs meriti poſſunt comparari eis, & ve-
riſimile

riſimile eſt, prætorem hanc actionem extendiſſe ad eos, ſi præuidiſſet tales futuros.& facit infrà tit.1.in princ.Item no ta, ꝙ conueniendo conſtituitur peculium. ff.de pec.l. quam tuberonis. §. ſunt quidam, & l. non ſolum. An autem hæc actio ſit perpetua? Dic quòd ſic, quãdiu durat peculium: ſed vbi deſijt, per tranſlationem ſerui, & emancipationem filij. eſt annalis.Item in primo caſu, credo, ꝙ ſit illius temporis, cuius eſt actio, quæ oritur ex contractu inito.dic vt.ff.quando ac.de pecu.eſt anna.l.1. §. annus. & l. cum poſt mortem. iunge quæ ſcripſi s̃.de acqui.per arro.§.fin.vide ibi & iunge, quæ dicam j̃.ꝙ cum eo.§.fi.& de noxa.act.§.fin. & in princ.

a Adnot.Actiones autem.Summa ſic ſecundum Ange. ex contractu filij, vel ſerui, tenetur pater, & dominus peculio tenus de iure prætorio.

b Dicit contra.Tamen ſecundum opi.glo.communiter tenetur, per docto.& hic Areti.in 1.col.verſi. Et pro euidentia præmitte. vſque prope fin. col.ſeq. in verſic.quæro vtrum.vbi quærit an iſta ſit natiua, vel datiua: item in col.ſequen.an debitum filij, vel ſerui ſit debitum ſui peculij.Item quærit an valeat ſtatutum, quo cauetur, quod pater teneatur ex contractu filij. Item vide hic do.Iaſo.quid ſit peculium,& quotuplex.in 3.col.& in ſeq.col.an actio peculij oriatur ex naturali,& ciuili obligatione.Item vide hic per Angel. prope fi.3. colum.pulchram quæſtionem, an quod pater ſoluit, pro condemnatione filij, computetur filio in legitimam.Item prope fin.6.col.quærit idem Areti.an filius poſsit eſſe in iudicio, tam de iure antiquo quam de nouo.

c Perſonalis.De hac quæſtione vide Iaſo.in 5.col.in me.verſ. an antem actio de peculio, vbi allegat Ioan.Fabri.

d Libellus.vide hic Ang.in 5.colum.in me. verſi.in practica, tu dic.& do.Iaſo.hic & pe.Iac.in titu.de actione de peculio.vide in Specu. de lib. concep.§. iam nunc videndum.ver.ſi petas.

1 *Iuſiurandum quibus proſit.*
2 *Actio an ex iuramento detur & qualis.4.11.*
3 *Iuramentum nocere quatenus verum.*
5 *Iurans an puniendus.*
6 *Actiones quæ cumulari poſſint.8.*
7 *§.ſi damnetur.*
9 *Abſolutus confeſſus qui conueniendus.*
10 *Iuramento ſolo actio non fundatur.*
12 *Iuramentum qui deferre poſſint.*
13 *Iuramenti forma.*
14 *Conſcientiæ non ſtatur.*

a Item ſi quis [a] poſtulante.†In 1.gloſ.id eſt petente.in fi.
1 Et hoc verum [b] iuranti ad vtilitatem ſuam: ſed prodeſſet par
b ti aduerſæ ſi iuraret contra ſe ff. de interro. ac.l. de ętate. §. qui interrogatus.Item, poſſet prodeſſe, ſi diceret contra ſe, & pro ſe: & aduerſarius inniteretur confeſsioni, quia tunc aduerſarius haberet recipere contra ſe, ſicut pro ſe.ff.de poſi.l. Publia.§.fina.vide plene in breuiario. C. de confeſ.l.1.Item dic, poſtulante etiam extraiudicialiter.ff.de iureiu.l.1.& ibi.
c not. In glo.ſic ſimpliciter.in fi. [c] Not.hanc gloſſ.pleniorem in hac materia de corpore iuris: & Dyn. hic eam ſummat & approbat,& ſic tranſit.Hoſti.eam approbat in ſumma de iureiur. Sed quæri poteſt, circa eam, quæ eſt ratio, quòd quando iuratur in reali datur in factum indiſtincte, & concurrit cum actione vtili, ſed quando iuratur in acti. perſonali, diſtinguitur vtrum formiter, vel informiter, quando formiter, gloſſ. concludit, quod non datur actio in factum?
2 † Poteſt dici, quod ex delatione & præſentatione iuramenti oritur quædam obligatio, quia quaſi contractus eſt, nunc quando defertur in actione reali, ſi non daretur in factum, non oriretur obligatio, quia in realitate, non eſt dare obligationem, vt plene dictum fuit s̃.§.1. Et ideo prætor introduxit, ex prædicto iuramento, obligationem, & perſonalem actionem in factum, quam non fuit neceſſe introduci, quando iuratùr formiter in actione perſonali. quia competit perſonalis ex contractu. Quidam autem diſtinxerunt, vtrum in reali iuretur informiter, vel formiter. Primo caſu, non datur in factum, ſecundo ſic. Sed hanc differentiam non approbant docto. dicunt enim, quod in actione reali ſemper eſt vna cauſa, videlicet dominium: ideo ſemper eſt certa, & formalis.ff. de except.rei iud.l.& an eadem.§.actiones.

Sed ſalua eorum reuerentia, quamuis cauſa immediata ſit ſemper vna, nihilominus mediata attenditur, vt extra de ſen.& re iudi.c.abbate.& dixi s̃.eo.§.omnium.Vnde rationabiliter poſſet defendi, quod ſi cauſa mediata exprimatur, & iuretur ſuper ea, quod detur actio perſonalis vtilis, ex contractu, qui allegatur, quia cum allegatio prædictę cauſæ attendatur, quo ad exceptionem rei iudicatæ, vt d.cap.abbate. merito debet attendi, quo ad hoc, cum æquiparentur ff.de iureiu.l.2.Et ideo poteſt ſuppleri huic gloſſ.quod interdum in actione reali datur vtilis ex contractu, quando iuratur formiter. Item ſuper eo, quod in hac gloſſ.dicitur, quod publiciana datur contra quemcunque, dicit Petr. quod hoc non eſt verum, ſed tantum contra deferentem, vel eius hæredem,& hoc dicit ea ratione, quia illo caſu datur Publiciana, quo transfertur dominium, ſi tradens erat dominus.ff.de publi.l.eum qui.Sed hoc caſu non transfertur: ergo nec Publiciana competit. quod non transfertur, apparet, quia quando quis tradit rem ſuam, vt alienam, dominium nō transfertur ff. de condit. ob cauſam.l.3.§.ſubtilius. ergo cum poſt iuramentum, quis tradat iuranti rem ſuam, quaſi ſit iurantis, non transfertur dominium: ergo nec cauſa vſucapiendi, nec ius publicianæ. ff. de contrahen. emptio.l. clauibus. Præterea, certum eſt, quod iuſiurandum, & res iudi.æquiparantur, vt d.l.2.ff.de iureiuran.nunc certum eſt, quod res iudicata, non nocet, nec prodeſt alij, vt l.ſæpe.ff.de re iu.ergo nec iuramētum.& hoc eſt expreſſum in §. ſi petenti. de pub.l.cum qui. Qui vellet ſuſtinere gloſſ.poſſet reſpondere faciliter, ad prima duo argumenta. Et primo ad §. ſubtilius. Reſpondetur, quod fallit in re iudicata, propter eius authoritatem, vt dictum fuit ſuprà eod. §. ſed iſtæ, & idem videtur in iureiur. cum non ſit minoris authoritatis. ff.de iureiuran.l.2. Præterea, ſi illa ratio procederet, non daretur pub.etiam contra deferentem, quod eſt falſum.Item ad ſecundum, quod iuramen
3 tum† non debet alij nocere &c. Reſpondetur, quod non nocet vt pro veritate quo ad alium habeatur, ſed tamen quo ad hoc, quod cauſet titulum, & paret cauſam vſucapiendi, nocet.& idem in re iudicata, & in venditione, ſeu tranſlatione de re aliena facta ex quocunque contractu, alioqui non noceret dominis, & tamen parant vſucapionem, & faciunt competere publi.Ad §.ſi petenti.non poteſt commode reſponderi, ſine calumnia, propter verbum duntaxat. Vnde poſſet dici, quod verum ſit, publi.competere contra deferentem, & eius ſucceſſorem tantum, & eſt caſus illius §.qui non poteſt pati intellectum gloſſ.hic poſitæ. ſi enim verbum duntaxat. ibi poſitum excluderet dominium tantum, vt hæc gloſ.vult. Ratio quæ ibi redditur, non bona eſſet. ei enim ſoli. &c.nec caſus ille eſſet dubitabilis, vis tu ſcire quid mouit gloſſ.ad reſtringendum ſic illum §. Ecce, gloſſ. dicit: vbi iuraui rem meam eſſe, & non eſt mihi tradita, datur mihi vtilis in rem, ſed vbi eſt tradita, datur publiciana. cur non magis vtilis in rem cum traditio magis addat, ad cauſandam vtilem in rem? Glo.neſciuit aliter euadere, niſi dicere, quod contra deferentem daretur vtilis in rem ſed Publiciana contra quemcunque. Et ita ſupponitur, vel quod concurrant, vel quod publiciana non competat contra deferentem, vel quod excedat vtilem in rem.Sed pro Deo, cur non ita bene datur vtilis in rem, contra quemcunque etiam hoc caſu, ſicut publiciana? cū vtilis in rem detur contra quencunque, etiam dominium, vt l.1.ff.ſi ag.vecti.non videtur bona ratio, ꝑꝑ quod intelli-
4 ge ſane & plane hic omnia iura,&† dic, qđ qñque ex iuramē to delato in reali competit vtilis in rem.ff.de iureiuran.l.ſed ſi poſſeſſori.§.fin.quandoque pup.vt d.§.ſi petenti quandoque eſt vt hic, quia concurrere non poſſunt: vt dixi ſuprà §. aliæ.ecce non concurrunt dico, quod ſi aliquis proponat rei.ven.dicens ſe eſſe dominum rei.& ei deferatur iuramentum, & iuret rem ſuam eſſe, datur ei vtilis in rem contra deferentem tantum, vel eius ſucceſſorem, & hoc caſu cōpetit publi. ſed ſi diceret, ſe emiſſe rem ab alio, quem dominum credebat,& deferetur, ei iuramentū, & iuraret rem eſſe quaſi ſuā, datur Publiciana, & non vtilis vendicatio contra deferentem tantum, vel eius ſucceſſorem, vt d.§.ſi petenti. Sed in hoc videtur obſtare litera dicti §. quia ibi iurauit rem ſuam eſſe.Et ita videtur ſibi competere vtilis vendicatio, non Publiciana, & tamen ibi dicitur, quod publiciana. Sed ego tibi reſpondeo, qui agit Publiciana vendicat rem ſuam, vt vidiſti in text. ſupra §.aliæ. & ibi oportet exponi, id eſt quaſi ſuam: alias tex.concluderet falſum. ſic in d.§. ſi petenti. oportet

tet exponi iurauit ſuam, id eſt quaſi ſuam. petebatur enim res ſua, id eſt quaſi ſua, & iurauit ſuam id eſt quaſi ſuam: vt d.§.aliæ legitur,& exponitur. Imo plus credo,quòd ſi agens publ. iuramento ſibi delato, iuraret ſuam rem eſſe, id eſt in veritate ſuam, quod non daretur ei vtilis in rem, ſed Publiciana. Et eſt ratio, quia iuramentum videtur fuiſſe delatum ſecundum formam petitionis.C.de tranſac.l. ſi de certa. vnde iuramentum nõ poteſt ſe extendere vltra formam datam per deferentem. & ideo cum defertur in publici.cauſat tantum publicia.vtilem.ff.de iureiu.l.3.§.fin.cum l.ſeq.Et idem credo in rei vendi.vtili, quæ oritur ex re iudi.C. de arbi.l.ne in arbitris. & not.C. de iudic.l.1. Nam ſi primo agebatur rei ven.oritur vtilis rei vend.ex ſententia, ſi publ.vtilis publiciana,& ſic debet intelligi l.3.§.fin.ff.de publi. & iſtæ duæ, quæ oriuntur ex ſententia, non dantur niſi contra illum, contra, quem pronuntiatum eſt,vel eius ſucceſ. quia re iud. &c. vt l. nam & poſtea.§.fin. Item credo, quòd iurans in actione publi.poteſt agere in rem poſt longi temporis præſcriptionem: & ita plane deberet intelligi ille.§.quem glo.deſtruunt.ff.de iureiur.l.ſi duo.§.Iulianus per quem.§.bene fundantur prædicta. Nam cum ibi dicatur, quòd poſt præſcriptionem longi temporis poteſt agere vtili in rem,ergo ſupponitur, quòd non ante: ſed publiciana tantum. & debet intelligi quando primo fuit intentata publicia: & de nouo fuit iuratum & per hoc poteſt reſponderi ad regulam generalem, vtilis in rem. & actio publici. datur contra quemlibet poſſeſſorem. verum eſt,vbi allegatur titulus ad hoc conueniens, ſed quando allegatur res iudicata, vel iurata, hæc de natura ſui, non nocent alijs: ideo nec actiones ex eis prodeuntes ad alios extenduntur. Quæ ergo fuit vtilitas, has actiones inuenire ſeu eas intentare, cum primæ cõpetant? certe magna. nam in primis actionibus,oportet multa probari,vt vidiſti ſupra.§. omniũ. & §.alie. in his ſufficit probare ſic iudicatum eſſe, vel iuratum,quod valde facilius. probabitur.ff.de iureiu.l.duobus.§. fin.cum l.ſeq.& hic in tex.crede mihi ſi velis: & caue ne pe-
5 ius dicas. & iunge infra de publ.iudi.§.fin. † In glo. etiam ſi
d periurum. ibi cum allega.l. admonendi. d Super hac materia conſueuit diſtingui, quia aut blaſphemat deum, vel principem,& punitur: in auc. vt non luxu.per totũ.C. ad leg. Iul. ma.l.2.& ibi de hoc.Aut blaſphemat: & tunc aut defertur ad litis deciſionem. & dic,vt hic in glo.Aut alias iurat: & tunc diſtinguitur: aut alius non damnificatur: & non punitur de iure ciuili. Aut damnificatur: & punitur.ff.de cri. ſtelli.l. de periurio. de iureiu.l. ſi duo patroni.§. fin. & diſtinctio, quæ fit in l.Lucius. ff. de his qui notan. infa. habet locum quo ad infamiam.& plenius dic vt ſcripſi in l.2.C.de iureiur. in meo breuiario,& ibi vide plenius in lectura Cyn. In ea glo.ibi.eſt notandum. §. qui in rationibus in hoc tamen caue: quamuis falſum iuret: ſemper pro veritate accipitur,nec vltra quæritur,niſi in duobus caſibus prædictis. In ea gloſſ. ibi cum allegat l.manifeſte. Vel dic. quòd nil corrigitur:ſed vna per aliã determinatur,quia recuſari non poteſt, niſi ex cauſa,quia forte ignorat veritatem, vel eſt de alieno facto,vt d.l. generaliter.§.ſinautem.referri non poteſt extra de iureiu.c.fin. In ea gloſſ. in fin. Hanc opin. approbant omnes docto. Super hac materia multa poſſunt tangi.Primo,vnde naſcatur actio iſta. contra quem competat: ad quid competat. quorum reſponſio colligi poteſt ex præmiſſis, & ſunt verba ſine effectu. Itẽ poteſt quæri, quare dicitur iuſiurandum, & non factum iu-
e randi. cum ſuper facto iuretur? Item quid ſit iuramentum. Quot debet habere comites. Quot ſunt ſpecies iuramenti. Quomodo cenſetur illicitum. Quæ ſit pœna. De quibus vide plene in ſumma Hoſti.,de iureiur. Item poteſt hic cumulari materia legis admonendi,de qua dic, vt in Spec.de iuramenti delatione. & in dicta ſumma Hoſti.& per doct.in lect. Cyn.C.de re.credi.l.in bon.fi.& ibi ſcripſi aliqua vltra in breuiario portatili, de quibus ſolennizans multa poteris capere, ad quæ recurras ſi cumulare vis, vnum tamen non omitto,ꝙ Ia.de Rau.tangit hic & Pet.non proſequitur. Conſueuit dici, quòd ex confeſſione iudiciali oriatur actio per l.de ætate. §.cum interrogatur.ff.de interrog.act. ad l.aquil. l.proinde. & ſcripſi C.de non nu.pec.l.generaliter. in princ. Quæritur

6 nunquid poſſit cumulari cum prima? † Verbi gratia. Agebã contra te certi condi. ex mutuo. confeſſus es iudicialiter mutuum. contra te volo agere ex confeſſione, quia forte video. quòd nõ poſſum probare in prima actione, nunquid poſſum eam cumulare cum prima? Dicit idem Iaco.quòd canoniſtę dicerent quòd ſic,quia dicunt cumulationem permiſſam,vbi ex diuerſis cauſis,actiones oriuntur.nunc actio ex mutuo oritur ex mutuo,& actio ex confeſſione oritur ex ipſa confeſſione. idcirco videtur quòd ambæ poſſint intentari. Dicit ipſe, quòd hoc non videtur verum. ex confeſſione,enim vel iuramento non oritur actio,ſed per confeſſionem,vel iuramentũ ex quadam præſumptione,quæ inde inſurgit, vnde quamuis quandoq; præcedat in veritate contractus.nihilominus propter dubium probationis datur actio ex confeſſione iudiciali,vel iuramento, ex contractu præſumpto. dicit ergo ipſe. quòd quamuis hæ actiones non oriantur ex eadem cauſa, nihilominus dantur propter eandem. & ita videtur, quod ſententia lata in prima,obſtat exceptio rei iud.in alia,& pro hoc videtur caſus.ff. de iureiur. l. nam & poſtea. §. ſi damnetur,
7 † quæ poteſt ſic induci, ibi dicitur,quod ſi ille, qui iurauit in actione famoſa, nihilominus condemnetur, valet ſententia: & tollitur effectus iuramenti,ergo ſupponitur, quod agebatur prima poſt ſecundam. finaliter concludit, quod actione prima pendente, non poteſt cumulari actio ex confeſſione, vel ex iuramento,ſed actio ex iuramento,vel confeſſione,primo intentata,& pendente, poteſt cumulari prima, quia ſententia lata in principali, obſtat exceptio rei iudic. in acceſſoria,videlicet, quæ oritur, ex confeſſione, vel iuramento,ſed non econtra,vt d.§.ſi damnetur,vbi ſecundo fuit actum prima, non obſtante iuramento. Ego credo, quòd hæc ſint vera,per l.ſed ſi ante.ff. de exce. & per l. duobus.§. colonus. & §.idem omnino. & apparet euidenter, cũ in hac actione non quæratur an debeatur,ſed ſolum an iuratum ſit.ff. de iureiu. l.duobus.§.fin.Vnde poſsibile eſt,quod non eſt,vel non probetur iuratũ, & quod pars abſolueretur ab inſtantia actionis, quæ oritur ex iureiu.vel ex confeſſione, & non obſtabit exceptio rei iud.in actione principali,quia poſsibile eſt deberi,dato quod non probetur iuratum,& ita ſententia lata in illa,nõ obſtat exceptio rei iud.in alia principali. Sed ſecus ecõtra, ſi agatur de principali,& pronuntietur.nõ deberi, obſtaret exceptio rei iudi.ff.de iureiu.l.ſi actor.caue tamẽ, quia hæc quęſtio non videtur bene habere locum, quando iuramẽtum eſt præſtitum,vel confeſſio eſt facta iudicialiter,quia tunc nõ reſtat,niſi pręceptũ tali ſententia.& eſſet benefatuus,qui recurreret ad nouã inſtantiam. Item in confeſſione extraiudiciali, non poteſt obtinere.quia ex illa nõ agitur, ſed valet tantũ ad
8 probationẽ.vt l.publia.§.fi.ff.depoſi. Solum. † ergo obtinet. quod cumulari poſſint,qñ iuramentum fuit delatũ extraiudicialiter,&agitur ex primo iuramẽto.Itẽ nec in cõfeſſione poteſt procedere cumulatio,quia ex illa non poteſt agi, niſi fiat iudicialiter, & ſic pendet prima inſtãtia in principali,nec ſe-
9 cunda põt cumulari,per prædicta.† Sed quid,ſi quis agit prima actione,& reus abſolutus fuit,poſt abſolutionẽ reus cõfitetur ſe fuiſſe obligatũ, forte delato iuramẽto, vel nõ delato nunquid põt agi? Videtur quod nõ,quaſi obſtet exceptio rei iud.per quã pronunciatũ fuit debitũ non eſſe.& ſic cũ agatur ex eadẽ cauſa,& ad idẽ,videtur obſtare exce. rei iudi.& præſertim,vbi cõfeſſus fuiſſet extraiudicialiter,nõ delato iuramẽto, quia tũc prima actione, nõ poteſt agi,obſtãte exceptione rei iud.& cõfeſſione,cum non pariat ac.vt ſ.dixi. & ſic nulla actio competit,& ſine actione nemo experitur &c. Præterea ſententia contra ſentẽtiam ferretur,& ſic nõ teneret. C. quæ ſen. ſine app. l.1. In hoc poteſt dici contra per l.ſi qui.C.de adul.& agetur prima actione,& ſi opponatur exceptio rei iudi.replicabitur de cõfeſſione prædicta, poſt ſentẽtiam factã, quę partem aduerſam a cõmodo rei iudi.debet repellere.per d.l.ſi qui.& vide quod ſcripſi.C. de accu.l. ſi quis homicidij.
10 & facit.C.de reb.cre.& iureiur.l.fin.† Quæritur,quid ſi orta queſtione inter emptorem,& venditorem.& delato iuramento emptori, emptor iurauit ſe emiſſe rem pro 10. nunquid ex hoc,eſt fundata intentio venditoris? Ia.de Ra. dicit,quod non, niſi vltra rem tradat, vel probet ſe tradidiſſe. Sed contra

tra

tra ſi venditor iuraſſet ſibi 10.deberi ex cauſa venditionis ta
lis rei, tunc eſſet ſatis fundata. idem ſi emptor confiteretur,
ſe debere ex cauſa emptionis, debere enim accipitur cum ef-
fectu.ff.quod quiſ.iur.l.1.ſecundum eum.hæc non ſunt mul
tum dubitabilia.ff.de iureiura.l.ſi duo.§.ſi quis iurauerit. De
vno tamen caue, nam ſi quis agat reali, & litem conteſtetur,
per negationem, actori iuramento delato, actor iuret rem
ſuam, non propter hoc plene probat, imo oportet probare,
ꝙ aduerſarius rem poſſideat, vel habeat facultatem reſtituen
di. totum enim fuit negatum, & ipſe non probat per iuramē
tum, niſi vnum articulum, & ſic alius reſtat. & in hoc poteſt
11 errare Neophytus. † Quærit Iac. nunquid ex iuramento
oritur actio? Verbi gratia. Iuras te ſoluturum 10.ad diem,
nunquid poſt diem poſſum agere ex iuramento illo? Ille di-
cit, ꝙ non de iure ciui. ſed iure cano. ſic. & hoc probat ſic. cer
ti ſunt modi veſtiendi pacta, iuramentum non eſt de illis, er-
go non veſtit. ſic arguitur ff.de act.& obli.l.obligationum fe
re.§.placet. Item ſpeciale eſt in promiſſione operarum, er-
go in contrarium ius commune.ff.de li.cau.l.fin. de ope. lib.
l.vt iuſſu. & hoc verum, vbi præſentatur iuramentum de ali-
qua re futura facienda, vel præſtanda, ſed vbi de præſenti, vel
præterito, tunc veſtit contractum: & eſt obligatorium ff. de
condi.inſti.l.quæ ſua conditione. Et eſt ratio ſecundum eum,
quia futura ſunt incerta, & de futuris non eſt determinata ve
ritas. & ſi tale iuramentum ligaret, omnes currerent ad iura-
menta, & leges viam periurijs aperirent, ꝙ eſt euitādum. C.
de indi.vidui.l.2. Si bene cogites, vix poteſt dari bonum exē
plum in iuramento obligatorio.de præſenti, vel de præteri-
to quia quaſi omnes obligationes ſunt de futuro. ſed hoc iu-
ramentum, quod fit ad lit.deciſionem, eſt de præſenti.ff.de iu
reiur.l.ſi duo.§.fin.ſuper principali quæſtione glo.tenet idē,
quod Iacob. vbique in d.l.vt iuſiuran.ff.de ope. li. l. 1; & ibi
conſueuerunt notare doct. & ideo vbi contractus eſt nullus,
non videtur, ꝙ poſſit agi ex iuramēto deſcripto. C.ſi ad.ven.
auc.ſacramenta. & dixi ſupra qui.ali.li.vel non.in princip. Et
idem videtur tenere Inno.etiam de iure cano.extra de inſti-
tutio.c.cum veniſſent. Sed Hoſtien.ibi contra, quem ſequun
tur quaſi omnes canoniſtæ.per c. cum contingat extra de iu-
12 reiur. † Poſſet quæri, nunquid prælatus poſſit deferre iu-
ramentum, in cauſa eccleſiæ? Et dici conſueuit, quod ſic, ad
inſtar procu.qui habet vniuerſalem adminiſtrationem.ff. de
iureiu.l.iuſiura.§.fi. Secus tamen dicerem de bailliuis capitu
lorum, & confratriarum.eo.tit.l.iuſiur.& ad pecunias.§. de-
fenſor. & idem crederem de procuratore Regum, vel alio-
rum dominorum, qui habent procu.in curijs ſuis. ff.quod vi
aut clam.l.3.§.ſed ſi promiſerit.verſic.plane, & tamen tutor,
vel curator poteſt.ff.de iureiur.l. iuſiurandum quod ex con-
uentione.§.1.ſed illis magis permittitur in re priuata, quam
his in republica, vt no.in d.§.plane. Et in ſumma notandum
eſt, quod iurandum eſt per modum, per quem delatum eſt ff.
de iureiu.l.3.§.fin.cum l.ſeq.& l.qui per ſalutem. Sed nun-
quid poteſt deferri in qualibet actione? gl. dicit quod non,
in cauſa matrimonij, nec conuerſionis.ff.eod.l.3. §. quacun-
que.ſed Hoſtien.contra.extra.de iureiur.cap.mulieri. ſed il-
lud forte intellexit neceſſario. ſed dic in omni iuramento,
ſed in aliquibus non ſtatur iuramento, ſi contra probetur, &
13 ſic voluit dicere gloſſ. † Quid ſi non ſit declaratus modus
iuramenti? videtur quod debeat iurari, ſuper ſancta euange
lia, quia ita conſuetum eſt, & nos debemus referre ad conſue
ta.C.quæ ſit lon.conſue.l.præſens.& not. Innocen. extra de
iureiur.c.& ſi Chriſtus. Et crederem, quod ſufficeret iurare
coram imagine Dei, vel beatæ Mariæ, ſi ita deferretur. Vidi
Turoñ. in eccleſia beati Martini, quandam imaginem beatæ
Mariæ, quæ fertur reſpondiſſe cuidam iuranti, coram ſe, il dit
voir.i.dixit verum & adhuc vocatur beata Maria, il dit voir.
14 † Quid ſi non fuit iuramentum delatum, ſed pars dixit ſe cre
f dere conſcientiæ f, & fidei alterius, nunquid poteſt agi, &
excipi? Non videtur de iure ciuili, cum non reperiatur, quod
ex tali fide actio oriatur, ſed ſolum ex iuramento, & ſic non
eſt noſtrum legem extendere, vt l.obligationum fere.§. pla-
cet, & maxime, quia iura ciuilia multum ponderant iuramen
tum, plus quam ſimplicem conuentionem, vel cōfeſsionem,
C.ſi aduer.ven.auth.ſacramenta, ſi minor ſe ma.di.l.3.imo.
etiam iura canonica, multum ponderant, faciendo valere con
tractum, in quo interuenit iuramentum, quod non valeret
ſimplici conuentione: vt d.c. cum contingat. extra de pact.
ca.1.lib.6. In contrarium videtur, quia deus non facit dif-
ferentiam inter ſimplicem loquelam, & iuramentum, vt d.c.
& ſi chriſtus, & no.plene Arch.extra de ſepul.c.1.lib.6. Præ
terea, hoc fit ad deciſionem litis ſicut iuramentum. & ita vi-
detur eadem ratio. ſed huic poteſt reſponderi, quia tranſa-
ctio fit ad litis deciſionem, & tamen non agitur ex cōuentio-
ne nuda, vt l.ſiue apud acta.C.de tranſact. vnde prima vera,
ſaltem de iure ciuili. Forma libelli ſatis eſt clara. in hac ma-
teria. Si agas in factum, dicere potes ſic. Dicit Ti. contra
M.reum, quod licet dictus Ti.dudū peteret a dicto M.x. quæ
dicebat ſibi deberi. dictuſque T. delato ſibi iuramento, per
dictum M. iurauit per modum delatum dicta x. ſibi per di-
ctum Mar. deberi, nihilominns di. M. dicta x. ſoluere, &
eidem reddere indebite recuſat, quare petit eundem M.con-
demnari ad ſoluendum eidem &c. In ac. vtili ex contractu
dic eodem modo, niſi quod adijcies cauſam, ex qua dicebas ti
bi deberi. Item in actione vtili in rem, quaſi eodem modo.
Dicit Ti.actor contra Mar.reum: quod cum idem Ti.vendi-
caret ſeu vendicare vellet, ab eodem M. talem rem vt ſuam,
idem M. detulit ei iuramentum. & idem Ti.iurauit eam ſuā
eſſe & per modum delatum, quare cum dictus Mar. dictam
rem adhuc detineat, ſeu dolo &c. petit idem Ti. dictam rem
ad ſe pertinere, iure dominij, per ſententiam veſtram decla-
rari. & hoc declarato &c. ſicut in rei ven.vtili. Item in publi
ciana eodem modo. Dicit Ti.contra Mar.quod eum idem Ti.
peteret, ſeu petere vellet, ab eodem Mar. tanquam poſſi-
dente, vel detinente, talem rem, quam dicebat ſe bona fide
emiſſe a tali, & ſibi traditam fuiſſe Mar. ſibi detuliſſet iura-
mentum, & per modum delatum iuraſſet, nihilominus di-
ctus Mar. eandem rem adhuc poſſidet, & detinet minus iu-
ſte, quare petit Ti. dictas res ad ſe iure quaſi dominij pertine
re per ſententiam declarari. & hoc declarato &c. Super hoc
tamen non poteſt dari certa forma. quia cum poſſit iurari, in
quacunque ac. & confeſ.in interdictis, & quaſi in omni nego
tio, vt ff.de iureiuran.l.3.§.quacunque. Concludendum eſt
in qualibet, ſecundum naturam actionis primæ facta narra-
tione de iuramento. Vnde ſecundum varietates factorum,
oportet variare concluſionem, concludendo realiter in reali
bus, & ad poſſeſſionem in poſſeſſorijs, & perſonalibus ſecun
dum naturam rei, quæ debetur virtute principalis obligatio
nis, & actionis.

a Adnotatio. Item ſi quis. Iaſ. circa fin. 1. columna ponit. 12. effectus iuramenti.

b Hoc verum. Idem tenet hic Ang. allegans Io. Fabri.

c In fi. Vide hic do. Iaſo. ad longum quomodo hæc gloſſ. in ſuo fine a doct. reprobatur. in 6.col.ver.gl.in verbo deberi.cir.princ. colum. Item quærit hic Aret. quare in actione reali, datur actio in factum, etiam ſi formaliter iurauerit; ſecus in actione perſonali in 4.colum.poſt me.ver.quærunt ibi doct.item in prin.col. ſeq. quærit idem, an iuramentum habeat executionem paratam, vide eum.

d L.admonendi. No. ꝙ quando proximus eſt in magno periculo conſtitutus, debet quis, & tenetur pro eo fideiubere, non ob. ꝙ iurauerit non fideiubere pro aliquo per Ioan. An. in addi. Spe. in tit. de iureiu. in rubri. quæ autem conditiones, ſeu clauſulæ tacite ſubintelligantur in iuramento, vide per Bald. in l. fi. C. de non nume. pec.

e Quid ſi iuramētum. Adde de hoc plene. & quæ ſit cauſa inſtitutionis eius: & quando licitum eſt vide gloſſ. fin. in c.1.27.q.1.ſuper verſic. iuramentum. & an & in quo differant iurare ſuper facto, & ſuper iure. vide, Bart. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. nu. 4. ff. de iureiur.

f Conſcientiæ. Hanc quæſtionem commendat dominus Iaſon, tanquam pulchram hic in 11.col.circa prin.verſic.quærit Io. Fabri, de forma autem libelli vide Iaſ. hic in pe.col.

1 *Actiones rei perſecutoriæ.*
2 *Pœnalium actionum genera.*
3 *Album multiplex.*
4 *Albi corrupti pœna cui applicabilis.*
5 *Citare albo licere.*
6 *Album an ad libros extendibile.*

Poenales quoque actiones. Pro euidentia huius §. & illorum quæ ſuper eo notantur, ſciendum, quod quædam actiones

1 actiones ſunt rei perſecutoriæ,quædam pœnales, Rei † perſecutoriæ dicuntur,quando actori res petita, vel pro qua agitur abeſt: & reo adeſt. ſicut in ſuperioribus actionibus: de quibus tractatum eſt hucuſque. ſi enim agam rei ven.vel publici. vel alijs: ergo peto rem, quæ mihi abeſt. quam non habeo: & adeſt reo,qui eam habet. Sed pœnales dicuntur, vbi nihil abeſt,nec alij adeſt: vel eſt alterum.vnde debes ſcire, quòd † pœnalium quædam ſunt pœnales ex parte actoris ex parte rei perſecutoriæ.quædam econtra.ex parte actoris perſecutoriæ: ex parte rei pœnales: quædam pœnales ex parte vtriuſque.De primis pone exemplum in actione in factũ quæ deſcendit ex edicto de calum.Si aliquis dedit tibi pecuniam,vt negotiũ mihi facias,mihi nihil abeſt,& tibi adeſt, quantum ad ſimplum.ff.de calumnia.l. 1. & quaſi per totum tit.De ſecundis, pone exemplum in actio.l.aquil. ſi interfeci ſti ſeruum meum.tibi nihil adeſt: mihi abeſt. quo ad te pœnali,non quo ad me.ff.ad l.aqui.l.itẽ Mela.§.ſi plures.de pœnalibus ex vtraque parte,patet exemplum hic in tribus actionibus hoc §.nominatis,nam de his tractat tãtum modo hic, ſecundum Dy.vide idem in gl.§.ſequens diuiſio.in gloſſ. ſed nonne.hoc viſo deſcende ad caſum,qui clariſsimus eſt. Domine Imperator ego vidi ſupra de aliquibus actionibus prætorijs,quæ rei perſecutionem continent: ſunt ne aliquę prætoriæ pœnales? imperator reſpondet,quod ſic pœnales quoque.&c.& proſequere caſum tuum iuxta literam. In gloſſ. dictum eſt.ibi cum alleg.l.in honorarijs. Vide ibi, & caue, quia gloſſ. loquitur de prætorijs. nam ciuiles pœnales ſunt perpetuæ. vt videbitis in materia ſua infra de perpe.& tempo.actio. In ea.gloſſ.ibi cum alle.l.interpretatione. aliquæ ſunt rei perſecutoriæ odioſæ,vt actio de dolo.l. 1. §. ait prætor. In fi.eiuſ.gloſſ.hæc gloſſ.procedit, vbi eſt pœnalis ab vtraque parte,& vbi deſcendit ex delicto.ſecus ex quaſi delicto. vel ſi eſſet pœnalis ab vna parte, & ſic intellige ff. nau. cau.l.licet.§.fi.de his qui deie.vel effu.l.percep.ne quis eum qui in ius voc.eſt vi exi.l.fin.ſecundum Dy.vide. ff. de act.& oblig. l. ex maleficijs. §. is quoque. de eo per quem factum eſt.l.1.§.ſi plures.de dolo.l. ſi plures. de materia huius gl.videbitis plenius infra, de perp.& temp. act. In gloſſ. ideſt fere.in fi.hoc dicere eſt tex.reprendere,vnde dic plene multæ,id eſt fere,quia in rei veritate,nec multæ ſunt,nec paucę. ſed potius poſſent dici multæ quam paucæ, propter hoc dicit pene,vt potes videre in arbore,omnes enim pœnales prętoriæ ſunt ex parte dextra, & habent duo puncta ſuper litera.C.& ideo ſi vis eas numerare,vide ibi. In gl.erat enim.
3 in fi.docto.Iac. & Pet.dicunt † ꝙ triplex eſt album. vnum, in quo ſcribuntur generalia edicta, de quibus fit mentio quaſi in omnibus tit.corporis iuris,tractantib.de prætorijs actionibus. Aliud in quo ſcribuntur citationes publicę, vt quicunque videret,denuntiaret citato,ipſum fuiſſe citatum. de quo in auc.de litig.§.omnem.C.quomodo & quando iud.aut.qui ſemel.Aliud,in quo deſcribuntur nomina decurionum. ff.de albo ſcribendo.Nunquid ergo in his omnibus, habet locum pœna,de qua hic dr̃? gl.videtur ſantire ꝙ ſic.Ipſi dicunt cõtra,ꝙ imo non habet locum,niſi quando corrumpitur albũ, in quo ſcriptum eſt edictum perpetuum.cum non reperiatur de alio,& pœnę in dubio ſunt molliendæ.ff.de pœnis.l.interpretatione.& hoc videtur expreſſum in l.ſi quis id quod. in prin.ibi perpetuæ iuriſdictionis &c. & ſic in alijs erit pœna arbitraria:cum non ſit taxata in iure ſm Petrum de Bel.per.

In gl.vel poſitum.in fi.& hoc verum,vbi aliquid mutauit, vel auxit,vel diminuit: ſecus ſi totum amouiſſet, vel deleuiſſet,quia tunc non variat veritatem,vt eo.ti.l.1.§.qui in rationibus.ſed in pœna.l.aureorum. non eſt quo ad hoc differentia,vt d.l.ſi quis id quod. † Iuxta hanc materiam conſueuit
4 quęri,cui applicabitur iſta pœna? Et videtur ꝙ fiſco,ff.de ſepul.vio.l.3.§.diuus.de l.agra.& termi.mo.l. fin. C. de modo mul.l.multarum genera.Et contra videtur ꝙ parti. ff.ad ſylla.l.lege.de ſepul.vio.l.3.§. 1.Item videtur, ꝙ debeat diuidi. C.de aſſeſſo.l.3.ad leg.iul.re.l.1.Iac.& Pet.tenent,quòd applicetur parti. & idem tenuit gloſſ. in l. ſi quis id quod, pro hoc facit l.ſi cui.ff.de verbo.ſigni.vbi cenſetur creditor, qui agit actione populari.ſaltem poſt lit.cõteſta.& ita ſupponit, quod ei debetur.plus dicit Pe.quod quandoque agitur criminaliter per viam accuſationis, & tunc ſi imponatur pœna pecuniaria,illa applicatur fiſco.ſed quando agitur ciuiliter, tũc parti,verum eſt regulariter,ſed quandoque nõ,vt in ll.ſupra alleg. Quærit etiam Ia.de aureis,quantum valent. de quo vide plenius ſupra de attil. tu. §. nos autem. Item poteſt quæri nunquid hæc pœna obtinet hodie? & non videtur: cum iudices nõ poſsint hodie condere leges s̃.de iu.na.§.ſed quod principi.Sed poteſt dici contra, ſi faciant ſtatutum de his,quæ pertinent ad iuriſdictionem ſuam,quod poſſunt, vt
5 ibi ſcripſi. Item † poteſt quæri,nunquid citatio facta in albo,arctet citatum? videtur quod ſic: per d.§.omnem.in authenti.de liti.& de hoc not. C.quomodo & quando iudex. l. conſentaneum. & authenti.qui ſemel.vbi not. quod ordinarii,& delegati a principe, poſſunt citare in albo. alij nõ. ſed hoc hodie non eſt in vſu: vt not.Specu.de citatione.§. ſequitur,verſic.& not.num.13. Ego credo, quod imo valeret talis citatio hodie, in caſu, quo pars per malitiam facit, quod non poſsit citatio ad eam peruenire. Vel ſi ſit in loco,in quo non poſsit tute citari: vt videtur extra de iudi.c. 1.quæ licet loquatur in Papa: tamen videtur, quod debeat extendi ad omnes, quia eius actio noſtra debet eſſe inſtructio. ſupra de
a codicil.§.1.Per hoc apparet forma libelli. [a] † Dico quod ta-
6 lis per dolum corrupit albũ prætorium.in quo edictum perpetuum ſcriptum erat,quare cum pœnam quinquaginta aureorum commiſerit, cuius perſecutio ad quemlibet de populo pertinet, peto ipſum condemnari ad ſoluendum, & reddendum quinquaginta aureos prædictos &c. Et caue, quia ego credo,quod debet exprimi nomen prętoris: & ſubſtantia tenoris edicti,& forte locus, vbi erat ſcriptum edictum: alias videretur incertus libellus.ff.de iureiu.l.prætor. in pri. ff. de iu. fiſ. l. ita fidei. & ideo hoc addes ad libellum.
7 † Quod, ſi quis deleat ſtatuta epiſcopi, vel capituli, non poſita in albo,ſed in libro eccleſiæ,an tenetur hac pœna? vel quid de ſtatutis conſulum redactis in libris? non videtur, cũ pœna ſtatuta ſit, contra corrumpentes album prætoris: nec debeat extendi.vt l.interpretationem,ſed poteſt puniri arbitrarie, ſicut ſupra dictum eſt. ſed forte ſi falſaret ea radendo,& alia verba ponendo,teneretur pœna falſi, vel in libro poneret aliquod edictum falſum ſine voluntate capituli Rñ. vt ff.ad leg.Cor.de fal.l.1.§.qui rationibus.cenſetur enim authentica ſcriptura: ex quo capitulum habet poteſtatem ſtatuendi:vt eo.tit.l.fin.

a Adnot.Forma libelli.De iſta forma libelli,vide etiam hic Are.in 4. colum. circa me.in verſic.libellus autem.& Pet.Iac.in tit.de actione in factum,ex albo corrupto.

1 *Patrinus impune citabilis.*
2 *Venia negata,quid faciendum.*
3 *Pater quando ſine uenia citari queat.*

a Et in eum. In gloſſ.[a] ſcilicet filium.ibi. cum alle. l. de noxa. §. fin. & facit infra de pœ. te.liti. §.fina.cum no. C.de pa.pot.l.4.ff.de admi.tu.l.ob fœnus.ff.de pœ.l. 1.§. fin. In gl.ſubaudi in fi. An autem hoc hodie ſit correctum in ado-
b ptiuis? ſunt opiniones. [b] vide ff.eo.l.adoptiuum.in prin. & tene opin.Azo.Sed quid de patrono eccleſię,nunquid poteſt
1 vocari per præſentatum ab ipſo in ius ſine venia? † Item quid de patritio, qui eſt pater ſpiritualis: an filiolus poteſt eum vocare in ius ſine venia? Item nunquid vaſallus, ſuum dominum? Non videtur. ff. eod.l.generaliter. Sed poteſt dici, quod curiale eſſet veniam impetrare, ſed ex quo non reperitur cautum,quod debeat,impetrari,non videtur, quod ſit neceſſe, ſicut dicitur de illis, qui prohibentur vocari in ius,vt no.infra.in gloſſ.ibi,non petiſſe,& hoc nota.in vaſal.& domino:in feu.de mili.vaſ.qui contu.eſt.c.1.in gloſ.
c In gloſſ.& hic accipe. [c] ibi,ſine venia.& hoc quia caſus fauorabilis eſt:alias verbum parentes, non extenditur vltra tritauum.ff.de gradib.l.iureconſultus.§.parentes. In gloſſ. 1.iuris experiendi ibi cum alle.l.libertus,intellige quòd dedit libellum ſupplicatorium, per quem petebat cauſam committi,ſeu delegari.Vel dic,quod porrexit libellum iudici, ſuper quo

ꝗo petebat patrem,vel patronum citari, non tamen citatus
fuit: alias ſi citatus eſſet,& daretur libellus,nō dubium,quin
pœna commiſſa eſſet ratione citationis. Vel intellige, hanc
gloſſ. quando iudex ſcienter conceſsit citationem contra pa-
trem, vel patronum. eo enim ipſo videtur dediſſe veniam:
vt d.l.libertus. de re iudi.l.quidam conſulebat. In ea. glo.in
fin.hanc approbant doct. In glo. id eſt,non petiſſet. ibi cum
allegat ff.de in ius vo.l. 4.§.1.non ergo ſufficit petitio venię,
niſi obtineatur. eſt ſimile extra de elect.c. ſi religioſus. lib.6.
2 de teſta.c.1.lib.6. † Quid ſi ſuperior, vel iudex nolit conce-
dere? Reſpondeo, appellet, vel adeat ſuperiorem: vt d.c.1.
de mili. vaſ. qui contu.alia autem non ſunt mere ex arbitrio,
vt notatur in ſimili extra de elect.c.cum ex eo.lib.6. nec for-
te prætor poteſt reuocare conceſſum, vt ibi notatur. In ead.
d gl.ibi ad ſimilitudinem [d] iſtorum. hanc videntur tenere do-
cto. & tamen nullo iure probatur, quod temere vocans, pu-
niatur,niſi in expenſis,vel damno cauſæ,vt videbitis infra de
e pœn. te. lit. per totum. In fin. [e] eiuſdem gloſ. hæc gloſſ. eſt
verboſa,& fuit hic poſita ſine cauſa.circa hanc materiam,po
teſt quæri, nunquid pater poteſt excipere,quod nō teneatur
procedere, ſi ſit vocatus in ius ſine venia? doct.dicunt quod
ſic.ff.de excep.l.exceptiones cum ibi not. & nihilominus po
teſt petere pœnam: quia res,& pœna legalis ſimul peti poſ-
3 ſunt.ff.de condi.furt.l ſi pro fure.§. 1. † An autem filius be-
neficiatus poſsit patrem conuenire nomine beneficij ſui ſine
venia? dic,quòd ſic.ff.eo.l.quæſitum. Sed ſi ipſe pater eſſet
beneficiatus: & filius vocaret eum nomine beneficij:deberet
veniam impetrare, vt eod.titu.l.ſed ſi hac.§.fin. Illud autem
credo,quòd proceſſus teneret,ſi non exciperetur,quia tene-
ret ſine actione,vt dicam infra. de pœ. te. li.§.fin. libelli au-
tem formatio clara eſt.Dicit Pet.quòd talis dictus eius filius,
vocauit eum in ius ſine venia. vnde quum pœnam quinqua-
ginta aureorum commiſſerit, petit ipſum condemnari in di-
ctis quinquaginta aureis ſibi dandis,vna cum expenſis&c.de
vno caue: glo.dicit hic, quòd filius in poteſtate nō poteſt pa
trem vocare in ius cum venia,nec ſine venia,in ciuili, nec in
criminali, nunquid ergo committit pœnam his caſibus? nō
videtur.ff.quod quiſque iur.l.1.§.hæc verba. Poſſes arguere
pro & contra de ll.quæ ibi allegantur.tamen cum vocatio ſo
la puniatur,& irreuerentia.ff.ne quis eum qui in ius voca.eſt
vi exi.l.1.§.1.videtur pęna commiſſa, quamuis iudex cogno
ſcere etiam non poſſet.C.de iuriſdi.om.iud.l. in criminali.

a Adnotatio. In glo. Super hac glo. Angel.in 4.& 5.colum.quærit,de aliquibus quæſtionibus,ſcilicet an hoc edictum competeret patri naturali. item an ſcholaris poſſit doctorem ſuum in ius vocare, item quid in vaſſallo. & vide hic etiam do. Iaſ.
b Opiniones. Do.Ia.tenet quod non.
c Accipe. Dicit glo. etiam fœminam comprehendi. dicit Ang. etiam ſi eſſet meretrix,niſi eſſet natus ex inceſtuoſo coitu,vel alias damnato, qui poſſet criminaliter accuſari. licet do. Ia.videatur dubitare, quem hic videas.
d Similitudinem. Iſtam glo.dicunt docto. menti tenendam, pro declaratione tituli, de in ius voc.
e In fine. De iſto iuramento vltra hanc gloſ. vide late per gloſ. in l.2.§. quod obſeruari. in ver. exiſtimat. C. de iura. ca. item vide hic tres quæſtiones per Ange.primam ſufficiat quod pater conſentiat a principio iudicij. Secunda an pater poſſit ex poſtfacto,iam incepto iudicio ratificare. Tertia an per procuratorem. vel nuntium, pater poſſit conſentire. vltimo ponit hic Ang. modum formandi libellum.

1 *Intereſſe qui probetur.*
2 *L conſtitutionibus. ſenſus.*
3 *Citationem variè fieri.*
4 *Citationis effectus.*
5 *Titulus ne quis eum &c. explicatur.7.8.9.*
6 *Edicti, de eo per quem &c. locus.*

ITEN Aduerſus eum. In gl. ſcilicet datur act.ibi cum al-
a leg.ff.de eo per quem fact.erit l.fin. [a] Sed in quo eſt magis pę
nalis actio ex primo,quā ex ſecundo? Glo.ff.de eo per quem
fact. erit in rub.vbi ponitur,quaſi hoc,reſpōdet, quòd in pri
ma iuratur in lit.in ſecunda venit verum intereſſe. Vnde ſe-
cundum doct.vult dicere glo. quod iuramentū in litem con-
tinet vltra verā æſtimationem: ideo eſt pœnalis, & hoc non
videtur verum ſecundum Iacob.quia poſsibile,eſt quod pro-
babitur plurimi intereſſe, per falſos teſtes: & ita erit ſecun-
da pœnalis ab vtraque parte. Item dicit Pet. & glo. ſuppo-
nit,quod in ſecunda,nō probetur intereſſe per iuramentū,&
tamen hoc non eſt verum. C. vnde vi.l. ſi quando, vnde ſe-
cundum eos, hæc glo. non procedit, minus videntur proce-
dere eorum repræhenſiones, ſi bene cogites. vnde ſi probe-
tur intereſſe per falſos teſtes,ridiculum eſt dicere,quod pro-
pter hoc ſit actio pœnalis. Verbi gratia, peto decem a te ex
cauſa mutui, probo per falſos teſtes, quis auderet dicere
quod certi condi. propter hoc ſit pœnali? Item opin. Petr.
1 non videtur procedere: nam licet intereſſe † probetur quan-
doque per iuramentum,ratione doli: hoc eſt vnum intereſ-
ſe verum & commune, ſed per iuramentum in litem proba-
tur ſingulare,quod eſt aliud.ff.de in lit.iur.l.penul. Vnde gl.
non dicit,quod in ſecunda debeat probari per teſtes: ſed be-
ne dicit, quod in prima iuratur in litem: in ſecunda non. &
verum dicit. Credo tamen cum docto. quod licet in prima
iuretur in lit. & propter hoc non dicatur pœnalis: ſicut nec
act. bonæfid. nec aliæ, in quibus iuratur in litem: & maxime
ſuppoſita op. quod iuramentum in litem non eſt affectionis,
ſed ſingularitatis: & videtur notari. in §.ſequens. vbi vide-
tur gloſſ.huic contraria. Quare ergo eſt prima pœnalis, &
non ſecunda? Reſpondeo,quia tendit ad meram vindictam,
ſicut actio iniuriarum, nec iurans iurat ſemper intereſſe: ſed
pro quanto nollet reū fuiſſe exemptum. Vnde licet nihil in-
terſit: actio competit.ff.nequis eum.l.ſed eximendi.§.item ſi
quis. & l.fina. §. primo. ſed ſecunda conſiderat intereſſe: vt
dicta l.fina. in princip.ff. de eo per quem fac.erit. Et quod in
prima non requiratur intereſſe: apparet ex vicinitate ſcriptu
ræ. huius.§.nam primo tractat hic de mere pœnalibus.ſunt
enim mere pœnales primæ duæ: & per conſequens. hæc ff.
2 de legat.1.l.ſi ſeruus plurium.§.fina. † In ea gloſſ.ibi: ex or-
dine titulorum. hanc non approbant docto. cum ſit eadem
b ratio, ante ſicut poſt [b] ff.ad l.aquil.l.illud. In ea.gloſſ. ibi.ff.
ne quis eum qui in ius voc.l.1. & 2. in fin. hæc eſt vera. pri-
mus enim titulus loquitur, quando vi quis exemptus eſt:
ſecundus, quando dolo. & ideo in primo magis punitur,
quia deteſtabilior eſt violentia. quæ habet in ſe vim, & do-
lum, quam ſimplex dolus: ideo prima datur ad vindictam:
ſecunda ad intereſſe. & hæc ratio eſt, quare per primam
prouidetur ſolum vocanti: quia contra illud committeba-
tur, & in eius ſuggillationem, non autem vocanti,ſed quan-
do dolo retinetur, ſit damnum vtrique in caſu ſuo. In ead.
c gloſ. ibi tamen eſt pœnalis. docto.dicunt, [c] quod hic loqui-
tur de edicto primi tituli, vt apparet: quia loquitur tantum
de exempto per vim: vt ibi cum dicit aduerſus eum, qui vi.
& quia ibi tractatur de mere pœnalibus: illud autem eſt me-
re pœnale: vt ſupra dictum eſt: ideo de eo tantum loquitur,
3 ſecundum eos. † In ead. gloſſ. ibi cum allegat l.ſicut. vult
dicere, quod cum illa edicta locum habeant, quando dies
actionis exitura eſt, & facta citatione non exeat, per leges
prædictas, ergo non habet locum. ff. ne quis eum qui in ius
vo. eſt vi. exi.l. ſed eximendi. Et no. quod quaſi ſimiles glo.
reperies. ff. de eo per quem fac. erit. l. fina. ſi quis cau. l. ſi
quis eum. §. qui iniuriarum. & ff. ex quibus cauſ. maior. l.
ait prætor. §.penulti. In eadem gloſſ. ibi: eum conuenerat,
hoc non procedit, quia materia hæc loquitur, quando iu-
diciali authoritate quis citatus fuerat: primo oportet, quod
iuſſu maioris poteſtatis, vt ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt
vi exi. l. 3. §. primo. In eadem gloſſ. ibi. cum dicit, quod
hoc dicitur. per l. ſicut. & per l. cum notiſsimi. In eadem
d gloſſ. in fin. [d] Sed tunc obſt. l. conſtitutionibus. Præterea.l.
ſicut, ſi bene inſpicias, loquitur in perſonalibus, ſicut reali-
bus, vt ibi patet. Propter quod primo pro euidentia vide-
ri oportet aliquantulum, de intellectu dictarum legum, &
poſt, in quo derogetur illis titulis. De primo ſciendum,
4 quod l. illa conſtitutionibus, † nihil facit, quia ibi non di-
cit perpetuari actionem, ſed tranſitoriam fieri ad hæredes:
quod eſt diuerſum. præterea, ibi non loquitur de ſimplici
citatione: imo de quaſi citatione, quæ fit per contuma-
ciam rei, iuxta illa, quæ notantur in authentic. vt omnes
obe. iudi. prouinc. §. ſinautem ille. ſed l. ſicut & l. cum no-
tiſsimi ſine dubio loquuntur de citatione. Super quod ad-
uertendum

3 uertendum eſt ſecũdum Iac. quòd quandoq; † citatio fit per executionem : & hæc interrumpit, & perpetuat. Quandoq; fit per edicta, vel voce præconis, & de illis non reperitur ꝙ perpetuent. & in his duabus citationibus, ſeu modis citandi, poſſunt habere locum tituli prædicti. Vel poteſt dici, quòd l.illa ſicut. obtinet, quando fuit datus libellus principi : & ad ſupplicationem datus iudex, & per executorem de iuſſu iudicis citatio facta. His enim concurrentibus interruptionẽ operatur, & perpetuationem, alias ſimplex citatio hæc non operatur. & ideo facta ſimplici citatione obtinent tituli, ſecundum eum.

4 † Hæc opin. deuiat a communis op. communiter enim dicitur, ꝙ facta citatio per executorem perpetuat: maxime dato libello, & dicunt per executorem. Vnde dic, quòd hoc edictum primũ, de quo ſolo hic loquitur, videlicet quando quis per vim exemptus eſt, hodie obtinet, ſicut olim, quia hoc edictum eſt mere pœnale, & non reſpicit intereſſe, vt ſatis ſupra dictum eſt. Et habet locum, ſiue exeat dies actioni : ſiue non. ſed tu dices : quare in l.ſed ſi eximendi, facit mentionem de hoc videlicet de exitu actionis? Dicas, quod factũ recitat, quia ſic fuit in facto. Vel dic. quod ibi Paulus ponit ſignificationem verbi eximendi, quæ eſt lata, & compræhendit violentiam, & dolum ſine violentia.

5 † Nota quod vult ꝙ ille ti. obtineat, vbi committitur dolus, ſine violentia: non ꝙ illud, quod ibi dicitur de exitura actione, ſit neceſſe ad hoc, quòd ille titulus locum habeat, quia ſic ſequeretur quòd eſſet neceſſe, quod intereſſet, quod ſtatim denegaretur: in §. itẽ ſi quis. in d.l.ſed eximendi. Sed ſolum poſitũ fuit pro declaranda, & interpretanda ſignificatione huius vocabuli, eximere. Et ſic hæc opp. quæ eſt in glo. non tangit hunc. §. qui ſolũ

6 loquitur de illo † primo edicto: vt ſupra dictum eſt: ſed tangit edictum : de eo per quem factum erit. quod requirit intereſſe. & de illo poteſt dici, quod habet locum, ſicut antiquitus : ſed non ita late: quia facta citatione per executorem, nõ eſt locus hodie tali intereſſe: videlicet, quòd dies exitura ſit: & hoc niſi in vſucapio, in qua etiam hodie obtinet. ff. de rei vend.l.ſi poſt acceptum. Item obtinet in alijs duobus modis citandi : vt ſupra dictum eſt. Item obtinet, etiã quando dies, vel actio exitura non eſt etiam quando fit citatio per executorẽ.

7 Nam poteſt nihilominus intereſſe: † pone enim, quòd feci te vocari ad iudicium ſuper actione perpetua, quæ forte duratura erat longo tempore. Titius exemit te, & tua, & mea intereſſe poteſt, te nõ fuiſſe exemptum, quamuis actio duret propter operas, quas amiſimus. de quib. debet haberi ratio. ff. ad exhi. l.ſed & ſi hæreditas. Item propter expen. & damna, quæ ſuſtinent vocans & vocatus. Vnde, & olim & hodie competit pro tali intereſſe. Sed poteſt quæri. hic dicitur, quòd vi eximens, tenetur vocanti : nunquid tenetur in aliquo iudici. quem videtur offendere ? Poteſt dici, quod ſic, non vi illius titu. ſeu edicti ; ſed ex edicto generali. ff. ſi quis ius di. nõ obtem. C. de ſpor. l.2. Item poteſt quæri. hæc actio, nõ habet locum, vbi quis vocatus eſt coram pedaneo iudice, quid ſi coram delegato ? Non videtur obtinere : vel ſi coram arbitro, vt ff. ſi quis eum, qui in ius vo. eſt. vi exi. l.3. §.1. & ibi no. de arbitro. Sed poteſt dici contra, ſaltem in delegato principis. qui maior eſt ordinario, in cauſa ſibi commiſſa ; extra de off. dele. c. ſane. & æquiparatur ordinario. C. de iud. l.a iudice. vbi & apud quos. l. fin. Sed in alio delegato. non videtur obtinere : cum non poſſit mulctare. C. de modo mul. l. fin. in princ.

8 cum not. ff. de iudi. l.2. §. ijs. datur. † Sed nunquid iudex, poteſt punire vi eximentem? Poteſt dici, quòd ſic. quamuis etiã nõ ſit alias de iuriſdictione ſua, & maxime ſi in territorio eximat, vt not. Inno. extra de offic. dele. c.1. vide ibi etiam ſi nõ animo iniuriandi iudicem, hoc faciat. vt ibi not. Quomodo ergo prouidebitur illi, qui vocauit corã iudice pedaneo, vel delegato ab alio, quam a principe contra eximentem ? dic ꝙ per edictum de eo per quem factum erit. vt not. in d.l.3. §.1. & videtur, quòd iudex ordinarius, debeat de hoc agnoſcere, & punire. arg. d.l.fi. C. vbi & apud quos, vel poteſt dici, quòd licet hæc actio, non habeat locum ex edicto, ne quis eum qui &c. nihilominus pedanei, & tales delegati poſſunt ſuam iuriſdictionem defendere, vt d.l. vnica, ſi quis ius dicen. nõ ob.

9 † Sed quæro, ſi quis vi eximat captum, & arreſtatum, qua pœna punitur ? in hoc aduerte, quia ſi fuerat captus pro debito ciuili, poteſt dici, quòd eximens tenetur ad principale debitum; vt C. de exac. trib. l. quoties. Et credo, quod hoc caſu concurrat pœna huius. §. cum illa, & quòd ſit in electione actoris, quem magis eligat. Vnde licet [d] l. quoties loquatur in fiſco, ſatis poteſt cõcedi, quòd habeat locum in priuato. & tex. ſatis declarat; licet glo. videatur contra. Sed quid, ſi eſſet captus pro caſu criminali ? tunc certum eſt, quòd eximens tenetur crimine læſæ maieſtatis, ſi eſſet confeſſus, & coniectus in vincula ; vt ff. ad l. Iul. maie. l.4. §. pen. Sed ſi non eſſet confeſſus, nec coniectus in vincula, vel ſi eſſet coniectus, ſed non confeſſus, non videtur obtinere illa pœna. Item non obtinet in captis ab alijs iudicibus, quam imperatoris, iuxta illa, quæ dixi ſupra in proœmio ſuper verbo, maieſtatem. Vnde videtur, quòd ſit pœna arbitraria, ex quo non reperitur taxata, vt l. ait prætor. de iur. delib. vel poteſt dici, quòd ſit pœna capitalis. vt C. de fal. mo. l.1. & facit. C. de epi. aud. l. ad dictos. In glo. imo numerari. in fin. vide ſupra ſuper verbo pœnæ. vnde ſunt fere 30. vide eas in arbore Ioan. a parte dextra. Libellus autem formatur. Dicit T. contra D. quod cum idem T. feciſſet coram tali iudice, in ius vocare ad talem diem, & locũ. Sempronium ſuper tali petitione, quam contra ipſum facere intendebat, idem D. dictum Sempronium, vi exemit, vel dolo procurauit vi exemi, propter quod idem Sempronius, ad dictos diem, & locum, in iudicio non comparuit, quare cum idem D. eidem T. teneatur quantum idem T. in lit. iurauerit, & ipſe T. paratus ſit iurare, vſque ad ſummam centum. petit idem T. ſe ad iuramentum admitti, & dicto iuramẽto facto, & præſtito, ipſum D. in centum condemnari, ad ea ſibi præſtanda, & condemnatum compelli &c. Et caue quia Iaco. & Pet. faciunt mentionem in libello, etiam de intereſſe, dicendo quare cum actoris tantum interſit &c. Sed ego non audeo hoc dicere, quia (ſicut ſupra dixi) hæc actio competit, dato, quod nil interſit, adde, quod actor æſtimat. ſicut in actione iniuriarum : igitur non oportet facere mentionem de intereſſe. Bene tamen concedo, quod ſi interſit. & de hoc vult facere mentionem, non minus procedit libellus, & tunc non eſt mere pœnalis, imo venit pœna, & intereſſe, vt ff. ne quis eum qui in ius voca. eſt. l. fi. §. 1.

a Adnotatio, L. fi. Vide do. Iaſ. hic.

b Quæ poſt. Vide Bart. in l.1. ff. de eo, per quem fac. er. text. in l. fin. in princ. eod. titulo.

c Dicunt. Vide hic Ang. & Iaſ. & quomodo puniatur qui eximit aliquem de manu curialium vel de carceribus. vide hic per doctores.

d In fi. Hanc glo. hic impugnant docto. quia d.l. ſicut. & l. cum notiſſimi. loquuntur, tam in perſonalibus, quam in realibus, vnde Iaſo. pro ſolutione huius contrar. præmittit, quòd multiplex eſt præſcriptio : vt hic videre poteris per eum, & vide hic Ang. ſuper formatione libelli, contra eximentem, item & contra eum, qui dolo fecit quominus citatus in ius veniret. vide eum hic in vlti. colum. vide Pet. Iac. in ti. de act. in factum ex edicto, nequis eum quis in ius vocatus eſt, vi eximat. item per eundem de actione in factum ex edicto, de eo per quem factum erit quominus quis in iudicio ſiſtat.

1 *Actiones a quibus exerceantur.*
2 *Officio iudicis quando, locus ſit.*
3 *Præiudiciales variè dicuntur. & cur.*
4 *Præiudicialis actio qualis cui & in quem datur.*
5 *Filiationis poſſeſſio an controuertenda.*
6 *Filiatione controuerſia quis citandus.*
7 *Patris adſerti an neceſſaria authoritas.*
8 *Filiatio adoptanti non datur.*
9 *Præiudicialium vis.*
10 *Perſonæ vendicandæ remedia.* 11. 12.
13 *Præiudiciali in futurum fratri cauetur.*
14 *Meum mihi non ſeruire qui accipiendum.*
15 *Perſonæ cum rebus qui vendicandæ.*
16 *Præiudicialis ſententia an ius faciat.* 17. 18. 19.

a PRAEIVDICIALES [a] Actiones. Quamuis iſte. §. fuit bene gloſſatus, tamen quia materia eſt quotidiana, multas etiam nouas quæſtiones cõgeram, circa eam. Et videas. quod Imperator duo facit. Primo præiudiciales enumerat. Secundo, quæ ſunt prætoriæ, & quæ ciuiles, declarat. Caſum non oportet poni, quia clariſſimus eſt, ſed potes ſic incipere. Domine imperator, vidi ſupra, de aliquibus actionibus realib.

realibus,ac perſonalibus. Item de aliquibus prætorijs, & aliquibus ciuilibus,ſuntne aliquæ aliæ reales prætoriæ,vel ciuiles? Imperator reſpondet,& dicit,quòd ſic:nam præiudiciales &c. proſequere literam. In glo.pro conſtanti.ibi,res petitur.i.perſona,quæ eſt loco rei: vt bos, vel aſinus: ſecundum doct. quandoq; tamen vendicatur ius in perſona, vt infra vi-
b debis. In ea.glo.ibi,reſeruauit. b hæc ratio non procedit,quia hic non tractat de ciuilibus realibus, imo per hanc rationem debuit poni ſupra poſt §. aliæ vbi fuit tractatum de ciuilibus realibus. Dicit Iac.ꝙ hic ponitur quædam diuiſio actionum. nam quædam ſunt præiudiciales,quædam non:ideo ad ſingularem diuiſionem oportuit dare ſingularem tractatum.Item
1 quia actiones, habent ſingularem † naturam ab alijs actionibus realibus: quia in alijs reperiuntur quatuor,actor,reus,iudex,& res quæ petitur. in his autem res quæ petitur,& reus, idem ſunt. Et ideo quia probabilius poterat dubitari, an eſſent in rem,an in perſonam, ſeparatim fuerũt appoſitæ, quia ſeparatorum &c. C.de dona.inter vir.& vxor.l.ſi maritus. In ea.glo.ibi,cum dicit,& ſunt tres. verum eſt in hoc §.ſed bene ſunt plures: vt infra dicetur. In ea.glo.ibi, ſed dic vt ibi. melius in d.l.ſi iudex, In ea.glo.ibi,cum dicit,excepta vna.& ita pluralis locutio ſupponit duas.ff.de verb.ſig.l.inter illam, de teſti.l.vbi numerus. de manu.teſta.l. libertas.§.fin. ſecundum Dyn.& hoc ſequuntur Iac.& Pet.nec eſt dubitabile. In ea.glo.cum alleg.ſi lib. inge. eſſe.d.l.1. & 2.illæ leges parum aut nihil faciunt. ſed facit.ff. de rei ven.l.1.§. per hanc.ff. de
2 li.agn.l.3.§.hoc interdictum.Dy.opponit contra hoc: † quia officium iudicis,non habet locum, ex quo actio competit.ff. de minor.l.in cauſæ.de eden.l.quædam: de dam.infect.l.damni.§.de illo. Sed illud obtinet quando officium datur contra ius commune. ſecus ſi ſecundum ius cõmune, vt in præſenti propoſito ſecundũ eum.idem dicit glo.in d.§.per hanc.Item quod hic dicitur de officio, intellige quando libertus a nemine detinetur, vel ſi detinetur non inuitus, vt not. in d.§. per hanc in fi. Quidam dicunt,quòd officium non competit,niſi in caſu,quo ſe libertum confitetur.ff.de offi. præf. vrb.l.1.§. cum patronus. Et per hoc videtur,quod in d.§.per hanc. loquitur tantum de filio,quod ſatis videtur probabile.Item intellige,quod officium datur. nam de filio nõ reperitur, quòd poſſit officium intentare: & multominus libertus contra patronum.Et in hoc videtur gl.iſta corrigenda. & hoc,niſi concluderetur ad alimenta. nam tunc daretur officiũ contra patrem,vel patronũ.ff.de lib.ag.l.ſi quis a liberis.in princ. ſi vis ſuſtinere glo.nihil obſtat validum. & de hoc etiã infra in ma-
c teria. In ea.glo.ibi,cũ dicit. & ſimiles. c hanc approbant Dy. & facit quod no.ff.de act.& obl.l.ex conſenſu.Glo.tamen videtur dicere contra infra in quæſtione. item quo iure,ſed ibi expones. In ea.glo.cum alleg.§. ius autem. vide ibi, & §.per hanc.& quæ ibi ſcribuntur hic recita. In ea.glo.ibi,cum alle. l.ſed ſi hac.§.pen.& fi.Dy.approbat opi.Ioan.Iac. & Pet.dicunt,quòd ideo iſtæ tres dicuntur præiudiciales, quia agitur de maiori præiudicio,quòd poſſit eſſe,videlicet,de ſtatu hominis.argu.ff. de capi.dimi.l.fi. & ſecundum hanc opin. ceſſant
3 duæ quæſtiones ſequentes. † In ea.glo.cum alleg.C. de peti. hære.l.fin.§.1.& 2.Scire debes, quòd præiudiciales dicuntur pluribus modis. vno modo, quia præiudicant alijs quæſtionibus,quia forte principales aliæ acceſſoriæ,hæ ſunt plures: vt ff.de excep.l.fundum & l.fundi.alio modo, quia ſententia in eis lata,præiudicat alijs: & hæ etiam ſunt plures. vt querela inof.teſt.vt notat.Item ſententia lata ſuper ętate,ff.de mino. l.de ætate. vel ſuper alio ſtatu perſonæ.C. de decu.l. quoties. & plures aliæ.C. res inter alios acta. notantur. Alio modo, quia agitur de ſtatu hominis. & ita ſumitur hic. & de his tractatur hic.& iſtæ nõ ſunt,niſi tres, vt hoc §.qui alias eſſet inſufficiens,niſi omnes enumeraret. In ea.glo.in contraria pręiudiciali. hæc gloſ. eſt contraria ſibijpſi. nam ſupra negauit præiudicialem eſſe contrariam,quod hic cõcedit.Item videtur continere maximam abſurditatem.Nam vocat vtilem,& directam,& tamen conſtat,quod vtilis, & directa diſtinguuntur,tanquam ſpecies oppoſite, vt ſatis dictum fuit ſupra eodem.§.omnium.& apparet in arbore. Sed ad hoc dicas quod glo.intelligit ponere hic directam reſpectu cõtrarię, de qua ſtatim ſubijcit. Item intendit ponere contrariam,id eſt quæ econtra competit,non quod contraria, & directa ſint duæ,& diuerſæ actiones præiudiciales,alias gloſ. non procederet.ſic potes palliare, tamen non poſſum negare, quin male fuerit compoſtata,ex defectu ſcriptoris,vel alias. In ead. gloſſ. ibi, quod nihil eſt. glo. videtur cõtraria. C.in quib.cau.colo.cen. l.1.vbi dicit poſſe agi negatoria. Item videtur contraria. vbi dicit agi officio iudicis. C.de agri. & cen.l.cũ ſatis.§.caueant. Alibi dicit,quod datur rei vendica. adiecta cauſa, vt d.l.1.§. per hanc. ff.de rei vend. hic glo.reſidet,quod datur vtilis, nõ directa præiudicialis. Quid ergo dicemus? Videtur,quod nõ detur præiudicialis: quia præiudiciales non ſunt, niſi tres. ſi tu des plures,redargues text.de inſufficientia,quod eſt abſurdum. Item videtur, quod non dentur confeſſoria, vel negatoria,cum non dentur, niſi quando ſeruitus debetur a re rei. ff.de ſerui.ti.generali.l.vt pomum. officium iudicis non poteſt dari, cum non extendatur ad præſtationes futuras, vt ff. de vſuris.l. 1.in fin. & hoc no. Et ſic videtur quod neutra gl. procedit. Super hoc diſtinguenda ſunt facta.interdum enim agitur pro ſtatu perſonarum,ſeu iuribus,quæ dicuntur competere, vel non competere in perſonis interdum pro perſonis,iuribus,& rebus ſimul. Circa primum vbi agitur de ſtatu perſonæ. Sciendum, quod interdũ agitur de ſtatu filiationis,interdũ de ſtatu ſeruitutis,& libertatis, interdum de ſtatu libertinitatis, & ingenuitatis, interdum de alio ſtatu perſonæ per legem,vel cõſuetudines introductæ. Redeamus ad primum,vbi agitur de ſtatu filiationis. Quæritur, quæ actiones competant? Et certum eſt, quod patri competunt quatuor, præiudicialis, officium iudicis, interdictum rei vendi. adiecta cauſa,de iure Quiritum, vt l.1.§. per hanc.ff. de rei ven. Quæritur circa primam, videlicet præiudicialem, quæ
4 ſit? Et certum eſt,quod † realis, & prætoria, vt hoc §. Nam hæc præiudicialis,& de partu agnoſcendo,vnũ & idem ſunt, vnde in dicto.§.per hanc. vocatur præiudicium, hic de partu agnoſcendo. Sed videtur,quod ſit ciuilis,cum detur ex ſe. con.ff.de ag. libe.l.3.§.1. Conſtat autem quod ſe. con. eſt de iure ciuili.ff.de iuſti.& iure.l ius autem ciuile. ergo ſequitur, quod hæc actio ſit ciuilis. Ad hoc poteſt reſponderi, quod hæc actio fuit introducta per prætores originaliter. Verum eſt,quòd poſt fuit confirmata, & propagata per ſe. con. Vnde non propter hoc mutauit originalem naturam, ideo ſemper eſt prætoria,vt notatur in ſimili.ff.de bono. poſſeſ.hære. pe.l.1. Quæritur, cui competat? dic quòd patri, vt dicit, & filio,ſi pater neget eum filium. vt hic no. & facit.ff. de ag.li. l.ſi quis a liberis. in princ. & §.ſi vel parens. Quæritur contra quem? Et certum eſt quod illa, quæ competit patri, datur contra filium inobedientem,ſeu ſe gerentem pro emancipato,vel negantem ſe filium eius non detentum ab alio,quid ſi detinetur ab alio? Gloſ.dicit, quod ſi volens, datur præiudicialis contra filium. Si inuitus,non datur,ſed ſe recurritur ad rei vend.vt not.in §.per hanc. & dicto.§. ius autem ſupra de pat.pot.Pone ergo,quod filius ab alio detinetur, qui dicit eum ſuum filium, & filius dicit ſe eſſe filium illius, qui detinet. & ita detinetur volens. nunquid poteſt agi cõtra ſolum filium,vel an oporteat agi contra illum,qui detinet? Videtur, quod oporteat agi contra detinentem,cum eius interſit.ff.de adop.l. nam ita de vent. inſpic.l. 1.§. denuntiare. Nam detinens,quaſi poſſidet ipſum vt filium, cum filiatio quaſi poſſideatur. Et ideo datur interdictum quaſi poſſeſſorium, quod non poſſet competere,niſi eſſet quaſi poſſeſſo.cum omnia interdicta ſint poſſeſſoria infra de interdict.in princ.& ſic ille, qui poſſidet,ſeu quaſi cõueniendus eſt imo videtur,quòd filius hoc caſu conueniri non poſſit præiudiciali, quia præiudicialis in rem eſt & datur contra filium,quaſi contra poſſeſſorem filiationis,ad inſtar pręiudicialis,quæ datur contra ſeruum,quaſi poſſidentem libertatem.ff.de libe. cauſa.l.liberis. §.fi. Et quod hæc præiudicialis datur ratione quaſi talis poſſeſſionis,notatur in §.per hanc. prope fin. magnæ glo. Et ſic cum filius hoc caſu non quaſi poſſideat filiationem, ſed ille, qui eum detinet,non videtur, quod poſſit conueniri. & pro hac opinio.ff.de lib.exhib.l.fin.in fin. videtur ergo, quod dictum gloſſ. poſitarum in dicto.§. habeat locum, vbi ille,qui

detinet, nullum ius ſe contendit habere. & hoc poteſt addi ad glo. In reſiduo glo. videntur ſatis bonæ ad quas recurras. In hoc tamen aduerte. nam Iac. videtur hic velle, quòd officium iudicis ita demum detur, ſi non ſit quæſtio de poteſtate, nec de filiatione, ſed de alimentis, & alijs iuribus debitis à patre filio, vel econtra. ſed vbi eſt quæſtio de filiatione, vel poteſtate non, pro quo ff. de agn. libe. l. ſi quis a liberis. §. ſolent. Sed prædictæ glo. dicunt contra, pro quibus. ff. de libe. exhiben. l. 3. §. hoc autem. in fin. vide ſupra in additione illius legis. Sed poteſt quæri: hic præiudicialis datur patri, vel filio, quando filius ſe gerit pro ſoluto, vel emancipato: eſtne
5 hoc verum indiſtinctè, ſiue pater † ſit in quaſi poſſeſſione filiationis, ſiue non? Verbi gratia, pater habet filium in domo, & filius obedit ei tanquam patri, nihilominus pater dubitans quòd filius tractu temporis poſſet ſibi mouere quæſtionem filiationis, vult agere contra eum præiudiciali, vt pronuntietur filius. vel econtra filius exiſtens in quaſi poſſeſſione filiationis, vult agere cõtra patrem, vt pronuntietur filius, vel exiſtens in quaſi poſſeſſione non filiationis, vt pronuncietur non filius, quæritur nunquid poteſt? Et non videtur, quia poſsidenti non datur actio. ff. vti poſſ. l. 1. §. interdictum. Dy. tangit hoc, & tenet contra, primo per rationem, ſecundo, per caſum legis. Ratio eſt hæc, differentia aſsignatur inter actiones, quæ competunt ad corporalia, & quæ ad incorporalia, quia quæ ad corporalia non dantur poſsidenti, quæ ad incorporalia dantur poſsidenti, vt ſupra eo. §. æque. nunc conſtat quòd hæc actio præiudicialis, datur pro incorporali, videlicet pro iure filiationis, ergo datur poſsidenti. Præterea dicit hic quaſi expreſſum. Nam qui natus eſt ex iuſtis nuptijs: eſt in quaſi poſſeſſione filiationis, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. l. filium, & tamen agit hac actione. ff. de ag. lib. l. ſi. §. 1. ergo determinatio quæſtionis eſt clara. Dyn. videtur ſupponere quæſtionem ſibi nouam, & tamen Iaco. tangit eam hic: & eodem modo determinat, parum tamen aut nihil allega.
6 † Sed pone, pater petit filium ab alio, qui detinet. detẽtator excipit, & dicit filium vocandum, cum de eius ſtatu agatur, alias dicit ſe nõ teneri procedere, quæritur an bene dicat, vel quare? econtra pater agit contra filium præiudiciali, filius dicit ſe eſſe filium alterius, quem dicit vocan. alias ſe non teneri procedere, quæritur an bene dicat? Et nõ videtur, quia certum eſt, quòd in actionibus realibus ſufficit vocari illum, qui detinet, quamuis nõ ſit dominus, vel cauſa alium tangat, vt l. officium. in prin. ff. de rei ven. igitur quamuis cauſa poſſit tangere filium, ſufficit vocari ipſum patrem, ſed agitur rei vend. de iure Quiritum contra illum. qui dicit ſe patrem, vel ipſum filium, ſi agatur pręiudiali cõtra filium, & hoc poteſt probare per naturam confeſſo. quæ datur contra illũ qui impedit me vti iure ſeruitutis, quamuis non habeat poſſeſſionem, vel dominium rei ſeruientis, vt ff. ſi ſerui. vend. l. ſi quis diuturno, §. agi autẽ. ibi ducere impediunt, & dixi ſupra eo. §. æque. Igitur videtur, ꝙ quilibet teneatur reſpondere, videlicet pater, & filius, ſingulariter, ſuper prædictis actionibus, ſi vocentur ſingulariter. & pro hoc ff. de lib. cau. l. ſi pariter. quando app. ſit. l. 2. §. ſi is qui. & hoc ſatis ſupponunt leges, quæ dicunt, quòd ſentẽtia lata cõtra. obſtat exceptio rei iud. contra illum, ergo ſupponunt, ꝙ contra alterum ſeparatum agi poteſt. ff. de re. iud. l. ſępe. C. de li. cau. l. principaliter. 2. In contrariũ videtur expreſſum, extra de maio. & obe. c. inter, 4. & c. fi. ſed illud c. nihil facit, quia ibi concludebat contra patrem abſentem, petendo declarari eccleſias ſibi ſubiectas: ſed nos loquimur, quando concludit contra pręſentem. vnde in hoc aduerte, quia verum eſt indubitate, ꝙ non poteſt excipi per modum pręmiſſum. Sed bene verum eſt, quod pater qui conuenitur, tanquã detinens, rei vend. poteſt dicere, ego non concedo eum meum filium, agas contra ipſum, & talis exceptio debet recipi. ff. de lib. exhi. l. fi. & l. 3. §. hoc autem. ſimiliter filius poteſt dicere, ego nõ nego me eſſe tuum filium, ſed talis me detinet in filium, age contra ipſum. iſta tamen exceptio non repellit agentem. imo pronuntiatur contra illum. qui non cõtendit, vt d. l. fi. de libe. exhib. Sed nunquid poteſt agi contra vtrumq; ſimul? Non videtur: quia ſi ſententia feretur in pręiudiciali, obſtaret exceptio rei iudi. in alia, & ſic cumulari non poſſunt, etiam contra diuerſos. ff. de pecul. l. quoties. §. ſi creditor. & videtur expreſſum. ff. de libe. homi. exhib. l. 3. §. is qui. & §. plane. ff. de peti. hęre. l. ſi quis libertatem. & hoc vbi filius ſe contendit non filium. imo contra filium videtur primo agendum, per iura prędicta. Item quę
7 ritur, an in caſu, quo † filius conuenitur, & ſe contendit filiũ alterius, & dictum alterum habere: poſſeſsionem filiationis illius requiritur illis patris authoritas, & ꝓceſſus ſit nullus, ſi non adhibeatur, iuxta l. fin. §. neceſsitatẽ. C. de bo. quæ lib. ꝙ videtur verum, cum patris interſit, & ſic non poteſt fieri, quin pater poſſeſſor vocetur, & quin ſciat cauſam agi, & ſic magna ex parte ceſſat quęſtio prędicta, quia tunc non oportet agi contra patrem, ſed ſufficit victoria contra filiũ, vt d. l. ſæpe. ff. de re iudi. de ſtat. ho. l. & ſeruorum. §. ingenui ſunt. Poteſt quæri vlterius, qualiter filiatio probatur? Et de hoc ſatis potes videre ſupra de ado. §. fi. vbi multas allegationes reperies, recurre ad eas in vtroq; iure. & in ſumma Hoſt. qui
8 filij ſint legi. Item quæritur, nunquid † hæc præiudicialis cõpetat patri adoptiuo, & econtra: Et non videtur, cũ non habeat hodie in potoſtate. hæc actio competit pro filio, qui eſt in poteſtate, ſicut interdictum de lib. exhib. ff. de lib. exhiben. per totum. Item quia nihil ad patrem adoptiuum tranſit, vt ſupra de adop. §. 1. C. de ado. l. cum in adoptiuis. & hoc niſi daretur in adoptionem alicui de maioribus, tunc enim crederem agi præiudiciali. & idem in quocunque arrogatore, vel arrogato, cum tranſeant in poteſtatem. per iura prædicta. Item quęritur, nunquid competat contra filium emancipatum, vel econtra? Non videtur, quia pater non habet ius in perſona, ſicut dictum eſt de adoptiuo. Sed poteſt dici contra, quia multa iura remanent, ſicut quòd tenetur alere. ff. de ag. lib. l. ſi quis a liberis. in princ. nec poteſt in ius vocare. C. de in ius voc. l. fin. Sed nunquid datur inter matrem, & filium? Poteſt dici, quòd ſic, per dictam rationem. & inter ſuperiores, qui non habent in poteſtate, & inter naturales tãtum, vt vtilis vendicatio, ſaltem vbi pater non extat. ff. de fideicom. lib. l. ſed & ſi non data. §. 1. de iniurijs. l. ſed ſi vnius. §. interdum. arg. tamen contra ff. de fur. l. mater vide ſupra de obli. ex delic. naſcun. §. interdum. Hoc tamen certum eſt, quod officium iudicis datur matri, vbi filius ab alio detinetur. ff. de lib. cau. l. 3. §. pen. Nunc loquamur de alia pręiudiciali, quę competit domino contra ſeruum, vel econtra, ſeruo contra dominum, & ſuper hoc non multum inſiſtendum, quia certum eſt, cui cõpetit, quia domino, vel ſeruo. Item certum eſt contra quem, quia contra dominum, vel ſeruum. quis autem habeat probare, vide ff. de lib. cau. l. liberis. §. fin. ff. de exce. l. generaliter. quando autem ſeruus poſsideat libertatem, vide de acquir. poſſeſ. l. 3. §. ſi ſeruus. & plenius per Inno. extra de ſer. nõ ordi. c. 2. vide ibi eadẽ. quæ per omnia videntur dicenda in præiudiciali, quæ competit pro libertate, & ingenuitate, vt patet ſatis per illa, quæ hic leguntur & notantur. Et
9 no. quod hæ præiudiciales † præiudicant alijs quæſtionibus, ſi principaliter intentatur. ſi autem excipiendo, cognoſcitur de eis cum cauſa principali ſimul. C. de ordi. cog. l. 2. vide ibi. & hoc ſi proponantur in vim perempto. Si autem ad elidendum intentionem. Verbi gratia, non potes agere, vel accuſare, quia ſeruus es, vel monachus, tunc retardant principalem cognitionem. credo tamen, quòd cognoſcetur per modũ exceptionis, non per viam libelli, vt d. l. 2. Et no. quod quamuis hæ præiudiciales, de quibus in hoc §. agitur, ſint reales, non tamen dantur, niſi coutra illos, & illis, de quorum ſtatu agitur, nam non competunt contra tertium, quamuis aliæ reales competant contra quoſcunq; poſſeſſores, vel detinentes, vel turbantes, vt vidiſtis ſatis ſupra. §. omnium, & §. æque. Et poteſt eſſe ratio. quia legiſlator eas adinuenit contra has perſonas. & pro eis tantum, quia contra tertium erat ſatis prouiſum, ſaltem quando detinetur filius, per rei vend. adiecta cauſa de iure Quiritũ, vel ſi detinetur ſeruus rei vendi. directa. Quid ergo, ſi libertus meus, a tertio detinetur, nunquid poſſum vendicare adiecta cauſa? Et non videtur, quia illi ſolum vendicantur, qui ſunt in poteſtate, vt l. 1. §. per hanc. ſupra allega. libertus autem non eſt in poteſtate, quare &c. quomodo ergo mihi prouidebitur, ſi detinetur volens, quia non

poteſt

poteſt agi interdicto de libero homi.exhib.? ff. de lib. ho.ex-
hi.l.3.§.ſi quis volentem.Hęc quæſtio non tangitur alicubi,
& eſt adeo dubia, ſicut illa de aſcript.quæ tangitur in gloſſ.
Videamus ergo de aſcriptitijs, & alijs, quia quod dicetur de
eis, poterit dici de liberto.Quid ergo dicemus? Gloſſ.ſunt
diuerſæ, vt dixi ſupra in prin.huius additionis.doc.iuris ca-
no.maxime Spec.videntur velle, quòd omnes actiones, quæ
hic nominantur in glo.competant pro aſcriptitijs, & alijs:&
ponit libellos in tit.qui filij ſint legi.§.1.ver.patronus.& ver
ſic.ſed nunquid libr.4. Breuiter iſtud non poteſt procedere
per rationes prædictas ſuprà in princ.huius additionis. nam
ſi ſic eſſet,eſſent plures præiudiciales, qđ eſt concludere con
tra hunc tex.vt ſ.dixi.Pōt tamen dici,ꝙ vbicunque quis ven
dicat ſibi ius in perſona,& eſt talis,quòd de iure,vel conſue-
tudine poteſt competere vendicanti,quòd competat pręiudi
cialis vtilis & ei,qui dicit tale ius ſibi cōpetere,& contra eũ.
nam hæ actiones vtiles extenduntur ad caſus non cogitatos
per legiſlatores,qñ ęquum eſt actionem dari,vt l.actio.ff.de
nego.geſt.vnde quando directa denegatur,& vtilis concedi-
tur: vt dixi ſupra §. omnium.C. ad exhib.l.ſi res.in fin.ff.de
procu.l.in cauſæ.§.fi.in fin.C.de hære.ven.l.emptor.Igitur,
in hoc propoſito licet directa deficiat,dicam competere vti-
lem.& hoc probatur quia patri competit indirectũ pro libe-
ris exhib.& illud competit vtile marito, pro exhibenda vxo
re.ff.de lib.exhi.l.imo.C.eod.l.2.Si ergo illud extenditur ad
vxorem: ſaltem propter ius, quod maritus in ea habet, non
eſt mirum, ſi actio præiudicialis vtilis cōpetit, vbi agitur de
ſtatu,ſeu iure,quod cadit in perſona de conſuetudine,vel de
iure,igitur pro aſcriptitijs agricolis conditionatis vniuerſali
ter pro illis omnibus,de quibus ſatis plene C.de agri.& cen.
in rub. & plenius in ſum. Hoſt.de na. ex. li.ven. §. hic feci-
mus.alias eſt rub.de agri.& cen.Idem crederem dicēdum,de
alijs quibuſcunque.in quibus agitur de ſtatu perſonę,vel iu-
re,quod habetur in ea, (ſicut obediētiam ratione religionis,
vel ſubiectionis iuriſdictionis)credo quòd poſsit præiudicia
lis vtilis intentari. ff.de libe.cau.l.igitur. §. ſi opera. Et hoc,
qñ eſt contētio inter perſonas,de quarum ſtatu agitur.ſi aũt
agere quis velit contra tertium non competit,ſicut nec vera
præiudicialis,vt ſupra dixi.Qua ergo actione agetur, ſi alius
talem perſonam detineat? gloſſ.dicit in l.1.§.per hanc quòd
rei vend.adiecta cauſa,quam dicit competere pro quacũque
perſona, in qua habeo ius.Sed contra hoc facit,quia hæc rei
ven.non competit, niſi qñ perſona, quæ petitur eſt in pote-
ſtate, tunc.n.non mirũ, ſi competat.ſed qñ habeo aliqñ ius,
ſed non habeo in poteſtate, non vř competere, ſicut nec in-
terdictum de li.ho.exhi.ff.de li.ho.exhi.l.fi.præterea interdi
ctũ de libe.exhi.& hæc rei ven.concurrunt, vt patet per to-
tam hanc materiam.ff.de lib.ho.exhi.l.3.§.hoc autem.& ta-
mē conſtat, ꝙ illud interdictũ non competit,niſi pro liberis
in poteſtate conſtitutis,vt patet per totum titulum,& maxi-
me in l.1.in prin.& §.1.ergo nec rei ven.Solutio.ſatis poteſt
dici, quòd competat rei ven. vtilis adiecta cauſa pro omni-
bus prædictis, ad inſtar illius,quæ competit pro filio in pote
ſtate conſtituto, non illa eadem, ſicut dixi ſupra in præiudi-
ciali.& forte ſic voluit intelligere glo. Et poſſet dici, ꝙ etiã
competunt vtiles confeſſoria & negatoria,iuxta illa,quę no.
in l.2.C.in quibus cau.colo.cen.& videtur expreſſum, extra
de maior.& obe.ca.inter quatuor. ibi enim agebatur confeſ.
ad obedientiam,prout Inn.ibi not.Nec ob.oppoſitio, quam
feci ſupra in prin.huius additionis,videlicet,ꝙ confeſſo.non
datur,niſi vbi ſeruitus debetur a re rei: quia verum eſt in ve-
ra confeſſ.quaſi confeſſoria, ſic vt dixi ſupra eod.§. æque &
vide ibi.& ideo poteſt reprobari glo. quæ eſt hic. Recollige
ergo,& dic,quòd præiudicialis rei vēd.adiecta cauſa, confeſ
ſoria,& negatoria,ad officium iudicis competũt,vbicunque.
10 quis ius† vendicat in perſona.Differunt tamen, quia præiu-
diciales competũt illis, qui dicunt ſe habere ius in perſonis,
& contra illas,non cōtra tertiũ,& eodem modo illis,qui hoc
negant, contra illos, qui dicunt, & aſſerunt ſe habere ius.&
his præiudicialibus agitur, qñ eſt quæſtio de illo iure, quod
dicitur competere perſonæ,vel quod negatur.ſinautem non
ſit quæſtio de hoc: quia forte perſona confitetur conditionē
ſuam, ſed non vult ſoluere, vel reddere aliqua deueria, quæ
ratione ſubiectionis competũt.Verbi gratia, tu es meus aſcri
ptitius; debes venire ſemel in ſeptimana operari in opere
meo, non fit quæſtio, quin ſis aſcriptitius,quia nec tu negas,
ſed dicis te non teneri ad illas operas, quæ petuntur,tunc ha
bet locum offic.iudi.& econtra, ſi tu agas, dicens te ad hoc
non teneri, & te indebite grauari. & ſic poteſt intelligi C.de
agri.& cen.l.cum ſatis.§. caueant.ff.de offi.præf. vrb.l.1.§.
cum patronus.ſed proprie non habet locum, vbi eſt quæſtio
de ſtatu perſonæ.Poteſt tamē dici,ꝙ hoc eſt verum proprie,
ſed extenſiue poteſt dari,vt dixi in ſimili ſupra per l.3.§.hoc
autē de lib.exhi.Sed & hoc caſu poſſunt competere confeſſ.
& negatoria vtilis,vt ſupra dixi.contra tertiũ vero competit
rei ven.vtilis adiecta cauſa.Item poteſt competere quaſi con
feſſoria,quæ competit contra quēlibet turbantem,vt l.ſi diu
11 turno.†Sed an competit aliquod interdictum? Vř poſſe dici
ꝙ ſic: quia ſicut interdictum de lib.exhi.vtile competit pro
vxore propter ius, quod maritus habet in eam, ita vř,ꝙ de-
beat extendi ad quēlibet caſum, quo vendicatur ius in perſo
na,vt l.2.de lib.exhi.C. & ff. vel officium iudicis pro poſſeſ-
ſione.C.de agri.& cen.l.ſi coloni. interdictum autem de lib.
ho.exhi.non competeret propter ius, quod quis contēdit ſe
habere in perſona,vt l.fin §.fi.ff.de lib.ho.exhi.ff.de acquir.
poſ.l.cũ hęredes.§.fi.& ibi no.cōpetit tñ,quia homo liber de
tinetur.Nam tales liberti ſunt, vt not.in l.diutius.C.de agri.
& cen.& hæc procedunt, vbi quis ſe dicit habere ius in per-
ſona. quia perſona ſit adſtricta. Quid ergo dices de homini-
bus noſtris, qui non ſunt adſtricti in perſonis. poſſunt ne ſe
transferre libere, & recedere terra dimiſſa? Certe non vř,ꝙ
aliqua de prædictis remedijs cōpetant pro illis, niſi interdi-
ctum de libero homine exhi.qñ detinetur volens, & dolo.&
ideo ſi aliquis iuſtitiarius teneat talem hominē tuũ captũ,&
petat ipſe expeditionē ſuã,tu non potes agere pro ipſo,cum
ſit liber,vt notãt canoniſtæ,extra de appel.c.dilecti.imo nec
potes agere interdicto de lib.ho.exhi. cum requirat dolum,
vt l.3.§.1.ff.de lib.ho.exhi. & iuris executio non habet iniu
riam,neque dolũ, ff.de iniu.l.iniuriarũ.§.is qui.Credo tñ, ꝙ
poſſet ſibi aſsiſtere.vide qđ ſcripſi C.vbi cau.fiſ.ag.l.fi.in bre
uiario. ſed ſi haberes ius in perſona, quia eſſet tibi ſubiectus
ratione iuriſdictionis, vel alias, ſecus dicerem,vt ſupra dixi.
Quid dices de vaſallo,qui tenet fundum, nunquid hæ actio-
nes cōtra eum competant,ſi nō recognoſcat ſe vaſallum,ſeu
ſe auocet.Non credo, quia nō vēdicatur ius in perſona.& ita
tenēt hic Iac.& Pet.qui pauca tangũt circa hanc materiã.&
pro hoc facit,quia perſona non eſt obligata obligatione,quę
in ea ius cōſtituat,in feu.de vaſal.qui contra cōſtitu.lotha.c.
12 1.in fin.Quomodo † ergo prouidebitur dño? Reſpōdeo,ca-
piat feudũ ſuũ,vel petat tanquã cōmiſſum in feu.ſi de feu.cō
tro.fue.ca.vaſallus.quæ ſit prima cauſa benefi.amit.per totũ.
Item quæritur, nunquid hæ præiudiciales competãt ſi ſit
quæſtio de fraternitate,vel cognationes? Verbi gratia,habeo
13 fratrem† vel cognatũ,qui non habet liberos,& cui ſucceſſu-
rus ſum, dubito quòd tractu tēporis,copia ꝓbationis valeat
deperire,volo agere præiudiciali, vt pronũtietur talis, nun-
quid poſſum? Vř quod ſic,ſaltē vtili, ad inſtar præiudicialis,
de partu agnoſcēdo.ex eo maxime, quia ſicut in filiatione ca
dit quaſi poſſeſsio,ita & in fraternitate, vt no.C.de proba.l.
non nudis.Sed doc.nō conſueuerũt approbare illam gl. quia
cũ frater,vel cognatus nō habeat ius in perſonis alterutrius,
nō poſſunt hæ actiones cōpetere.& facit ff. de vent. in poſſ.
mit.l.vbicunque.§. interdictum. & hanc tenent Iaco.& Pet.
qũo ergo prouidebitur? Faciat examinari teſtes ad ęternam
memoriã. extra de teſti.c.ſignificauit.vel petat alimenta offi
cio iudicis in caſu, quo frater tenetur alere fratrem. de quo
C.de nat.li.auth.licet. Sed poteſt quæri qũo præiudicialis,in
qua quęritur an quis liber ſit, vel ſeruus detur pro iure for-
14 mali, cum ſcriptũ ſit,quòd res mea mihi† ſeruire nō poteſt.
Itē nō poſſum habere ius formale ſeruitutis in re mea, vt l.
vtifrui.§.fi.ff.ſi vſuſf.pe.ſi ergo dicam ſeruũ meũ, qũo agam
pręiudiciali pro iure ſeruitutis,qđ dico me habere in eo,qui
eſt meus? Poteſt dici, quòd ille duę regulæ obtinent in re-
bus corporalibus irrationalibus, quę ſe poſsidere non poſ-

ſunt,ſic in rationalibus,quę quaſi poſsident libertatem,vnde
a ſeruo corpus ſuum peti non poteſt, quia nec poſsidet, ſed
libertatem quaſi poſsidet:quia quo ad illam eſt quaſi perſona
extranea, & quaſi tertius conuenitur, ideo ius formale cadit
in eo, ſicut ſi alius rem teneret, & ideo illud ius ab eo peti-
tur. Satis vidimus de actionibus,quæ competunt pro perſo-
15 nis, & iuribus,quæ in perſonis habemus. † Quæritur, quæ
actiones competant pro perſonis,& rebus ſimul? Verbi gra-
tia, habebam villam, in qua habebam omnem iuriſdictio-
nem, & nihilominus habitantes ſunt omnes mei aſcriptitij
vel alias conditionati, denegant mihi iura mea, vel alius
eam occupauit, & detinet, quæritur qua actione agam. In
hoc aduertendum circa factum, quia aut agitur contra il-
lum, qui detinet, aut contra ipſos,quos dixi tales eſſe ſubie-
ctos,in primo caſu, qñ vult agere contra detinentem,tunc ſi
actor dicat,ſolũ,& fundũ totius villę eſſe ſuos,quia forte mo
uet tota ab eo ad cenſum:pôt illam petere cũ hominibus,iu-
riſdictionibus, & alijs ſuis iuribus, ac pertinentijs vniuerſis
& credo, ꝙ per rei ven. vnde licet rei ven. non datur ad in-
corporalia,vt l.1.§.per hanc ff.de rei ven.tamen incorpora-
lia veniunt cũ ipſa re, tanquã acceſſoria.ff.de vi & vi ar.l.1.
§.plane.in arg.C.de bo.vac.l.2.de fun.limi.l.3.in prin.pôt.n.
res peti cũ pertinentijs. extra de reſti.ſpo.c.cũ ad ſedem.Sed
quid ſi tota villa non eſt actoris:quia forte ſunt aliqui,qui nõ
tenent ab eo,ſed habent res allodiales, vel tenent ab alijs do
minis, ſicut cõiter accidit? adhuc poteſt dici, ꝙ poſsit villa
vendicari cum pertinen.quia cum maior pars villæ ſit ſua,&
quaſi tota,vr̃,ꝙ poſsit eam ſuam dicere, cum de talibus mo-
dicis non curetur.ff.de contrahen.emp.l.in modicis. Præte-
rea illud, ꝙ non teneretur ab eo.nõ eſt de pertinen.cũ actor
ius non habeat in eo, qđ non mouet ab eo.petẽdo ergo per-
tinẽtias,ſolum petit illud,qđ pertinet ad ſe,& ſic petitio ſua
indubitate procedit: & in executione venit illud,quod per-
tinet ad ipſum tantum:& ſi in plur.petat,executione repelle
tur,ſicut in petitione hæreditatis:iuxta illa, quæ notantur ex
tra de offi.ordi.c. conquerente. per Inn.Securius tamen cre-
derem ꝙ faceret ſi poſſet detrahere illa, quæ pertinent ad
alios. Iſte autem libellus melius procedit,qñ tota iuriſdictio
pertinet ad actorem,ſed non dñia rerũ quia tunc attenta vul
gari locutione,dominus iuſtitiarius pôt dicere totam villam
ſuam. Etenim iuridici vocantur cõiter domini, & talis con-
ſuetudo eſt attendẽda. ff.de ver.ſig.l.anniculus.la 1.in prin.
de leg.1.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.Sed quid ſi ſit quæſtio de ſu
biectione, vel iuriſdictione, vel de alio iure incorporali tan-
tum? Tunc vr̃ competere, quaſi confeſſoria,vt s̃.dixi:quia vt
in ſuperioribus dixi:nedum ille,qui debet ſeruitutem, ſed ẽt
ille,qui impedit tenetur, vt l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſerui.vẽd.
ideo tertius hac actione tenetur. Quod dixi in villa, intelli-
ge de caſtro,& caſtellania,comitatu,& ducatu,ſeu marchio-
natu.Sed quid de eccleſiaſticis dignitatibus? Reſpondeo,illæ
non poſſunt vendicari, quia illæ non ſunt in bonis.nec in do
minio: & hoc niſi nomine eccleſiæ, ad quam pertinent.vide
extra de reli.do.c.cum venerabills. de exceſſ. præla.ca.inter
dilectos.per Inn.in Spe. de reli.do.in prin.& verſ.illud cum
ſeq.de hoc ẽt tractat Ber.in d.c.cũ ad ſedem.quę dixi,de con
ſuetudine obſeruantur, & maxime in parlamento Franciæ,
vbi tota die concluditur, tam in poſſeſſorijs,quam in petito
rijs,ad comitatus.caſtra,cum pertinẽtijs.& iunge quod ſcri-
pſi s̃.eo.§.omniũ.In ſecundo caſu, qñ agitur contra ipſos ho
mines,qui ſubtrahunt obedientiam,& denegant ſeruitia,tũc
credo, ꝙ poſsit agi,quaſi præiudiciali,quæ competit vbi agi
tur,de ſtatu, vt ſupra dixi.& in hac veniunt præſtationes, &
alia ſeruitia, ac obedientiæ,ſicut in vera præiudiciali acceſſo
rie veniũt illa,quæ filius erga patrem,vel libertus erga patro
num: vel ecõtra, pater,vel patronus illis teneretur facere.vt
hic not.& ſatis ſupra tactũ eſt.& hoc in prædicto caſu,quan-
do contendit de iure, qđ habetur in perſona.de rebus,& iu-
ribus ſimul pôt agi quaſi confeſſoria, & econtra,quaſi nega-
toria, ſicut ſupra dictũ eſt,quando agitur de iure.quod habe
tur in perſona tantum, per c.inter quatuor,extra de maio.&
d obed. Nunc quæramus [d] quæ actiones competant, quando
agitur ſolum pro iuribus debitis,ſeu præſtationibus, abſque
hoc,ꝙ vendicetur in perſona.& iſta eſt vltima quæſtio, quæ
tangitur hic in gloſ.Et vides, ꝙ determinat,quod officio iu-
dicis agitur,quocunque modo pręſtatio debeatur.Sed miran
dum de hoc,qũo dabitur officium iudicis,cum alia actio cõ-
petat, videlicet ex promiſsione, vel ex teſtamento, vel de-
ſcendens ex alia cauſa, ex qua præſtatio debetur. ff.de min.l.
in cauſæ.Præſertim cum non reperiatur,ꝙ hęc ſit de cauſis,
quibus ſubuenitur officio iudicis,de quibus dicitur ff.de var.
& extraor.cog.l.fi.Præterea,videtur gloſ.ſibi contraria.nam
ſupra proxime dixi, ꝙ offic.iudi.non datur ad futura, & hic
concludit contrarium.Aduerte,vix poſſum glo.excuſare,ta-
men credo,quòd glo.vult dicere,ꝙ quis via actionis,non po
teſt ad futura condemnari,ſed offi.iudi.vnde bene pro pręte
ritis annis agam via actionis, & pro futuris implorabo offi-
cium iudi.Verbi gratia, debes mihi 10.annua ex promiſsio-
ne,vel quia vendidiſti,agam certi condi.vel ex empto pro ar
reragijs pręteriti temporis, & implorando offi.iudi.pro fu-
turo, vt condemneris ſoluere decętero, hoc vides in ſimili,
quia futura ſunt acceſſoria veniunt offi. iudi.ff.de ædil.edic.
l.ædiles.§.item ſciendum. & ſic non contrariatur gloſſ.pro-
xime, quæ loquitur vbi agitur offi. iud. principaliter, hic
quando imploratur acceſſorie. Sed tamen videtur contra ff.
de iud.l.non quemadmodum.Sed pôt dici, quod pôt fieri cõ
demnatio, vt in futurum præſtetur, per officium mercena-
rium, ſeu acceſſorium, & poteſt dici,quod iſta ſuppleat illã.
Quid dicemus? Credo indubitate, quod vbi allegatur cauſa,
ex qua pręſtatio debetur:quod agi debet actione,quæ deſcen
dit ex illa cauſa, vt ſi vendidiſti mihi decem libras rendales
& annuas.agam actione exempto, ſi promiſiſti per ſtipula-
tionem,agam certi condict.ex ſtipulatione.ſi fuerit legatum
annuum,agam ex teſtamento, & ſic de ſingulis.& hoc indu-
bitate pro pręteritis pręſtationibus. An autem pro futuris?
Scias quod ſunt opi.in gloſ. in d.l.quemadmodum.Quidam
diſtinxerunt inter annua legata, & ſtipulationes. In annuis
legatis dixerunt non agi pro futuris, cũ tot ſint legata, quot
anni.in ſtipulatione ſecus,cum ſit vnica, & ex illa competat
ius pro futuris tẽporibus.ff.de verb.ob.l.ſi Stichũ.§.ſtipula-
tio de do.cau.mor.l.ſenatus.§.fin.ſed legata videntur condi-
tionalia,pro annis futuris.ff.de an.le.l.ſi in ſingulos.& ſic nõ
poſſunt peti ante conditionem.de verb.ſig.l.cedere diem.

Sed ſi hanc opi.teneas: quid dices de annuo legato ad per
petuum? Ceſſat ratio prædicta, ideo videtur dicẽdum, quod
vbi quis agit pro pręſtationibus pręteritis, poſsit petere,
quod reus condemnetur ad pręſtandum in futurum indiſtin
cte.& hoc tenet hic Dy.pro hoc, quia tu vides agi poſſe,ne-
dum vbi ius competit in pręſenti, ſed etiam vbi ſpes eſt com
petere.ff.vt le.no.ca.l.1.§. belliſsime. de iudic.l.in omnibus.
Item, quia agitur pro damno futuro ff.de aqua plu. ar.l.1.§.
hæc autem.Pręterea, tales pręſtationes ęquiparãtur iuribus
incorporalibus,cum ſit quoddam genus ſeruitutis, ſed in iu-
ribus incorporalibus agitur pro futuris, vt ff.ſi ſeruit.ven.l.
harum.& l.egi.ergo & hic. Præterea, hoc videtur expreſ-
ſum.C.de fideicommiſsis.l.1. extra de ſepultu.c.in noſtra.&
ibi not.per gloſſ.& Innoc.de procura.c.auditis. per Inno.&
hanc approbat conſuetudo. Sed quid ſi nihil debetur de eo
tempore pręterito? Videtur non poſſe agi pro futuro, ſicut
non poſſet agi confeſſoria. pro ſeruitute reali, niſi oppone-
retur impedimentum, vt ſatis dictum eſt, ſupra eo.§.ęque.
tamen poſſet agi, & concludi, quod detur litera de contra-
ctu. C.de lib.cauſa.l.ſicut datam. C.de fi. inſtrument.l. con-
tractus.vel ſi dubitet actor, ne pereat fides pro bonis,faciat
examinare teſtes ad æternam memoriam, extra de teſtib.ca.
ſignificauit.Sed pone, agitur pro pręterito tempore,petitur
reus condemnari in futurum, quæritur vtrum iſta petitio,
quod condemnetur ad pręſtandum futurum, veniat iure
actionis, vel offi.iud.? Dixi tibi ſupra, quòd videtur, quod
offi.iud.concordando gloſſ. quæ videntur contrariæ.& facit
bene.§.item ſciendum. ſupra alleg.Præterea, hoc videmus
in confeſſo. & negato. in quibus venit declaratio iure actio-
nis, & cautio de futuro officio iudicis, vt dixi ſupra eod.§.
æque. quicquid ſit, de iure, vſus approbat, & benignitas
iuris canonici admittit, quod actor non habet nomi-

nare

nare actionem,nec officium. Sufficit ergo,quòd dicat,quare peto reum condemnari in pręſtationibus talium annorũ pręteritorum,& ad ſoluendum anno quolibet decætero in futurum,implorando iudicis officium in his,in quibus fuerit im-
e plorandum &c. Sed pone talis libellus e admiſſus eſt, & condemnatio facta, pẽdente proceſſu poſt libellũ datum,& ante ſententiam fluxerunt duo anni, vel plures, nunquid virtute huius proceſſus,& ſententiæ, fiet executio de annis, qui fluxerunt pendente proceſſu ? non videtur, quia vim ſententia non habet,iudex enim non poteſt condemnare niſi iuxta formam libelli,quæ eſt,quòd condemnet in præteritis, & ad ſoluendum in futurum,ſi ſic condemnet,clarum eſt, quòd condemnatio compræhendit futurum tempus,non pręteritum, ſed illi anni ſunt iam præteriti,ergo non condemnat in illis. Item cum hi non eſſent præteriti tempore dati libelli, clarũ eſt,ꝙ non veniunt in condemnatione præteritorum: & propter hoc credo,ꝙ ille,qui agit,caute faciet,ſi dicat in libello, peto rem condemnari in præteritis, & in his qui cedent lite pendente,& ad præſtãdum decętero,implorans off.iud. &c. Et forte iudex poſſet condemnare in his,quæ cedunt pendente lite ex officio,quamuis non peteretur,per d.§. item ſciendum. ſed ob.ff.de dam.infe.l.ſi quis miſſum. & ibi no.in ſimili.Dixit ergo,quòd debet agi ad annum,actione deſcendente ex cauſa,quã proponit deberi. Sed pone,nullam cauſam ſcio, niſi quia ego, & prædeceſſores conſueuimus recipere ab antiquo,quæritur qua actione agam ? In hac quæſtione gloſſatores iuris ciuilis,dixerunt me non poſſe agere. & ideo conſulunt,ꝙ aliqua cauſa vera, vel falſa ſupponatur. & probabitur per pręſtationes frequentes cum temporis lapſu,vt no.in l.cum de in rem verſo.ff.de vſuris.C.de pact.l. ſi certis annis ff.de ſerui.l.ſeruitutes. ſecundum hoc hæc quæſtio eſt expedita,quia ſemper agetur illa actione,quæ deſcendit ex cauſa, quæ ſupponetur, ſed tamen hæc cautela videtur periculoſa animæ. Quomodo enim actor, ſalua conſcientia, poterit iurare cauſam quam non credit,vel nõ fecit ? idcirco ſuper hac quæſtione crederem ſic dicendum,quia aut quis agit ad annũ certum vel ſeruitium, ꝙ dicit deberi ratione certæ rei immobilis: quia ad hoc effecta eſt, ſicut ad canonem, vel cenſum, vel alia. Primo caſu, aut agit ſimul de conditione perſonę,& de ſeruitio,ſeu de annuo: & de hoc ſatis expeditum eſt,in ſuperioribus, aut de annuo tantum, & tunc credo, quòd poſſit agi ex conſuetudine, & ſufficit proponere, ꝙ ita præſentare cõſueuit ratione talis rei, maxime ſi ponatur tempus, de quo extat memoria,imo etiam ſufficeret longum tempus de iure canonico. & ſic intelligo C.de agri.& cen.l. litibus. & l.domini.C.loca.l.excepto.& hoc no.glo. extra de conſue.c.fi.& Inno.extra de cauſa poſſeſ.c.cum eccleſia. nec obſt. de cenſ.c. peruenit.quia ſatis eſt cauſa cõſuetudo.item res,pro qua pręſentatur.& de hoc vide quod ſcripſi in d.l.ſi certis annis. In ſecundo caſu,quando nõ dicit rem effectam,crederem etiam agi poſſe,ex conſuetudine prædicta.nec obſt.c.peruenit.quia vt dixi, ſufficiens cauſa eſt conſuetudo. Præterea loquitur, quando fuit iuſta ignorantia. & probatur, nam propter tanti fluxum temporis,probatio ignorantiæ alleganti incumbit, vt d.l.cum de in rem verſo. ſecus ſi non eſſent tot præſtationes,vt l.cum de indebito,ff.de proba.vel ſi ius,& conſcientia nõ te remordet,ſupponas cauſam, quã probabis per frequentes pręſentationes cum curſu temporis,& ages actione ex illa cauſa deſcendere. Caue tamen, quia ſi dicas, quòd ratione certæ rei tibi ſoluerit, olim datæ ad cenſum, vel in emphyt. oportet te probare præſentationes, & quòd ratione illius rei ſoluerit & ideo, ſi hoc non poſſes probare : allega ſolum frequentiam præſtationum: nec facias mentionem de aliqua re, ratione cuius præſtetur. Cõſueuit quæri,nunquid poſſit agi poſſeſſorio,pro annua præſtatione. Et ſcias quod doct. iuris ciuilis conſueuerunt tenere,quod non,quia competit petitorium,& actio perſonalis pro illis,ergo nõ poſſeſſorium. Docto.iuris canonici tenent cõtra,quia expreſſe hoc habent extra de elec.c.querelam.de cauſ.poſſeſſ.c.cum eccleſia. Poſſet dici, quod vbi penſio, ſeu præſtatio annua debetur ratione certæ rei,quod detur poſſeſſorium!, quia etiam quaſi confeſſio competit illo caſu, vt dixi ſupra quando debetur ſimpliciter: tunc non, ſed de vſu curiarum ſeruatur opinio canoniſtarum indiſtincte,de hoc no per doct.in l.ſi certis annis. & in c.peruenit. per Ioan.And.& Inno.de regu. iur.c.quod la-
f tenter. Redeamus f nunc ad alia,quæ tangunt materiam huius.§. Hic dicitur, quod hæ actiones dicuntur ideo præiudiciales,quia ſententia in eis lata præiudicat omnibus:nunquid hoc eſt verum indiſtincte ? dic ꝙ non : ſed vbi fuit cognitum principaliter. Si vero incidenter:tunc diſtinguitur,an plene, an minus plene. vide ff.de ſtatu ho.l.pen. in glo. ibi, hoc verum.vbi cognitum eſt inter illos,quorum principaliter intereſt. Quod ſi inter alios? Verbi gratia: erant duo fratres,inter quos agebatur de ſucceſſione fratris pręmortui,vel forte agebatur de alimẽtis,altero, & patre egente,diues contra quem agebatur, negabat egentem fratrem ſuum : ſententia fertur, nunquid facit ius ? Vel pone, quidam, qui venerat de vltra mare, dixit ſe ibidem fuiſſe genitum, & patrem defunctum, petit ab altero de fratribus ſuis portionem ſuam. pronuntiatur filius : nunquid faciet ius contra alium fratrem tertium ? Iac.& Pet. dicunt ꝙ non. Vnde hæc regula, quod ſententia lata in præiudiciali, faciat ius, obtinet vbi agebat ille, cuius principaliter intereſt,veluti pater.ſecus ſi alius,vt frater,vel cognatus.hoc vides in ſimili, ſententia lata in querela inoffi. teſt.facit ius.ff.de inoff. teſt. l. Papinianus.§. ſi ex cauſa. hoc verum principali hærede defendente. ſecus ſi legatario.ff.de
6 excep.rei iud.l.1. Item dicit † Pet.quod ſententia lata in hac act.alijs præiudicat,nõ ſimile ius prætendentibus, ſed acceſſorium, vt ſententia lata contra patrem,præiudicat agnatis, & cognatis. ſed non præiudicat ſimile ius prætendentibus : vt ſi quis vendicauerit aliquem in filiũ, & pronuntietur eius filium,non præiudicat alij in filium vendicanti,vel ſi ſit quæſtio de libertinitate,& pronuntietur,te non eſſe libertũ, non ob. exceptio rei iudi.alij agenti.ff.de iureiu.l.ſi duo.ſi lib.inge. eſſe d.l.de col. dete.l. cum non iuſto. Hæc procedunt in duobus præiudicialibus: videlicet per quas quæritur,an quis liber ſit, vel ſeruus. item de partu agnoſcendo. Quid in tertia, vbi agitur de ingenuitate, & libertinitate ? Glo. videtur ſentire, quòd ſententia non faciat ius, quo ad alios quia non eſt ita fauorabilis,vt no.in d.l.1. ſi lib. inge. eſſe di. Idem tenet Inno.extra qui filij ſint legit.c.cauſam,2.nume.2. & ſeq. & hoc per d.l.1.& l.patronum.Sed poteſt dici contra.nam l. ingenuum loquitur in ſententia lata ſuper ingenuitate,& nõ eſt reſtringenda. Præterea, eſt eadem ratio, nam ingenuitas eſt valde fauorabilis,vt apparet per totam materiam,& prędicta.l.1.& l.patronum.loquuntur in caſu,quo alius agit.qui prætẽdit ſe habere ſimile ius: vt ſupra dixi. Sed quid in alijs quaſi præiudicialibus,in quibus dixi agi pro alijs ſtatibus,vt ſi agatur de ſtatu religioſi,vel agricolæ, vel aſcriptitij : nunquid ſententia in eis data facit ius ? Non videtur,quia non reperitur, ſed ſatis poteſt dici idem, cum dentur ad ſimilitudinem præiudicialium, vt ſupra dixi, & ideo quod ſtatim dixi in illis, intellige in his. & facit bene C.de decu. lib.10. Item hoc obtinet,vbi agitur præiudiciali.Quid ſi agatur rei vend. vel offic.iud.vel interdicto? Poteſt dici,idem quomodocunque agatur : dumtamen pronuntietur talis.ff. ſi lib. inge. eſſe d.l.fin.ff. de mino.l. de ætate. Sed quid in cauſa legitimatio-
7 nis,vel cognationis: † nunquid ſententia facit ius?Verbi grãtia,inter patrem & filium,non erat quæſtio, quin eſſet filius, ſed negabatur legitimus, pronunciatum fuit eſſe legitimum, vel forte cum ageretur de dignitate,vel ſacris ordinibus,fuit pronunciatum eſſe legitimum,vel ſi agatur de hæreditate inter cognatos. Inno. videtur tenere quòd non facit ius in d.c. cauſam. & idem Hoſtien.ibidem, quia non reperitur hoc expreſſum. In contrarium facit, quia ex quo agitur de ſtatu, videtur quod præiudicet,ſicut in alijs quęſtionibus ſtatus,cum ſit eadem ratio. Item in connexis obſtat exceptio rei iudi. ſicut lata ſententia in querela ob.exce.rei iudi.in legatis,& ſententia facit ius,vt l.papinianus.§.ſi ex cauſa.ff.de inoffic.teſt. Sed cognatio eſt quoddam ius connexum, idcirco ſententia lata videtur obſtare. Poſſet dici,quòd ſi patre agente,vel defendente pronuntietur,quòd ſententia facit ius,quia hęc cauſa, par eſt quęſtioni filiationis, vt ff.de ag.li.l. ſi neget. Sed ſi neget.Sed ſi inter alios ſit quæſtio,& pronuntietur,non facit

ius,vt dixi in ſuperioribus. Sed quæritur, ſi quis pronuntietur filius nullo agente? Verbi gratia,mortuo patre meo,cum dominus temporalis occupaſſet bona eius: ego informaui, ꝙ eram filius,& pronuntiauit me filium,& tradidit mihi bona, nunquid hæc ſententia facit ius? Non videtur,cum non fuerũt vocati alij, ad quos poterat hæreditas pertinere.ff.de col. deteg.l.cum non iuſto. Præterea non fuit ſententia lata, patre agente,vel defendente, & ita non videtur facere ius, quo ad alios,ſecundum doctrinã ſupra datam. & hoc videtur notare ſatis Inno.in d.c.cauſam quæ. qui dicit,quod hæc ſententia ita demum facit ius,ſi fuit lata, iuſto contradictore agente,vel defendente. Mihi videtur,quod dominus temporalis, ſeu eius procurator ſit ſatis legitimus contradictor, & ideo credo, quod aliquo ſic admiſsio ad hæreditatem per ſententiam,quod debitores, & alij teneantur ei reſpondere ex quadam conſequentia. C.de peti.hære.l.fin. ſed ſi aliquis probaſſet ſe legitimum coram epiſcopo,vel ſuperiori ſuo,ad finem, quod admitteretur ad ordines, vel ad dignitates,tunc non videtur: quia nullus fuit contradictor legitimus, vt l.cum non iuſto. ſupra alleg. & ff.de inoff. teſta.l. qui repudiantis.§.fin.
18 [vbi eſt caſus, quod ſententia non facit ius.] † Sed quid in cauſa nobilitatis. Verbi gratia,de conſuetudine Franciæ ſuccedunt alio modo nobiles, quam ignobiles,alter duorum fratrum dicebat ſe nobilem,& petebat annagium, tanquam nobilis. alter negabat ſe,& ipſum fore nobiles. lata fuit ſententia,quod erant nobiles,nunquid faciet ius? non videtur,cum non reperiatur. Tamen credo quod imo, quia agitur de ſta-
19 tu, vt ſupra dixi. † Sed vlterius quæritur. ſententia lata pro ſtatu facit ius,quid ſi contra ſtatum? non videtur idem, cum ceſſet cauſa fauoris libertatis vel ingenuitatis. Præterea, vides quod ſentẽtia lata in cauſa matrimonij pro matrimonio tranſit in rem iudicatam, & tamen non contra matrimoniũ extra de ſen. & re iudi.c. lator. Videtur expreſſum contra.ff. de ag. lib.leg. 3.in princ. de li. cau.l. duobus. Item quæ dixi intelligas, ſi iudicetur ſuper ſtatu, videlicet eum eſſe liberũ. ſecus ſi pronuntietur non eſſe ſeruum .ff. de lib. cau.l. ſi ſeruus quem. Quid ergo ſi in quæſtione ſupra tacta iudicetur deberi annagium: & nihil fuit pronuntiatum expreſſe ſuper nobilitate. Credo quòd ſufficit. C. de ordi. cog.l.2. quia per dictam conſuetudinem, annagium non debetur, niſi nobili. Nouiſsime quæritnr deformis libellorum, & gloſſ. ſatis format concluſiones. vnum tamen aduerte, quia ego credo, quòd cum hæ actiones præiudiciales ſint reales, debet concludi ad declarandum, & quod declaratio veniat iure actionis, cætera offic. iud. vt in alijs realibus, & hoc quando agitur de ſtatu principaliter. interdum tamen agitur incidenter, vt in materia de ordin. cogn. apparet. Et tunc non eſt quæſtio, quomodo formetur libellus: quia proponitur per modum exceptionis: alias quæſtionum non eſſet finis. De omiſsis confiteor culpam, de male dictis peto veniam. doct. hic pauca dixerunt, & vbi dixerunt, non ſilui eos nominare. Iacob. de Rau. materiam feudorum hic cumulat, quam non proſequor, quia melius eſt in libro feu. & in Specu. de feu. quam ipſe tractet.

1 *Agere varie an liceat.4.*
2 *L.cum res ſenſus.*
3 *Victus vna aliane cauſa agat.5.*
6 *C.abbate. explicatur.*
7 *Publicianæ cumulari poſſunt.*
8 *Condictionis furtiuæ ſpeciale.*
9 *§.ſic itaque. enucleatur.*
10 *Condicere furtiuum,qui & a quo,& an poſſint.*
11 *Condictio furtiua, ad quæ data.*

a Sic itaque[a] diſcretis. In hoc §. ſunt multa dicenda. & poteſt ſic poni caſus. Domine Imperator, ego vidi ſupra aliquas diuiſiones actionum, & inter cæteras, quod quædam ſunt reales, quædam perſonales, & quod per actiones reales poſſum rem meam petere. Sed ponamus,ego volo per actionem perſonalem petere, quod res mea mihi detur, nunquid poſſum? dicit Imperator,quod non, nec enim quòd actoris eſt &c. & proſequere iuxta verba text. vſque ad §. appellamus. & fac ibi §. vel verſi. & ibi reaſſume per modum, alius caſus. Domine Imperator, ego vidi ſupra quod quædam actiones ſunt in rem, quædam in perſonam, quæro a vobis, quomodo vocantur actiones in rem, & quomodo act. in perſonam? Dicit Imperator,appellamus &c.& proſequere tex. & no. hunc §.male dictatum, & longis verbis. ſed §.præiudiciales ſupra proxi. fuit melior, & magis ſuccinctis verbis dictatus,quam aliquis,qui ſit in toto hoc tit. nec forte in corpore iuris, & vix videntur proceſsiſſe ab eodem. In gloſſ. formatur. in fine. Hoc nihil eſt dictu, ſed vult dicere, ſi apparet &c. id eſt,ſi agat dare oportere. Supponit ergo hęc gloſſ. quod hæc verba, ſic itaque. ponantur illatiue, & tamen non eſt verum, quia nihil eſt dictum, ſupra a quo poſſit inferri. Dic ergo, quod ponuntur recapitulatiue,vt poſſit poni regula ſuper actionibus, de quibus dixerat, & exceptionem, quam hic ponit ſecundum doct. In gloſſ. ſed opponitur. in fin. Et eſt hæc gloſſ. regula vera, quod ex pluribus cauſis non poteſt quæri dominium, quod intellige ve-
b rum[b] ex pluribus cauſis ſucceſsiuis, ſed ex pluribus concur-
1 rentibus poteſt, vt nota. in §. ex pluribus. † Quid ergo ſi quis agat, & dicat ſe dominum ex pluribus cauſis concurrentibus, nunquid admittitur talis libellus? Verbi gratia. Dico, quod talis dominus vendidit mihi talem rem. Item & eam mihi donauit, & ex dictis cauſis mihi tradidit, quare peto &c. Et videtur quod ſic. cum poſsint concurrere, vt d. §.nota. Præterea, ſi duæ actiones ex diuerſis cauſis procedentes, ſe compatiuntur, & poſſunt ad idem ſimul intentari quod poſſunt, vt in materia cumulationis videbitis infra eo. §. ſi minus. ergo duæ cauſæ dominium acquirunt. Præterea, qui agit vendicatione, nulla cauſa expreſſa, intelligitur omnes cauſas in iudicium deducere, vt ff.de exce. rei iudi.l. & an eandem.§.actiones. extra de ſen. & re iudi.c. abbate libr. 6. ſi ergo plures exprimantur, nullum eſt vitium. imo nec aliud important, quam ſi non exprimerentur.ff. de condi. & demon. l. conditiones quæ extrinſecus. de lega. 1. l.3.cum omnes. & plures intelligerentur proponi tacite, vt l.ſi mater.§.1.ff. de exceptio. rei iudic. In contrarium videtur, certum eſt. quod actiones perſonales, & reales, in hoc æquiparantur, quia quod iuris in vna obſeruatur, quando expreſſa cauſa ab initio agitur, idem in alia. nam ſicut non obſt. exceptio rei iudic. vbi in perſonali ex vna agitur, ſi ex alia agatur, ſic nec in reali vna cauſa ab initio adiecta. ff. de exceptio.rei iudic.l. ſi mater. §. ſi quis autem. & l. & an eadem .§. actiones a contrario ſenſu. Sed conſtat, quod ex pluribus cauſis non poteſt ſimul agi in actione perſonali, vt dicto.§.actiones. de regul. iur. l. nemo, la 2.§.quoties. ergo nec in reali ex pluribus cauſis. & hoc videtur expreſſum C.de contrahen. emptio. l. cum res. & videtur hoc notari, extra de fide inſtrum. c. inter dilectos, §. cæterum. Ad hoc poteſt dici, quod libellus debet admitti per primas rationes, dumtamen tales ſint cauſæ, quod per traditionem acquiratur dominium, & hoc patet, quia vna fuit traditio, & vna acquiſitio dominij, & ſic totum vnum reputatur vna actio ex hoc reſultans. Sed quid ſi plures cauſæ proponantur, ex quarum aliquibus dominium quæritur ſine traditione, ſi-

a Adnotatio. Præiudiciales. Iſte.§.ſecundum Ang. diuiditur ſicut hic ſecundum Ioan. Fab. Et ſic ſummatur ſecundum eum. Actiones præiudiciales, quæ hic enumerantur ſunt, in rem, quarum aliquæ ſunt ciuiles, & aliquæ prætoriæ.

b Reſeruauit. Vide hic Ang. poſt princ.& Iaſo. in 4.colum. poſt me. in verſ. in ea.glo. ibi. & doct. qui dicunt hanc glo. in hoc reprobari, vt per eos videre poteris. Item do.Iaſ. dicit hanc gloſſ. eſſe prolixorem, quæ ſit in toto titulo actionum, vel in toto iſto volumine.

c Et ſimiles. Iſta lo. videtur ſibi contraria ibi item quo iure aſcriptitij. tamen communiter approbatur per doct.& vide hic Ang.in princ. 2.col. plene tractantem, quando iſte actiones dicantur præiudiciales in verſ. in hac ergo quæſtion.& in hoc vtile eſt videre do.Iaſ.qui multis paſſibus alleg. Ioan.Fab. quæ longum eſſet ſcribere,imo tedioſum,ideo recurre ad eum hic.

d Nunc quæramus. Vide hic plene per Ang.in 5.colum. poſt me. verſi.in ea. glo.ibi ad futuras. vide hic Bald.in 2.colum.in me.verſi.in ea.glo. magna.vbi ponit quæſtionem pro hac materia, cum duobus quæſtio. ſeq. vide do. in l.ſi certis annis.C.de pac.

e Libellus. Formas etiam libellorum, in hac materia vide per Pet.Iaſo.in tit. de præiudiciali actione in rem, per quam quæritur,an aliquis ſit ſeruus. item in tit.de præiudiciali actione,per quam quæritur: an aliquis ſit libertus. & in titulis duobus ſeq.

f Redeamus. De hac quæſtione vide Iaſ.hic in 5.colum.ante fi. verſic. iuxta prædicta Ioan.Fab.

cur ex cauſa legati. Verbi gratia. Dico, ꝙ talis legauit mihi fundum ſuum, & nihilominus donauit inter viuos. vel pone in alijs caſibus, in quibus dominium acquiritur ſine traditione, tunc non credo, ꝙ deberet admitti, quia ex illa cauſa, qua transfertur, dicit ſe dominum, ergo aliam proponendo eſt ſibi contrarius, & ita repellendus, C. de furtis. l. 1. C. de codi. l. fin. Non obſt. contraria: quia in perſonalibus non eſt idem, ſicut in realibus. nam in perſonalibus ſingulas cauſas ſingulæ actiones ſequuntur, non ſic in reali, quando fuit vna ſola tra-
2 ditio, quia omnes reputantur pro vna. † Item non ob. l. cum res. quia loquitur, vbi fuiſſe proponuntur plures traditiones, quo caſu non admittitur talis libellus, quia videtur contraria proponere, ſed in caſu propoſito videtur admitti debere, quia nulla contrarietas eſt. & hoc vbi prætendit ſe habere diuerſas cauſas ab eodem. Quid ſi a diuerſis? Tunc non videtur, quod procedat, quia eſſet contrarius ſibijpſi, dicendo vtrunque dñm ſimul, ꝙ eſſe non põt, vt ff. commo. l. ſi vt certo. §. ſi duobus. Quid ſi dicatur eos fuiſſe dominos ſucceſſiue, & vtrunque ſimul tradidiſſet? Videtur admittendus per rationes prædictas. duntamen cauſæ ſint compatibiles, vt dixi, & maxime quando vnus habuit cauſam ab alio, vt dixi. Et hæc vera agendo, ſed an defendendo admittetur? Videtur quòd ſic, indiſtincte, cum contraria proponens audiatur defendendo, vt l. nemo prohibetur. ff. de exce. Sed videtur obſtare d. l. cum res, quæ videtur loqui in defenſore: vt in ver. ſane. Sed dicas, quòd principium loquitur in actore. ſed verſi. ſane. loquitur in reo, & diuerſificatur, quando actor recupe-
3 rauit rem, & alius vult agere querela. † Sed quid, egiſti rei vend. vna cauſa adiecta ſuccubuiſti. agis iterum ex alia cauſa. ego tibi dico, amice, tu dixiſti alias te dominum ex tali prima cauſa, qua egiſti, tu nunc vis dicere contra confeſſionẽ tuam, debes repelli, quæritur an bene dicam? Videtur expeditum ꝙ non, quia expreſſum eſt, ꝙ qui egit ex vna cauſa actione reali. & ſuccubuit, poteſt agere ex alia: vt d. §. ſi quis autem. & d. l. cum res. ſed ad illas poteſt reſponderi, quod verum eſt, quod non ob. exceptio rei iudi. ſed alias exceptiones non intendit ibi excludere, ſicut de rei vendit. vel alia. Vnde videretur repellendus, quia quando agit prima cauſa, dicit ſe dominum ex illa. igitur ex alia non poteſt ſe dicere dominum, quia ſemel factus dominus, non poteſt amplius fieri dominus per hũc §. & confeſſio ſua, quam fecit ſe dicẽdo dñm ex prima cauſa, ſibi præiudicat, quãuis forte non dicat verũ, quia recipitur pro vera in eius præiudiciũ. C. de reuo. do. l. cũ confitearis. C. de ſer. pig. da. ma. l. ſi creditoribus. & melius extra de adul. c. ſignificaſti. Cõfeſſio enim præiudicat inter eaſdem perſonas, etiam in alia cauſa, vt conſueuit dici. ff. de in-
4 terroga. actio. l. fi. a contrario ſenſu. in fi. † Præterea conſtat, quod vbi quis vult intentare actiones contrarias etiam ſucceſſiue, repellitur. C. de fur. l. 1. de codi. l. fin. ſi ſeruus exte. l. vnica. §. ſi itaque. Iſte autem, qui primo adſtruxit ſe dñm ex vna cauſa, & ſuccubuit, & nunc vult ſe dicere dominum ex alia, conſtat, ꝙ dixit contraria, quia ſi fuit dñs ex illa, quam primo adſtruxit. non poteſt ſe dicere dñm ex iſta, quam nũc proponit, per hunc §. & l. cum res. ſ. alle. ergo tanquam contraria proponens eſt repellendus. Pręterea venit contra iuramentũ propriũ, nam in primo caſu iurauit ſe dominum, ex cauſa, quam propoſuit, nunc vult iurare ſe dominum ex alia, quæ contraria & impoſſibilia ſunt, quia ſi verum iurauit primo, non iurat verum nunc, & ſic relinquitur ꝙ poſſit repelli. & pro hoc facit optime extra de elec. c. vt quis. lib. 6. vbi videtur quaſi expreſſum. & facit extra de fide inſtru. c. inter dilectos. §. cęterum. & hæc videntur prurire auribus, & tamen non videntur de mente iurium prædictorum, videlicet §. ſi
5 quis aũt. & l. cum res. quæ eſſent ſine effectu. † Præterea, ſimiles oppoſitiones poſſent fieri, quando ille, qui primo egit, & ſuccubuit, vult agere ex noua cauſa. nam ſi ex prima ſuccubuit, non propter hoc amiſit dñium, & ſi ex noua cauſa non poſſet ſe dicere dominum, quin deieraret, & quin eſſet contrarius ſibijpſi: & tñ claro clarius eſt, quòd ſuperueniẽte noua cauſa põt agi: vt l. ſi mater. §. ea. Sed ad illũ §. poſſet reſpõderi. quòd agi poteſt, ſic quod non ob. exce. rei. iud. ſed non negatur quin repelli poſſit alia exceptione. hoc nihil eſt. Nã tex. dicit, quod ex noua cauſa poteſt agi & obtineri, extra de ſen. & re iudi. c. abbate. ver. non prodeſſet. li. 6. non autem poſſet obtineri, ſi ſic eſſet quod poſſet repelli. Poteſt tamen alio modo reſponderi, quia per ſententiam perditur dominium ſaltem vtile, dicam infrà de offi. iudi. §. fina. Vel poſſet ille §. intelligi, quando dominium ſuperuenit ex præcedenti cauſa, quo caſu acquiſitum perditur, & nouum acquiritur, & accedit ff. ad leg. Fal. l. fundo. Et ideo ex illo nouo agi poteſt, & ſic non obſtaret vltima opinio illorum, qui tenent, quod poſſet repelli. Et per eundem modum poſſet reſponderi ad l. fi. ff. de except. rei iudi. vbi eſt contrarietas eadem, ſuper quo cogitabis. Sed quid dices in quaſi domino, nunquid quaſi dominus poteſt fieri magis quaſi dominus? Verbi gratia, dico me quaſi dominum, quia per traditionem accepi, a tali, quẽ dominum eſſe credebam, & tali titulo item & a tali, nũquid talis libellus procedit, vt & ea quæ dicta ſunt ſ. in dominio, obtineant in quaſi dominio? Non videtur, quia dominium eſt plenum. Quid ſi non poteſt compati ſibi plenum, ſed minus plenum compatitur minus pleno, vt vides, quia tutorem habenti non poteſt dari tutor: & tamen poteſt dari curator & curatorem habenti curator. C. in quib. caſi. tu. ha. l. licet. & ibi not. Et ideo videtur, quod quaſi dominium poſſit acquiri diuerſis titulis: & quod non obtineat iſte §. item per præmiſſa videtur, quod actor omnes titulos poſſit in iudicium deducere, per rationes prædictas ſupra in dominio. & ad hoc be-
6 ne facit dictum c. † abbate. qđ nedũ loquitur in dominio vero, imo in quaſi dominio: & hoc vbi actor habet illos diuerſos tit. ab vno, & fuit vna traditio. Quid ſi a diuerſis? Videtur idem. quia ceſſat cauſa contrarietatis. quã ſ. allegaui in pleno dominio, & pro hoc quia tacite deduceretur totum in iudicium. Si ergo expreſſe ponatur, vitiat. vt ſ. ſatis allegatũ eſt. ſed contra facit l. nemo ex his. §. quoties. de re iudi. Itẽ quia ex quolibet titulo, ſine aliqua traditione oritur vna actio, & ita ſequitur quod agit pluribus, & diuerſis actionibus, quod non eſt licitum, vt d. §. quoties. Itẽ rei ven. nõ põt dici idem. quia non competit, niſi vna, nec eſt niſi vnum dñium. Sed ad
7 hoc põt reſponderi, quod plures† publicianæ poſſunt cumulari, cũ cõpetant ad idem, & ex diuerſis cauſis. Nec (ſententia lata in vna) obſtat exceptio rei iud. in alia. pro eo quia ab initio omnes cauſæ exprimuntur, vt §. ſi quis autem ſuprà ſæpius allegato. & ideo videtur poſſe agi ex pluribus cauſis. vt prædicitur, etiam cauſatis diuerſis titulis: & traditionibus. Sed an vtilis dominus poſſit fieri magis dominus vtilis, quia quin poſſit fieri directus dominus, non videtur dubitabile? Et dicitur quod ſic, per dictam rationem, quia minus plene &c. Sed poteſt dici quod non, attenta ratione huius §. ideo quæ dixi in directo, intellige in vtili. bene tamen verum eſt, quod vtilis poteſt reputari directus diuerſis reſpectibus. vide ſuprà de loca. §. adeo. & ſuprà eod. §. omnium. & §. alio. vide in quolibet. Sed quid dices in obligatione reali? Expeditum eſt, quod ex pluribus cauſis poteſt obligari, nec eſt idẽ. ſicut in domino, ideo videtur, quod poſſit ex pluribus cauſis ſimilibus agi. ff. de exce. rei iudi. l. ex ſextante. §. Latinus. infrà eod. §. ſi minus. Item quid in interdictis? Videtur quod cum ſint perſona habeant, quo ad hoc, naturam perſonalium, vt dicam infrà de interdic. §. recuperandæ. & no. Inno. extra de do. c. inter dilectos. In glo. ſed in quo in fi. hæc gloſ. bona eſt, & vera, ſecundum omnes. In gloſſ. 1. quia apparet. ibi, & tamen hic dicit quod ſic. hæc glo. fortiſſime arguit, nemo ad impoſſibile obligatur, nec aliqua actio poteſt dari ad impoſſibile, ſed impoſſibile eſt rem meam mihi dari, ergo impoſſibile eſt agi condi. furtiua ad dandum, quod meum eſt. In eadem glo. cum dicit, intenditur, hæc glo. neſciens in lucem euadere, conuertit ſe ad obſcura, ne videatur. & concedit, quod hæc actio non datur ad dandum, ſed reſtituendum rem. nec ob. text. ſi appareat eos dare oportere. &c. qui videtur ſupponere, quod agitur ad dandum, quia non refertur ad condict. furt. de qua ſtatim locutus eſt. ſed ad conditionem, prout eſt genus, & prout ponitur pro omni actione perſonali, quaſi dicat, fur tenetur condictio. furt. ad reſtituendum, ſicut teneretur quicunque alius alia condictione ad dandum, ſi apparet, eum dare oportere. Hanc arbitror

fuiſſe intentionem gl.de longe adductam, & credo,quòd il-
le qui compoſuit tex.nũquam hoc cogitauit. In ea.gl. ibi, ſed
hoc eſt ſpeciale. vt hic dicitur.glo.vult reſpondere ad vnam
oppoſitionem,quæ poſſet fieri.Vos concluditis ꝙ hac condi.
agitur ad reſtituendum, in quo ergo eſt ſpeciale in iſta?quia
& aliæ videntur ad hoc competere,& ſic nil in ea eſt ſpecia-
le, & tamen textus ſupponit, ꝙ ſit ſpeciale, ad hoc intendit
glo.reſpondere, quia nulla alia condi.competit domino pro
reſtitutione rei ſuæ,niſi hæc,vnde ſi aliquę competant ad re
ſtituendum, dic, quod verum eſt,non domino, ſed domino
non.Hæc reſponſio non vř vera, quia reperiuntur aliæ con-
dict.competere domino pro reſtitutione rei ſuæ,ſicut condi
ctio ſine cauſa.ff.rerum amo.l.rerum quidem.§.1.Item con-
dit.inde.ff.de condi.inde.l.ſi vrbana, & l.indebiti.§.1.ff. de
condi.cauſa data.l.ſi procuratori.§.ſi Item certi condi. gene
ralis.ff.ſi cer.pet.l.certi.condictio.§. competit. de tritic.l. 2.
Nec credo ꝙ iſte tex.nec aliquis dicat, quo ſola cõdictio fur
tiua,competat domino cõtra furem,quoniam & omnes aliæ
denegarent in odium furis.Vnde quando hic dicit hac actio
ne.ſ.condi.fur.vel alia, & ita etiam intelligitur ff.vſufr.quē-
admo.ca.l.ſi.§.fin.vbi loquitur generaliter rem ſuam,nemi-
nem,niſi a fure condicere poſſe.quaſi dicat, ꝙ contra furem
c poteſt agi quacunque condi.In ea.gloſſ.in ſi.c ſed ſecundum
hoc nihil ſpeciale eſſet in fure,quia contra quemlibet agitur
triticaria, pro poſſeſſione. ff.de tritica. l. 2. quod tamen iſte
text.innuit.Quid ergo dicemus ad contrariam,quod ad hoc
8 obſtat? Poteſt dici, quod hæc condictio furtiua,† habet ſpe-
ciale in hoc:quia ille, qui agit alijs condictionibus,nõ habet
dicere ſe dominum,nec concludere per medium dominij,in
iſta ſic.ff.de condi.fur.l.1. vnde qui agit commodati vel de-
poſiti, non agit quia dominus,ſed qua commodauit.ſecus in
condi.fur.& in hoc ſpeciale in ea, & concluditur ad dimit-
tendam, vel dandam rem, ſecundum Iac. Vel poteſt dici,
quod condictio furtiua competit ad dandum,ſi res intereat.
9 ff.de condit.fur.l.ſi pro fure.& l.& ideo.& ſic iſte tex.† debet
intelligi, quòd hac condi.furtiua agitur ad dandum,quando
res non extat, & hoc caſu loquitur iſte text. In veritate iſte
text. loquitur quando res extat, & apparet: quia loquitur in
caſu, quo res vendicari poteſt, vt ibi,quamuis aduerſus &c.
quæ vendicari non poteſt,niſi extet,ſuprà de re iudi.§.ſi ta-
men.Præterea iſte text.ponit regulam,& exceptionem.Re-
gula eſt, quòd nemo agit ad dandum rem ſuam, niſi contra
furem.exceptio debet eſſe de regula. ff.de reg.iur.l.1.hic au-
tem non eſſet de regula, niſi poſſit res ſua peti dari,ergo ſe-
quitur,ꝙ poſſit peti dari oportere,& hoc non poteſt negare
qui non voluerit calumniari tex.Quid ergo ad regulam?di-
d cas,d quòd quamuis ſit impoſſibile rem meam mihi dari,ni-
hilominus hæc petitio admittitur contra omnem rigorem
iuris, & contra propriam ſignificationem verbi dandi, odio
furis.vnde quando res extat:hoc verbum dare,accipitur pro
reddere:& ideo text.dicit hic recipiendæ rei gratia. & ſumi-
tur, hic dare,impropriè,ſicut & quandoque reddere, pro da
re.ff.de ver.ſig.l.verbum reddendi.ſed quando non extat im
propriè:quia in hac actione venit æſtimatio.ff. de condi.fur.
l.in re. in qua certum eſt, propriè dari. Sed quare indu-
ctum eſt,quòd agatur ad dandum? Reſpondeo,propria na-
tura conditionum eſt, quod per eas agitur ad dandum: vt J.
§.proxi.& frequentiſsime cõtingit, quòd æſtimatio venit in
hac actione.vt ff.de condi.furt.l.3.ideo iura indiſtincte con-
ceſſerunt agi ad dandum, aduertendo quod erat poſsibile,
quod frequenter contingit, videlicet fieri condemnatio-
nem in intereſſe, ſeu æſtimationem.& hoc etiam aduertit le
giſlator, cum dicit, quod licet rem noſtram, non poſſumus
ſtipulari, poſſumus tamen quod ex cauſa furtiua debetur.ff.
de verb.ſig.l.ſcire debemus.§.ſi. quæ multum facit ad intel-
e lectum huius §.In gloſ.1.rei vendi. e ibi, cum allegat de tri-
tic.l.1.& 2.hæc gloſſ.procedit in malæ fidei poſſe. rei mobi-
lis,ſciẽter eam contrectante, qui committit furtum.C.quod
cum eo.l.ſi liberam. & C. de fur. l. alienum. In fin. eiuſdem
f prima verior. f nam per eam non agit dominus ad dandum,
niſi contra furem, ſed ad reſtituendum, vel forte ad poſſeſ-
ſionem.ff. de tritic.l.2. Doctores tractant hic materias, qua
ſi omniũ conditionum, & ſatisfaciliter tranſeunt,ponendo,
& ſumendo aliqua de materijs, earum, quæ melius patent
per ſpeciales titulos cuiuſlibet in textibus, & in gloſſ. quod
hic recitare non eſſet, niſi denigrare papyrum. Quæramus
tamen aliqua circa materiam huius condictionis furtiuæ, de
10 qua ſpecialiter hic agitur.primo † cui competit? Et certum
eſt, quod domino, vt ff.de condi.fur.l. 1. vel quaſi domino,
vt tutori,vt ibi not.Sed certe ille non eſt quaſi dominus, ſed
eſt loco domini.Sed quid dices de prælatis, & rectoribus ec-
cleſiarum, nunquid poſſunt agere condict.furt. ? Videtur,
quod ſic, ad inſtar tutoris, & curatoris: per dictum §.Quod
verum eſt, ſi agant nomine eccleſiæ, quæ eſt domina,vt dixi
ſupra §.omnium, ſed ſuo.non viderentur poſſe agere, quia
non ſunt domini, ſed forte in fructibus ſeparatis poſſunt,
quia faciunt ſuos,vt ſcripſi C.de ſacr.ſanct.eccl.authen. hoc
ius.Sed quid de bo.fi.poſ.qui poſſet agere publiciana? Vide-
tur, quòd competat ſaltem ei vtilis condi.fur. ff. de pig.l. ſi
ab eo.Gloſſ.videtur ſentire contra ff.de condi.fur. l.& ideo.
agat ergo tritica.vt ibi notatur. Sed quid de depoſitarijs, &
alijs, qui non habent ius in re? Gloſſ.dicit,quod ſubuenitur
eis offi.iud.vel per actionem in factum.C. de agric. & cen.l.
ſi coloni.Illa lex loquitur in caſu ſuo ſpeciali, tamen eadem
æquitate videtur ſuccurrendum alijs, licet ibi non loquatur
de talibus, qui non poſſident,ſed de veris poſſeſſoribus.Sed
C.de præto. pig.l.1. & l.2. videtur loqui de miſſo in poſſeſ-
ſionem, qui non poſſidet. Canoniſtæ vero prouident per
condict.ex canone reintegrandæ.& per ca.ſæpe.extra de re-
ſti.ſpo.dic vt ibi.& in Spec.de peti.& poſſ.§.1.verſic. quid ſi
depoſitarius. Quid de vtili domino, nunquid poteſt agere
condi.furtiua? non videtur, quia colonus non poteſt agere,
vt ff.loca.l. cum in plures.§. meſſem. a contrario ſenſu. ſed
ibi in colono ad modicum tempus, ſecus ad non modicum.
dic vt ſuprà de re.diui.§.is vero.& §. ſi tamen. & dic, quòd
hæc condictio competit domino, etiam ſi deſierit eſſe domi
nus, dum tamen ſine facto ſuo, vt ibi.vide ff.de condi.fur.l.
ſiue.§.tandiu. Quæritur contra quem competit ? vide ff. de
condit.fur.l.ſi pro fure.§.ſi. & l.lex furtiua. Quæritur vltra,
11 † ad quid competat?& certum eſt,ꝙ ſi res extat,ipſa condi-
citur,vt d.§.ſi tamen.& hoc ff.de tritic.l.2.cum omni intereſ
ſe:vt l.3.ff.eo.& nedum res ipſa, imo ꝙ factum eſt ex ipſa.ff.
eod.l.ex argento, vel quod ſupereſt e.tit.l. ſi ſeruus.§.boue.
Sed quæri poteſt,quid ſi res interierit, nunquid petetur ipſa
res,vel æſtimatio?glo.dicit,quod petetur res ipſa,& fiet con
demnatio in æſtimatione. ff.eo.l.in furtiua,& pro illa glo.vi
detur expreſſum eo. tit.l.3.in ſi.facit etiam ff.de fur.l.ſi quis
vxori.§.pe.de verbo.obli.l.ſi ſeruum.§.ſi.Contrarium vide-
tur expreſſum in d.l.in re furtiua.ff.de don.cauſa mor.l.ſi ſi-
lio fam.la 1.de condit.indeb.l.in ſumma.§. in frumento.Poſ
ſet dici, ꝙ ſi certum eſt, rem non extare, debet peti æſtima-
tio,& ſi rem peteret,male petetet,& ita tenet Inno.extra de
ſen.excom.c.ſacro.nu.11.& ita tenet contra gloſ. ordinarias
iuris ciuilis.Spec.videtur tenere ꝙ poteſt peti res, ſiue æſti-
matio,forte vult dicere, poteſt peti res, ſi extat, vel æſtima-
tio ſi res non extat de hoc in Specu.de li.concep.§.ad huius,
ver.item not.& de ob.& ſolu.§.ſequitur.in verſic. quid ſi pe
tij. Quicquid teneas, credo, ꝙ vbi res non extat, & eſt cer-
tum, eſt faciendo mentio de hoc,ſicut dixi,quando quis dolo
rem deſijt poſſidere.ſupra eodem, §.omnium. vide per tex-
tum ſupra allegatum, qui videtur concludere, quod etiam
res mortua condicitur,crederem libellum procedere, etiam
ſi condicat mortuam, dumtamen eam non exprimat mor-
tuam in libello.ſi enim hoc exprimeret, ad impoſſibile con-
cluderet.& credo, quod ſi aduerſarius excipiat, quod res eſt
mortua,quod debet,concludere ad pretium, quod male exci
pit.Item credo, quod ſi dicat rem mortuam,& concludat ad
æſtimationem, quod bene concludit per leges allegatas pro
hac parte. Item, quod ſi probabiliter dubitet, an res ex-
tet, vel non, poteſt concludere alternatiue, quare pe-
to rem, ſi extet mihi dari,ſi non extet talem æſtimationem.
ff. quorum legato. l. prima. §. quod. & ita nullam de opi-
nionibus prædictis, ad literam teneo. Ex prædictis pa-
tet forma, & concluſio libelli, quare ſuper eo nihil ela-
borandum

borandum eſt,In ſumma notatur, quod ſecurius eſt agere triticaria ad poſſeſsionem,quam hac actione propter difficilem probationem dominij,vt dixi ſupra eodem §.omnium.

a Adnot. Sic itaque. Diuide ſecundum Angel. & ſumma ſecundum eundem.Dominus rei non poteſt agere ad dandum rem ſuam, niſi contra furem odio furis.& actiones in rem competunt ad vendicandum: perſonales autem ad dandum,vel faciendum. h. d.
b Intellige.Idem tenet hic Angelus.
c In fi.Idem tenet hic Ange.cum Ioan. Fabri. vide eum hic in 2. col. vſque ad verſic.videamus itaque.qui eſt in ſeq.col.ante finem.vbi tractat illam quæſtionem : nunquid qui olim poſsidebat præſumatur hodie poſsidere. & durat hæc quæſtio per totam col. ſequentem.ſ. tertiam,vſque ad col. quartam poſt prin.in verſic.Quæro ſecundo,vbi tractatur illa quæſtio, an qui poſſidet rem hodie præſumatur dominus,Item prope finem quartæ col.quærit an olim dominus,præſumatur hodie dominus.
d Dicas.Vide dominum. Iaſ. hic in 5. colum. in verſic. in fi. gloſſ.pro. clara intelligentia.
e Rei Vendi. Quærit hic Angel. ſuper iſta gloſſ. an rei vendi. tollatur per condictionem furtiuam : vel contra.
f Prima verior.Idem tenet hic Angel.Item Angel.hic in pen.col.poſt prin. in verſi.in gl.denuntiare.quærit,an ſit de neceſſitate, quod creditor interpellet debitorem extra iudicium,ſi vult eum conuenire,Vide etiam hic do.Iaſonem in 7.col.prope fi.in ver.gloſſ.in uerbo denuntiaret.Item vide per Areti. in d. pe. colum.in fin.formam libelli in condictione furti. de hoc per dominum.Iaſonem in pe.colum.in fine.verſic.extra gl.vide Pe.Iac.in tit. de condict.furti.

1 *Actio quid contineat.*
2 *Hypothecaria cui competat.*
3 *§.Appellamus.ſenſus.*
4 *Mulctandus non eſt ſtatim confidens.*

Appellamus Autem in rem ac. Quidam faciunt hic §.quidam non. Do.Iacob.& Pe.legunt ſub.§. præcedenti.caſus patet.Domine,ego vidi tractatus de actionibus realibus,& perſonalibus.Quæro a vobis an hæ actiones habeant aliquod nomen generale. Imperator reſpondet, quod imo, appellamus,&c.proſequere tex.cum is §. nullius eſt vtilitatis, vel modicæ, loquitur enim de vna doctrina nominum, quæ [grammaticis] pertinacibus relinquatur. C. de conſti.
1 pe.l. 2. in gloſſ.quare hic nihil dico.† Illud tamen no.quod verbum actionis vtranque actionem comprehendit. C. de hæredita. vendi. l. finali. & ideo ſi quis legaret, vel cederet actiones : videtur,quod legatarius poſsit intentare reales, & perſonales,per illum text.in ſui ratione. Sed quid ſi vni daret,vel legaret omnes ſuas vendicationes, alij condict. & eſt ibi aliquod debitum,pro quo competunt hypothe. & perſonalis, quis intentabit hypothe. & quis perſonalem ? videtur
2 quod cum † hypotheca. ſit acceſſoria quod competat illi,cui perſonalis competit. Iſte §.facit ad contrarium : vide ſupra de fideiuſſorib.§.ac ne. In gloſſ. ideo dicit in fine. hoc nihil eſt, quia illæ competunt ad reddendum, ſeu reſtituendum.ff.commodati.l.3.§. hæres.& l.ſi vt certo. in principio.
3 & l rem mihi. Vnde hic loquitur † ſolum de illis perſonalibus, quæ competunt ad dandum : vnde non omnes competunt ad dandum,imo vt quis liberetur. ff.de condi. ſine cauſa.l.qui ſine, & ad repetendum quod datum eſt, vt condict. ob turpem cauſam. & indebiti : vt patet per titu. de condi. ob turpem cauſam,& indebiti. In gloſſ.dicunt quidam. in fine.docto.hanc approbant,quia ſic oporteret denuntiare in reali,ſicut in perſonali.nulla tamen poteſt probari authoritate, niſi quia iſte tex. ſic dicit. Et not. quod per hanc gloſſ.
4 videtur determinari quæſtio,vbi quis vocatur † ad iudicium debetur de conſuetudine emenda ab illo, qui ſuccumbit. Pone, quod vocaui te ad iudicium,& peto 10.quæ mihi debes : tu ſtatim confiteris, & dicis non debere te emendam, quia ſi requiſiuiſſem,ſoluiſſes:quare dicis me debere,non te. nunquid bene dicis ? Non videtur. Per hanc gloſſ. tamen poſſet dici,quod hoc caſu ſit neceſſaria denuntiatio,cum ego non debeam puniri,quia non ſum in mora.quinimo videtur, quod non debeam expenſas hoc caſu. In gloſſ. vere. in fin.C.de defenſo.ciuita.l.defenſores.& ff.de origine iur.l. 2. §.exactis.

1 *Pœnales actiones quæ.*
2 *Punibiliora crimina.3.*
4 *Executores teſtamentarii quando coercendi.*
5 *Pœnam quando debeat confeſſus.*
6 *Mutuans ſe dominum probet.*
7 *Contractus qui veſtiatur.*
8 *Actionum quæ potius eligenda.*
9 *Promiſſio quando,valeat.*
10 *Traditio ſine cauſa nulla.*
11 *Promitti quæ,queant.*
12 *Scientia an inualidum validet.*
13 *Precarii & commod.deprehendendi forma.*
14 *Depoſitum uarie repetitur.*
15 *L.pro ſocio.ſenſus.*

1
a Seqvens a Illa diuiſio eſt. Caſus iſtius. §. planus eſt. Domine imperator, ego vidi ſupra quaſdam diuiſiones actionum,eſt ne alia diuiſio?Imperator dicit,quod ſic. Nam quædã ſunt rei perſequẽdæ quædã pœnę &c.tex.eſt planus.

In gloſſ.tertia diuiſio in fine.Prima fuit ꝙ quędam reales: quædam perſonales.ſupra §.omnium. Secunda,ꝙ quædam ciuiles,quædam prætoriæ.ſupra §.ſed iſtæ.multæ enim ſunt diuiſiones,vt videbis in gloſſ. 1.infra eodem.§. ſunt præterea.
b vide ibi. In gloſſ.ſed nonne.in fine b. Item intereſt cuiuſlibet,ne quid in loco publico.l.fiat.ff.de quid in loco public. l. 2.§. 1.de oper.noui nuntiatione.l.nam reipublicę.ſecundum doctores.melius ff.de popul.actio.l. 1.in gl.q̃ ſunt 10.in fine.

Hæc gloſſ.videtur aduerſari magnæ gl.ſupra eo.§. pœnales.verſic.item aduerſus eum.vbi videtur concludere,ꝙ ibi illa actio dicitur pœnalis,quia in ea iuratur in litem,& tamen conſtat,quod illud iuramẽtum venit ibi officio iudicis, ſicut in qualibet.& idem nõt.C.re.amo.l. 2. Sed dic,quod hæc gl. eſt vera. Nam nulla actio eſt pœnalis propter hoc, quia iuratur in litem, vnde illa actio ſic dicitur, ibi pœnalis ex alia cauſa, non quia iuratur in litem, tibi ſcripſi. In gloſſ. ad vtramque. in fine.ſed in primo caſu datur certi condictlo.ex mutuo : in ſecundo, certi condictio ex ſtipulatione. vide ff. ſi certum petatur. l. certi condictio. §. quoniam. & quod ſcripſi ſupra de verborum oblig. in princip. In gloſſ. ſed nonne. ibi. cum allega. ſupra eodem §.pœnales. Hoc exemplum non eſt bonum,pluſquam enim ridiculum eſt, dicere, quod actio ex empto,& cæteræ bonæ fidei, in quibus iuratur in litem,ſint pœnales,vt dixi ſupra ſuper gl.quę ſunt 10. Præterea, eſt contra caſum huius §. quoniam ponit eas rei perſecutorias. Item ſi dicerentur hæ penales,quia iuratur in litem in eo, quod excedunt veram æſtimationem, potius dicerentur mixtæ,quam mere pœnales, in verſicul. plane. Pone ergo exemplum in actione legis Aquilię,quando interfeciſti ſeruum meum,vel animal:vt ſupra eodem.§.pœnales.
1 Sed videtur quod rei vendica. & aliæ reales ſunt † pœnales quando dantur contra illum, qui dolo deſiit poſsidere, vel culpa,& nihil adeſt, vt ſi poſſeſſor occidit rem, quæ vendicatur, vel forte culpa eius interijt : vel forte donauit, vel eam perdidit ad iocum,vel alias : nam. tunc reo nihil adeſt. ff.ad legem Aquiliam.l.item Mela.§.ſed ſi ſeruum plures. So. qui dolo, vel culpa deſiit poſsidere, habetur pro poſſeſſore fictione iuris,& quaſi tenens, & poſsidens conuenitur, non quaſi delinquens : idcirco non reputatur ei pœna, cum fingatur poſsidere,vt l.parem,de regulis iuris. & l.qui dolo. eodem titulo.& hoc quia ſemel poſſedit. Sed vbi lex dicit, aliquem teneri,qui nunquam poſſedit, ex delicto ſuo, ſicut in actione legis Aquiliæ. tunc cenſetur pœnalis, vt dicto §. ſed ſi ſeruum plures. Vel poteſt dici,quod vbi res non extat,non agitur reali,vt ſupra de rerum diuiſione.§.ſi tamen. In gloſſ.ſcilicet hæredis,in fine.Quid in alijs caſibus, in quibus eſt eadem ratio ? Verbi gratia, ſubito currentibus hoſtibus, neceſſe mihi fuit rem deponere, vel forte ſuperuenerunt mihi noua,quod latrones erant in via,qui mihi inſidiabantur,vel forte peregrinus infirmitate ſubita,grauatus:non potuit eligere ſibi hoſpitem,vel aliquem de circunſtantibus, cui ſui commendaret,nunquid erit idem?non videtur, quia hoc eſt pœnale, & non extendendum, vt l.interpretatione. ff.de poen.& contra rationem iuris ſtatutum, & ipſius actionis naturam, & ideo non videtur extendendum vt l. quod vero contra rationem. ff. de legi. ſuper hoc adeais prætorem, vel Auguſtum pro lege condenda. Item quod ſi non cauſa tumultus populorum, ſed forte vidit inimicum

cum ſuum in via: & forte aliqua depoſuit, vt ei leuius occur
reret, non videtur locus huic pœnæ: & maxime quando ip
ſe inuaſit. ff. de min. l. Papinianus. de ſuſpect. tutor. l. decreto.
Quid ſi depoſitarius contumaciter non compareat, vel for
te reſpondere præſens nolit nunquid condemnabitur in du
plum? Non vr̄: quia non negat, imo vr̄ confiteri. C. de iur.
cal. l. 2. §. ſi autem reus. extra de confe. c. 2. li. 6. Et ita tenetur
in ſimplum. In contrarium vr̄, ꝙ debeat haberi pro negante
ff. de interroga. act. l. de ętate. §. qui tacuit. & ita tenetur in
duplum. Quid ad hoc? doc. conſueuerunt dicere, hęc iura
concordando, ꝙ vbi eſt damnum contumaci haberi pro con
fitente habetur pro confeſſo: ſi ſit ei damnum haberi pro ne
ganti tunc habetur pro negante. Et iſta ſolutione poteſt re
ſponderi ad quęſtionem, nam ſi deponens poſſit bene proba
re ſuum depoſitum: vtilius eſt ei, ꝙ depoſitarius habeatur
pro negante, quam pro confitente, quia habebit duplum, vt
hic. ſed in caſu, quo probare non eſt ei vtilius, ꝙ habeatur ꝑ
confitente: vide ꝙ ſcripſi in breuiario. C. de iur. ca. l. 2. In gl.
ſed quare. in fi. gl. non reſpondet propter hoc contra, quia ibi
2 punitur magis † qui clam: hic minus. & ita ſemper obſtaret
lex illa. Dy. dicit ꝙ in illicitis omnino, id eſt, quæ nunquam
poſſunt eſſe licita, vt furtum, magis punitur, qui palã, quam
qui clam, vt hic. Sed in his, quæ poſſunt eſſe licita, & illicita,
magis punitur, qui clam, quam qui palam: vt l. contraria.
Et per hoc, quia vſurarius manifeſtus magis punitur quam
occultus, & diſputans de fide catholica publice, magis quam
priuatim: extra de vſur. c. quia in omnibus. de hom. c. ex lite-
ris. de hære. c. cum ex iniuncto. C. de ſum. trin. l. nemo. & ibi
conſueuit tangi de hoc per docto. Quid autem ſi fur mani-
feſtus, vel non, dic ſupra de obl. quæ ex delic. naſc. §. 1. vide
ibi, & vi bo. rap. §. fin. vide etiam ibi in gl. ſcilicet, vſque. ſ. ad.
in fi. Vide ſupra vi bon. rap. in prin. & in d. l. ſi quis ex domo.
& in d. §. fi. ſupra vi bo. rap. & eſt expreſſum ff. de fur. l. ſi ven
didero. §. cũ raptor. vnde teneas, ꝙ omnis fur tenetur vi bo.
rapt. ſi haberet animum reſiſtendi. alias non, vt no. & ſcripſi
§. vi. bo. ra. in prin. † Sed poteſt quæri, quare punitur plus
3 fur manifeſtus, quam raptor, cum in actione furti manifeſti
totum ſit pœna in vi. bo. rapt. triplum? Poteſt dici ꝙ præ-
tor plus fures punire voluit, quia magis frequentabantur fur
ta quam rapinæ. ff. de poe. l. aut facta. §. fi. Item poteſt quæri,
quare eſt vniformis pœna in rapina, & non in furto? Item
cur magis punitur manifeſtus, quam non manifeſtus? Potes
reſpondere per ea, quæ dixi ibi ſupra vi. bo. rapt. in prin. & §.
1. In gl. ſupra de l. Aquil. in fi. idem in multis alijs, vt in con-
ſtitutione l. ſi quis in tanta. & l. non ab re. C. vnde vi. C. fin,
reg. l. ſi conſtiterit. & in omnibus, in quibus aliquid nomine
pœnæ imponitur vltra intereſſe: cum ſit eadem ratio ff. de
iur. pat. l. adigere. §. quamuis. de fur. l. 1. ſecundum Dy. & no,
infra gl. fi. In gl. ſ. hæredes. in fi. Quid ſi executores, per quo-
4 rum manus legata ſolui debent ex † diſpoſitione teſtantis, dif-
c ferant? Poteſt [c] dici eos teneri iſta pœna propter generalita
tem huius literæ, & maxime, quia poſſunt conueniri ex teſta
mento hoc caſu, vt ſatis plene ſcripſi C. de epiſc. & cleric. l.
nulli. & ibi nota. ſed poſſeſſorem rei legatæ non crederem te
neri hac pœna, cum non teneatur actione ex teſtamento, ſed
rei vendic. In gl. ſcilicet fraudulenter. ibi cum alle. l. ſcien-
d dum [d]: hoc autem caſu præſumitur fraus, niſi hæres probet
iuſtam cauſam. modicum tamen tempus debet ei dari. ff. de
colla. bon. l. ſi quis filium. §. 1. In ead. gloſ. ibi, cum allegat.
e l. prætor. §. ſi ſeruus [e]. illa facit in hoc, quod dicit, non edi. in
fine. §. ibi, in auth. de hæred. & fal. §. ſi quis autem non im-
plens. ibi protraxerit. In ea. gl. ibi, C. de vſu, & fruc. leg. ſeu
fideic. l. 1. dic vt ibi ff. de vſur. l. Herennius. In ea. gl. ibi, vt l.
quis ſit fugitiuus. §. 1. Solu. ibi fuit delictum conſummatum,
ideo ſera eſt pœnitentia: hic non. ff. de furt. l. qui ea mente.
dic ibi. ff. nautæ caup. ſtab. l. idemque. §. fin. In hoc tamen ad-
uerte: quia ſi actor innitatur confeſſioni: & per eam velit
probare: videtur ſatis æquum, quod gloſ. dicit, ſi autem con-
feſſioni non innitatur: tunc aut debitor ſtetit in negatione,
quouſque conuentus fuit, & tunc certum eſt, quod incidit in
pœnam: quia nedum debetur propter negationem: imo ꝑ
procraſtinationem, & dilationem: vt videbis infra §. ſed fur-
ti. verſ. ſed illa. ergo ſiue debitor negauerit, ſiue confeſſus fue-
rit: duntamen protraxerit, donec iuſſu magiſtratus, conuen
5 tus fuerit: pœna eſt commiſſa: & in hoc † caſu non proce-
deret quæſtio gloſſ. Sed poteſt procedere, quando primo ne-
gauit, & poſt confeſſus eſt, antequam conueniretur, & hoc ca
ſu credo, quod pœna ſit commiſſa per negationem, & hoc
eſt expreſſum infra. §. 1. ſed illas. vbi videtur concludi, ꝙ ne-
gans ſtatim cõmittit. ſed confitens ita demum ſi diferat quo-
uſque conueniatur. igitur pœnitere non poteſt, ex quo ſemel
negauit, & eſt pœna commiſſa. & de hoc non videtur multũ
dubitandum: & idem crederem in actione l. Aquil. nam ſpe-
ciale eſt in minore, quod poſſit euitare pœnam, quam com-
miſit negando, ſi poſt confitetur: & ſic videtur in contrariũ
ius commune. ff. de mino. l. ſi ex cauſa. §. nunc videdum. verſ.
ſed ſi. C. ſi ad deli. l. 1. & 2. & de hoc tangit Spec. aliquantulũ:
nihil tamen eligit, ſed remittit ad hanc gl. in tit. de confeſſio.
§. nunc videndum. ver. quid ſi egi. num. 21. li. 2. In ea. gloſ. ibi
cum alle. l. illud. hæc quæſtio procedit vbi non diſtulit tantũ
ꝙ fuerit in iudicium vocatus: quia tunc etiam deberetur ex
pro craſtinatione. infra eo. §. ſed furti, verſic. ſed ſi diſtulerit,
& non eſſet quæſtio, ſed quando extraiudicialiter confeſſus
eſt: & poſt negauit, & intellige has determinationes proce-
dere. vbi non fuiſſet iuſtus error, quia forte ille excuſaret. ff.
de interrog. actio. l. confeſſionibus & l. qui ſeruum. In ead.
gl. cum alleg. infra §. at ille. Ille §. parum facit, tamen melius
ff. de his quib. vt indig. l. poſt legatum. §. 1. l. pen. Credo tñ ꝙ
prima ſit vera: quia ex ſola conuentione debetur. vt d. §. at
ille. & ex ſola procraſtinatione, vt hic. Sed glo. poteſt ſaluari,
vbi negotium poteſt eſſe dubium. ff. de pe. hær. l. illud. Quid
ſi reſpondeat dubito. dic non incurrere pœnam, ſi habeat iu-
ſtam cauſam dubitandi. alias ſic, ff. de peti. hær. l. ſi debitor. in
feud. ſi de feu. conten. fue. c. vnico. §. vaſallus. [Aduerte, quia
§. vaſallus. nihil facit. nec loquitur de dubitante, ſed de negã-
te, quem feudo priuandum ait. Quo fit vt hic locus ſuſpicio-
ne non careat in omnibus exemplaribus & ſcriptis, & excuſ-
ſis. de eſſeque hæc verba mihi optima ratione viſa ſunt, ſecus
ſi negauerit: quo caſu incurret pœnam d. §. vaſallus. & hanc
fuiſſe mentem Fabri autumat Prateius.] In ea. gl. cum alleg.
C. de fideicom. l. fin. hæc eſt vera, & non habet dubium, ſecun
dum Dy. In ead. gloſſ. in fin. hoc poteſt procedere ſi doloſe
egerit, vt eſſet in non ſoluendo. ff. quæ in fraudem credito. l.
fi. §. fi. ſecus ſi eſſet ſimplex mora. ff. man. l. ſi procuratorem.
§. ſi. ignorantes. Nec obſtat ff. de mino. l. ꝙ ſi minor. §. ſi ſer-
uus. quia loquitur in dolo adhibito in contractu, hic extra cõ
tractum. In gl. quid ſi in iudicium. ibi, cum allegat l. interpre
f tatione [f]. Hæc quæſtio non eſt dubia: quia eſt caſus infra. §.
ſed furti. Nam ſi neget, ſtatim committit pœnam, ſi confitea
tur, non: niſi ſe permiſerit conueniri: vt ibi patet textualiter.
In ea. gl. ibi cum allega. in minorum. Eccleſia enim æquipa-
ratur minori: imo & pupillo. C. de rei vendicatione. l. ſi vt
proponis. no. Sed nunquid duplatur totum, videlicet legatũ,
fructus, & vſurę? Videtur quod ſic ff. de furtis. l. in furti actio
ne. in prin. ff. eo. tit. l. inficiando. §. infans. Sed iſte text. ſuppo-
nit contrarium: ibi, tunc enim ſecundum, &c. Sed retẽta hac
opinione, ꝙ intereſſe non dupletur, quęritur an poſſit pœna
peti, & intereſſe? Non videtur dubium ꝙ ſic: cum hæc
pœna ſit legalis ff. de cond. furt. l. in re furtiua. & l. ſi pro fu-
re. Sed quid ſi teſtator pœnam: appoſuit? Videtur quod
nihilominus ſit locus huic pœnæ. ſed tamen non poteſt exi
gi vtraque. C. de iure emphyteu. l. ſecunda. vbi no. in ſimili.

In eadem gloſſ. in fin. Dynus approbat has omnes deter-
minationes. Iſta ſufficiant circa lecturam huius. §. qui velit ta
men ſolennizare, poſſet attrahere materias actionum hic no
minatarũ, quod non expedit: quia in ſuis locis tactæ ſunt in
parte. vtinam nullus lector aliquid attraheret, ſed ſuis mate-
rias reſeruaret, & tranſiret tangendo ſolum neceſſaria pro
intellectu caſus, quem legit. Quia tamen hoc titulo pro-
prium eſt tractare de libellis: videamus quomodo in his
actionibus formantur libelli. & primo in certi condictione
ex mutuo de qua primo tractatur in principio huius §. in
qua ſic potes incipere. Dico ego Ioan. Fabr. contra Marti.
quod licet dudum eidem Marti. mutuauerim tantam pe-
cuniæ

cunię meę quantitatē:nihilominus idem Mar.dictam pecu-
nię quantitatem mihi reddere contradicit indebite,quare pe
to dictū Mar. in dicta tali quantitate mihi reddenda, & ſol-
uenda per ſententiam condemnari & ad hoc propono certi
condict.ex mutuo. Eodem modo potes formare in alijs re-
bus mutuatis,quę conſiſtunt,pondere,numero vel menſura.
vide ſ.quibus mod.re contrahi.ob.§.mutui.Quid ſi non di-
cat pecuniam ſuam : nunquid procedit libellus ? Non vide-
tur.quia non eſt mutuum, niſi res ſit mutuātis. not.ff.de fide
iuſſ.l.ſi quis pro eo.& melius ff. ſi cer.pet.l.certi condictio.§.
ſi nūmos.C.ſi cer.pet.l.quāuis.ff.ſi cert.pet.l.2.§. appellata.
6 Nunquid † ergo creditor habet probare dominium rei mu-
tuatæ?Nō vr̄ dubium, quin ſic per prædicta iura: alias hac a-
ctione agere nō poteſt, niſi recipiens conſumpſiſſet.ff.ſi cer.
peta. l.nam & ſi fur.§.1. vel cum ſuo miſcuiſſet.ff. de ſolu.l.
ſi alieni,ꝙ eſt difficile probare & ſecundū hoc vix, aut nun-
quam, agens ex mutuo, obtineret.Vnde omnes moderni di-
cunt,quod agens ex mutuo habet ponere ſe dn̄m,ſed non o-
portet probare: quia recipiens non pōt ei referre quæſtionē,
ſeu cauſam dominij, cum habeat cauſam ab illo. C. loca.l.ſi
quis conductionis.C.de pign.actio.l.nec creditores. Et hanc
tenet hic Petr.de Bellaper.& alle. ff.depoſi.l.1.§.ſi prædo.&
facit.quod not.C.de non num.pec.l.1.ff. commo. ita vt ſi vel
fur.& hoc ſatis approbat æquitas,& communis vſus.Sed po-
ne ꝙ formatur ſic libellus.Dico ꝙ mutuaui Titio x. quæ per
ſtipulationē promiſit mihi reddere,quare peto,&c.quæritur
nunquid procedat? Reſpondeo non:quia dubius eſt, nec per
eum ſcitur qua actione agitur.Certum eſt enim, ꝙ vbi ex eo
dem facto plures poſſunt competere actiones: vna eſt eli-
genda,& nominanda:vt plene not.ff.de edend.l.1.in fin.ma-
gnæ glo. Ex facto autem propoſito, poſſunt competere duæ
actiones:videlicet certi condi.ex mutuo,& certi condi. ex ſti
pulatione, ſi ſtipulatio fuerit ex interuallo appoſita:& ſic v-
na debet nominari. Præterea debet declarari, an ſtipulatio
fuit interpoſita incontinenti, vel ex interuallo:quia ſi incon
tinenti,vna naſcitur actio, videlicet ex ſtipulatione: ſi ex in-
teruallo,duæ.ff.de noua.l. ſi ita.§.1. cum l.ſeq. igitur non vi-
detur procedere, niſi declaret an incontinēti,vel ex interual
lo fuit ſtipulatus.Sed ſi dicat, & declaret ꝙ incontinenti:tūc
bene procedit: quia conſtat quòd ex ſola ſtipulatione agit.Si
vero dicat, quòd ex interuallo, non procedit, niſi declaret
qua actione agat:vt d.gloſ.not.ff.de reg.iuris.l.nemo.§.quo-
ties:cum ſint duæ actiones: vt hic in text.Quid ſi dicat, mu-
tuaui tibi x.quæ promiſiſti reddere in ſcriptis, & per literas
talis ſigillo ſigillatas,nunquid procedit? Dicas quòd non, ea
7 ratione, quia obligatio † literarum eſt hodie modus veſtien-
di contractus, ſicut ſtipulatio: & ex ea agitur,vt dixi ff.de li-
tera.oblig. igitur ꝙ in ſtipulatione interpoſita poſt mutuum
dixi : & hic debet intelligi.& ideo dic vt ſ. proxime dixi. ꝙ
parum aduocati aduertunt. Pone ego agebam certi condi.ex
mutuo:produxi inſtrumentum ſeu literam ad probandam in
tentionem meam,per quā apparet, ꝙ in datione & receptio
ne pecuniæ fui ſtipulatus, & conceſſa litera, nunquid cado?
Non dubiū, ꝙ ſic, quia per illa quæ produxi luculente appa-
ret,ꝙ male ago certi condi.quia ibi eſt ſtipulatio,& ſcriptu-
ra,& ita non cōpetit certi condi. ex mutuo per d.l.ſi ita.§.1.
Quid ergo, ſi per inſtr̄m productum,vel literam apparet,
quòd fuit mutuum, ſtipulatio, & literarū obligatio: quia ibi
continetur ꝙ reus recepit x. mutuo, quæ per ſtipulationem
promiſit reddere,tenore huius publici inſtrumēti : quęritur
8 nunquid debet eligere,& quid. † Et videtur ꝙ debeat elige-
re ex ſtipulatione, cum ſit firmior.& magis firmum præfer-
tur minus firmo,ff.de rei vendi.l.ſi id ꝙ, & vidiſti.ſ.qui.mo.
tol.obli.§.præterea.de verb.obl.in prin.Hæc aūt procedunt,
& libelli ſupradicti,vbi ſolum petitur res mutuata.Si aūt pe-
tatur valor quantiplurimi:iuxta l. vinum.ff.ſi cert.peta.eſt de
eo facienda mentio in libello, ſed ſi facta non fuerit,nihilo-
nus poteſt proceſſu pendente implorari officium,vbi per of
ficium venit,vt plene no.in Specu. de obli.& ſolu.§.ſequitur
videre.de certi condi.ver.ad huius.nu.6.& ſeq. Petr.de Bel-
laper.quærit hic.an ſi quis ſit obligatus ad certam monetam,
poſſit de alia ſoluere,& an ſi moneta illa tollat̄. ſit liberatus,
hoc non eſt hic proprium.ideo non proſequor, de hoc tamē
ſatis ſcripſi ſ.quib.mod.tol.obliga.in princi.& C.de ſol.auc.
hoc itaqȝ.vide in breuiario.& de hoc ff.ſi cert.peta.l.2.§.ap-
g pellata. Quomodo autem formatur libellus, g vbi agitur ex
mutuo in contractu in ſcriptis ? vide ſ.de lit. oblig. vbi ſatis
plene ſcripſi.Nunc videamus de cer.cond.ex ſtipulatione, in
qua patet libellus, dico contra Mar.ꝙ licet talem ſummam,
vel quantitatem pecnniæ eidem mutuauerim,ipſam quę per
ſtipulationem mihi reddere promiſit, nihilominus eam red
dere contra dicit. quare peto dictum Mar.condēnari, &c.Et
eſt ſciēdum ꝙ ex ſtipulatione oritur certi cond.ex ſtipulatio
ne, vbi certum vertitur in obligatione.ſed vbi incertum, tūc
condi.certi. Sed doct. moderni conſueuerunt dicere ꝙ cond.
incerti, non eſt proprium nomen actionis.Sed ſatis poteſt di
ci contra,vt ſcripſi ſ.de verb.obliga.in princi.vbi multas le-
ges ad hoc alleg.Occaſione præmiſſorum Petr. quærit quod
ſi quis agat ex ſtipulatione, nulla cauſa adiecta ? Verbi gra-
tia,peto x.quæ mihi promiſiſti,nunquid talis libellus proce-
dit.? ipſe dicit ꝙ ſic.quia ſtipulatio eſt legitimus contractus,
de iure ciuili inductus,igitur actionē parit.ff.de pact.l.legiti
ma & l.cōuentionum.Verū eſt ꝙ ſi actor exceperit, repelle-
tur l.2.§.circa.verſi. ſi quis.ff.de dol.ma.& me.ex.Vbi autem
fuit cauſa,tunc aut præterita,aut futura.Primo caſu,aut fuit
falſa,aut vera.ſi falſa,repellitur,niſi ſciēs falſum promiſiſſet.
ſi vera, non repellitur, ſi ob futuram competit actionem.ſed
niſi impleat, repellitur exceptione. C.de re.permu.l.ex pla-
cito. C.de tranſactio.l.ſiue apud acta. ſecundum eum. Eſt er-
go ſua intentio reprehendere gloſſ. quæ eſt in d.l.2.§. circa.
vbi gloſſ.tenet, ꝙ talis libellus non procedit:ſed Pet.dicit,ꝙ
procedit. Sed obſ.exceptio cum diſtinctione quam ſ. feci.iſta
quæſtio ſupponit aliam,videlicet an promiſſio ſine cauſa te-
9 neat.Ad cuius † euidentiam oportet diſtinguere:nam inter-
dum promittitur ſine aliqua cauſa expreſſa, vel tacita:inter-
dum cauſa expreſſa, vel ſaltem intellecta tacite. Redeamus
ad primum,vbi reperitur nuda promiſſio,nec apparet aliqua
cauſa expreſſa,vel tacita, ab aliqua partium, quæritur an va-
leat?Et ſcio ꝙ gloſſ.tenet in d.l.2.§.circa.quod non valet.Et
etiam idem videtur tenere Pe. niſi quod dicit, ꝙ ſtipulatio
valet ipſo iure. Sed obſt.exceptio, & ita concordat cum gloſ.
ſaltem in effectu.Et ita tenet Dy.extra de regul.iuris.c.ꝙ ſe-
mel.libr.6.Præterea videtur caſus in d.§. circa. ff. de proba.
l.cum de indebito.§. fin. Sed contra hoc videtur. quia paria
ſunt indebitum promittere, & ſoluere.C.ad leg. Fal.l.fin.ff.
de dona.l.ſi patronus.§.de illo. Sed ſoluens ſcienter indebi-
tum ſcienti,non repetit,cum donare videatur,vt l.1.ff.de cō
di.indeb. & de ope.lib.l.Campanus.ergo promittens, vide-
tur,quòd debeat efficaciter obligari.Pręterea pro hoc faciūt
ff.de noua.l.ſi quis delegauerit de cond.indeb.l.fideicommiſ
ſum.per quas videtur probari, ꝙ promittēs ſcienter,videtur
donare,ſicut ſoluēs.Sol.primam opinio.credo veram, quòd
10 ſaltem obſtet exceptio,per d.§.circa. † Præterea traditio,&
promiſſio æquiparantur,vt ſupra allegatum eſt.Sed conſtat,
quod vbi ſit traditio abſque cauſa, dominium non transfer-
tur,vt ff.de acquirendo rerum dominio.l.nunquam nuda tra
ditio. & not.ſ. de re.di.§. per traditionem. ergo vbi ſit pro-
miſſio ſine cauſa, videtur ꝙ nō obliget efficaciter.& pro hoc
facit,quia ſi ſit contractus initus, & cum cauſa,inter ſcientes
non ineſſe cauſam veram,non teneret,multominus qn̄ ſciuit
nullam.ff.de contrahēd.emp.l.domum.in fi.Ad contraria pa
tet reſponſio,ꝙ omnia loquuntur, vbi aliqua cauſa inter par
tes ſupponebatur.Nos loquimur in caſu,quo nulla eſt cauſa,
vnde non eſt idē,nullam cauſam in eſſe,nec ſupponi, vel ali-
quam ſupponi,licet non verā,vt no.in d.§.ꝑ traditionē. in ſi
mili glo.cauſa ꝓcedēte, &c.Quid ſi talis promiſſor ſoluit rē,
quā ſine cauſa promiſerat ſciens,nunquid pōt repetere? Po-
teſt dici,ꝙ non: quaſi ſit melior conditio poſſidentis.ar.præ-
dictæ l.domum.in fi.& illorū,quæ gl.not.in d.§.circa.& Dy.
in d.c.quod ſemel. Sed nunquid quæſtio transfert dn̄ium rei
ſolutæ?Credo,ꝙ non, per d.l.nunquā nuda.cum nulla cauſa
ſit.vnde qn̄ eſt cauſa, licet non vera, tunc transfertur ſed vbi
nulla, non.vt d.§.per traditionē.no. Et ſic ille recipiens non
poſſet rem vendicare, ſi caderet a poſſeſ.eiuſdem, cum non
eſſet

eſſet factus dominus. Sed quid ſi promittatur ob cauſam prę teritam & falſam? quia ſi obfuturam,quæſtio non habet dubium,nam illa determinatur in l.ſi repetenti. C.de condi.ob cauſam:& in dicto §.circa.verſi.proinde.Sed vbi ob præteritam,vel præſentem,quæ creditur ineſſe?gl.diſtinguit in d.§. circa. quia aut ambo credunt cauſam ineſſe, quæ non ineſt. Aut ambo ſciunt non in eſſe, aut alter,& tunc aut ſtipulator aut promiſſor. Redeamus per ordinem ad ſingula. Quæritur circa primum,vbi ambo credebant cauſam ineſſe, & non ineſt. gloſſ. dicit ꝙ non valet ſtipulatio. Contra hoc videtur expreſſum, quia promiſsio, & ſolutio æquiparantur, vt ſupra ſatis allegatum eſt. Sed conſtat, quod datũ ob falſam cauſam, quæ credebatur ineſſe, non repetitur:vt l.damus.& l.in ſumma. §. id quod. ff. de condit. indebiti. ergo nec promiſſum impeditur, quominus peti poſsit. Sed ad hoc reſpondet Dyn.in d.cap.quod ſemel. quia facilius denegatur repetitio, quam concedatur petitio. Sed contra. quia certum eſt, quod hodie tantum operatur ſola promiſsio in natura donationis, quantum olim promiſsio, & traditio, vt l.ſi quis argentum. C.de donationibus. Sed ſola traditio cauſat donationem præſumptam, quando ex cauſa, quæ creditur ineſſe fit traditio, vt d.l.damus, & d.§.id quod.ergo & promiſsio.Sed ad hoc poteſt reſponderi, quod l. ſi quis argentum. loquitur in alijs terminis, videlicet, vbi conſtabat, & agebatur, quod eſſet donatio: ſed nos loquimur, quando vterque credebat cauſam ineſſe, & ita non erat animus donandi, cum donatio abhorreat cauſam.ff. de donationibus.l. donari. Et hoc videtur expreſſum ff.de contrahen.emptione.l.domum in 1.reſponſo. Sed illa obſtat multum Dyn.in eo, quod Dyn. videtur velle, quod non poſsit repeti. Sed forte Dy.intendit loqui, vbi ſciens tradidit, & non erat cauſa finalis, vt infra tangetur. Videamus quid iuris, vbi ambo ſciebant cauſam non in eſſe, tamen ambo ſupponebant eam in eſſe, & hoc conſtat, vel per confeſsionem, vel alias legitime & ſcias quod gl.quæ videtur loqui proprie hoc caſu,tenet quod non valet,quia in pari cauſa,&c.vt not.dict.§.circa. ſi tamen ſoluatur,non poteſt repeti, prout innuit ibi gl.cum dicit,meliorem conditionem occupãtis.& ita etiam tenet Dy.in c.quod ſemel. qui etiam videtur loqui in hoc caſu.& hoc videtur expreſſum in d.l.domum. in vltimo dicto ſupra allegato.

Sed huic obſtat ff. de verbo.oblig.l.ſi diuortio.Sed poteſt
11 dici, ꝙ promiſsio rei † quæ præſtari poteſt,valet,ſed contractus rei,quæ non eſt,non valet:vt d.l.domum.& ſic videtur, quod valet promiſsio hoc caſu. Sed in hoc videtur mirabile, quia certum eſt,quod ille, qui recipit indebitum ſcienter,cõmittit furtum.ff.de furtis.l.falſus.§.1.& ff.de ſol.l. cum quis.

Si ergo promittat quis, & tradat ſine cauſa, cum ſupponeret cauſam in eſſe, recipiens tenetur furti, & ſic repeti poteſt, ſaltem per illam actionem.Sed poteſt reſponderi, quod illud eſt verum,vbi ſciens recipit ab ignorante,ſecus a ſciente: vt l.1.ff. de cond. indeb. Sed quid in tertio caſu, quando ſtipulator ſcit cauſam non in eſſe, promiſſor credebat?Glo. ibi non exprimit hunc caſum, videtur tamen quod non valeat ſtipulatio, ſaltem in effectu, per dictum §. circa. & per allega.ſupra. Sed quid in quarto, quando promiſſor ſciebat cauſam non in eſſe, ſtipulator credebat, quod ineſſet? Gloſſ. dicit ibi, quod videtur donaſſe. pro qua videtur expreſſum. ff.de condi.indebiti.l. fideicommiſſum.de noua.l. ſi quis delegauerit.& faciunt rationes ſ. allegatæ in prima ratione,qñ ſine omni cauſa promiſſum fuit, videlicet, quia dominium transfertur, quando eſt aliqua cauſa, licet falſa,ergo obligatio contrahitur. In contrarium videtur, quia donatio eſt contractus, qui perficitur conſenſu duorum.ff.de pact.l.1.§. 1.ff.de donatio.l.abſenti.C. de donation.l. ſi quis argentum. Sed conſtat quòd conſenſus duorum non concurrit in donatione,vbi alter credit cauſam ineſſe,alter non.ergo ſequitur, quod non ſit donatio.ff.ſi certum petatur.l.ſi ergo.Pręterea, quod non ſit donatio apparet,omnis enim donatio abhorret cauſam. ff. de donatio.l. donari. de regul.iur. l. donari. cum igitur promiſſor ſupponat cauſam ineſſe,non videtur habere animum donandi. Præterea, hoc videtur expreſſum in l. ſi cum aurum tibi. ff. de ſolutio. vbi non videtur donare ſciens, cum ibi dicat, quod excipere poteſt: & ſic non dedeꝛrat.In hoc aduerte,quia ſi quis ex cauſa donationis promitteret propter falſam cauſam, tunc diſtinguitur, an eſſet cauſa impulſiua, an finalis. & in dubio præſumitur impulſiua, de quo ff.de condition. & demonſtrat.l. cum tale.§.falſam.ff.de donationib.l.2. §.finali. & hoc non tangit noſtram quæſtionem, quia noſtra quæſtio quærit, vbi eſt ſimplex promiſsio, nec adijcitur cauſa donationis, quia illa eſt vera cauſa ſcilicet donatio, quamuis forte donatio fieret ad aliam falſam cauſam. ſed quæſtio procedit, vbi ob falſam cauſam directe promittit, veluti, quia ſcripſiſti mihi librum, vel quia pro me iuiſti Romam, in qua videretur, poſſe dici probabiliter, quod ſtipulatio non teneat, ſaltẽ in effectu,per leges & rationes ſupra allegatas. & de hoc videtur expreſſum. ff. de contrah.emptionẽ.l.domum. verſicul.ſinautem venditor.Præterea,certum eſt,quod lex indiſtincte improbat promiſsionem
12 ſine cauſa.vt d. §. circa. quomodo ergo † ſcientia partis faciet valere, quod de ſe non valet? & iuris ordinem immutare, cum nec pactum expreſſum hoc poſſet? C.de pact.l.pacta quæ contra.l.ff.de fideiuſ. l. cum lex. Nec obſtant in contrarium allegata.Et primo.ff.de fideiuſ.l. vbi lex. quia ibi loquitur in caſu, quo fideiuſſ.factum fuerit de facto, licet non ſolenne, & ita non erat omnino ſine cauſa, nec erat omnino falſa.ſecus vbi eſſet omnino falſa. & nulla.& ideo crederem, quòd ſi quis promitteret ex cauſa, ex qua nõ teneretur, cum tamen eſſet vera, quod deberet teneri, ſi ſcienter promitteret.per legem illam.Item nõ obſtat.l. ſi quis delegauerit.per eundem modum.Item ibi erat vera cauſa ex parte ſtipulatoris.Item non obſtat,quod dominium transfertur ex cauſa falſa omnino, quia non eſt per omnia ſimile, vt ſatis ex ſuperioribus poteſt percipi. Bene tamẽ credo, quòd talis promiſſor non poſſet repetere, ſi ſolueret:vt l.ſi cum tibi aurum.& propter dolum ſuum,vt d.l.domum.in fine. Nunc videamus de libello in actione commodati. & iſte planus eſt. Dico ego Ioannes Faber contra Martinum, quod licet equum meum eidem Martino realiter commodauerim ad eundum, & redeundum de Angoliſma vſque Burdeg.idemque Mar.prędictum vſum expleuerit,vel expreſſe potuerit,nihilominus dictum equum mihi reſtituere indebite contradicit, quare peto ipſum Martinum condemnari ad reſtituendum mihi equum, vna cum damnis. & declara ea, & ſigna equum, & pullum, & valorem.eodem modo potes formare in alijs rebus,quæ non conſumuntur vſu,quia in illis non conſiſtit cõmodatum, niſi commodarentur vt ſpecies. vide ff. eodem l. 3.§.fin.cum l.ſequenti.nec refert, an commodentur res mobiles,vel immobiles, vel iura.ff.commodati. l.1.§.1. Quid ſi ponam in libello, quod rem meam tibi commodaui, nec declaraui ad quem vſum, nunquid procedit libellus?Non videtur, quia commodatum non eſt, niſi detur ad certum vſum. ff.commodati.l.in commodato.§.ſicut.ſed eſt præcarium: vt not.ff.de precarijs.l.1.§.1. Et ſic tenet Innoc. extra de commod.ca.1.Sed hæc differentia non videtur bona,quia pręcarium datur ad certum vſum quandoque. ff. de donati. l. Lucius.Vnde ad hoc,quod tute poſsis formare libellum,& agere commodati, oportet ſcire, quando eſt commodatum, & quando eſt præcarium, quia licet aliqua ſimilia habeant, tamen non concurrunt,quia pro præcario non competit actio commodati, ſed interdictum ff.de præcar.l.interdictum.vel præſcrip.verbor.ff.eo.tit.l.duo.§.fi.& licet multæ differẽtiæ aſsignentur, non tamẽ per eas cognoſcitur an ſit præcarium
13 vel † commodatum,quomodo ergo cognoſcetur: Poteſt dici quòd per verba,ſi enim dicit, commodo, cõmodatum eſt, ſi enim dicit,præcario concedo, præcarium eſt,quia a ſignificatione verborum non debemus recedere. ff. de legatis 3. l.non aliter.de ſuppellect.lega.l.Labeo. ſed ſi hoc non appareat, quia dicit concedo tibi, &c. tunc ſi ad certum vſum, & tempus expreſſum. vel tacitum, eſt commodatum. Verbi gratia tu volebas ire Pariſios, rogaſti me, quod traderem tibi equum meum, conceſsi, hic eſt certus vſus, & tempus tacitum, quo poteris iuiſſe & redijſſe. hoc eſt commodatum, ſed ſi non ſit tempus tacitum,vel expreſſum,tunc eſt præcariũ,& ideo quando libet reuocatur: vt concedo tibi habi-

habitationem illius domus. Et hæc eſt communis opinio nouorum doctorum,maxime citramont. Et caue, quia materia multum facit ad cognoſcendum hoc. nam quædam ſunt, in quibus non bene ſedet commodatum,nec contrahitur vltro, citroque: ſed per modum beneficij conceditur, ſicut ſi concedam quod poſsis transferre fœnum tuum per terram meã, vel eximere cretam de fundo,vel lapides, vel talia. in his.n. quæ non ſunt habilia ad commodandum, nec cadunt in reſtitutione,præſumo præcarium.ff.de donatio. l. qui ſaxum. de dolo. l. ſi cum mihi,& hoc bene innuit.l. interdictum. ff.de pręcar.Et ſic debet intelligi.ff.de præſcript.verbis,l. permiſiſti & l.ſi gratuitam.de fur.l.eum qui.§.is qui præcario.Quid ergo ſi reperiatur inſtrumentum, in quo caueatur,talis commodauit,& præcario conceſsit,quæritur quis cõtractus erit? Potes reſpondere per ea,quæ dixi in ſimili ſupra de loc.§. ad eo.quod vr̃ commodatum,ſi materia alias ſit habilis. ff. pro ſoci.l.ſed ſi adijciatur. Quid ſi præcario concedatur ad certum vſum,& ad certum tempus,nunquid eſt pręcarium? Non videtur,ſecũdum opinionem docto.& tamen eſt contrarium verum.ff.de præca.l.cum præcario. Intellige ergo opiniones eorum,quando non expreſſe agebatur,quod eſſet pręcarium.Conclude ergo ex his, quod videtur neceſſarium poni in libello,quod ad certum vſum,& tempus fuit commodatum tacitum,vel expreſſum. Quidam dicunt contra.ſ. quod ſufficiat dicere commodaui tibi talem rem, &c. nam dicendo, commodaui: videor includere omnia neceſſaria ad commodatum,vide ſupra de fideiuſſo.§.ſi. Cætera autem ſunt ex cipien. Prima tamen ſecurior eſt,& valet expreſſum. C.cõmodati.l. 2.vbi actor hoc probat.Et ſic habet ponere. In act. autem commodati contraria libellus eſt etiam planiſsimus. Ioan. Fab.dicit contra Mart. quod idem Ioan. tales expenſas non modicas fecit in tali re commodata eidem per eundem Mart.quas idem Mart.eidem Ioan.reddere contradicit, quare petit,&c.vide ff.commo.l.in commodato. §. 1. & l. in rebus.§.fi.& §.poſſunt. In præcario non reperitur contraria, quo ergo remedio,ſubuenitur præcarium recipienti? Forte per actionem de dolo,vt d.l. permiſiſti. in fine & d.l. ſi cum mihi.Si vis circa materiam magis dilatare, vide ſupra quib. mod.re contrahitur oblig.§.item is cui.& in Specul.de commodato.& in ſumma Hoſtien.eo.ti. De hoc autem caue in libellis hmõi,ꝙ ponas realiter commodatum factum, cũ hæc
14 obligatio retrahatur,vt d.§.item is cui. †Sequitur de actione depoſiti,& eſt ſciendum,ꝙ hæc actio,quandoque eſt directa,quandoque contraria.Item quandoque in ſimplum, quãdoque in duplum.In directa, quæ competit ad ſimplum, eſt clarus libellus. Dicit Ioan. Fab. contra Mar. quod licet idem Io.depoſuerit talem rem penes eundem Mar. idemque Mar. depoſitum recepit: nihilominus eandem rem contradicit reddere minus iuſte: quare petit eundem Martin. condemnari ad reddendum,&c. & dico ſignanter recepit propter id de quo vidi dubitari. Pone quod in tui præſentia,poſui equũ, vel aliquid in domo tua: tu non recepiſti cuſtodiam: quæritur,vtrum tenearis depoſiti? Et certum eſt,quod non quia depoſitum re contrahitur:& oportet negotium agi:vt l.eum qui.§.is qui precario.ff.de furt.l.interdictum.ff.de preca. hoc autem caſu nullum negotium agitur. bene tamen reperitur caſus,quo teneretur.vt in nauta,caupone: ſed ille caſus ſpecialis eſt. Et idcirco in contrarium ius commune. ff. nau. caupo.l. 1.§ ſi.cum l.ſeq. In contraria actione depoſiti patet libellus.Dicit A.contra B.quod licet dictus B. penes dictum A. depoſuerit talem equum: dictusque A. expenſas fecerit, nutriendo dictum equum,vſque ad talem ſummam: nihilominus dictus B. dicto A. dictas expenſas reſtituere denegat minus iuſte, quare petit dictus A. dictum B. condemnari in dictam ſummam ſibi ſoluendam per veſtram ſententiã. &c. ff.depoſiti.l.ei apud.In actione autem depoſiti, quæ competit ad duplum, vt infra verſic. plane. poſſet eſſe dubium, vtrum ſint dandi duo libelli,an ſufficiat vnus. Et videtur qđ debeant dari duo,quia non poteſt peti pœna, quouſque negauerit, cum non ſit ante commiſſa.ff.de iudic.l.non quemadmodum. Pręterea videtur, ꝙ duæ ſententiæ ſint neceſſariæ.ff.de ædilitio.edic.l.redhibitoria. Sed poteſt dici,quod ſufficiat vnus libellus.Et dicet ſic,dicit A. contra B. quòd licet ipſe propter periculum ruinæ, vel talis tumultus, depoſuerit rem ſuam talem penes dictum B. nihilominus dictus B.reſtituere non vult dictam rem, quare petit dictus A. dictum B. condemnari ad reſtituendum eidem A. rem prędictam,ſi confiteatur,ſi neget, petet condemnari in centum vltra nomine pœnę.quę centum, res prędicta valet communi ęſtimatione. Similis modus condendi in libellum approbatur C.loca.l.conductores.in gloſſ.& per Inno.extra de teſtamen.cap. Raynaldus.& hos libellos reperies in Spe. de depoſito.§.nunc libellos. Et caue ꝙ modus periculi eſt declarandus,& forte dies, & locum, alias vix poſſent teſtes deponere ſuper libello. Sed quęritur, nunquid intereſſe peti poſsit cum hac pœna? Et dic quod ſic,quia eſt pœna legalis. ff. de condi.furt.l.ſi pro fure,& l.in re furtiua.§. 1. & iunge.infra eod.§.item mixta.& §.ſed furti. Nunc tractemus de libellis actionum mandati.& pro ſocio.Et eſt ſciendum quod iſtę actiones quandoque ſunt generales,quandoque ſpeciales, vt
15 ff. pro ſocio. † l. pro ſocio. Sex certe lex illa videtur velle, quod actio mandati ſit ſpetialis, non generalis, ſed expone eam. vt ibi. Generalis eſt, quando agitur pro vniuerſitate bonorum. Verbi gratia, mandaui tibi negotia mea tractare,vel mercari pro me in talibus nundinis, tunc enim videtur agendum actione generali.ff. mandati.l.ſi procuratorem. §.mandati.& l.ſi negotia.& l.creditor.§.fin. Et poteſt ſic formari libellus.Cum ego mandaui tibi negotia mea gerere, & tu geſſeris,peto,quod reddas rationem adminiſtrationis tuę. ſic videtur gloſſ.ponerem actione negotiorũ geſt.ff.de eden. l. 1. & eodem modo in actione, pro ſocio generali. Dicit A. contra B. quod licet dudum ſocietatem omnium bonorum contraxerint,idemque B. plurima de dicta ſocietate adminiſtrauerit,nihilominus ea in communi ponere,& reddere contradicit. Quare agit dictus A.contra dictum B. quod dictus B.condemnetur ad reddendum rationem, & in communi ponendum, &c. ſi tu vis videre libellos, & poſitiones in his actionibus,vide Specu.in tit.de iudic.§.generalis.cum §.ſequen.lib. 4.& ibi reperies in actione ex empto, & vendito,& conducto, in propriis materijs, vnde iſta ſunt rudia, quare non denigro papyrum, nec in his, nec ſequentibus action.hic nominatis, pręſertim cum de earum materia viſum fuerit in titulis ſuis,& inuenies ſatis in dicto lib. & iunge infra eo.§.actionum.

a Adnot.Sequens.Diuide,& ſumma ſic,ſecundum Ang. Omnis actio aut eſt ex contractu,vel ex maleficio,vel eſt rei perſecutoria,vel pœnalis, vel mixta. h.d.vſque ad.§. quædam.

b In fi.Iſta gl.a nullo reprobatur,ſed cum ea tranſeunt hic doctores.Quærit hic Ange.quis admittitur ad vendicandam rem eccleſiaſticam, puta rem ſacram,vel religioſam,vel fundum eccleſiæ.vide hic.ſecundum eum.

c Poteſt dici.Hoc idem tenet Ange.& Iaſ.

d Sciendum.Et pro hoc vide bonum tex.hic ſecundum Iaſ. & Bal. in c. 1. §. Vaſſallus.el 1.ſi de feu.fue.contro.inter do.& agna.

e §.ſi ſeruus Vide meliorem tex.ſecundum Iaſ. in §. ſi quis autem non implens verſi.protraxerit.in auth.de hæred.& falci.quem etiam Ioan.Fabri hic allegat.

f L.interpretatione. Hæc gl. dicit quod in pœnalibus, non fit extenſio, de ſimilibus ad ſimilia: dicit hic Iaſ.pulchre.quando pœnæ imponuntur habito reſpectu ad priuilegium alicuius perſonæ,etiam ſi ipſi caſus eſſent a iure æquiparati.& alle.ipſe Iaſ.duas gl.iuris cano.contrarias, vt videre poteris hic per eum.

g Libellus.Vide Ang.hic in 3.col.poſt me.verſic.ex quo ſequitur.vide Pet.Ia. in tit.de cond.ſpeciali ex mutuo.item vide hic etiam Ang.ſuper forma libelli,in actio.mandati.item vide hic Ang.in §. ex maleficijs de formatione libelli,in actio.forma in 2.col.in me.ver.quomodo formabitur libellus.item vide plene de his libellis in actio.ex maleficio.§. ex maleficijs.in 13.colum.in prin.verſic.extra gl.reſtat.

1 *Mixta actio multiplex.*
2 *Præſcriptio quando ceſſet.*
3 *Impræſcriptile ius.*
4 *Famil.erciſc actio.capita.5.8.9.*
6 *Familiam qui diuidant diuerſo iure ſuccedentes.*
7 *Exceptionis,cohæres non es, vis.*
10 *Diuiſionem petentis concluſio.*
11 *Familie erciſcunde progreſſus,& finis.*
12 *Diuiſionem proprietate non excludi.*
13 *Familia ſemel diuidenda fallit.* 14.15.
16 *Communi diuidundo capita.* 19.20.
17 *Famil.erciſ.qui agant,& in quem.* 18.

21 Finium

21 *Finium reg.actio effectus.*
22 *Finibus concurrant ne proprietates.*
23 *Finium reg.actionis tempus.* 24.25.26.
27 *Finium reg.actio ad quæ data.*
28 *Finium reg.remedia.*

a Qvaedam a Actiones mixtam. Iſte §.planus eſt nec
oportet poni caſum.ſic tamen poteſt incipi.Domine impera
tor,ego audiui,ſtatim loqui de quibuſdam actionibus mixtis.
ſupra §. proxi. Quæro a vobis,an ſint aliquæ aliæ actiones
mixtæ? Imperator reſpondet, ꝙ quædam actiones. &c. &
proſequere vſque ad ver.In quibus. & ibi potes ſic reincipe-
re. Ego audiui vos nominare tres actiones, per quas agitur
ad dandum.Ponamus,ꝙ res diuidi non poteſt,quid faciet iu
dex? Dicit Imperator quod in his tribus iudicijs permitti-
tur iudici,&c.litera plana eſt. Accedamus ad gloſſ. In glo.
b hic adijcitur in fin.vide ibi b: quia hic nulla fit diuiſio,vt ple
ne ibi dixi.vnde bene aduerte quòd hic non dicit mixtas,ſed
mixtam cauſam habere. Sed pro Deo,quare fuit hic poſitus
iſte §.Scis tu quare,quia iam tractauerat de mixtis,vt oſten-
deret alias mixtas,ſubijcit de iſtis.alia tamen eſt mixtura, vt
patebit inferius. In ea.gl.ibi cum alleg.ſupra eo. 1.ſic itaq;
recordare, quod per actiones reales vendicamus quod no-
ſtrum eſt: per perſonales id,quod nobis debetur.Vnde ex eo
quod portionem meam petitio mea continet,eſt actio realis,
ex eo quod includit portionē cohæredis,eſt perſonalis. quia
in hoc peto, ꝙ meum non eſt,vt §.ſic itaque. Iuxta quod
1 ſciendum,ꝙ actiones †reperiuntur mixtæ tribus modis in iu
re.Vno modo,quia ſunt rei & pœnæ perſecutoriæ. & de his
non agitur hic,ſed ſupra proxi. §. Alio modo,quia quilibet
eſt actor & reus, & iſto modo poſſunt hæ dici mixtæ. ff. fin.
reg.l.iudicium.la 2.& ff.famil.erciſcun.l. 2.§. in familiæ. de
iudi.l.in tribus.& iſto modo poſſunt intelligi aliqua interdi-
cta,mixta ſeu duplicia.infra de interdict.§.pe.& fi.Item alio
c modo c: quia habent & proſequuntur præſtationes perſona
les,& reales,vt hic not.ſecundum Dy.ſed petitio hęreditatis
dicitur mixta alia ratione,vt videbis in inferioribus. In gl.
ibi cum allegat C. de anna. exceptio.l.1.ſic vides in petitio-
ne hæreditatis,quæ licet ſit realis, tamen quo ad præſcriptio
nem ſequitur naturam perſonalitatis. C. de petit. hæredit.l.
hæreditatis petitionem, & hanc opinionem tenent omnes
doct.Contra quam videtur,quia pactio hæc non poſſet con-
tra,ergo nec præſcriptio.ſed gloſſ.reſpondet ff. famil.erciſ.l.
1.vbi plenius de hoc.Item videtur contra,quia conſors impe
dit ne præſcribatur per alium contra conſortem. ff.quemad-
modum ſerui amitta l.5. & 6. ergo ipſe præſcribere non po-
teſt.ff.ſi ſeruit.vendic.l.altius.Sed poteſt dici,ꝙ hic non prę
ſcribit illud ius,quod per eum retineretur,quo ad alios,& ꝙ
alij per ipſum impediatur præſcribere, ſed quoddam aliud
2 ius,videlicet,quod non compellatur diuidere. Item † oppo-
nitur quia res,quæ non eſt,præſcribi non poteſt. Item ſine
poſſeſsione non currit præſcriptio,vt l.ſine poſſeſsione.ff.de
vſucapio.& ca.ſine poſſeſsione.de reg.iur.lib.6.conſtat autē,
quod conſors non poſsidet ius formale incorporale in portio
ne ſua.ff.de vſuf.petatur.l.vtifrui.ergo tale ius pręſcribi non
poteſt,videlicet non diuidendi.Sed ad hoc poteſt dici,ꝙ tale
ius non præſcribitur,ſed actio tollitur, & ſine actione nemo
experitur,quia omnis actio extinguitur tanto tempore, vt l.
ſicut. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. Item opponitur,
3 †quia ius negatiuum non præſcribitur in his, quæ de iure
communi competunt,niſi a tempore conditionis,C.de ſerui.
l.altius.ff.de ſerui.vrbanorum prædio.l.qui luminibus.& ibi
not. Et ſic videtur, quod cum de ratione, & iure communi
res communis diuidi debeat, quod non præſcribatur, niſi a
tempore contradictione,cum ante ius contradicenti non poſ
ſideatur. ſed ad hoc poteſt dici, quod illud vbi non eſt nata
ante actionem,quæ præſcribi poſsit: hic autem nata erat ſta
tim a tempore communionis, & dicitur ſimile in iure offe-
rendi. C. de præſcript.30. ann. l. cum notiſsimi. Quid er-
go remanebunt ne perpetuo in communitate? Ego credo
quod non, ſi lites & contentiones ex hoc inſurgerent, imo
iudex ex officio debet eos compellere ad diuidendum. ff. de
vſufru.l.æquiſsimum. In ea.gl.in fi.effectus iſtius quæſtio
nis eſt declaratio primæ,quia ſi hæc actio oriretur a tempo-
re,quo alter prouocat ad diuiſionem, non curreret ante præ
ſcriptionem. ſi vero a tempore, quo inciderunt in commu-
nionem,currit ante,quod ſequuntur omnes doctores,& iun
ge quę dicam infra de materia communi diuidun.in 7.quęſt.
In gloſſ.ſine ſocietate,in fi.hæc gloſſ.eſt vera, & tamen vide
tur notari contra. d. l. quibus. ſupra de oblig. quæ ex quaſi
contractu. §. item ſi inter aliquos. ſed dic, vt ibi ſatis dixi.
In gloſſ. ſcilicet eſt in fi. imo eſt perſonalis, vt ſupra dixi. §.
omnium. In gloſſ. quid ſi domos. ibi cum allegat finium
regũ.l. 2. in principio. Quid ſi habeamus iura incorporalia
communia, vt iuriſdictiones ſpirituales, vel temporales,
nunquid hæc actio competit? Non videtur,cum non com-
petat, niſi pro fundo. ſed ſatis poteſt dici, quod competat
ſaltem vtilis,& hoc ad inſtar familiæ erciſcundæ & commu-
ni diuidundo, quæ competunt pro iuribus ſaltem vtiles, vt
ff.communi diuidun.l.arbor.de aqua quoti.& æſtiua.l.Lucio.
& facit extra de procurato.cap. ſuper eo. In ead. gloſſ. ibi
cum allegat leg. ſi bonæ fidei. ſed hæc eſt mere realis. vt ff.
de petit.hæreditatis.l.ſed & ſi lege.§. petitio. vide ſupra eo.
§.omnium. & tamen mixta dicitur, non tamen illa mixtu-
ra,qua familiæ erciſcund.valet,quia competit ad id,quod nõ
eſt meum,ſed quia in aliquo ſapit naturam perſonalium ori-
gine, & effectu. Origine, quia incipit competere ex quaſi
contractu.ſupra de ob.quæ ex quaſi contractu.§.hæres. ff. de
actio.& oblig.l.ex maleficijs.§.hæres.Item effectu, quia da-
tur ad debita perſonalia.ff.de peti.hæred.l.nec illam. alias l.
etiam.§.item a debitore.& leg. ſed vtrum & l. non tantum.
& l.item videndum,ſecundum Dyn. In ead.gloſſ.in fi. ſunt
d tamen in rem ſcriptæ, d vt no.d.§. eſt autem ſecundum Dy.
In gloſſ. & quod adiudicatur. in fi. vide ibi. Expediti ſu-
mus de gloſſ. ſed redeamus ad aliqua videnda circa naturam
harum actionum. Et primo circa act. fa. erc. Quærunt
e doc.e qualis eſt iſta actio? & in hoc non inſiſto, quia † certũ
4 eſt,ꝙ perſonalis,vt ſtatim dixi. Secundo quærunt,vnde ori-
tur? Et certum eſt,quod ex quaſi contractu,ſupra de ob.quæ
ex quaſi con.§.item ſi inter aliquos. Tertio, quando oritur
hæc actio? Ad iſtam eſt reſponſum in gloſſ. & vide eam,
Sed de vno poſſet dubitari,vltra doctores, videlicet quando
oritur hæc actio,vtrum a morte teſtantis, vel ab adita hære-
ditate? Et videtur quod a morte teſtantis, quia hæc actio
datur ad inſtar communi diuidun.& certum eſt,quod illa da
tur pro re ſingulari a tempore, quo res data fuit, vel legata.
ſupra de obligatio. quæ ex quaſi contractu. §. item ſi inter
aliquos. ſed verius eſt, quòd à tempore aditæ hæreditatis,
quia tunc incipit res eſſe communis, & vnus alteri inuicem
obligari,vt d.§.verſic.idem iuris. & quia tunc incipit com-
petere,ex quo cohæres eſt,vt ff.familiæ erciſcundæ.l. 1. ante
autem non poteſt dici proprie cohæres.vt d.§.ver. idem iu-
ris. Quid ergo,ſi vnus cohæredum adiuit ſtatim poſt mor-
tem teſtatoris,alius poſt decem, vel viginti annos? videtur,
quod præſcriptio incipiat currere a tempore vltimæ aditio-
5 nis per præmiſſa. Quarto † quærunt, cui competit hæc
actio? Dicit Pet. quod directa quod competit hæredi con-
tra hæredem, vtilis bonæ fidei poſſeſſori, vel fideiuſſori. vi-
de.ff.eo.l.1.& 2.& l.ſed eius.§. 1.& ſic tranſit hic. & ita ſup-
ponit,quod non datur niſi inter cohęredes. quod videtur ex
6 preſſum in d.l. 1. Quid ergo † ſi quis alterum de filijs hę-
redem inſtituit in dodrante, alteri donauit quadrantem per
modum donationis inter viuos, qua actione diuident? quia
non videtur? quod hęc actio poſsit competere per prędi-
cta. Sed contrarium videtur expreſſum C. de inoffic. don.
l. 2.ſed gloſſ.ibi alio modo intelligit,& tex.calumniat. Doct.
dicunt, quod competit famil.erciſ.& ibi expreſſe dicitur, vt
ibi ſcripſi.ſed vbi res remanſit in dominio teſtatoris, quam-
uis fuerit data, maxime per modum quotę, videtur quòd
competat fa.erc. Quid ſi quis inſtituit vnum in certa re,
alium vniuerſaliter? Videtur, quod poſſent intentare ad-
inuicem actionem fam.erciſc.per pręmiſſa.Sed contra facit,
quia inſtitutus in certa re, habetur loco legatarij, vt l. quo-
ties. C. de hęr. inſtituen. ſed illud verum quo ad actiones
ſuſcipiendas, vel intentandas, vt ibi notant doctores.

Hæc

Hæc quæſtio non eſt dubia, vbi inſtitueretur in certa re ſolida, quia tunc nihil eſſet, quod diuidi deberet. ff. famil. erciſ. l. hæredes. §. 1. Sed vbi inſtituit vnum immedietate vnius caſtri pro indiuiſo, cũ pertinẽ. aliũ vniuerſaliter, tunc videretur melius procedere, & forte poſſet tolerari, ꝙ detur fami. erci. Sed quid ſi hæres vendidit, vel alio titulo tranſtulit portionem ſuam in extraneum? Videtur competere fami. erci. l. hæredes. §. ſi teſtator. ad inſtar pet. hær. C. de pet. hære. l. emptori. competit ergo hæc actio cohæredi contra cohæredẽ. & hoc ſi agens poſsideat, vel cohęres confiteatur eum cohæredem, vt d. l. 1. ff. eod. Quid ſi poſsidens dedit libellum in iudicio famil. erciſ. in quo dicebat ſe cohæredem, qui quidem libellus negatus fuit ex parte rea ad finem perempto. & lit. conteſt. & ſic actor fuit admiſſus ad probandum, & in proceſſu probat ſe cohæredem, Quid ſi negetur cohæres eſſe, nunquid debet fieri condemnatio? Non videtur, quia conſtat ipſum male egiſſe, & inepte. & ſic debet cadere. ff. ſi menſor fal. mo. di. l. 1. Sed hoc eſſet durum, quia certũ eſt, quod hæc actio ei competebat ipſo iure. & veritate inſpecta, ex quo in veritate cohęredes erant, ergo videtur ꝙ potuerit intentari. ſic econtra non poſſet intentari, niſi eſſent cohæredes. ff. eo. l. cum putarem. Item hæc exceptio, † non es cohæres, ponitur

7 ſolum ad finem, quod pars non debeat admitti ad agendum actione, qua agit, non ad finem peremptoriæ, nec abſolutionis perpetuæ. ff. e. l. 1. Igitur ab initio proponi debuit, & ſi admittatur pars, non debet admitti ad proponendum ad finem illum. ff. de adul. l. ſi maritus. §. præſcriptiones. Nec ob. ꝙ intẽtat act. ineptam, &c. quia illud obtinet, vbi proponitur in libello tale factũ, quod non põt ſe cõpati cum actione quã intentat, vt ſi poſſeſſor aſſerens ſe poſsidere, agat rei ven. Sed hic ſupponitur, ꝙ agens fami. erc. proponebat eſſentialia huius actionis, & inter cætera ſe eſſe cohæredem. & is libellus fuit admiſſus, licet potuiſſet repelli ante conteſtationem. vnde non video, cur proceſſus non teneat, cum tacite ſit renunciatum illi exceptioni. facit. C. de anna. excep. l. ſi. & quod no.

8 Inno. extra de iudi. c. examinata. † Item quæritur, ad quid cõpetit hæc actio, ſeu quid in ea veniat? Petr. dicit quod venit diuiſio, & fructus. de hoc videbis ĩ. de offici. iudi. §. familiæ. vide plenius. ff. fam. erc. l. 3. §. ſi. cum l. ſeq. fere per tria folia, & nihil aliud dicit. Ego vltra procedo, certum eſt, quod nomina non veniunt in actio famil. erci. C. fam. erciſc. l. ea quæ. Quæritur, nunquid redditus veniant? Et non videtur, quia aut dices, ꝙ ſint nomina, aut ꝙ ſint iura. ſi ſunt nomina, certum eſt ꝙ non veniunt, etiam ſi tota hæreditas conſiſtat in nominibus. ff. famil. erciſ. l. hæredes. §. 1. ſi ſint iura idipſum ff. famil. erciſc. l. fundus communis. & ſic non poteſt competere pro redditibus, & multominus pro iuriſditione, ſeu iure patronatus. ſeu homagij, vel alijs iuribus, cũ ſint indiuidua, & patet ff. de iure patr. l. carmelia. Quid ergo erit, nunquid perpetuo erũt communia? Videtur ꝙ ſic, niſi cohæredes cõſentiret, ꝙ fieret aſsignatio ſolidi vni, & quilibet petet ſuam portionem redditoũ. & ſic intellige ff. famil. erciſ. l. plane. vnde ibi intelligo nonnunquam, id eſt, qñ cohæredes conſentiant, nulla etiam interpoſita ſtipulatione, & hæc optime ꝓcedunt in redditibus, quæ diuiſa ſunt per ſe, vt nomina, & ideo nõ agitur hac actione. ff. eo. l. hæredes. §. 1. ſecus ſi vſuſfructus, qui eſt diuiduus. ff. famil. erciſ. l. ſed & ſi. §. 1. cũ l. ſeq. Sed in iuribus indiuiduis non poteſt ita dici. Quid ergo fiet in illis? Certe quilibet vtetur illo iure, vt iuriſditione, vel iure illo indiuiduo, vt d. l. fundus. & d. l. carmelia. ff. eod. l. quędam. & hoc ſatis eſt tolerabile, vbi nullus grauatur ex hoc. nã ſi grauaretur ex hoc, non videretur, ꝙ quilibet cohęredum poſſet vti, ſaltem vltra modum, quo defunctus vti poterat. Verbi gratia, Titius, qui habebat expletum in foreſta mea, mortuus eſt, relictis pluribus liberis, ſi omnes velint vti, & quilibet tantum conſumere, quantum defunctus: credo, quod non poſsint. ſed ſi omnes ſimul velint vti abſque maiori grauamine, quam defunctus vti poterat, credo, quod poſsint, per iura ſ. allegata. iuncto. ff. de aqua quot. & æſtiua. l. 1. §. illud. C. de ſeruit. l. non modus. vide ibi. extra de cenſi. cap. quanto. Et propter hoc videtur, quod ſi dominus decedat relictis pluribus filijs, quod vaſallus non teneatur facere homagium omnibus, licet homagium debeat vni ſoli adiudicari. ff. famil. erciſc. l. item. & forte hoc caſu, & in ſimilibus poteſt intelligi l. plane, eodem titu. Sed an veniant feuda & cenſualia in hanc actionem? Poteſt dici, quod ſic, non vt diuidantur, ſed vt adiucentur. ff. communi diuidun. l. communi diuidundo. in feud. ſi de feud. defunc. con. ſit. ca. omnes filij. bene tamẽ ſunt aliqua feuda, quæ non diuiduntur, & pro his, non daretur hæc actio, in feud. de prohibita feu. alie. per Fride. c. 1. §. præterea. de hoc in Spec. de feud. ver. §. quoniam

9 verſicu. 33. & 34. † Item quæritur, nunquid acquiſita ex vſuraria prauitate, vel male ablata veniant in hanc actionem? expeditum videtur, quod non. ff. famil. erciſ. l. cæteræ. §. 1. quod eſt verum, ſi ſit notorium, & alter cohæredum vult, quod reſtituatur. ſed ſi vellet retinere ſibi, non admitteretur. ff. de petition hæredit. l. ancillarum. §. ſi. cum l. ſeq. Quinimo credo, ꝙ iudex ex officio debet facere reſtitui. nam ſi põt corrumpere mala medicamenta, multofortius reſtituere alienum, etenim debet fungi partibus boni iudicis, vt ibi. & facit in authent. de mand. princ. §. quod ſi delinquentes. Quæritur de forma libelli. Roffred. format duobus modis. Primo, ago contra Mar. qui cum ſit meus cohæres in hæreditate Titij, cui ex teſtamento ſucceſsimus. vel forte ab inteſtato, (ſi ſic in facto) eandem hæreditatem diuidi non vult, vel in diuiſione non poſſumus conuenire, vnde illam hæreditatem peto diuidendam, & ad hoc propono actionem famil. erciſc. vel potes concludere ſecundum eum, quare peto quòd hæreditatem diuidamus. iſti libelli non videntur procedere, quia aut dices hãc actionem realem, aut perſonalem, aut mixtam. ſi realem, certum eſt quod debet concludi ad declarationem dominij, & reſtitutionem, vt ſatis vidiſtis ſupra e. §. 1. ſi perſonalem, oportet concludi ad dandum, vel faciendum, vt ſupra eod. §. ſic itaque. ſi mixtam, oportet concludi ad vtrunque per prędicta. Pręterea in his libellis nihil concluditur contra partem, imo nec a iudice aliquid petitur, quod tamen neceſſe eſt. Nam in reali petitur a iudice, quod declarari, & reſtitui faciat rem. in perſonali, quod condemnet ad faciendum, vel dandum. idcirco non videtur procedere. Petr. de Bellapertic. dicit, quod vbi res eſt communis pro indiuiſo inter me, & te: & ego habeo vnam partem in qualibet particula, & tu aliam, pro particula quæ eſt in mea, non poſſum concludere, quod mihi detur, ſed debeo petere, quòd reſtituatur. particulam quæ tua eſt, non poſſum petere, tanquam meam, illam ergo petam mihi dari. Dicam ergo ſic ſecundum eum. Dico, quod habemus hæreditatem communem pro æqualibus, & pro indiuiſo, quam diuidi volo, quare peto, quòd hæreditatẽ illam mihi reſtituatis, hoc eſt, res diuidatis & æqualiter facta diuiſione, aſsignetis partes, mihi vnam & alij aliam partem, videlicet quæ mea eſt, mihi reſtitui, & quæ non eſt mea, mihi dari. iſta ſunt fere verba, quæ ſunt inepta, & eſt veriſimile, quod fuerunt male reportata, nec opus eſt hic impugnare, quia de ſe apparent inepta, & concluſio, videlicet, quare peto, quod hæreditatem reſtituatis. & hæc concluſio eſt magis apta petitione hære. quam familiæ erciſc. & quando ſubiungitur, hoc eſt diuidatis, apparet, quod non eſt bona, nec apta expoſitio. reſtituas, id eſt, diuidas talis expoſitio non reperitur in Priſciano. Vnde potes ſic concipere. Dicit B. Engoliſmenſ. contra Gulielmum fratrem ſuum. quod licet idem Ben. & Gulielmus hæredes extiterint Titio pro æqualibus, dictique Titij hæreditas communis ſit inter eos, & pro indiuiſo, idem B. dictam hæreditatem diuidi deſideret, nihilominus dictus Gulielmus dictam diuiſionem fieri contradicit, rerumque hæreditariarum fructus & emolumenta pro maiori portione, quam ipſum contingat, percipit quare petit dictus actor dictam hæreditatem per vos domine iudex diuidi, portiones quæ viriles faciendas, vtrilibet adiudicari, & adiudicatas tradi, & in pace dimitti, factis ceſsionibus hincinde de his, de quibus fuerint faciẽdæ, petens fructus & emolumenta per ipſum Gulielmum receptos, vltra debitam ſibi portionem, vſque ad talem quantitatem, in qua ſibi reddenda, & ſoluenda petit ipſum Gulielmum condemnari, vna cum expenſis, & præſtationibus, quas ſuſtinuit ꝓ hæreditate prædicta, quas ſpecificare ſe offert

offert in proceſſu.petit inſuper, quòd ſi ſint aliqua,quæ diui di nõ poſſint commode, quod adiudicentur vni pro pretio, implorãs officium in his, ſuper quibus fuerit implorandum, petens expenſas,&c.Sed videtur, ꝙ is libellus non procedat in eo, quod petit hæreditatem diuidi,quia hæreditas eſt nomen iuris,vt ff.de ver.ſig.l. hæreditas.de peti.hæred.l.hæreditas.& ſic indiuidua, cum ſit incorporalis, & ſic ad eam diuidendam agi non poteſt, quia iura incorporalia ſunt indiuidua,vt ſupra de reb.corp. & incorp.§.fi. Ad hoc poteſt dici, quod hoc verbum hęreditatem,ſumitur in verbis libelli,pro ut refertur ad res corporales,& prout ipſas continet.ipſa tamen hæreditas petitur diuidenda. vnde text. qui dicit ꝙ per hoc iudicium diuiditur hæreditas, vult dicere l.res hæreditarias.in effectu.fami.erciſ.l.2.per quem tex. optime excuſantur verba libelli prædicta.Quid ergo ſi actor petat diuidi res hæreditarias,& non hæreditatem?credo, ꝙ non procedit libellus de rigore.ff. communi diuid.l.4. in princip. Item opponitur, ꝙ hæc concluſio non eſt realis, quia non agitur ad declarandum, nec perſonalis, quia non agitur contra aduerſarium, vt det, vel aliquid faciat, imo concluſio dirigitur ad iudicem, quòd ipſe faciat. Ad hoc reſpond.ꝙ nõ habet con-
10 cluſionem † proprie actio realis, vel perſonalis, & propter hoc vno reſpectu dicitur mixta. Nam nullo iure reperitur, quòd debeat pars compelli diuidere alij, imo iudex diuidit: niſi partes communi conſenſu hoc faciant,vt ff.eo.l.fi.Vnde nulla eſt proprie concluſio realis, vel perſonalis,niſi in præſtationibus. ibi enim concluditur perſonaliter ad dandum. Per hoc enim ceſſat quæſtio,de qua vidi quãdoq;,quæri,vbi ſunt duo cohæredes, & alter alterum ad diuiſionem prouocat.Quæritur,quis tunc diuidet,& quis eliget?conſuetudinarij dicunt, ꝙ prouocans diuidet, & prouocatus eliget.& ita ſcio ſeruari in pluribus terris de facto. Quid ſi ſint plures prouocati? tunc videtur, quòd minor eligat. C. de meta.l. 2.de his qui ſe ded.l.1. ſed contra facit.C.quando. & a quib. quarta pars.l.2.de dona.l.ſancimus.§.ſinautem. De veritate autem iuris videretur, quod iudex debeat facere partes, & ſingulas ſingulis adiudicare,iuxta l.ad officium.C.commun. diuid.j.de offic.iud.§. præterea.ff.fa.erciſc.l. in hoc iudicio. Sed quæritur,nunquid ſit facienda mentio ſpecifica in libello,de præſtationibus,quæ ſint faciendæ?V.g.alter cohæredũ expediuit negotium, quod non poteſt pro parte expediri,& ſoluit pecuniam de ſuo, pro eo expediendo, nunquid debet hoc ſpecificari in libello?Credo ꝙ non, imo ſufficit generaliter implorare officium iudicis ſuper his,alias opus eſſet vno corio bouis, ſi eſſent multæ expenſæ per alium cohæredem factæ, vt vides in ſimili in actionibus vniuerſalibus. vbi nulla ſit ſpecificatio, vt in pet.hæredi.imo nec in generalibus, ſed poſt ſpecificatur in proceſſu. vt ſcripſi in breuiario.C.de
11 iudi.l.licet. † Quis ergo erit modus procedendi in actione, & quis iudicandi? Videtur, ꝙ eſſet faciẽda cõteſtatio, & poſt completo proceſſu,ſi appareat eos cohæredes, ꝙ ſit iudicanda diuiſio faciẽda, quod iudicio facto,iudex dabit arbitrum, qui præcipiat res hæreditarias exhiberi, & omnia iura ſibi declarari,quo facto,ea diuidet commodius,quo poterit, & ſi ſint aliqua,quæ non poſſint commode diuidi, ea vni adiudicabit,vt hic.& C.communi diuidun.l.ad officium.& ea adiudicabit cuilibet portionem ſuã, & faciet fieri ceſſiones adinuicem, iuxta l.in hoc iudicio.& l.plane. ff. eod. ꝙ autem ſic debeat fieri patet C.quando & a quib. quarta. pars.l.2. Hoc etiam patet,quia in omnibus actionibus: in quibus nõ poteſt alias procedi,fit exhibitio,vt patet ff.ad exhib.quaſi per totũ de pub.l.cum & ſi. Quid ergo fiet,ſi ſint aliquæ res, quas actor petit diuidi,reus dicit non eſſe hæreditarias,& ſe poſſidere titulo? Dic ab illarum diuiſione ſuperſedendum eſſe.ff. eo.l.hæredes.§.idem ſcribit.eo.titu.l.ſi quod.Et eſt recurrendum ad rei vend.vel peti.hære.vt ibi.Quid ſi in proceſſu huiuſmodi actionis volo probare talem rem eſſe hæreditariã? Nõ videtur, quod debeam admitti,niſi probem, vel communicem,illum titulum debere haberi pro non titulo. Nam tũc videretur, ꝙ deberem admitti,ad inſtar peti.hær.de pet.hær. l.qui interrogatur.cum notatis ibi.& hoc indubitate vbi co-
12 hæres meus ſolus poſſideat. † Quid ſi ambo poſſideamus? Videtur contra,quia quæſtio proprietatis non excludit hanc actionem,vbi ambo poſſident: vt d.l.1.ff.famil.erciſ.ar.contra.ff.de except.l.fundi,de hoc dicam magis in materia communi diuid.& ita per præmiſſa videtur,ꝙ ferantur duæ ſentẽtiæ in hac actione.ſed forte prima nõ eſt ſentẽtia,ſed quædam declaratio præambula diffinitiuæ ſententiæ. Vel potes dicere,ꝙ quando iudex ꝑ prepoſita & exhibita videt diuiſionem faciendam,nihil pronuntiabit adhuc, ſed faciet ſibi bona exhiberi, iuxta l.2.C.quando & a quib. quarta pars.& ea diuidet,& tunc vna ſola vice pronũtiabit, & adiudicabit partes.& hoc expedientius & ſecurius. Quid ſi remanent aliquę
13 res ad diuidendum? dic† amplius g non agi famil.erciſ.ſed
g communi diuid.ff. eod.l. ſi filia. §. familiæ. Sed quæ eſt ratio? ibi notatur vna: non tamen eſt bona, niſi iuuetur.Vnde poteſt eſſe ratio,quia petitio hæreditatis datur contra quencunque poſſeſſorem, & pro qualibet re etiam minima.ff.de peti.hære.l.licet minimam.ſed famil.erciſ.non datur, niſi cõtra cohæredem, & contra illum datur vniuerſaliter, etiam pro rebus ab alio poſſeſſis.ff.famil.erciſ.l.item labeo.alias incipit,ſi vnus.§.fin.idcirco imputandum eſt hæredi hac actione agenti, ſi aliquæ res remanſerint diuidendæ. Quid ergo ſi per ignorantiam iuſtam aliquæ res remanſerint ad diuidendum. Forte cohæres, qui habet rerum notitiam, iurauit nullas alias res eſſe,poſt apparet alias eſſe?Credo,ꝙ compe-
14 tat famil.erciſ.Nam fam.erciſ. iudicium † pluries poteſt intentari, cauſa cognita, vt d.§.familiæ.in cauſæ autem cognitione poteſt interuenire iuſtus error.ff.fami. erciſ.l.cum putarem.de pact.l.tres fratres. & eſt vtile magis agere famil.erciſ.hoc caſu, quam communi di.quia non fiet nouus proceſſus pro re illa, ſed quædam executio, & agens accipiet alia media,quam in principali proceſſu.poterit enim dicere,cum talis hæreditas eſſet cõmunis inter me & talem,& dicta hæreditas fuerit diuiſa inter nos, & partes ſingulis adiudicatæ, & per ignorantiam alias res remanſerit ad diuidendum, quare peto,quòd diuidatur,&c.& non oportebit hoc caſu ſe probare cohæredem ſeu ſe poſſidere, nec multa, quæ venerunt in primo proceſſu, nec litem conteſt.cum hoc ſit quaſi quædam executio primæ ſententiæ, vt dicitur in petitione hære. ff.de pet.hæred.l.ſi quo tempore. de pecul.l.quæſitum.& facit bene,quod not.Innoc.extra de offic.ordi.c.conquerente.
15 † Quid ſi communi conſenſu,ſine iudice fuit tota hęreditas diuiſa, excepta vnica re, nunquid pro illa ſola poteſt agi famil.erciſ? Videtur expreſſum ꝙ ſic.C.fam.erc.l.1. Item quia actio fa.erc.non fuit alias intentata,& poteſt ſaltem ſemel intentari. Poteſt dici contra, nam actio famil.erciſ.eſt vniuerſalis actu,& aptitudine,nec competit pro re ſingulari.ff.fam. erciſc.l.fundus mihi.& not.in d.l.ſi filia.§.familiæ, & in hoc differt a pe.hære.vt ibi no.& ſic non competit hoc caſu. pro hoc facit eod.titu.l.inter cohæredes in princ.vbi dicit,quod ſi actum fuerit communi di. poteſt agi fam. erciſc.pro cæteris.ſupponendo quod plures res remanſerant ad diuidendũ. nec obſt.d.l.1.C.fa.erc. quia debet intelligi ꝙ pro nõ diuiſis poteſt agi famil.erc. quando plures res remanſerunt ad diuidendum, ſecus ſi vna. Sed contra hũc intellectum facit, quia in vna re poteſt remanere vniuerſitas.ff. quod cuiuſ.vni l.ſicut.§.fi.ſed illud,qñ aliæ perierũt,ſecus ſi extant, tunc enim oportet plures eſſe, etiam duas partes.eo.ti.l.nulli.Quid ergo,ſi tota hæreditas, fuit diuiſa, mutuo conſenſu,paucis exceptis?pluribus tamen videtur idem,cum vniuerſitas videatur conſiſtere in duabus partibus,vt d.nulli.Sed forte, nõ ſic in alijs vniuerſitatibus, ſicut in vniuerſitatibus hominum. ff.de pact.l.quæſitum. & dixi ſ̃.eod.§.actiones de pecul. Sed quid ſi ſit vna res ſola.in hęreditate, nunquid illa petetur diuidi per hanc actionem? Non videtur,cum ſit res ſingularis, & hęc actio competit pro vniuerſitate actu, & aptitudine, vt ſ̃.dixi.Forte hoc caſu poſſet dici contra,quoniam vniuerſitas conſiſtere poteſt tota in vna re, quando nihil aliud eſt, imo forte, etiam ſi nihil eſſet in vniuerſitate, poſſet dici vniuerſitas, vt ſcripſi ſ̃.de pup.ſubſti.§.liberis.& ſ̃.e.§.actiones. & idem poſſet dici in præcedentibus quæſtionibus.Sed contra eſt.C.communia vtriuſque iudicij.l. familiæ. ff. ad Treb. l.nam quod.§.penul.& fin. cum l.ſeq. Sed cum hæc actio ſit

vniuer-

vniuerſalis, & debeat pro diuiſione omnium intentari:nunquid actor poteſt excipere in libello aliquas res,quas vult remanere ad diuidendum? Poteſt dici, quod ſic,vt not.ff.communi diui.l.in iudicium.Sed pone, quidam format libellum ſuum in communi diui.& petit diuidi bona hęreditaria,quæ ei, & conſocio euenerunt ex ſucceſsione talis, per actionem commu.diui.quæritur nunquid bene agat, vel an debeat cadere ab inepta actione? Et videtur quòd debeat cadere,quia pro hæreditate diuidenda, fuit introducta actio fa.erc.& ſic non videtur poſſe competere actionem communi diui.alias eſſet fam.erciſc.fruſtratoriæ inuenta, ex quo communi diui. ſufficiebat. ꝙ non eſt dicendum. Præterea, ſingulas obligationes ſingulæ cauſæ ſequuntur, id eſt ſingulæ actiones ſuas ſingulares materias, ex quibus cauſantur. ff. de except. rei iudi.l.& an eadem. §. actiones. non ergo permiſceri debent. In contrarium videtur expreſſum. ff.fa.erciſ.l.inter cohæredes.in princ.Super hoc poteſt dici, ꝙ ſi libellus concludat ad hæreditatem diuidendam vniuerſaliter: ꝙ non procedit. Si autem res certas, quamuis eas dicat communes ex hæreditaria cauſa,dum tamen dicat ſe dominum ex illa cauſa,etiã poteſt dici, quod concludat. & ſic intellige ff.commu.diui.l.4.

15 † Nunc videamus h aliqua circa act.comm.diui. circa quam
h primo quæritur, qualis eſt iſta actio, & quando oritur? Et ſuper hoc certum eſt,quòd eſt perſonalis,& oritur a tempore cõionis,vt ſupra dictum eſt in actione fa.erci.Item quæritur,cui competat? Dicunt doct.ꝙ competit illi, qui habet rẽ communem pro indiuiſo cũ alio.vel ei. qui putat habere cõmunem.ff.comm.diui.l.ſi quis putans. & hoc vltimo caſu ad ſumptus, & damna, non autem ad diuiſionem, vt ibi, & ſic tranſeunt.Sed iuxta hoc poſſet quæri,quia habere rem communem poteſt dici pluribus modis, nunquid hæc actio detur cuilibet habenti rem communem? ſicut detentatori, vel bonæfidei poſſeſſori? gloſſ.videtur ſentire, ꝙ detur tantum domino.ff.commun.diui.l.per hoc iudicium.Sed expreſſum eſt,quod datur bo.fi.poſſeſ. quinimo vtilis iuſte detinẽti.eo.ti.l.cõi.diuid.§. qui in rem. cum §.ſeq. Sed quæritur.dictum eſt s.in actione fa.erc.ꝙ datur poſsidenti, vel non poſsidenti,ſi aduerſarius confiteatur cohæredem.alias non, vt l. 1.ff. fa.erci.Quid in com.di? Certe ſi aduerſarius totam rem,quæ dicitur cõis poſsideat: & negat rem communem, expreſſum eſt, quod agens com.di.repellitur, ſi excipiatur.ff.de except. l.fundi. Sed ſi poſsidet vterque,alter tñ dicit rem non eſſe diuidendam,& ad ſe ſolidam pertinere, videtur quod non poſſit excipi, imo in hac actione qõ proprietatis veniet hoc caſu,vt in actione fami.erc.per d.l. 1.ff.fa.erc. & in hoc caſu nõ obtinet.l.fundi.ſed ſolum, qñ alter totum poſsidebat. & ad veritatem in caſu illo,ſolum loquitur:& in illo loquitur etiã

17 gl.ff.fa.erc.l. 1.quę videtur ita ſub audienda. † Sed quæritur nunquid hæc actio,detur tutori, vel curatori? Videtur quod ſic,quia habentur loco dominorũ.ff.de fur.l.interdum.§.tutor. Expreſſum vr̃ contra.C.de prædijs mino.l.inter oẽs. & credo, quod poſsint agere, ſi ſit vtilitas pupilli. opus eſt tamẽ decreto, ſi ſit res immobilis, vt ſcripſi in breuiario meo, iuxta d.l.inter omnes.& not.ff.de auto.tuto.l. inter pupillũ. Sed quid de perſonis eccleſiaſticis: nunquid poſſunt agere hac actione, pro rebus quas eccleſia habet cõmunes cũ alio? Expreſſum videtur, ꝙ ſic.C.de ſacroſanctis eccleſijs.l.iubemus.la 2.opus tamen eſſet ſolennitate,authẽ.hoc ius porrectum: vt ſcripſi in d.l.inter omnes. An autem feudatarij, ſeu vaſalli, vel alij vtiles domini, poſsint agere inter ſe? Videtur ꝙ nõ vbi dominorũ conditio fieret deterior. vide ff.eo.l.commu.di.in prin.in feu d.ſi de feu.controuer.fue.c.omnes filij.

18 † Item quæritur, contra quem detur hæc actio? Et certum eſt,ꝙ contra ſocium,ſeu cõſortem, ſi rem poſsideant, ſi alius poſsideat,videtur ꝙ contra poſſeſſorem.ff.eo.l.commun.diui.§.ſi debitor.& §.inter eos. & C.eo.l.ad officium arbi.ff.de act.emp.l.Iulianus.§.Idem celſus.Quid ergo, ſi vnus ſit proprietarius, alter poſsidet rem? Forte creditor, vel dominus temporalis, qui rem cepit in manu, vel forte conſors tradidit partem ſuam ad firmam,ad x.annos, & tradidit poſſeſsionem,quæritur,contra quem debeat agi? Lex videtur velle ꝙ cum proprietario.ff.eo.l. ſi quis putans.§.ſi fundus cõis.Sed contrarium videtur in d. §. ſi debitor. forte poteſt agi contra vtrunq;,vnde hæc actio poteſt intentari.contra non poſſidentem.ff.commu.di.l.pe.fami.erci.l.item labeo.§.fi.& cõtra poſsidentem, quia mixta eſt, vt d.§.ſi debitor.& vide C.

19 eod.l. 1. † Quæritur i vltra, ad quid competit iſta actio, ſeu
i quæ in ea veniunt? Et certum eſt,ad diuidendum, & ad præſtationes perſonales,vide.ff.eod.l.4.§.ſicut. & poteſt agi pro his præſtationibus,dato, ꝙ non petatur fieri diuiſio.vt no.ff.

20 communi di.l. & ſi non omnes. §. venit. † Item quæritur, k
k quanto tempore duret hęc actio.Et certum eſt,ꝙ xxx.annis, ſicut dictum eſt ſupra in actione fam.erc.in gl.& iuxta eam. per l. 1.§.ad hoc.C.de anna.except.& hoc, niſi conſors ſolidum poſsideret cum titu. & bo.fi. quia tunc excluderetur x. vel xx. ann. vt C.de communi. re. ali.l. 1. ſic dicitur in pet. hær.C.in qui.cau.ceſſat long.temp.præſcrip.l.hæreditatem. & iſtud idem poſſet dici in actione fa.erc.ſi quis acquiſiuiſſet ſolidam vniuerſitatẽ,iuxta d.l. 1.C.de communi.re.ali.Quo-

l modo formatur libellus? l Super hoc, ſunt variæ formæ, & concluſiones,quia interdum agitur ad diuiſionem,interdum ad diuiſionem,& præſtationes, interdum ad præſtationes,vt dixi in ſuperioribus.In primis duobus caſibus,poteſt concludi facta narratione,ſicut dixi iuxta libellum fa. erciſ.& quaſi eædem oppoſitiones, & quæſtiones fieri poſſunt in primis duobus caſibus in hac actione, quæ fuerunt ibi tactæ.In tertio caſu,concluditur ad præſtationes,dicendo,ſic.Cum talis, ſeu tales res ſint communes inter nos:& ego decem expenderim,& ex tali cauſa, pro vtilitate prædictæ rei communis,peto te condemnari in x.Sed nunquid debet addi,ꝙ non poterat pro parte experiri, ſicut in act.fa.erc.expeditum eſt? videtur,quod ſic.ff.cõmuni diui.l.ſi quis putans.§. 1.C.de neg. geſt.l.ſiue pro fratre.Sed poteſt quęri,nunquid debeat declarari in libello cauſa,quare eſt communis? & non videtur:ſufficiens enim cauſa eſt, vt ſi quis vult a communione recedere, quod dicat rem communem, & hoc, ſi vterq; poſsidet.ſi reus ſolum poſsideat,videretur neceſſarium, quia quaſi vendicatio eſt,nec reus poteſt bene deliberare, an res communis ſit,niſi cauſa inferatur, videlicet, quia cõmuniter legata, vel alia cauſa ſit.facit tamẽ contra.ff.communi diui.l. 2.Sed quęritur, nunquid ſint ſingulę res ſpecificandæ,quas quis diuidi petit? Poteſt dici, ꝙ ſic,vbi res ſingularis petitur diuidi,quia in omni actione,qua agitur pro re ſingulari. res ipſa eſt deſignanda.ff.de rei ven.l.ſi in rem. de fur.l.in furti.Si autem generaliter agatur pro pluribus rebus diuidendis, quod eſt poſſibile,cum concurrat,cum act.pro ſocio,quæ eſt generalis.ff. pro ſocio.l. pro ſocio. aliter non oportet ſpecificari in libello,ſed poſt in proceſſu,& veniunt omnia,quæ cõmunia ſunt, niſi aliqua nominatim excipiantur.ff.communi diui.l.in iudicium.vide quod no.ff.de edend.l. 1.C.de iudic.l.licet. Et not. quod quo ad alienationes,eſt differentia, inter fami.erciſc.& communi diui.vt no.ff.fam. erciſ.l.alienationes.Sequitur de

m ac.finium regundorum. m circa quam, poteſt quæri, qualis eſt? Et certum eſt,quod perſonalis vt dixi ſupra eo.§.omniũ. & patet ff.eo.l. 1. quicquid notetur.Item quæritur, vnde oritur.Gloſſ.dicit, quod eſt datiua.vt d.l. 1.Alibi dicitur, quod oritur ex quaſi contractu,vt no.s.de obl.quę ex quaſi contractu.§. item ſi inter aliquos & hanc ſequitur hic Petr.de Bel. Perti.& alij moderniores. Sed hoc non videtur verum. Nam hæc actio oritur ex finium turbatione,ſecundum oẽs docto. vt patebit magis in inferioribus. Turbare eſt delictum.ff.de interdict.l.fin.ergo videtur, quod oriatur ex delicto. Et pro hoc facit C.de accu.l. 1.§.eo.l.4.§.ſi dicantur.& hoc ẽt videtur apparere, quod imperator in d.§.itẽ ſi inter.dicit, qđ fa. erc.& cõi diu.oriuntur ex quaſi contractu, & tacet de hac actione, innuendo, quod cũ ipſis in hoc non conueniat.Vnde vides, quod qñ hæ actiones conueniunt,legiſlator ponit oẽs tres ſimul,vt hoc §.& C. de ann.excep.l. 1.§.ad hoc.ff.de iudi.l.in tribus. quia non conueniebant in origine, imperator ſcienter eam ſubticuit in §.prædicto, item ſi inter.Poteſt dici,quod oritur ex varijs figuris cauſarum, hoc eſt ſecundum diuerſa facta, diuerſas habet origines. Nam interdum hæc

21 actio † datur pro eo, quia fines alias poſiti aulſi ſunt, ſeu turbati,vel occupati vi, & tunc non eſt dubium, quod oritur

ex delicto.ſicut interdictum vnde vi.& vti poſ. vt not.ſupra eo.§.1.in gl.ex quaſi.Interdum agitur, vt res conſiderentur, abſque alia turbatione.verbi gratia.Habemus prædia vicina, quorum fines non bene ſciuntur, vel aliquis,qui habebat largum,& amplum fundum,mihi illum vendidit, vel alio titulo in me tranſtulet x.iugera,de eo fundo, pro quibus aſsignauit mihi vnam partem.volo agere contra ipſum , vt pars illa metiatur, & fines ponatur.non dubium,quod hic oriri actio ex contractu . Interdum naſcitur ex quaſi contractu. verbi gratia , teſtator legauit mihi certam partem fundi ſui , forte vſque ad x.iugera , volo agere contra hæredem , vt metiatur , & fines apponantur. non dubium , quod hic oritur ex quaſi contractu, ſicut in communi diui.& fa.erci. quia nullũ contractum geſsi cum hærede,ſicut nec ille,qui incidit in cõmunionem. & hoc caſu poteſt verificari, quod not.in d.§.itẽ ſi inter aliquos.Itẽ quæritur cui competit? dicit Petr.illi,qui
22 habet fundum vicinum. † Sed ego quæro vltra, nunquid il-
n le,qui agit,habet ſe dicere dominum,& probare, n ſicut dixi in materia comuni diui ? & an illa quæ dixi circa hoc , obtinent in hac actione ? verbi gratia.ago cõtra te finium regun. dicendo, quod fundus meus extenditur vſque ad lapidem talem , tu negas , dicendo , quod imo tuus extenditur verſus meum vſque ad talem arborem . Quæritur , nunquid in hac actione , cognoſcetur de quæſtione proprietatis ? & non videtur,quia hæc actio,habet multa ſimilia cum actione communi di.& in illa conſtat , quod non venit qõ proprietatis, vt l.fundi.ff.de exce. & ſatis ſupra dixi. In contrarium videtur expreſſum.C.eo.l.ſi quis.vbi aperte dicitur,quod huic actioni , quæſtio proprietatis cohæret & hoc ibi not.per omnes. & ſic in hoc diſcõueniunt ab actione communi diui.Sed mirum videtur,quia tex.in d.l.ſi quis.videtur velle.quod qõ poſſeſsionis differat , a quæſtione finium regundorum. Et eſt primo terminanda , vt ibi patet , ergo multofortius quæſtio proprietatis , quæ eſt magis præiudicialis , & maior , vt d.l. fundi. Præterea , ratio quæ habet locum in communi diuid. habet locum in hac : ne per minorem fiat præiudicium maiori.fine dubio, maior eſt quæſtio proprietatis, quam finium & ſic videtur,differentia. Qui vellet hoc dicere,poſſet hunc intellectum dare dictæ l. ſi quis. nam ibi dr̃: prius poſſeſsionis qõ finiatur , & tunc agrimenſor &c.vult dicere , ꝙ prius agatur de proprietate, per actionem competentẽ,itaq; expones verbum poſſeſsionis , id eſt,proprietatis : & hoc non eſt multum extraneũ:quia ſicut exponitur ff.de iudi.l.ſi de.ff.de verbo.ſignifi.l.2.ita erit,ſicut in actionecommuni di.quo ad hoc. Nec obſ.quod dicitur in d.l.ſi quis.ibi: quæ proprietatis controuerſiæ cohæret &c. quia verum eſt, ꝙ cohæret: quia qõ proprietatis ei obijcitur,non quod in ipſa actione veniat: imo ibi in text.ſubijcitur , ꝙ illa quæſtio debet primo finiri: & ita ſeparatur ab alia, & ſic recte tex.concordat cum l.fundi.Qui vult ſubſtinere opi. doct. quòd in hac actione, veniat qõ proprietatis: intelligat , ſicut iacet , ꝙ in hac actione cognoſcetur de proprietate : & cauſa finietur , & poſt mittetur agrimenſor pro menſurando. Et is intellectus , videlicet , ꝙ cauſa proprietatis,& finium, decidatur vna inſtantia, & vna actione,deprehendetur ex illa lege.ibi enim ſubijcitur,ꝙ altera parte abſente , procedetur ad fines dirimendos , vi primæ conteſtationis, quaſi ſit vna inſtantia, ad quod non procederetur, ſi eſſet diuerſa inſtantia.niſi eſſet lis conteſt.in ipſa vltima,ſicut in prima,per l.properandũ.C.de iud.Et(ſi bene cogites) illa lex vr̃ fuiſſe facta pro hoc tãtum.& vltimum dictum infertur ex primo. & ad hunc intellectum videtur expreſſum,extra de probatio.ca. ex literis. Diuidamus ergo hanc maſſam, per minutas quæſtiunculas. Pone , ꝙ ago contra te finium regundorum, petẽs declarari fines, inter talem fundum meum,& tuum,tu dicis,quòd fundus meus eſt tuus, & vis me repellere,nunquid potes? Non videtur per præmiſſa, quia in hac actionem venit quæſtio proprietatis. Sed hoc non vr̃ verum,vnde in hanc actionem venit quæſtio proprietatis ipſorum finium, ſed non qõ proprietatis totius,quid ergo dicemus? Videtur dicendum hic,ſicut dixi ſ.in fa.erciſ.& cõi diu.ꝙ ſi ego poſsideo fundum meum,ꝙ non excludar,& in hac actione , veniat quæſtio proprietatis totius . Si vero non poſsideã, poſt excludar, per l.fundi.& hoc ſatis eſt probabile. Sed pone , quod non obijcitur quæſtio de proprietate totius, ſed ipſorum finium , quos prouocatus dicit ſe ſolũ poſsidere,& ad ſe pertinere,actor contrarium dicit,nunquid huiuſmodi cognitio, venit in hac actione? Per præmiſſa apparet reſponſio, quod ſic,per d.l.ſi quis.ſecundum vltimũ intellectum,qui videtur potior,quia etiam hoc caſu,veniret in actione cõi di.quæſtio proprietatis , ſi actor aſſereret ſe poſſidere . Quid ſi reus in primo caſu non confitetur , nec negat actorem dominum rei quam petit confinari , licet dicat ſe poſſeſſorem ipſius,nunquid põt repellere agentem finium regundorum? Videtur,quod non,quia ſicut vides in fam.erc. reus ita demum repellit actorem, ſi neget cohæredem.videtur ergo hoc caſu, quod oporteat ipſum negare dominũ,nec ſufficit ſe dicere poſſeſſorem , & hoc videtur indubitate verum. nam actor ponit in libello ſe dominum : vel rem ad ſe pertinere, & ſic oportet reum reſpondere ad hoc, ſi velit eũ repellere . Vnde ſi agam petitorio. non eſſet bona exceptio, male agis,quia poſsideo,& per conſequens,nec in iſta actione,in qua cauſa proprietatis verſatur.Sed huic opin. videtur obſtare d.l.ſi quis.vbi videtur,quod cauſa poſſeſsionis,debet primo terminari , & tunc agrimenſor &c. Sed intellige cauſam poſſeſsionis, & proprietatis , ſicut ſ.dixi. Nam in hac actione iudex cognoſcet de proprietate finium, id eſt quantũ debent fines cuiuſlibet extendi. & hoc cognito , ponet fines, vel metas,vel mittet agrimenſorem,ſi materia exigat.& hęc ſententia videtur ſatis probabilis.Glo. tamen videtur contra tenere.ff.eo.l.ſi irruptione.Item quæritur, an hæc actio, detur bo.fi.poſ.tutori,plato eccleſiæ. Dic vt dixi in materia cõmun.di.ſupra & vide ff.eo.l.4.§. finium regundorum.Sed an in canonico,nomine præbendæ? Dic quòd contra canonicũ, ſed non contra extraneum. vide extra de proba.ca.ex literis. num.3.per Inno.Sed quid de vaſallo, & emphy? videtur idẽ, quod poſsint agere contra vaſallum,vel emphy.ſed non contra alium , abſente domino directo.Sed in vaſallo videtur cõ
23 tra,in feu.de contro.inter vaſal.& alium.cap.1. † Quæritur
o quanto tempore o durat hæc actio ? Petr.dicit quòd xxx.annis,a tempore turbationis,poſtea non,niſi vt termini primo poſiti reformentur. per l.1.ad hæc.C.de anna.excep.de conſti.pec.l.2.& ita ſe expedit. Iſtud idem dicit glo.C.fin.reg.l. fin.Sed hoc non videtur verum. nam ſi alter vicinorum maiores fine poſsidet titulo, & bon.fi. præſcribit.x. annis inter præſentes.xx.inter abſentes , vt ff.pro empt.l.2.§. ſed ſi fundus.& l.qui fundum.§. 1. Vnde ſuper hoc potes plenius dicere , quod interdum agitur hac actione pro eo , quia fines turbantur,& tunc obtinet pluries quod glo.& Pe.dicunt,videlicet quòd durat xxx.annis,a tẽpore turbationis. Quid ergo, ſi turbauit,nunqnid ex qualibet turbatione oritur vna actio? Si dicas ſic, ſequeretur, quod hæc actio eſt immortalis, quia ſemper pro vltima turbatione aget , & habebit xxx.annos.quod videtur cõtra mentem legiſlatorum.Si dicas, quod ſolum agatur ex prima,videtur falſum:quia ſic ſequeretur,ꝙ ſequens faceret impune,ſicut dictum fuit in negatoria ſ.e.ti. §. æque . Sed ad hoc poteſt reſponderi per ea , quæ ibi ſcripſi. Sed ( ſi bene cogites ) illa non bene aptantur in præſenti propoſito.Vnde ſi aduerſarius nõ poſsidet, poteſt dici,quòd a tempore turbationis,quæ in libello exprimitur currat præſcriptio.caueat ergo actor, quòd proponat, & probet turbationem , pro qua agit, factam a xxx. annis circa , alias caderet , ſi excipiatur de præſcriptione . Interdum agitur , ſine turbatione , quando duo incidunt in vicinitatem , & nolunt vel eorum alter confinare, vt ſatis exemplificatum eſt, in ſe-
24 cunda quæſtione ſupra ex tunc videtur , quod currat † præſcriptio xxx.anno.a tempore quo in vicinitatem inciderunt, & hoc ſi vtebantur communiter vel alter ſine titulo, vel malaſi.vel tenebatur ex contractu facere, vel ſupplere ſupra certum numerum iugerum, vt poteſt exemplificari in ſuperioribus notatis in 2.q. Si autem alter poſſediſſet titulo, & bona fide , tunc videretur tolli x. vel xx.ann.ſpatio. vt d.l.2.§. ſed ſi.ff.pro empto.ad inſtar pe.hær.quæ eſt ꝑpetua.C.de peti.hær.l.hæreditatis petitionem. & tamen quando datur contra ſic titulo poſsidentem, tollitur x.annis, vt l.hæreditatem

C.in

C.in quib.cau.ceſ.long.temp.præſcrip.nam cum in hoc iudi
cio veniat cauſa proprietatis, & proprietas eſt præſcripta:
quomodo per hoc iudicium reſtitueretur? & vide d.cap.ex
literis, Sed quid ſi actor petat, ꝙ metæ ponantur inter illud
quod ipſe poſsidet, & poſſedit? & illud quod alter ſe aſſerit
præſcripſiſſe: nunquid repelletur? Credo quod non, niſi tri-
ginta anni eſſent elapſi a tempore vicinitatis, quia ceſſat il-
la ratio. & ſic debet intelligi, quod no.in d.§.ſed ſi fundum.
ff.eod.l.1.& d.§.ad hoc.& d.cap.ex literis.& forte iſti 33.an
ni currunt a tempore, quo alter incepit poſsidere, quia ex
tunc agere potuit ad diuidendum: & ſic ex tunc currit, vt d.
§. ad hoc. Vel forte præſcribitur huic diuiſorio a tempore
completæ præſcriptionis proprietatis: quia ex tunc incepit
eſſe vicinus verus. Quid ſi tu poſſediſti fundum tuum, per
30.an.vicinum fundo Sêpronij Sêpronius cecidit a poſſeſsio
ne: & poſſeſsio ad me peruenit: ego volo agere cõtra te.fi.re-
gun.tu vis me repellere exceptione præſcriptionis, ſicut po-
teras repellere Sempronium: nunquid potes? Videtur, quòd
ſic: quia exceptio præſcriptionis eſt in rem: & ſic obſtat ſuc-
ceſſori.ff.commu.diui.l.in hoc iudicium.§.pen.quod eſt ve
rum, ſi habes cauſam a Sempronio. & hæc procedunt. vbi
agitur ad diuidendum. Si vero ad damnum, quod poteſt.
ff.fin. regun.l. 4. §. poſt litem. tunc currit a tempore damni
dati, quia extunc incipit actio competere.& ſic no.doct.C.e.
l.fi.licet non faciant quæſtiones, quas hic incidenter congreſ
24 ſi. In hoc tamen aduerte, quod † nunquam hæc actio com-
petit pro turbatione, niſi quando termini fuerunt appoſiti
& turbati.& ſic non ſemper oritur hæc actio, quando termi
ni non fuerunt appoſiti a tempore, quo fuerunt vicini, & ex
illo tempore currit præſcriptio, vbi fuerunt appoſiti a tem-
pore turbationis. Et hæc procedunt de iure ciuili, quia de iu
re canonico, limites non præſcribuntur 16.q.3.c.quicunque
& c.inter memoratos, extra de paro.c.ſuper eo.quod intelli-
ge de limitibus prouinciarum dioeceſis vel parochiarum.ſe-
cus de finibus prædiorum, de quibus leges loquuntur. & ita
iura canonica, & ciuilia concordant.& ſic intellige extra de
præſcrip.cap.quia indicante.Et ideo credo, quòd fines eccle
ſiarum non poſſunt præſcribi, ſi ſemel fuerint limitati. nec
25 ducatuum, nec baroniarum, per eâdem rationem.†Item dic:
ꝙ hæc actio durat 40.an.in rebus eccleſiaſticis. C.de ſacroſ.
ecc.aut.quas actiones.& d.c.quia indicante. Quæritur vltra,
p quæ veniant ꝑ in hac actione? † Et certum eſt, quod venit
26 diuiſio fundorum: & ꝙ termini ponantur, vel ſi fuerũt poſi
ti, & auulſi, quod reponantur.ff.eo.l.in finalibus.eo.tit.l.ſi ir
ruptione. Item veniunt damna, & ſumptus. vide eo.tit.l.4.
§.poſt litem. Sed nunquid poteſt agi pro his ſumptibus prin
cipaliter, dato quod non concludatur ad terminos ponen-
dos, vel reponendos? Videretur quòd ſic, quia ita eſt in fa.
erc. & communi diui.ff.cõi diui.l.& ſi non omnes.§.venit.&
27 dixi in ſuperioribus.Item dic,†quod hæc actio competit, ad
prædia ruſtica diuidenda, non vrbana.vide ff. eod.l. 2.& l.4.
§.hoc iudicium cum l.ſeq.& ſeq.Item non competit contra
ſocium, cum quo habeo fundum communem, quamuis ha-
beam fundum proprium vicinum.ff.eod.l.4.§.ſi communẽ,
ſecus in negatoria, vt ff.de ſerui.vrba. prædio. l. ſed ſi inter
me, & poteſt quæri de ratione diuerſitatis. & poteſt reſpon-
deri, ꝙ vbi agitur de ſeruitute, quilibet dominorum eſt pars
ſufficiens, ad defendendum, vel ad agendum ff. ſi ſeruitus
vendi.l.loci corpus.§.ſi fundus cum §.ſequen.non ſic in hac
actione, in qua vnus ſolus non poteſt defendere rem commu
nem.Idcirco, non poteſt in hac actione contra ſocium ſolum
ratio hæc: & innuitur in §.ſi communem. Sed quæritur, nun
quid cõpetit pro iuribus, ſicut pro diuiſione territorium, in
quibus habemus iuriſdictionem. De hoc dixi ſupra in gloſſ.
Sed poteſt quæri, pone, quod habemus iuriſdictiones vici-
nas, ſeu imperium. Verbi gratia.habemus villas propinquas,
cum ſuis territorijs, in quibus habemus omne imperium.vo
lumus confinare territoria, quo ad limites iuſtitiæ ſeu impe-
rij: & ponere metas in prædijs, in quibus territoria confinen
tur, quæritur, vtrum poſſumus inuitis dominis, quorum
ſunt fundi? Et non videtur cum in prædio alieno, nihil poſ-
ſimus facere inuito domino fundi: imo nec in incommuni.
ff.communi diuidun.l.Sabinus. Sed cõtra: nam conſtat, quod
ille, qui habet imperium in territorio, habet ibi ius, ſaltem
tale.ff.de verbo.ſigni.l.pupillus.§.territorium in fi.cum di-
cit: ius terrendi &c.igitur ratione iuris, quod habet, videtur
quod poſsit in qualibet parte facere illa, quæ ad ius illius per
tinent.ff.de ſerui.vrb.præd.l. quidam Hiberus.§. fina. maxi-
me, ſi poſsit fieri damno partis.eo.tit.l.fiſtulam.§.fi.Quæri-
q tur de formatione libelli.¶Et ad hoc poteſt dici, quod ſint di
uerſæ formæ, & diuerſæ narrationes ſecundum diuerſitatem
materiarum, ex quibus oritur hæc actio. Si enim agam, ad
hoc, quod termini, & metæ imponantur, & ſine turbatione,
dicam ſic. Dicit, Io.contra Mar.quod cum ipſi habeant fun-
dos vicinos, in tali loco, idemque Ioan.optet fines prædictos
diſtingui per terminos: ne confundi valeant in futurum, pe-
tit dictus actor, dictos fines imponi, in locis debitis, declara-
ri loca, & adiudicationes fieri, vbi fuerint faciendæ.& ſi fue-
rit facta turbatio: faciat mentionem de ea.ſi ſuſtinuerit dam-
na, & expenſas, faciat etiam mentionem de eis: & imploret
officium, vbi fuerit implorandum, ſi agat pro terminis auul-
ſis reponendis, petat, quod reponantur, & reſtituantur in lo-
co, in quo erant, & ſpecificetur locus, & petat damna, ſi quæ
ſuſtinuerit. Si vero termini fuerint poſiti, & indirecte, ſic ꝙ
non poteſt vnus arare, quin alium impediat, vel intret partẽ
alterius: poteſt agi, vt melius reponantur.ff.eod.l. 2.§.fina.&
28 hęc ſunt ſatis clara.†Et no.quod pro finibus competũt qua-
tuor actiones, ſiue remedia. Primum finium regũ.de qua ſa-
tis dictum eſt ſupra. Item conditio ex l. conſtituerit. C.finiũ
regun.quæ loquitur in caſu ſuo, quando fit inuaſio, lite con-
teſta.in hac actione finium regun. Item eſt accuſatio crimi-
nalis, & pœna in perſonam, contra illos, qui propellunt ter-
minos, iam poſitos.ff.de termi.mo.l.1.& 2.Item eſt pœna.l.
agrariæ, quę eſt quinquaginta aureorum, ſi ad hoc agatur de
termi.mot.l.agraria.& hoc magis placet, quam illud, quod
not.in d.l.agraria vbi videtur notati, quod hodie non punia
tur in perſona extraordinarie. Sed melius eſt dicere, quod
vna pœna non tollat aliam. ff. de pœnis.l. ſanctio legum.C.
de ſepul.vio.l.4.

a Adnotatio Quædam.Diuide.vt hic ſecundum Are.ſumma ſic. Actio familiariter pro diuidenda hæreditate & actio communi diuidundo pro re particulari, & actio fi.re.pro diuidendis fundis dicuntur actiones mixtæ. ſcilicet tam reales, quam perſonales.

b Vide ibi.Vide hic Ange.& do.Iaſo.& Bald.vide hic Iaſ.in 3.col.ante med. in ver.glo.1.in ver.tenentem contra opi.Dy.

c Alio modo.De hac etiam diuiſione facit mentionem hic Ang.in 2.co.ante me.in ver.propter quod eſt ſciendum.

d Reſcriptæ.Dicunt docto.quod omnes actiones, de quibus in gl.ſunt perſonales in rem ſcriptæ.vt d.l.3.§.eſt autem perſonalis. ff.ad exhiben. vbi gloſſ. magiſtralis.

e Quærunt docto.Vide hic diligenter do.Iaſ.incipiendo a 7. colum.vſque ad fi. §. per 6. col. ponentem materiam harum actionum ſcilicet familiæ erciſcun.finium regundo. & communi diuidun.formationes libellorum ſuper eiſdem.

f Forma libelli. Vide Angel. hic in 4. colum. in me.ver.libellus autem.Vide Bal.hic in 2.colum.in actione fa erciſ.vide Pe.Iac.in titulo de actione, fami. erciſ.

g Dic amplius. Hanc quæſtionem ponit Angel.hic in 3.colum.verſicu.quæro ſemel actum eſt.Item vide Iaſonem hic in 9.colum.in fin.verſiculi, an autem.

h Nunc videamus.de actione communi diuidundo, vide hic etiam per Iaſo. in 10.col.in medio ver.Veniamus modo ad actionem communi diuidundo.

i Quæritur.Vide per Ange.hic in 4.col.verſi.quod veniat.vide do. Iaſ.hic in 9.col.in fi.ver.iſta actio.

k Item quæritur.Vide Angelum hic in pe.col.in fine verſiculo, quæro quanto tempore.

l Libellus.Vide.Ange.hic in 5.col. poſt me.in verſicu.quæro qualiter ſit formandus libellus, vide Baldum hic in 2.col.& Pet.Iac.in ti.de actio.communi diuidundo.

m De actione finium regund.Vide per Iaſo.in pen.col.verſic.Accedamus.in vltimo ad actio.finium regundo.

n Dominum & probare.Vide Angel.hic, in pen.colum.verſiculo quæro, an qui agit.

o Quanto tempore.Vide Ange.hic in pen.col.circa finem, verſiculo, quæro quanto tempore & hic per Iaſo.

p Quæ veniant.Vide do.Iaſo.hic in vltima col.poſt princ.verſic.quæ, autem veniant.

q Libelli.Vide Ange.hic in vl.col.in princ.verſi.in practica.Pet.Iac.in tit.de actio.finium.regun.

1 *Intereſſe maius quadruplo.*

2 *Pœna quando, & an quadruplum excedat.*

3 *Corrupti actio cur inducta, cuiue data & in quem.*
4 *Acceſſiones actione peti.*

a OMNES Autem. a Hæc eſt quarta diuiſio actionum ſecundum Azo,& glo.ſed Ioan.poſuit hanc pro quinta & mouebatur, quia dicere poterat, quod in §. præiudiciales erat vna diuiſio. de hoc agit in ſum.Azo. hoc titu. §. ſequitur & quarta. Prima communiter tenetur,& videtur fuiſſe hæc diuiſio hic poſita occaſione tertiæ. dixerat enim quòd quædam ſunt actiones rei perſecutoriæ, quædam pœnę,quædam mixtæ quarta. Nunc imperator vult dicere, vſque ad quam ſummam pœna poteſt extendi. & licet in hoc §. non poſsit poni proprie caſus:tamen tu potes formare ſic. Domine imperator,ego vidi ſuprà quòd quædam actiones ſunt rei perſecutoriæ, quædam pœnæ.quædam mixtæ.pro deo, dicatis mihi, ad quid, & ad quantum competant? Dicit imperator, quòd omne actiones competunt in ſimplum, aut duplum &c.& proſequere literam.vnde imperator, in hoc §. ponit primo dictum, & poſt ipſum proſequitur per exempla, vſque ad §.actionum, ſed antequam ſubintrem gloſ.& procedam ad alia:oſtendam, quòd hæc diuiſio ſit ſuperflua. Nam in effectu,videtur continere illud,quod dictum fuit ſuprà in d.§.ſequens.Nam ibi dicit, quod quædam ſunt rei perſecutoriæ.quædam pœnæ &c.quid aliud eſt dicere, niſi quod quædam competit ad ſimplum, vt rei perſecutoriæ, quædam ad duplum, vt pœnales.& exempla, quæ hic ponuntur, & ibi. & ad hoc poteſt reſponderi, quod hæc diuiſio eſt largior, & magis declaratiua. nam hic declarat, quaſdam eſſe in duplum, quaſdam in triplum, quaſdam in quadruplum.& potius debet dici, quædam ſubdiuiſio,quam diuiſio.& eſt facta ad clariorem intellectum iuuenum. In glo.ſcilicet vltra quadruplum.ibi,ex vtraque parte.vel dic ſecundum docto.quod nulla actio competit vltra quadruplum. prædictæ autem a-
1 ctiones † competunt ad intereſſe quantuncunque: ideo potius competunt ad ſimplum, quam ad duplum, vel quadru-
b plum. In ead.gloſſ.ibi: ſed duabus.b hæc verior,quo ad primum, & ſecundum caſum,quia diuerſæ ſunt actiones,& plures numero in quolibet caſuum prædictorum. In ead.gloſſ. vltra quadruplum. Præterea ſunt diuerſæ actiones numero, & neutra vltra quadruplum datur. In ead.gloſſ.ibi cum di-
c cit.accuſatio non actio. c hæc non eſt vera, quia non per accuſationem,imo extra ordinem per officium iudicis reuocatur in ſeruitutem. C. de lib. & eorum li. l. 1. quare tene ſequentem: quia in illa pœna non habetur reſpectus ad aliquam rem, ſeu rei valorem. quo caſu, non loquitur iſte §. imo quando habetur reſpectus ad rem.In ead.gloſſ.ibi vnde
2 reſpectus ad rem.vult dicere gloſ. quod † vbi pœna ſe refert ad rem, ſeu rei æſtimationem,quia forte imponitur per verba multiplicatiua: vt duplum, triplum, quadruplum tunc, quadruplum non excedit: alias ſic.ſi certa ſumma pro pœna apponatur: vt ſcripſi in §.alteri: qui ſtatim allegabitur.Vel dic aliud,quod ibi non habetur reſpectus ad rem,ſed ad pu-
d nitionem d delicti,& ita not.12.quæſtione 4.c.cum deuotiſſimam. In ead.gloſſ.ibi:quid in legali.vide plene quod ſcripſi in d.§.alteri.quæ potes hic repetere, ſi appetas ſolennizare.Circa iſtum.§.non ſunt plura dicenda, quia de ac.de quibus hic tangitur ſatis dictum eſt ſuprà in proprijs titulis. & §.eo.§. ſequens. exceptio de actione ſerui corrupti.circa quā videamus hic aliqua generalia. Primo, cui cor apetit hæc actio?& eſt certum:ꝙ domino,& bo.fi.poſſeſſori.vide ff.eo. l.1.§.1.ſed & fructuario competit vtilis. vide ff.eod.l.ſi quis ſeruum.§.ſi in ſeruo. Sed poteſt quæri,actio furti competit omnibus quorum intereſt? C.eod.l.manifeſtiſsimi.ff.de furtis. l. is cuius, quare non iſta quæ videtur ſibi comparari. & ſub eadem intitulatur rubrica, quaſi compar. ? C. de fur.& ſer. cor. Ad hoc poteſt dici:quod talis fuit voluntas intro-
3 ducentis, † qui forte moueri potuit:quia hæc actio fuit principaliter inuenta propter perſonam corruptam. ideo cum nullius interſit, ita ſicut illius cuius perſona eſt: illi datur. tex.videtur reddere aliam rationem,quæ valde videtur mollis.ff.de ſeruo cor.l.1.§.1. Item datur patri pro filio: vel filia corrupta.vide ff.eo.l.& tantum[alias incipit vt &c.]§.1.Sed an fratri? Poteſt dici,quod non:ſicut dixi in actione furti.ſupra de ob. quæ ex deli. naſ. §. interdum. vide ibi. Quid de vxore corrupta? ſatis poteſt dici, quod detur vtilis. & facit quod ſcripſi ſupra eo.§.prçiudiciales.Sed quæritur,nunquid competit ſibi corrupto? Verbi gratia,ſcholaris legens intrauit quandam ſocietatem ſociardorum: corruperunt eum, & fecerunt, expendere in malos vſus pecuniam: nunc cogente penuria,rediens ad ſeipſum,vult agere hac actione vtili contra eos, nunquid poteſt? Pe.de Bel.per.mouet hoc poſt Iac. & dicit quod ſic, quia charitas bene ordinata incipit a ſeipſo: l.præſes.C.de ſeruit.in glo.ſi ergo pater poteſt agere pro filio, multofortius, quilibet pro ſeipſo.& hoc mihi placet. propter authoritatem Pet. & eſt bona & æqua:quamuis non ſit vera: vtinam bene luerent, qui iuuenes ad illecebras alliciunt.Item dic, quòd hæc actio competit hæredi: & eſt perpetua. non autem competit contra hæredem. ff.eod.l. hçc actio. Quçritur,contra quem competat? Et certum eſt,quod contra corrumpentem dolo.ff.eod. l. dolo.cum l.ſeq. & ſeq. Quçritur quid veniat in hanc actionem.Et ad hoc reſpondetur hic, in text.& in glo.quia ad duplum totius damni.ff.eo. l.in hoc iudicium.quod intellige, damni tunc ęſtimati.ff.eo. l.doli.§ fi.non quod poſt ſequitur.ff.eod.l.Neratius. Et ideo qui defloraüit virginem:non videtur teneri de fornicationibus, quas cum alijs poſt perpetrat.de furtis.l.verum verſi. 2.
Sed theologi nō concordarent in hoc.& vbi ſeruus corrumpitur.Sed quçritur, ſi filius, vel filia, vel libera perſona corrumpuntur:quod erit intereſſe? Gl.variant.vide plene quod ſcripſi ſupra de obl. quę ex delic.naſ.§. interdum. Caue tamen,ne glo.te decipiat hic:quia quodcunque intereſſe, quis petat, oportet ipſum ęſtimari, vt videbis infra §.curare.Itē caue.quia hçc gloſ.non bene dicit,ſecundum Pe.in eo quod
4 dicit,quod alterum ſimplum,†venit officio iudicis:quia imo totum iure actionis. non enim eſt locus purgationi. ſicut in act.quod met.cau.imo ipſa actio ab initio, & de natura ſua, ad duplum competit, ſecundum eum. & hoc ſatis apparet hic, & infra eo.§.ſed furti.Dicit enim,eam omnino eſſe dupli.& tamen ſi alterum ſimplum veniret offic.iudi.non eſſet
e niſi ſimpli. Quomodo formatur libellus e apparet ex præmiſſis. Dicit G. Engoliſmen.contra Titium Pictauienſem,quòd idem Ti.talem ſeruum dicti G.induxit ad furandum:ob quā inductionem idem ſeruus deterioratus eſt in decem: & ſurripuit talem rem, dicti G. quę valebat centum ſolidos: quare petit dictus G. dictum T. condemnari in 30.cum hęc actio, ad duplum competat &c. Et caue: quia ego credo, quod vitium,quod incurrit per perſuaſiones, eſt exprimendum, ſi vero filius, vel filia fuerint corrupti:concludere potes ſecundum diuerſas opiniones, vt ſcripſi in §. interdum. ſupra de obli.quę ex delic.naſcun.& repete,quę notantur & dixi eodem tit.§.ope.faciunt enim ad intellectum huius §.

a Adnotatio.Omnes autem. Diuide ſecundum Areti. & ſumma ſic.Nulla actio extenditur vltra quadruplum. & in ſimplum agitur regulariter ex omni contractu.
b Sed duabus.Doc. hic videntur vtranque ſolutionem tenere, tanquam veram, licet Ange. dicat ſecundam veriorem, ad vtrunque contrarium:quia in vtroque diuerſæ ſunt actiones:ſed plures numero.
c Non actio.Docto.communiter reprobant hanc ſolutionem: quia ibi non per accuſationem: ſed extra ordi.per officium iudicis fit reuocatio: vt l.1.de li.& eod.li.& per gloſſ.in l.liberti.verſi.ingratis, eo.titulo.vide hic per dictos doctor.
d Punitionem.Vt dicit gl.in c.deuotiſſimam.12.q.2.vel 4.Item vide hic plures quæſtiones formatas per Ange.
e Libellus.Vide Ange.hic in 2.col.poſt me.ver.quæro, qualiter formabitur libellus.vide Bal.hic in 2.col.ver.libellus.

1 *Triplum quando petendum.*
2 *Executoris ſalarium quantum.*
3 *Sportulæ quibus debitæ.*
4 *Sportula quid.*

TRIPLI vero cum quędam. Hic eſt verſus, & tamen tota die allegatur pro §. circa quem pauca intendo dicere: cum paucę, aut nullius vtilitatis ſit, vt videbis
1 in inferioribus. † In gloſſ. hic notatur. ibi cum allegat: de man.

de man.princi.§.ſit tibi,melius in authent.de exhi.re.§.ſan-
cimus.& ( ſi vis pleniſsime videre ) vide in Spec.de lib.con-
cep.§.nunc dicendum. vbi recitat xxx.caſus, in quibus pro-
ceditur ſine libello, & ibi etiam reperies multa, de hac ma-
teria,& ferè quicquid dici poteſt. In gloſ.ea.ibi cum allegat
a l.quoties. a hoc verum in ciuilibus, ſed in criminalibus, da-
bitur.ff.de accu.l.libellorum.vide plene in §.ſancimus.in au-
then.de exhi.& introdu.re. In ea.glo. ibi ſecundum conſue-
tudinem.quod eſt etiam de iure C.de epi.& cle.auth.ſed ho-
die. Vel dic, quod vtrunque debet attendi, & longinquitas
itineris, & qualitas cauſæ.quod videtur verius.In ea.glo.ibi
cum alleg.§.ne autem. hoc intellige, dum tamen non ſit ita
parua, quæ non excedat centum aureos, alias hæc gloſſ.eſſet
falſa,& contra illum text. In ea.glo. ibi conſecutiue dictum
eſt.hæc gl.eſt aliquantulum obſcura, quia non videtur bene
deſcendere ex præcedentibus,quando dicit,vel dicas.ſed hic
cauſa fuit ſic loquendi. Supra dictum eſt quòd agitur tripli,
quãdo quis plus petit,quam ſibi debeatur. & ita ſupponitur,
quod quomodocunque plus petat, datur hæc actio.nunc di-
cit glo.vel dicas.quòd non,niſi quando petit plus, vt creſcãt
ſportulæ ex illa cauſa. & ita ex cauſa ponitur hic cauſatiue,
non conſecutiue, quia ſi ex maiori petitione ſequeretur ma-
ior datio ſportularum, non propter hoc agetur hac actione,
niſi ex inſidijs facta eſſet maior petitio, propter hoc & de
hoc glo.loquitur magis clare.j.in gloſſ.condi.ex hac l.In ea.
glo.ibi cum allega.l. eum quem temere. Hæc glo.videtur te-
nere opinio.Pla.quam reprobat in cor. de exhib.re.§. ſanci-
mus, ſed forte illa loquitur in ſportulis. quæ dantur iudici-
bus.hæc in illis, quæ dantur nuncijs. Sed & in illis videtur
ſupponere l.ſi.C.de fruc.& lit.expẽ. quòd vterque teneatur:
loquitur enim ibi de ſportulis,quæ dabantur ratione conuen
tionis.In ea. glo.ibi cum alleg.§.oportet.imo in §.ſit tibi.In
ea.gl.ibi.quod verius eſt. & pro hoc: quia expenſæ ſeu dam-
na, voluntarie facta, non repetuntur: vt ſcripſi in breuiario.
C.de iudi.l.ſancimus.no.doct.extra de do. & contu.c.ſenten
tiæ.Iac.tenet contra, quia imo quo ad aliquos poteſt renun-
tiare priuilegio: quo ad alios retinere. C. ad velleia. l. iube-
mus.melius de excu.tut.l.voluntaria. In fi.eiuſdem glo.ſatis
poteſt ſuſtineri,quod iſta prouiſio, non tollatur per illam ff.
de pœ.l.ſanctio.C. de ſepul.vio.l.qui ſepulchra.Item proui-
ſio illius cautionis habet locum in fine lit. vel ſaltem ſi actor
non proſequitur.iſta autem contra illum,qui maiorem peti-
tionem fecit, & ſtatim cum ipſam facit, vnde ſunt diuerſæ,
& ſuper diuerſis factis, ideo vna non videtur tollere aliam.
In gl.conditione,ibi,conſecutiue dicitur,ſed verius videtur,
quod cum iſte §.ſit pœnalis, & loquatur ſolum in caſu, quo
quis maiorem quantitatem expreſſit ad hoc, ꝙ reus vexare-
tur maioribus ſportulis, ꝙ in illo caſu, ſolum locum habeat,
& hoc videtur glo.innuere s̃.in gloſ.no.duo.Iac.tenet,ꝙ di-
ctio vt ponitur conſecutiue.In glo.lex quædam,in fi.hæc cõ-
ſtitutio, non eſt in codice noſtro:ſed in antiquo.Vnde iſte li
ber fuit factus ante codicem nouum: & poſt antiquum.ideo
plerunque ſe refert ad conſtitutiones,quæ erant in illo codi-
ce,quandoque etiam liber authenticorum ſe ad illud refert.
in authen.de man.prinic. §.ſit tibi.& ibi de hoc. Circa hunc
§.poſſet quæri.Certum eſt hodie, quod de conſuetudine ſa-
b laria nuntiorum b non † creſcunt propter maiorem quanti-
2 tatem petitam, ſed ſecundum longitudinem itineris, vel la-
borum.Plus enim habebit executor,pro eundo extra villam,
quam ſi faceret officium in villa. & ita iſte §.non obtinet de
de conſuetudine in illis,nec in ſuis terminis.Sed tota die vi-
des ꝙ notarij, & aduocati, maiora ſalaria recipiunt pro ma-
gna cauſa,quam parua.Nunquid locus eſt huic pœnæ,ſi quis
maiorem quantitatem complexus eſt in libello.vt maioribus
expenſis,& ſalarij aduocatorum,afficiat,aduerſarium?Vide-
tur,quod ſic,cum ratio huius.§.duret, & habet locũ.Sed du-
rum eſt legem pœnalem extendere.ff.de legi.l.quod non ra-
tione.Sed ſatis poteſt dici ꝙ teneatur actione de dolo.vel for
te melius recuperabit expenſas,ratione temeræ euocationis.
3 † Item quæritur nunquid hodie iudices delegati, & peda-
nei,qui non habent ſalariũ de publico, poſsint recipere ſpor
tulas?Ego non video cur non ex. quo non eſt correctum.Or
dinarij nihil recipiunt,in auth.vt iu.ſine quo.ſuffra.ſed de iu
re canonico perſonæ eccleſiaſticæ non poſſunt recipere niſi
expenſas, & illas ita demum, ſi exeant locum, & villam, vbi
habitant. vide plene extra de reſcript. c. ſtatutum.§.pe.lib.
6.de vit.& honeſta.cleri.ca.cum ab omni & ideo in illis non
poteſt habere locum pœna huius §. ſed ſit punitio in expen-
ſis.extra de plus pe.c.1.& ibi not.doct.Item ſuppoſito,quod
de conſuetudine, præſtarentur tales ſportulę nuncijs,quæro
nunquid haberet locum iſte §. ſi fieret maior petitio coram
arbitro?Et poſſet dici,quod ſic, ſi fieret conuentio per nun-
tium communem, qui reciperet tales ſportulas,& facit quod
4 not.C.de epi.& cle.in authen.generaliter. † Quare dicantur
ſportulæ, declarat hic quædam gl.ꝙ ſportulæ dicũtur a ſpor
ta, quia ſporta eſt vas, quod fit virgis minutis, ꝙ in vulgari
dicitur,corbellion.i.ſportella. vnde Paulus 1.Cor.2.Per mu
rum in ſporta a fratribus dimiſſus ſum &c. id eſt in magno
corbellione facto de virgis. & vide plenius in auth. de iudi.
§.nulloque.

a Adnota. L.quoties.Hic do.Anto.poſt princ.tractat materiam libellorum. Primo quid ſit libellus.item in qui.cauſ. debeat offerri libellus.& deducit has quæſtiones vſque ad 3. col. In 3.col. cum citatorio debeat offerri libellus.Itẽ in fi. eiuſdem col.quærit,an libellus de conſenſu partium poſſit omitti. vide hic etiam de his do.Iaſ.Item in 5.col.in med.verſi.An autem arbitro debeantur,vide hic per Ang.vide de quæſtione do.Iaſ.hic in 7.col.ante me.ver.an autem arbitro.

b Nunciorum.Vide hic do.Iaſ.quando nũcio publico credi debeat in 10.col. ver.an autem,& quando.

1 *§ quadrupli quò porrigibilis.*
2 *Actionis quod me.cau.capita.*
3 *Metum paſſus variè concludit.7.*
4 *Metum paſſus quateuus agat.*
5 *Actionis,ne quid fiat capita.*
6 *Negotii non faciendi actio multiplex.*
8 *Pœna quæ,& cui applicabilis.*
9 *Adparitores ſibi ſoluunt.*

a Qvadrvpli a agitur veluti. Et hic eſt verſus, & eſt
planus. & de eius materia in magna parte dictum eſt s̃. in §.
ſequens cum verſi.ſeq.vſque ad §.quædam. Super tex.in ver.
ſed furti.ibi omnimodo.i.immediate, dum competunt ad du
plum.ff.de fur.l.qui ea mente.Item ſuper tex.ibi iuſſu magi-
ſtratuum.No. ꝙ de iuſſu magiſtratuum debet quis cõueniri.
1 C.de exhi.l.ſi.ſed de conſuetudine non † ſeruatur hoc in ali-
quibus locis,imo ſeruitentes adiornant ad ſimplicem requæ-
ſtam priuatorum.Quid ergo ſi in illis partibus, in quibus eſt
talis conſuetudo, ſeruiens citauit ſine iuſſu, nunquid eſt lo-
cus huic pœnæ?Videretur,quod ſic:cum ſit eadem ratio:ſed
durum eſt pęnalia extendere:vt s̃.dixi.Itẽ caue quia iſte §.vi
detur loqui, quando fuit in citatione cauſa ſpecificata.Quid
ſi fuit ſimpliciter citatus,hac cauſa non expreſſa?Durum eſ-
ſet dicere,ꝙ eſſet locus huic pęnæ:cum non videatur eſſe in
vera contumacia, quia non eſſet certum, quid ab eo deberet
peti.Sed an ſufficeret ius citandi? Dic ꝙ non, niſi eſſet facta
citatio,vt hic:cum dicit conueniatur.C.de præſcrip.xxx.an-
no.l.ſicut in rem.Item ſuper tex.prope fin. ibi.quod eſt & in
furti manifeſti actione. videlicet, vt omnino ſit quadrupli:
non referas,ꝙ ſit idem,ſicut in actio.quod me.cau.Nunc re-
deamus ad ſingulas actiones,de quibus ſit hic mentio,& pri
2 mo ad actionem † furti manifeſti: de qua nihil hic ſcribo,
quia ſatis dictum ſuit ſupra in propria materia. videlicet in
ti.de obli.quæ ex deli.naſ.loquatur ergo lectio, aliquãtulum
de actione quòd me.cau.De qua primo quæritur, qualis eſt?
Et eſt dicendum,quòd perſonalis in res ſcripta.ff.quod met.
cau.l.metum.§.cum autem hæc actio. infra eod.§. præterea.
ſtricti iuris.j.eod.§.actionum.Item, quid in ea venit? dic vt
ff.eo.l.ſed & partus, & l.videamus.& l.ſi ipſa.Contra quem
datur?Dic quod cõtra metum inferentem: etiam contra quẽ
cunque, ad quem res ablata peruenit. ff. eod. l. ſi cum exce-
ptione.§.in hac.Quomodo formatur libellus? Ad hoc dicen
dum eſt ſecundum Petr. Dico quod tu me compuliſti, ꝙ li-
brum talẽ tibi darẽ, quare peto, ꝙ librum prædictum, mihi
reddas, ꝙ ſi diſtuleris vſque ad ſententiam,cum dictus liber

valeat.c.peto te in ccc.vltra condemnari. In iſto libello ſupponit Petr.quod exprimatur perſona quæ metum intulit tamen hoc non eſt neceſſe ff.eo.l. ſi cum exceptione.§. in hac. vnde in hac actione ſufficit dicere,quòd actor fuerit metum paſſus. Nec ſapiens habet ſe adſtringere ad probandum per quem. Quid ſi actor, qui dicit ſe metum paſſum a Sempronio, non probat, ſe metum paſſum a Sempronio, ſed probat ſe metum paſſum ſimpliciter: nunquid debet cadere? Videtur ꝙ ſic: nam non probat factum,quod propoſuit.duo enim propoſuit. ſcilicet ſe metum paſſum, & a Sempronio. Iſtud vltimum non probat:quare cadit.& facit C.de condi.ob tur. cau.l.1.cum no.de dona.ante nup.l.ſi præſidi.extra de prob. c.licet. Sed poteſt dici contra,maxime ſi non adſtrinxit ſe ad omnia probanda:ſed quę ſufficerent.vt d.c.licet.not.ff.quòd met. cau.l. ſi cum exceptione.§. in hac. & hoc ſi dicat Sempronium poſſeſſorem rei ablatæ, vel rem ablatam ad eum perueniſſe.ſi autem agat contra eum, forte pro eo ſolum, ꝙ vim intulit actor,vt alij daret: vel vt alium liberaret. tunc caderet,niſi probaret ipſum violentiam commiſiſſe.§.eo.l.metum.§.cum autem.Item credo, ꝙ oportet declarari in libello modum metus. quia non quilibet metus ſufficit.ff.eo.l.metum cum l.ſeq.C.eod.l.metum. cum l.ſeq. † Sed poteſt quæri, an minæ potentis,vel excommunicatio.ſint iuſtus metus?
3 Vide quod in l.accuſationis. dixi in breuiario C.eo.Item no. ꝙ diuerſæ concluſiones ſunt faciendæ in hac actione ſecundum diuerſitates factorum, nam ſi te compuli per metum ad obligandum te mihi, debes concludere, vt te liberem.Si ad me quietandum: debes concludere, vt me reponam in priorem obligationem,vel ſi vt adires metu hæreditatem,cõcludes, vt abſtinere poſsis.ff.eod.l. ſi mulier. §. ſi metu. cum §. ſeq. Exprimatur tamen ſumma, vel res, pro qua agitur. Et ego credo, ꝙ decentius petitur quadruplum, quam triplum ad partem. Vnde aptior eſt concluſio, quare peto &c.declarando ad quid ſimplum. Concluditur ſic, ꝙ ſi facere noluerit, peto in quadruplum condemnari. Vnde concluſio poteſt fieri per tale ſi: vt dixi ſupra eo.§.ſequens. C.loca.l. conductores. Sed iuxta formationem huius libelli quæritur, vtrum ſint duæ ſententiæ faciendæ in hac actione? Vides ꝙ gl.tenet hic ꝙ ſic.Ia.& Petr.de Bel.Per. dicunt contra. Vnde dicunt,
4 ꝙ hæc actio † ab initio competit in quadruplum, & ad quadruplum debet agi.veruntamen, ſi reus vult: poteſt euitare pœnam tripli, vſque ad ſententiam reſtituendo rem. Sed ſi non reſtituat, ſententia fertur in quadruplum. & ideo lex dicit, ꝙ reſtituendo rem, poteſt pœnam euitare.ff.eo.l.ſi cum exceptione.§.ſi quis non.verſ.ſatis.Sic dicitur, vbi agitur ad factum.nam faciendo ante ſententiam, euitat condemnationẽ intereſſe.ff.de verb.obli.l.ſi inſulam. de re iudi.l.ſi quis ab alio.§.ſi. Sed contra hanc opi.facit:quia videtur,quòd oporteat, quod ſit inobediens ſuper reſtitutione, antequam feratur ſnĩa de quadruplo. & hoc eſt hic expreſſum, cum dicitur, vt quis iudicis iuſſu &c.Pro opin.tamen Petr.facit ff.de ædil.edi.l.redhibitoria.de leg.1 l. ſi quando.§.ſi.cum ibi no. Vnde ſecurius eſt, ꝙ fiat iuſſus.quicquid ſit.prima ſententia non eſt, niſi iuſſus:vt hic. Or videamus modicum de actio-
5 ne, quæ datur, ne negotium fiat. † Et primo quæritur, quæ eſt hæc actio?Et eſt certum, ꝙ eſt in factum perſonalis,vt ff. de calum.l.ſi quis ab alio.§.fin.No.tamen, ꝙ in hac materia plura reperiuntur remedia, de quibus dic.ff.de calumnia.l.1. §.1.in gl.criminale. Sed quæritur cui competit?Et in hoc dicendum, quòd ſi dedi pecuniam, ne me calumnioſe accuſes, ꝙ mihi competit actio in quadruplum.ff.eod.l. & generaliter.§.illud.Sed ſi alius dedit, tunc, aut vt fiat mihi: & ille nil repetit,ſed ego, in cuius datum eſt læſionem, repetã quadruplum.aut ne fiat,& tunc ſi me mandante,vel ratificante,ego repetã quadruplum. ſinautem dans repetet ſimplũ, ego quadruplũ.ff.eo. l.ſi quis ab alio.§.1.1.reſpon. Quid ſi dedi tibi pecuniam,ne me accuſes,& recepiſti: nunquid poſſum repetere? Videretur, ꝙ ſic, per hanc materiam, quæ videtur hoc caſu loqui.Sed ego credo contra, per l. accuſationis.C.quod met.cau.de contrahend.& commit.ſtipu.l.ſi quidem. Vnde hæc materia debet intelligi, quando datur pecunia, vt fiat, vel ne fiat negotium calumnioſe, vt pa tet in text. huius. §. & quaſi per totam hanc materiam. Quid ſi non fuit dictum expreſſe,do tibi pecuniam, ne me accuſes calumnioſe, ſed ſolum ne me accuſes?nunc volo repetere,dicens quod accuſa tio, quam minabaris facere, vel quam faciebas, erat calumnioſa, quæritur vtrum poſsim agere hac actione, & cui incumbat onus probandi, quod eſſet calumnioſa, & non videtur poſſe agi? quia text. quaſi ſemper exprimunt, quando datur, ne fiat calumnia: vel vt fieret. & ſic videntur intelligi debere in caſu, in quo loquuntur. vt hic. & d.l.in eum.

Præterea videtur lex prouidere in caſu illo per condi.indebito ff.de cond.inde.l.in ſumma.cir.princip. Sed contra facit, quia lex frequenter dicit, dari hanc actionem, nec addit verba calumniæ.vt ff.eo. l. ſi quis ab alio. & l.& generaliter. §.1.& §.2. & pro hac parte facit.eo. tit.l.pe.per quam videtur,quod niſi aduerſarius probauerit,eum eſſe nocentem,detur hæc actio.& hoc niſi eſſet datum, ob cauſam tranſactionis,& eſſet tale crimen, ſuper quo tranſigi poſſet.vide quod ſcripſi in d.l.ſi quidem.in breuiario.& quod no.ff.eo.l.1.§.1.
6 in glo.1.receſſum. † Et caue:quia materia, videtur obtinere, quãdo datur ob negotium calumnioſum iudiciale. vel quòd in iudicio verti poſſet.nam ſi dedi tibi pecuniam, ne me ſpoliares,vel ne me verberares,vel ne mihi flagitiũ faceres,tunc recurretur ad actionem quod met. cau. & ad condit. ob tur. cau. Formæ autem libellorum, & concluſiones ſunt diuerſæ ſecundum diuerſitates factorum. ſi enim agat ille, cui dedi pecuniam,planum eſt,quod poteſt, ſic dicere,Cum me calumnioſe accuſares de tali crimine, de quo ſum, & eram innocens, vel accuſare velles.ſi ſit in facto, dedi, vel promiſi.ſi ſit in facto,vel tale lucrum feciſti, ne mihi calumniam faceres, nec me calumnioſe accuſares, quare peto te condemnari in quadruplum &c.An aũt totum quadruplum ſit pœna?vide plene ff.eo.l.in hæredem.§.ſi. Si autem alius dedit,vt negotium mihi fieret, ſi quidem mandato meo, vel nomine
7 meo,vel me ratum habente,facta narratione facti, † concludam ad quadruplum.ſi me non mandante,nec ratum habente, ego concludam ad quadruplum.quod eſt totum pœna in caſu illo,ille qui dedit ad ſimplum. vt l.ſi quis ab alio.an hodie hoc ſit correctum,vide plene ibi:in gl.Si vis plura ad hãc materiam iungere:vide quod no.ff.eo.l.1.§.1.& l.hæc actio. cum l.ſequen. & quod ſcripſi C.de pœn.iudic. qui mal.iudica.l.1.& authenti.ſed nouo iure. quando prouo. non eſt neceſ.l.veniales. In alia actione, quæ datur contra executores, de qua hic ſubiungitur, patet libellus de ſe.Poteſt tamẽ quæri,cum illa conſtitutio non habeatur.ſed hodie ſecundum curiarum morem, ſalaria ſunt taxata per ſtatutum, vel ſecundum conſuetudinem: quæritur nunquid poſsit repeti quadruplum, ſi excedant? Satis videtur rationabile ꝙ ſic: cum ſit eadem ratio. ſed durum eſt pœnas extendere. ff. de pœnis.l.interpretatione. Credo tamen, quòd excedentes, ſiue ſint executores, ſiue alij, quod debeant puniri extraordinarie,officio iudicis, qui illicitas exactiones, coercere debet.ff. de offic. præſi.l. illicitas. Vel poteſt dici quod puniantur illa pœna, quæ ponitur in authent. vt litig.iudi. §. & hoc quo-
8 que. Sed nunquid illa pœna, eſt eadem cum iſta? † hoc eſt quærere, cui applicatur hæc pœna quadrupli? Et videtur ibi expreſſum, quod triplum ſiſco: ſimplum parti. Sed hoc non placet Iacob.de Rau. Dicit enim,quod hæc actio competit ad quadruplum, & ſupponitur, quod dabitur reo, & ſic ipſi debet applicari, alias non daretur ipſi reo, niſi ad ſimplum, & ſiſco ad Triplum. & hoc etiam apparet ex contextu materiæ: quia hic tractatur de act. quæ competunt parti, ad quadruplum. & non eſt veriſimile, quod iſta miſceretur inter eas, ſi eſſet alterius naturæ. Vnde ſecundum eum §.hic loquitur in accuſatione, non in hac actione, nam diuerſa remedia, & diuerſæ pœnæ poſſunt competere pro eodem facto, vt ſatis dixi in ſuperioribus. Et not.quod per hoc, quod dicitur in §.tripli.& in hoc §.videtur poſſe ſuſti-
9 neri abuſus,qui eſt in aliquibus † locis, quod ſeruientes poſſint ſibi ſatisfacere a parte rea, ex ordinamentis, & de pignorationibus, quas faciunt, quod poſsint recipere pignora authoritate propria. penes reum pro ſuis ſalarijs. Nam reus debet ſoluere: vt ſonant iura iſta. Item in dicto §. ex hoc

hoc.videtur concludi, ꝙ poſsint pignorare , vſque ad debitam quantitatem. nam prohibendo quod non poſsint vltra, videtur concedere , ꝙ poſsint infra a contrario. ff.de teſti.l. ex eo. quod eſt contra omnem rationem. ſeruatur tamen in aliquibus locis de facto,& in aliquibus cōtrariū,Et no.ꝙ exe cutores, de quibus fit hic mentio,& ſupra §.tripli. multa ha bent nomina:vt not.in auth. de iudi.§.hi qui cauſas.in gloſſ. exceptor.& glo.cauſam præparans.

a Adno.Quadrupli.Summatus eſt ſupra in §.omnes ſuper hoc.§.Ang.valde prolixus eſt,ponens quæſtiones multas,quarum mentionem vix pagina præſens caperet. ideo vide eum cum do.Iaſ. ſimiliter latiſſime tractantem ſuper hoc.§.

1 *Actiones cur diuiſæ.*
2 *Actionem ex teſtamento bonæ fidei eſſe.*
3 *Contractus an ex dolo nullus, an reſcindendus.*
4 *L.ancillæ.ſenſus.*
5 *Intereſſe quando ſuccedat.*
6 *Permutatio quando bonæ fidei ſit.*
7 *Actionum quæ quandoque concurrant.*
8 *Contractus innominatus multiplex.*
9 *Veritas ex do ut des , non deberi.*
10 *Præſcr.uerb.& in fact.actio eadem.*
11 *Præſcrib.uerb.actio cur ſic dicta.*
12 *Realium quæ an non bo.fid.*
13 *Emptor ad quæ concludat.*
14 *Conducti actio ad quæ data.*
15 *Aeſtimatoriæ actioni quando locus ſit.* 16.
17 *Aeſtimatum cui pereat.*
18 *Præſcr.uerb.ex permu.actio ad quæ data.*
19 *Permutatio ab emptione differt.*

a ACTIONVM a autem quædam bo. Hæc eſt quinta generalis diuiſio actionum omnium.litera eſt plana , caſus autem non poteſt poni,per modum caſus,ſic tamen poteſt inci pi.Domine imperator, ego iam vidi multa de naturis actionum:& per diuiſiones,eſt ne alia diuiſio actionum?Imperator dicit quod ſic. Actionum quædam &c. & proſequere iuxta verba text.Antequam ſubintrem glo. oppono iuxta literam. omnis diuiſio debet fieri per ſpecies oppoſitas, & contrarias , vt aliud album: aliud nigrum. Si diceretur aliud album,aliud ſiccum:vel aliud humidum:aliud nigrum,oporte ret diuiſionem eſſe ineptam. nunc in propoſito , imperator dicit, ꝙ actionum aliæ ſunt bonæ fidei,aliæ ſtricti iuris:quid eſt hoc dictū?deberet dicere:aliæ bonæ fidei.aliæ malæ fidei. non enim diuiſio fit per oppoſita deberet enim dicere, ſi vellet recte diſtinguere,quod quædam ſunt largi iuris,quædam ſunt ſtricti iuris. Sed ad hoc poteſt dici , quod imperator,
1 qui has † diuiſiones ad inſtructionem iuuenum adinuenit, non recipit hanc diſtinctionem penes vocabula,ſed penes effectum. voluit enim dicere, quod actionum quædam magis exuberant in bona fid.quam aliæ. & illæ , quæ magis exuberant,ſunt largioris iuris,quam aliæ,& ideo bene ponit quædam ſtricti iuris,vt in inuolucro verborum ponat duas diuiſiones, quædam ſunt bo.fi.ſubaudi exuberantis , & largioris iuris.quædam bo.fi.minus exuberantis, & ſtricti iuris.In primo membro vltimum membrum primæ diuiſionis ſubſtituit.In ſecundo,primum,& ſecundum expreſsit,nec potuit, nec voluit ſubdiſtinguere per oppoſita,quod aliæ bon.fi.alię malefi.cum nulla ſit malę fi.C.de acti.& obl.l.bonam fidem. In glo.ſcilicet 17.ibi cum allegat.§.videamus.hoc verum, ſi computes tantum illas,quæ ſunt in tex.ſed ſi computes contrarias, de quibus infra.in glo.ſecus,cum iſtæ ſint. 24.& forte ſunt plures , ſi computes actionem in factum in caſibus duobus,de qua infra plenius agetur. Quæritur vtrum actio ex teſtamento ſit bon.fid. & debeat cum ijs annumerari?Vi-
2 detur , quod ſic , quia in bonæ † fid.veniunt vſuræ ex mora, vt hic ſatis nota , & ſimiliter in actione ex teſtamento. ff. de legat.ſecundo.l.Titia Seio.§. vſuras.C.de vſu. & fructu lega. per totum. Item in bon.fid. agitur prima actione, ſi res deterior reddatur, ff.commo.l.tertia.§.ſi reddita.ſic in actione ex teſtamento.ff. de lega.1.l. huiuſmodi §.ædes.de lega.2.l. Mæuius.§.in fundo.Contrarium eſt verum , ſecundum Dy. quia in actione bon.fid. iuratur in litem.ff.de in lit.iu.l.in actionibus.& certum eſt , quòd in actione ex teſtamento non iuratur. eo.tit.l.alias,& hoc ſatis patet.C.in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſ.in l. in minorum.vbi enumerat tanquam diuerſa legata.& actiones bon.fid. Dic ergo, quod eſt ſtricti iuris,multa tamen habet ſimilia,cum act.bo.
3 fid.vt in contrarijs.†In ead.gloſ.ibi cum allegat l.ſi quis cum
b aliter. b Do.Iac.& Pet.reprehendunt vbique hanc gloſſ. dicunt enim,quod ſiue dolus det cauſam contractui,quia forte nolentem alias vendere induxit per dolum , ſiue incidit in contractum,ſemper tenet contractus & hoc probant per l.ſi dolo. C.de reſcin.vend.vbi dicit, quòd reſcinditur venditio. & ſic ſupponitur , quod tenebat. & hoc etiam probant. quia dolus, & metus æquiparantur : vt l.dolo. C.de inutil. ſtipu. Conſtat autem, quod contractus initus per metum,tenet:ſiue metus det cauſam , ſiue incidat.C.de his quæ vi metuſue. cau.l.ſi vi.ff.quod metus cauſa.l.ſi mulier.§.ſi metu.la 2.hoc etiam probant: quia contractus habet ſua eſſentialia: videlicet conſenſum, & ſic videtur valere. & hoc apparet ſatis expreſſe in l.Iul.§.per contrarium.ff.de acti.emp.Ibi enim dedit dolus cauſam contractui:& tamen ſupponitur,quod con tractus tenet,quia agitur ex vendito.& in ea.l.§. ex vendito. In hac tamen dicunt differentiam inter contractum bon.fid. & ſtricti iuris , quia quando dolus dedit cauſam contractui bon. fid. agitur ad reſcindendum actionem ex eo contractu: ſed vbi incidit in contractum : non agitur ad reſcindendum: ſed ad excipiendum : vt d.§.per contrarium.In actione ſtricti iuris excipitur , vel agitur acti.de dolo ad reſcindendum, vt l.dolo.C.de inutil.ſtip.ff.de dolo.l.& eleganter.§.non ſolum.Sed contra hanc opin. videtur l.& eleganter.ff.de dolo. vbi dicit venditionem nullam. Sed dic, quod nulla eſt in effectu.

Item ob. quia actio de dote eſt bon. fid. & in illa nulla eſt promiſsio ipſo iure.ff. quod metus cau.l.ſi mulier , §. ſi dos. Sed ibi eſt ſpeciale, propter magnam exuberantiam dilectio nis,& bon.fid.& eodem modo eſt ſpeciale in ſocietate ff.pro ſoc.l.3. §. fina. quia vim fraternitatis obtinet. eodem titu. l. verum. & facit , quod ſi religioſi dolum committant , quod contractus ſit nullus, cum in ipſis exuberare debeat bona fides, ſecundum Iaco. In ead.gloſſ.ibi cum allega.in bon.fid. & idem in act. ex teſtamento. quæ habet ſimilia cum bon.fi. C.in quib.cau.in integ. reſtitu. non eſt neceſ.l. in minorum. de vſu.& fru.leg.per totum. In ead. gloſſ.ibi cum alleg.l.vi
c deamus. c §.ſi actionem.Petr.ſupponit quod hæc gloſſ.dicit, quod fruct.veniunt iure actionis, & ipſe dicit quod veniunt ex offic. iudi. & de hoc facit hic vnum magnum feſtum. & tamen noſtra gloſſ. hoc non dicit , ſed bene dicit , quòd in actio.veniunt : ſed non aperit an iure actionis , vel offic. iudi. Nec eſt propria materia, hæc hic proſequi, melius eſt infra de offi. iudi.§.illorum. Iaco.dicit quod dominus ſuus dicebat , quod fructus veniunt in actione ſtricti iuris , a tempore moræ , non vt fructus , ſed vt pars rei. & hoc dicebat, quia in actione ſtricti iuris res æſtimatur quantiplurimi fuit a tempore moræ, ff.de triti.l.in hac.cum ibi not. Nunc conſtat , quod res plus valebat quando erat plena fructibus, quam vacua. Igitur conſtat, quod fructus tanquam pars veniunt , & quantiplurimi. Sed ſecundum hoc differentia, quam facit §. ſi actio.eſt impoſita verbis , & non rebus , ſed non eſt, quia multum refert, an fructus veniant, vt pars rei, an fructus per ſe.Primo caſu, non eſtimantur, niſi quantum valebant res pluris , quando pendebant. ſed ſi æſtimarentur vt fructus , eſtimarentur quantum plus valuerunt , per ſe etiam ſeparari. Vnde eſt longe aliud , & adducit ſimile de l.
4 ancillæ. † C.de fur.nam ibi dicitur , quod partus conceptus apud furem, in ancilla furtiua, & non editus, furtiuus eſt,& non poteſt pro eo agi furti.& hoc eſt verum, quaſi pro re ſeparata, ſed quandiu eſt in ventre , eius æſtimatio venit in actione furti, id eſt quantiplurimi mater eſtimauerit propter partum, ſed non venit æſtimatio ſeparata , quia forte editus creuit,& factus eſt bonus medicus,& opifex. Et iſta faciunt ſecundum eum ad quæſtionem , de conſuetudine proximus

de genere, poteſt retrahere res hæreditarias venditas, per proximum ſuum. Quæritur, an poſsit retrahens repetere fructus ab emptore? ipſe dicit quod non videtur, niſi a tempore litis conteſtatæ, cum fructus non veniant in actione ſtricti iuris, niſi a tempore litis conteſta. & condictio ex conſuetudine, eſt ſtricti iuris. & hoc verum, vt fructus, ſed vt intereſſe ſeu partes rei, ſic, per prædicta, ſaltem a tempore moræ, ſecundum eum videretur, quod omnes fructus deberent reſtitui. ff. de ædil. edicto. l. cum autem. §. cum redhibetur. & maxime, qui pendebant tempore venditionis. quia pars rei ſunt: vt ff. de rei vendi. l. fructus pendentes. Satis poteſt dici, quod emptor faciat fructus ſuos, propter bonam fidem, & titulum, vt l. ſi fundum. & l. certum. C. de rei vendi. & facit bene. ff. quæ in fraud. cre. l. fi. §. non ſolum. Sed an a tempore morę veniunt per modum intereſſe: vt ſuprà dictum eſt, qua ſi res plurimi fuerint, ſi pendeant in re? Sine dubio veniunt vt pars rei. & iunge ff. de condi. indeb. l. ſi non ſortem. §. li-
d bertus. In ead. gloſ. ibi. ff. de ac. emp. l. 1. in princip. [d] Iſta gl. fuit nimis curioſe hic poſita. Nam plus quam certum eſt, q
5 in obligationibus dandi non † ſuccedit intereſſe, ſiue agatur actione bonæfidei, ſiue ſtricti iuris, niſi in contractibus innominatis. vt notatur vbique. & maxime C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. l. vnica. & nunquam hæc gloſſ. alibi dixit, nec aliquis de eo. Vnde in l. prima. de actio. emptio. non erat rem dari in obligatione, ſed rem tradi. eodem tit. l. ſi fundum præſtari vt plene nota. in dict. l. prima de ſenten. & de fideicommiſſ. libe. l. fina. In eadem glo. ibi cum alleg. C. de actio. empti. l. fundi. illa lex, non eſt in rerum natura: ſed facit eodem tit. l. vtra. [Hinc manifeſto liquet Ioan. Fabrum habuiſſe corruptam gloſſam in ſuis exemplaribus. Nam in emendatioribus Accurſius citat. ff. de actio. empti. l. fundi. quę in. §. 1. propoſitum eius optime probat.] Et caue, quia ſalua gratia glo. in contractibus ſtricti iuris veniunt illa, de quibus veriſimile eſt, quod partes cogitauerunt. Vnde ſi debeas mihi domum per ſtipulationem, vel ex alio contractu ſtricti iuris, crederem, quod affixa venirent. ff. de verbo. oblig. l. quicquid adſtringendæ. Et hoc vides in mutuo, in quo veniunt ea, de quibus non fuit actum: & tamen eſt ſtricti iuris. ff. ſi cer. peta. l. cum quid. Et ideo ſi promiſiſti mihi equum, qui conſueuit portare frænum: tu debes mihi frenum, ſicut in vēditione. ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. 1. cum ibi no. In ea. gloſ. in fin. & hoc etiam apparet. nam iudex facit cauere, in actione bonæfidei, etiam ante diei euentum, ſed non in actione ſtricti iuris, ſecundum vnam opi. vide ff. de iudi. l. in omnibus. Item in actione bonæfidei, iuratur in litem: non in actione ſtricti iuris. ff. de in litem iur. l. in actionibus. In glo.
e hanc dicunt in fine. [e] hæc videtur verior, quia per hoc, fauor ſemper extenditur infra gloſſ. proxi. In gloſſ. ſed cum. in fin. hanc tenet Dyn. per rationem gloſſ. quæ eſt valde debilis, vt ipſe confitetur. Hanc etiam Petr. allegat ff. de reſcin. ven. l. ſi id quod. facit in eo, quod requirit bonam fidem ab vtraque parte. ff. de arbit. lege, ſi cum dies. melius faceret eodem titulo, l. idem ait. vbi dicitur, quod de vna parte debet, & de alia dici. & eſt mirabile, quod imperator de eis non fecerat men-
f tionem, [f] cum fecerit mentionem de locato, & conducto, ex empto, & vendito. ſed forte propter breuitatem omiſit?
g Dy. quærit, quid de actione pro tutela. Et videtur, [g] quod ſit bon. fid. cum in ea veniant vſuræ. ff. de eo qui pro tu. l. 1. §. in pro tutela. Ipſe dicit, quod eſt ſtricti iuris, cum hic non numeretur. verum eſt, quod quo ad aliqua habet ſimilitudinem cum actione tutelæ, quæ eſt bon. fi. & in vſuris, ſecundum eum. Item & in priui. de tu. & ra. diſtrahen. l. fina. & idem tenet Io. in arbore. In gloſſ. [h] quæ datur inter eos. in fin. hanc
h approbant Dy. & Pet. Sed tamen hæc ratio non videtur multum bona. quia in actione fin. regun. vt plurimum, non peto adiudicari alienum, vt ſatis vidiſti ſupra in §. quædam. eſt ergo ratio, quod fami. erciſ. & communi di. naſcuntur ex quaſi contractu communionis. quæ naturæ ſocietatis accedit, ſed fi. regundo. naſcitur ex varijs figuris cauſarum. quandoque ex delicto, vt ibi dixi. idcirco obtinet, quod non ſit bon. fid. ex quo imperator eam ſubticet. vt dixi ſatis in materia fi. re-
i gun. in ſimili. In gloſſ. vt ſi tibi. in fi. vide plenius [i] in d. l. 1. de æſtima. acti. ibi enim ſunt opin. inter Io. & Azo. Doct. tamen ſequuntur hanc gloſ. In gloſ. quæ naſcitur ibi: niſi in duobus caſibus. Quid ſi per pactum incontinenti appoſitum, fiat permutatio? verbi gratia. Contraximus ſocietatem, ſuper cer-
6 tis mercationibus, pacto incontinenti † appoſito, quod ego darem tibi equum meum, pro tuo: quia forte tu debebas præſtare operam, & ire ad mercata, & meus equus erat melior, quam tuus: nunquid præſcript. verbis hoc caſu, erit bona
K fidei? [k]

Iaco. dicit quod ſic. & hoc conſtat, per hunc §. vel forte contracta ſocietate, ſtatim conueniſti equum meum ducere ad forum, pro vendendo, quem tradidi tibi æſtimatum pro 10. non video, cur in hoc caſu hæc præſcript. verb. non ſit bon. fid. etiam ſi apponeretur iuxta contractum ſtricti iuris. iuxta l. lecta. ff. ſi cer. petatur. Eſt ergo intelligenda hæc glo. in pactis incontinenti appoſitis, quæ non ſunt permutatio, vel æſtimatio. Sed nunquid actio bon. fi. informata per pactum nudum, aliud a permutatione, & æſtimatione, eſt bo-
7 næ fid.? ſcis enim, quod ex talibus † pactis reſultant duæ actiones? videlicet prima informata, & præſcriptis verbis, vt l. 1. & 2. C. de pact. inter empto. gloſſ. mouet hanc quæſtionem in §. quinimo l. iuriſgentium. ff. de pact. & determinat, quod non. quia datur loco præſcriptis verbis, quę non eſt bonæ fid. ſed ſalua reuerentia gloſſ. non datur loco eius, ſed concurrit cum ea. Vnde concurſus non alterat eius naturam. & hoc vides in certi condictio. quæ eſt ſtricti iuris, quamuis concurrat cum actio. bon. fid. vt infra notabitur: & pro hac parte facit ff. de contrah. emp. l. fundi. vbi videtur ſupponere, quod actio ex vendito, competit pro pacto incontinenti appoſito. eadem cum principali. & facit ff. de actio. empti. l. datio. §. primo.

In eadem gloſſ. ibi quod non eſt permutatio. Pro euidentia horum, recordare, quod quatuor ſunt ſpecies con-
8 tractuum † innominatorum, do vt facias, facio vt facias, do vt des, facio vt des. Exempla horum vulgo patent, & potes videre ff. de præſcript. verb. l. naturalis. pro tribus primis competit præſcriptis verbis. & eſt intentio gloſſ. quod hęc pręſcriptis verbis, ſit ſtricti iuris. in tertio, quando do vt des, eſt permutatio: quia tunc eſt bon. fid. vt in hoc. §. & ita ſupponit, quod do vt des non ſemper eſt permutatio. Sed quomodo poteſt eſſe do vt des, quin ſit permutatio? ſi enim do tibi rem meam, vt des tuam, eſt permutatio, vt d. l. naturalis. §. 1. Ad hoc dicas, quod ſi tibi do rem meam, vt des tuam certam, eſt permutatio: ſed ſi do tibi rem certam pro incerta, non eſt permutatio, ſed do vt des. Verbi gratia, dedi digeſtum meum vetus, vt tu des mihi vnum competens infortiatum, vt aliquid in genere: non eſt permutatio, quæ fiat de re certa ad certam. C. de rerum permutatio. l. prima ſecundum Iaco. & Petr. melius. in l. fina. & idem dicit Ranf. in titu. de præſcriptis uerbis. qui ex permu. oritur. Et not. bene hoc, quia ſine hoc non potes intelligere gloſſ. & ita ſupponitur, quod contractus, permutationis eſt ſub hac ſpecie contractus do vt des. Iacob. dicit, quod dominus ſuus dicit, quod non eſt ſub illa ſpecie, imo eſt ſpecies contractus per ſe: & hoc apparet, quia ad hoc quod agi poſsit ex contractu do vt des, oportet, quod res fiat accipientis. ut ff. de conditio. cauſa data, l. fina. In contractu permutatio-
l nis, [l] non ſic, ſufficit enim rem tradi. ff. de rerum permutatione, l. prima. unde permutatio uideretur melius debere reponi ſub contractu facio ut facias, quia uterque debet trādere, & tradere eſt factum: ut ſupra proxime dictum eſt, quam ſub do ut des. Iſtud eſt ſubtile, ſed tamen non uidetur bene de mente legum: quia textus ponit permutationem ſub contractu do ut des: in l. naturalis. ff. de pręſcriptis uerbis. & ſi tu reſpicias bene, in materia de rerum permutatione ſemper leges faciunt mentionem, de datione. dicunt enim ſemper, dedit ex cauſa permutationis, ut l. 1. & l. quoniam. & l. rebus. C. de rerum permutatio. Per iſta poteſt determinari quęſtio, de qua uidi ſępe queri.

De conſuetudine debentur ventę, ſeu laudemia ex contractu uēditionis, & permutationis, in aliquibus locis: in alijs

non

non quidam dedit domum ſuam Sempronio pro 10. ſextarijs frumenti,quę promiſit ſibi in bonis locis competentibus aſsignare,vel pro decem quarterijs prati,quæ promiſit acquirere, † & tradere in tali riparia, quæritur vtrum debentur
9 rere, † & tradere in tali riparia, quæritur vtrum debentur ventre per præmiſſa? Videtur expeditum quod non,quia no eſt permutatio,ſed contractus do vt des,cum non ſit ibi certa ſpecies, quæ ex altera parte detur. Sed quare fuit hæc præſcriptis verbis poſita per ſe, cum permutatio ſit contractus innominatus,ſicut do vt des, & oriatur præſcriptis verbis, in vno ſicut in alio? Poteſt dici quod propter priuilegia,quæ huic adhęrent,magis,quam alijs,quod apparet,quia in hoc caſu eſt bo.fid.in alijs non.& poteſt eſſe ratio,frequentia contractus. In ea.gloſſ.ibi.cum allegat.l.naturalis. §. at cum facio,iſta gloſſ.non eſt vera indiſtincte, nam in facio vt des datur quandoque præſcriptis verbis,de preſcrip.ver.l.ſolent.§.1.vnde ſecundum Dyn.debet diſtingui, quia aut ex facto, quòd fecit, ibi nihil adeſt: & tunc datur actio de dolo. C.de dolo.l.cum proponas.Aut adeſt,& tunc pręſcriptis verbis. Verbi gratia,quietaui te de debito, in quo mihi tenebaris, vt mihi dares equum, tibi adeſt ex facto meo: ideo ago præſcriptis verbis, vt des.ſed ſi manumiſi ſeruum meum, vt dares mihi equum,tūc ex manumiſsione illa,tibi nihil adeſt, & ideo agitur de dolo. & idem tenet Iaco. & Pe. & eſt ratio ſecundum Iaco.quia vbi facio factum,ex quo nihil adeſt tibi, ius ciuile non reputauit equum, quod detur mihi actio contra te,qui nullam vtilitatem habes ex hoc. Sed prætor conſiderans,quod ex dolo tuo,& ex eo,quod promiſsionem tuam infringis, nihil debeas lucrari, dedit actionem de dolo. ſed vbi ad eſt aduerſario meo ex facto meo aliquid, ius ciuile de æquitate voluit dare actionem. Sed cur non idem, in facio, vt facias? Verbi gratia manumiſi ſeruum meum, vt mihi facias domum,tibi nihil adeſt ex facto meo,cur ius ciuile det actionem. Dicit enim Iaco. quod attenta hac ratione, ſi facta ſint inæqualia, non datur actio præſcriptis verbis, ſed de dolo, ſi ſint æqualia datur præſcriptis verbis. Verbi gratia,manumiſi ſeruum meum, & tu conueniſti manumittere tuum: poſſum agere præſcriptis verbis ꝙ tu ſeruum tuum manumittas,quia neutri aliquid adeſt, & eſt ſcriptum, Tu quoque fac ſimile,ſic ars deluditur arte. Sed vbi ſunt inæqualia. Verbi gratia.Manumitto ſeruum meum, vt domum mihi facias,tunc agitur ſolum de dolo, iſta ſunt ſatis ſubtilia,non tamen videntur de mente legum. Vnde,eadem ratio poſſet aſsignari in do vt des. & in do vt facias. Pone,quòd ego dedi x. Sempronio, vt facias mihi domum, & eam pro hoc facere promiſiſti, vel dedi librum Sempronio,vt des mihi equum,ex mea datione, nihil tibi ad eſt, & ſic per dictam rationem,debet agi de dolo,ꝙ eſt valde extraneum,& nouum,vnde conſulo,quod non recedas ab opinione Dy.iſta valent,pro formatione libellorum. quia alia concluſio,& alia narratio eſt in actione præſcriptis verbis:quam in actione de dolo.Item altera perpetua,altera bienalis, niſi de eo,quod peruenit.C.de dolo. l. fi. & multi ſunt effectus, qui actionibus competant. In ea.gloſſ.ibi,cum dicit,& tamen nemo dicit aliquam conditionem eſſe bo.fid. Doct.di-
10 cunt,quod actio † præſcriptis verbis,& actio in factum ſunt eædem,quandoquidem actio in factum datur vbi ſcriptis verbis,& hoc probatur.ff.de præſcript.ver.l.ſi tibi areæ.§.ſed ſi forte.ibi in factum putat Iulianus actionem dandam, id eſt, præſcriptis verbis.& ideo conſtat,quòd eſt bo.fid.in caſibus, in quibus præſcriptis verbis eſt bon. fid. in aliis non ſecundum Ia.vnde actio in factum, datur vbi præſcriptis verbis, vbicunque eſt certum aliquem contractum factum, non per legem introductum, ſed ex conuentionibus hominum, de cuius nomine dubitatur, vt ſi trado tibi molendinum meum ad annum,acto,ꝙ tu facies nouas calciatas, nouas molas, & rotas, hoc caſu actio in factum, & præſcriptis verbis ſunt eædem, ſecundum doct. vel concurrunt, ſecundum gloſſ. Sed vbi non eſt certum, contractum aliquem factum eſſe: ſed occurrit caſu, quo eſt dictum actionem dari, datur in factum ſecundum. Dy. & hæc non concurrit nec eſt eadem cum præſcriptis verbis, & potes ponere exempla.ff.de præſcript.verb.l.qui ſeruandarum.§.ſed & ſi.& §.ſequen. Et de hac proprie loquitur eo.tit.l.quoties.& iſta, quæ naſcitur ex varijs figuris cauſarum,id eſt ſecundum varietatem factorū, competit interdum eſt damna, interdum ad ipſa pretia rerum,vt C.de ſacr.ſan. eccl. l. ſancimus. poſſes dicere, quod quamuis gloſſ. dicat, quod hic ſunt quatuor ſpeties actionis in factum,quod non ſint niſi duæ, videlicet iſta generalis. Item illa, quæ datur ex edictis,& interdictis.illa autem,quę dicitur concurrere cum præſcriptis verbis, non eſt actio per ſe,ſed eſt actio præſcriptis verbis, quæ interdum nominatur
11 in factum? Ecce,quare præſcriptis † verbis nominatur,quia præſcriptis vel narratis verbis conuentionum, in ea concluditur qua eadem ratione,in factum,videlicet,quia facto recitato,in ea concluditur,& ſunt idem, vbi deſcendunt ex contractu, & conuentionibus. ſed in factum generalis eſt alia, vt ſatis dixi. Sed quare non competit alia actio ciuilis, ex edictis,& interdictis? Reſpondeo: quia ſicut prætor non poteſt facere hæredem de iure ciuili: ita nec dare actionem ciuilem ſed quia edicta, & interdicta fundantur ſuper æquitate, & æquum eſt actionem dari & nullam nominatam prætoriam introduci, fuit introductum, & quod daretur actio in factum, iunge infra de interdi.§.fina. In fi. eiuſd. gloſſ. hanc approbant doct.Azo tamen tenuit contra in d.§.hoc interdictum. In gloſſ. id eſt vſque in finem. Sed quare dubitatum fuit de iſta? Reſpondeo, quia eſt realis, & de rea-
12 libus † non reperitur,quod aliqua ſit bon.fid. niſi de hac, in qua fuit ita ſtatutum,quia habet mixtam naturam, & priuilegium perſonalitatis. ſecundum Pet. hoc verum, vbi agitur vniuerſaliter. Quid ſi vna res petitur, pro qua competebat actio ſtricti iuris teſtatori, & petitori, & petitur per hęreditatis petitionem, quod eſt poſsibile. ff. de peti. hæredit. l.item videndum.§.fina.cum l.ſequente nunquid eſt bo. fid? videtur quod non,quia debet ſapere naturam actionis, loco cuius datur, ff. quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. præterea. & §. ſi conditionalis, quando act. de pecul. eſt an. l. cum poſt. & facit optime ff. vt le. no. ca. l. 1. §. belliſsime. cum §.ſequenti. Sed obſtat. ff. de petit. hæred. l. item veniunt, §.cum prædixerimus. Sed ad hoc dicas, quòd ibi non venit actio, cum natura ſua accidentali, quam non habet, niſi ex euentu. ſed cum natura, quam habet originaliter, venit. & ita ibi not. poſt Azo. Vnde ſi actio erat ſtricti iuris ex natura ſua, videtur quod petitio hæredi.in quantum loco eius datur, ſit ſtricti iuris, & facit infra proximo. §. vbi actio transfuſa retinet propriam naturam, & dat alij,in quam trāſfunditur,eandem. Sed quid de fideicommiſſo, ſeu de poſſeſſoria hęreditatis petitione? videtur idem. quia in fideicommiſſaria veniunt fructus a tempore moræ, quaſi ſit bo. fid.ff.ad Trebel. l. in fideicommiſſariam. Item quia videtur retinere naturam pet.hæredi.vt no.ff.de fideicom. hæredit.pet.l.1. Sed Ioan. ponit eas ſtricti iuris in arbore, habent enim vnum punctum ſub figura.e, iſta ſatis ſufficerent, pro lectura huius §. Sed quia hic nedum de theorica, imo & de practica agimus, videamus aliqua generalia, circa aliquas actiones,hic nominatas, ex quibus quiſque luculenter
13 compræhendere poterit concluſiones libellorum. † Et primo quęritur, ad quid debet concludi in actione ex empto, quę hic nominatur? Et certum eſt, quod (ſequendo concluſionem gloſſarum) debet concludi ad tradendum, & ſi res non tradatur,ad intereſſe. vt l. 1. de actio. empti. ff. Tu potes dicere,quod in actione ex empto veniunt diuerſa, & ſecundum diuerſitates rerum, diuerſę ſunt concluſiones, & ſi res tota vendatur,poteſt agi ad tradendum,& ſi res non tradatur,ad intereſſe. & ſuper hoc dicunt docto.quod debet concludi ad tradendum,& ſi res non tradatur ad intereſſe. Et dices ſic, vendidiſti mihi librum talis prętio, quod tibi ſolui, vel ſoluere paratus ſum, & offero, quare peto te condemnari, ad tradendum,& ſi tradere nolis,vel non poſſis,peto te condemnari ad meum intereſſe,hunc libellum videntur approbare gloſſ. & Specul. vt dixi ſupra de emp. & vend. §. pretium. Iac. de Ra. dicit, quod talis libellus, non procedit, quia ſic ſequeretur, quòd eſſet ſententia alternatiua, & quodammodo incerta, & vix fieri poſſet executio, & eodem modo non procedit, ſi petat rem tradi, vel intereſſe

intereſſe. vnde.l.conductores. C. loca. per quam tales libelli conſueuerunt ſuſtineri,nil facit ad propoſitum,nec illa, quæ dixi ſupra in §.ſequens.quia illa procedunt, quando non eſt in voluntate actoris,quid agat,ſed in voluntate rei, quid dare velit. Sed hic certum eſt,ꝙ actor poteſt eligere,quid agere velit,an ad tradendum, vel ad intereſſe poſt interpellationem ideo videtur,quod debeat petere certum.ff.de verb.obl. l.ſi quis ſtipulatus.& l.fina.in princ.melius eod.tit.l. vbi. autem.§.pe.& ideo oportet concludi,vel ad rem tradendam ſolum,vel ad intereſſe ſolum.ſi ad rem tradendam, libellus de ſe patet.ſi ad intereſſe,poterit ſic dicere. Dicit Titius,contra Sempronium ꝙ licet idem Sempronius tali equum tali pretio eidem vendiderit,idemque Titius dictum pretium ſoluerit,vel ſoluere paratus ſit,& ſe ſolutum obtulerit,& adhuc offerat, nihilominus idem Sempronius dictum equum, per eundem Titium congruo loco, & tempore tradere requiſitus,contradicit minus iuſte,quare cum dictum Titij interſit in centum,petit idem Titius,eundem Sempronium condemnari ſibi,ratione ſui intereſſe,in dicta ſumma ſoluenda. Et caue,quod declares cauſas,quare interſit quia forte res tanti valet,vel fuiſti damnificatus in tantum:quia non habuiſti.oportet enim cauſam probabilem allegare,pro intereſſe, non vanam.ff.ad exhib.l.pe. Credo quod hi libelli, ſint magis tuti nihilominus tamen conſuetudo non reiicit libellum gl. & Spe. & iunge quod ſcripſi in §. pretium. ſupra de contrah. empt. & hoc,quando actio ex empto datur pro re vẽdita tradenda, vel pro intereſſe, quia non tradit, ſed interdum agitur ad intereſſe ſolum: nec poteſt ad aliud agi: quia venditor rem vitioſe tradit.ff.de actio.empt. l. Iulianus. in princ. etiam,ſi contractus non tenet. ff. de act. emp. l. ſi ſterilis. §. quamuis.Interdum ad repetendum,quod datum eſt,& reſcindendum contractum.ff.de act. emp. l. ex empto. §. is qui. & §.ſi quis virginem,Interdum vt caueatur,de ædil.edict.l.ꝙ ſi nolit.§.quia aſſidua.Interdum ad exhibẽdum.ff.de act.emp. l.Titius. Interdum damno dato, vt venditor agat vel cedat. ff.de act.emp.l.Iul.§.pe.& l.ſi eã.& l.venditor hominis. Interdum ad reſcindendum,vide ff.de act.empt.l. Iulianus. §. ſi venditor.& §.per contrarium.Interdum pro euictione.C. de euict.l.non dubitatur.Interdum ad factũ.ff.de actio.emp. l.tenetur.§.1.C.de pact.inter emp.l.1.& 2.Et ſecundum hos modos oportet diuerſificare concluſiones libellorum,& concludere ad illud, quod venit in actione, cum narratione facti. Eodem modo actio ex vendito competit ad diuerſa,interdum ad pretium.& hæc eſt ſua principalis concluſio.ff.de act.emp.l.Iulianus.§.ex vendito. Interdum ad reddendum. ff.de act.emp.l.fundi.§.ſi ruta. Interdum ad factum. ff. de act.empt.l.ſi is qui.Interdum ad reſtituendum.ff.de leg.com miſ. l. ſi fundus, & ſic concluſiones variare oportet. Item ſciendum,ꝙ actio ex locato competit ad diuerſa,quandoque ad mercedem,quandoque ad damna.ff.quib.mo.pig.taci.contrah.l.2.Item,vt colonus debito tempore colat. ff. locati.l.ſi merces.§. conductor.quandoque, vt rem dimittat. C. loca.

14 l.ædem.& l.conductores. † Item,actio ex conducto competit ad diuerſa. quandoque,vt frui liceat. ff. locati. l. ſi fundus. Item vt penſione exoneretur. ff.loca.l. & hæc diſtinctio. & l. ſi vno. Item vt domus reficiatur.ff. loca. l. ex conducto. in prin.Item ad damna,vt eo.tit. l. ſed addes.§. ſi quis dolia. Item ad exhibendum. C. loc.l. ex diui. Item ad intereſſe.ff.loc.l.nos videamus.& l.ſed addes.§.1. Item ad expenſas,& reſtitutionem mercium.ff.loca.l.dominus. Item vt liceat inuecta exportare.ff.locati.l.ſed addes §. ſi inquilinus.Item vt locator agat,vel cedat actiones. ff. loc.l. cum in plures.§.meſſem ſecundum. Iac. de Ra.Et ſic ſecuudum qđ diuerſa veniunt in his actionibus,debent diuerſæ concluſiones fieri in libellis, quæ ſatis patent ex dictis. Sed quæritur de actione oneris aduerſi,an ſit bon.fid? & eſt ſciendũ, quod hæc actio competit, quando conductor recipit rem ſuo periculo.ff.loc.l.in naue Saupheli.eo.tit.l.opus,quod aduerſione.Et nonnulli dicunt, quòd hæc actio, ceſſat hodie, & illorum opinio.videtur gl. ibi ſequi. Alij quod non ceſſat, quorum opinio.ſequitur Ioannes,in arbore, dando ei proprium circulum,& ponit eam ſtricti iuris,ponendo duplicem punctum,ſuper figura, e, quod ſignat eam eſſe ſtricti iuris, Doctor.conſueuerunt ſequi opinio.glo.& maxime Roſre. in libellis ſuis. quicquid ſit nullus negat, quin actio ex locato, ad hoc extendatur,quia illa non tollit eam in d.l.in naue. vnde cum hodie non nominetur actio in libellis. vel de iure, vel de conſuetudine,ſed facta recitantur,& concluditur,non eſt vis ſuper hoc,niſi in eo,an eſſet bon. fid. vel ſtricti iuris, quia in hoc eſſet magnus effectus,iuxta no.in d.§. vnde ſecurius eſt dicere, competere act.ex locato, quæ eſt bon.fid.

De alijs actionibus:de quibus ſit hic mentio, tactum eſt §. in ſuis materijs.& ſupra eodem,§.ſequens.& §. quædam. & remiſſum ad Specu.ti.de iu.§.generalia.ſi quis velit materias adducere, non ſufficeret tempus, nec calamus, nec papy-

15 rus.Videamus† tamen aliqua circa actionem præſcriptis verbis,quæ pro æſtimato ponitur,& dic,quod habet locum hæc actio,quando res æſtimata traditur vendenda,vt l. 1.de æſtimat.act. Sed oppo.& videtur ꝙ nunquam ſit locus huic actioni,quia aut æſtimatio facit emptionem,aut non, ſi facit emptionem, petitur pretium per actionem ex vendito, ſi non: res ipſa. ff. loca. l. cum fundus. C. de iur.do.l. quoties. & l. in rebus dotalibus.ff.commo.l.ſi vt certo. §. commodatum. de iu.dot. l. plerunque. §. pen. Ad hoc poteſt dici,ꝙ vbi res traditur æſtimata ad vtilitatem, ſeu vſum recipientis, tunc obtinent contraria.Sed vbi traditur æſtimata, ſic quod recipiens nihil debeat habere in re, nec quo ad dominium, nec quo ad vſum. dictæ leges non obtinent, ſicut in eo propoſito,tradidiſti mihi rem eſtimatam vendendam,hic non debebat mihi aliquid remanere de ea: nec in ea: ſed miniſterium debeo præſtare ad vendendum: non poteſt dici, quod ſit mihi vendita,quia eam mihi acquirerem vt non agebam. Item oppo.quia aut recepiſti gratis vendendam,& datur mandati. ff.manda.l.1.aut cum certa mercede,& datur locati, vt l. 1. & 2.ff.locat.aut ſub incerta,& datur præſcriptis verbis, quia iſte actus eſt,in quo operæ conſueuerunt optime locari. ff. de poſiti.l.1.& ſic non uidetur hæc actio obtinere.

Textus videtur hoc mouere in d.l.1. de æſtimat.act.& ta-

16 men non bene declarat, † vnde dic, quod hæc actio obtinet ſolum,quando res vendenda traditur ſub incerta mercede:& traditur æſtimata.ſi non eſſet æſtimata, competeret præſcriptis verbis,vt in contrario. Sed ad hoc caſu (quia dubitari poterat, an eſſet venditio, propter dubium, reperta fuit hæc actio,) requiruntur ergo tria, ad hoc quod hæc actio competat. Primo, quod res vendenda tradatur.

Secundo, quod æſtimata certo pretio. Tertio, quod mercede incerta, vt patet per præmiſſa. ff. eo. l. 2. Quid ergo, ſi librum meum tradidiſti ſtationario, pro vendendo pro decem, & nihil fuit conuentum de mercede certa, vel incerta, ſed de conſuetudine certum ſalarium ei debetur, videlicet duodecim denarii pro libra, queritur, qua actione agetur? Et non videtur, quod poſsit agi hac actione, cum non ſit promiſſum ſalarium,nec recipiẽs obligauit ſe ad reddendum librum,vel decem,quæ omnia videntur neceſſaria, per ſupradicta. Ad hoc dicas,quod iſtud eſſet nimis hanc materiam reſtringere. Nam hæc actio datur, quoties de nomine contractus ambigitur,vt l. 1.ff.eod. in propoſito autem ſatis dubitatur. cum non ſit contractus emptionis, nec locationis,& ſic iſta actio competit.Nec obſtat, quòd in quæſtione huiuſmodi non promiſit reddere librum aut decem, quia credo,quod non ſit neceſſarium hoc promittere in hac actione. Hæc enim actio competit, quando conueniens eſt actionem dari, nunquid conueniens non eſt, quod ex quo tibi tradidi librum meum vendendum,quod ipſum mihi reddas,vel æſtimationem,quamuis nil aliud conuenerit certum eſt quod ſic: igitur videtur hæc actio competere.

Sed quid, ſi non tradidi librum vendendum, ſed locandum: forte ad faciendum exemplaria, vel pecias &c. appreciaui librum, nunquid competit hæc actio ego non video, cur non. cum eadem ſit ratio. Sed quæritur, cuius eſt peri-

17 culum,quando † res æſtimata datur vendenda? Lex videtur dicere, quod recipientis.ff.eod.l.1.in fine.Scias,quod Io. illud intellexit,qnando res traditur æſtimata certo pretio. ſecus ſi diceretur, reddes rem, vel æſtimationem in genere. hæc

hæc diſtinctio non placet Ranfred. quia non videt cauſam, quare magis teneatur in vno caſu, quam in alio, certe imo poteſt cauſa aſsignari, quia quando dicitur, reddes rem, aut decem, videtur redditio, quia eſt pretium certum: ſed quando dicitur, reddes rem, vel æſtimationem, tunc non poteſt eſſe venditio, quia pretium eſt incertum. ſupra de contrahen. emptio. §. item pretium. Sed hæc non videtur bona, quia lex ſupponit, quod in caſu huiuſmodi non ſit venditio, ſicut nec eſt, & ſic nec cauſa, nec differentia, videntur procedere, vnde poteſt dici, quod aut res non erat venalis, & tunc pertinet periculum ad recipientem, vt l. rogaſti. ff. ſi cer. pet. aut alias erat venalis, & tunc diſtinguitur, & legitur textualiter. ff. de præſcrip. ver. l. ſi gratuitam. §. 1. & ſatis poteſt dici, quod vbi res erat venalis, non tenetur de caſu fortuito, niſi ſaltem eius culpa præcederet. ſequendo opin. Azo. Quæritur de forma libelli. [m] Ranfran. format ſic. Ago contra Mar. cui dedi codicem meum vendendum, pro decem, vnde peto, quod reddat decem, vel codicem incorruptum. Iſte libellus poteſt eſſe dubius, quia ſupponit, quod vtrunque ſit in obligatione. & tamen hoc non videtur verum, maxime, vbi nulla fuit conuentio de decem reddendis, ſeu rem, ſed ſolum liber fuit traditus vendendus pro decem, vnde videretur potius, quod liber ſit in obligatione, ſaltem in caſu, in quo extat, vnde expediens videretur, quod præmitteretur interrogatio: an liber eſſet venditus, vel non ſi reſpondeatur, venditus, petatur pretium, ſi vero reſpondeatur, non eſt venditus, petatur liber, ſi non vult reſpondere propter incertum, petatur liber, vel pretium. ff. quorum legat. l. 1. §. quia autem. & hoc ſecurius. & Ranfred. ſatis admittit. Quid ſi dedi tibi librum vendendum decem, tu vendidiſti quindecim, nunquid debes reſtituere integra quindecim? non videtur, nam cum periculum ad venditorẽ pertineat, videtur, quòd & emolumentum. ff. de regul. iur. ſecundum naturam. Sed ſecus forte, in mandato gratuito videtur, vide quod dixi ſupra de manda. §. is, qui. Item ſecus vbi non pertineret ad te periculum, iuxta, diſtinctionem, quam feci ſupra proxi. & facit de procu. l. qui proprio. §. procurator. Nunc videamus de actione præſcriptis verbis, quæ ex permutatione cõpetit, & hanc non proſequor, niſi ſolum pro libellorum formatione. Super quo
18 ſcire te volo, quod actiones quæ ex † permutatione oriuntur, tendunt ad diuerſa. nam interdum, agitur vt res detur, interdum ad intereſſe, interdum vt res data reſtituatur, vt l. cum precibus. & l. rebus. C. de rerum permu. Super quo potes dicere, quia aut interuenis ſtipulatio, & tunc agitur ex ſtipulatu, vt dict. l. cum precibus, nec credo, quod alia tunc oriatur, vt dixi in ſimili, quando pecunia conſtituitur vel mutuatur ſupra eodem, §. in perſonam. verſi. de conſtituta. Si autem non interuenit, tunc completo contractu ab vna parte, poteſt agere præſcriptis verbis, vt impleatur, quod conuenit, & compelletur reus ad hoc, ſi rem habeat, vel compelli poſsit, ſinautem ad intereſſe, vel ſi actor magis velit, poteſt agere poſt moram ad intereſſe, & eſt ſpeciale, quòd in obligationibus dandi, ſuccedat intereſſe, vt ſupra dixi in glo. ſcilicet 17. Si vero actor velit magis repetere, quod dedit, poteſt agere conditione ob cauſam. ff. de condit. cauſ. da. l. fina. & eodem modo, ſi ſua non intereſſet rem permutatam habere. ff. de præſcript. verb. l. ſi tibi. & hoc impleto contractu ex parte agentis, alias non poteſt agere, etiam ſi offerret implere, cum ſit locus pœnitentiæ. ff. de condit. cau. da. l. ſi pecuniam. in princip. Et ex his apparet luculenter, quomodo debeat concludi, ſecundum diuerſos modos agendi. Et caue: quia quando agitur ad implendum contractum, concludetur ad dandum, non ad tradendum rem, per l. fin. ff. de condit. cauſ. da. & in hoc differt a venditione. ff. de rerum permut. l. 2. Sed ſi ageretur ad tradendum, non videtur, quòd debeat reprobari libellus, quia ad minus agit, & certum eſt, quòd ille, cui plus debetur, poteſt minus petere, & facit, ff. eo. l. 2. prope fi. Item debet agi ad tradendum quando conuenit tradere tantum, ſicut ad aliud factũ. Quando autem agitur ad intereſſe, concluſio eſt clara. Item caue, quia actor habet ponere in libello, quòd rem dedit, id eſt, accipientis fecit, ſicut emptor de pretio, vt dixi ſupra de contrah. emp. §. pretium. Sed an habeat probare dominium ſuum fuiſſe, & ita feciſſe rem accipientis? Videtur quod ſic, quia alias non procederet libellus, niſi hoc poneretur, & fruſtra poneretur, niſi probaretur, ſed poteſt dici, quod nõ oportet probari, nam commodum poſſeſsionis eſt, quod releuat ab onere probandi. ff. de rei vendic. l. is qui. probato ergo, quod actor poſsidebat, quando tradidit rem. & ita fecit alium poſſeſſorem, per conſequens, præſumitur, quod & dominium, nec ille qui cauſam habet ab eo, debet referre quæſtionem de dominio,
19 vt dixi in mutuo ſupra in §. ſequens. † Sed ſecundum hoc nõ differret permutatio a venditione, & tamen text. ſupponit, quod imo differt quo ad hoc, vt d. l. 2. Sed ad hoc poteſt dici, quòd imo differt, quia ſi tradidi tibi rem, quam vendidi, tu non potes excipere, quo minus ſoluas prętium, quamuis ſit res aliena. Si tradidero tibi rem, ex cauſa permutationis, & tu excipias, quod aliena eſt, & hoc probes, potes excipere contra me, probatio tamen tibi incumbit, alias non prodeſſet poſſeſsio mea, quam tibi tradidi, & eſſet contra regulam, quod incumberet onus probandi poſsidenti, vel illi, a quo poſsidetur, contra l. is qui. ſupra allegatam, iuncta l. ſi quis conductionis titulo. C. loc. iſta videntur rationabilia, & tamen vix obtinerent iudicialiter, propter rudes factiſtas, qui vias planas ſequuntur. Si vis videre formas libellorum, vade ad ſpecul. tit. de re. permut. libr. 4. & ad Ranfred. titu. de præſcript. ver. quæ ex permu. oritur. Item in permutatione beneficiorum, non crederem concludendum ad dandum, ſed quod reſignare teneatur beneficium, ex cauſa permutationis conferendum, &c. Sed quæritur, hic actio præſcriptis verbis datur in caſibus loco actionum bonę fidei, & eſt eis ſimilis, nunquid in illis caſibus erit bon. fidei? Azo tenet quod non, vide ff. de præſcript. verb. l. naturalis. §. fin. Sed quare actiones hic nominatæ ſunt magis bonæ fidei, quam aliæ? Reſpondeo, quia contractus, ex quibus deſcendnnt, magis frequentantur, ideo requiritur magis exuberans bona fides, ſimile. ff. pro emp. l. 2. in princip. de vſucapio. l. iuſto.

a Adnotatio. Actionum. Omnes actiones, exceptis his, quæ hic in text. & gloſ. enumerantur ſunt ſtricti iuris, hoc dicit ſecundum Angel. Et diuide ſecundum eum.

b Cum aliter. Si autem contractus ſit duplex: puta quia in contractu bonæ ſidei interceſſit ſtipulatio: tunc dolus dans cauſam contractui, annullat ipſo iure. vt per Bald. in l. dolo. C. de inuti. ſtipu.

c Videamus. Hanc glo. quod in actione bo. fid. fructus veniant iure actionis, non vſuræ no. d. Mattheſi. Singul. 91. incip. nota ſingularem. & Iac. hic. doct. tamen communiter tenent contrarium vt hic per eos videre poteris.

d In princ. Ratio autem diuerſitatis eſt, vt per Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in prin. ff. de ver. ob.

e In fi. Doct. hic communiter approbant opi. Io. vt videre potes per eos.

f Mentionem. Vide Ia. in 10. col. verſi. dubitat.

g Et videatur, Vide hic Ang. in 1. col. verſi. quærit hic ſecundum Ioan. Fab.

h In glo. Diuide, & declara glo. hanc vt per do. Iacob. hic. licet communiter cum ea tranſeant.

i Vide plenius. Vide hic Angel. in ver. in gloſ. de æſtimato. & d. Ia. in 11. colum. verſic. gloſſ. in verſic. pro æſtimato nume. 79. & Bart. in l. 1. ff. de æſtimato. actione.

k Bon. fid. Vide hic Iaſ. poſt Ioan. Fabri. in 16. colum. poſt me. in verſi. in ea. glo. tenentem cum Ioan. Fab.

l Permutationis. Do. Aret. & dom. Iaſo. hic, latiſſime tractant de omnibus actionibus, quæ numerantur in hoc. §. & ſatis tamen impertinenter. cum habeant titulos ſuos proprios in corpore legum, in quibus omnes docto. latiſſime de his actionibus tractant. Tamen eſt valde vtile, in vno loco eas cumulatas inuenire: ſicut hic potes videre per eoſdem Angel. & Iaſon. qui dilatant materiam huius. §. per 18. colum. ſcilicet Angelum, Iaſon. vero. 35. col.

m Libelli. Vide hic Angelum in 33. col. poſt me. in verſic. & in hac actione æſtimatoria

1 *Matrimonium a muliere dictum.*
2 *Vxor a ſuo iure an vt procuratrix agat.*
3 *Homagium a muliere præſtandum.*
4 *Contractum matrimo. bo. fidei eſſe.*
5 *Vxor quando, creditoribus præferatur.*
6 *Hæredis res non obligantur.*
7 *Tranſmitti quæ nequeant.*
8 *Dotis cauſa quando agendum.*
9 *Actiones expreſſæ ſolæ naſcuntur.*
10 *Vxoria actio ſit priuilegiata.*
11 *Minoris res ob dotem hypothecantur.*
12 *Stipulatio quibus, an non currat.*
13 *Stipulatio bon. fidei eſt.*

14 Actio

14 *Actio ex ſtipulatu cui competat.*
15 *Dos quando reddenda.*
16 *Victo an agere liceat.*
17 *Subrogati natura.*

a FVERAT Antea [a] & rei vxoriæ act. Quidam faciunt hic
§.alij verſ. Dyn. facit verſ. Doctores citramontani, allegant
pro §. non eſt vis. caſus patet, poteſt tamen incip. Domine
imperator, ego vidi ſupra quaſdam actiones quæ ſunt bo.fid.
quæro a vobis an ſint aliæ bon.fid. Reſpondet imperator, ſic,
fuerat antea, &c. proſequere literam, &c. In gloſſ. nomen
actionis. in fine. Prima eſt vera, vnde debes ſcire, quod an-
tiquitus duæ competebant actiones pro dote repetenda, vi-
delicet rei vxo. actio. quando ſtipulatio non fuerat interpo-
ſita. & actio ex ſtipulatu, quando fuerat ſtipulatio interpoſi-
ta, hodie vero actio ex ſtipulatu in vtroque caſu, vt hic pa-
tet. Sed quare dicitur melius rei vxo. act. quam rei marita-
lis, cum dos ſit mariti, vt l.doce.C. de rei vend. Reſpondeo,
quia vadit ad repetendam dotem, quæ proprie eſt patrimo-
nium mulieris.ff.de minor.l.3.§.ſed vtrum. Vnde in his, quę
1 tangunt † iura nuptiarum, fit de nominatio a muliere, ideo
dicitur matrimonium, non patrimonium: vt dixi ſupra de
nupt. in princ. & hæc faciunt ad quæſtionem, de conſuetu-
dine curiæ Franciæ, maritus & vxor agunt, & conueniuntur
2 ſimul pro re dotali. † Pone, quod maritus habet ſe abſenta-
re, forte vltra mare, & vult, quo ad cauſas dotales, conſtitue-
re procuratricem vxorem, nunquid poteſt? Videtur quod
ſic, vt dixi ſupra de nupt. in princ. quia hæc cauſa cenſetur
propria mulieris, cum ad ipſam pertineat damnum, & lucrũ.
C.de iur. do.l.in rebus.iuncta.l.penult.§.in propria.ff.quan-
do appellan. ſit, & ita mulier poteſt interuenire.ff.de procu.
l.minor.§.penult.& l.fœminas. & hoc ſatis patet, quia ſicut
maritus, & vxor ſimul agunt, de conſuetudine, conſtante ma
trimonio, ſic pater, & filia, eo ſoluto.ff.ſol.mat.l.2.& tamen
certum eſt, quod pater poteſt filiæ committere, vt ſola agat.
C. de colla. authen. quod locum. ſecundum Iacob. & Petr.
b [b] imo videtur quod marito abſente, vel alias impedito, ſola
mulier poſsit agere, ne remaneat indotata.ff. ſolu.matri.l.2.
§.voluntatem. de iudi.l.ſi longius. de iniur.l. ſed ſi vnius.§.
ait prætor. Sed quid dices, maritus facit homagia pro rebus
dotalibus dominis, a quibus tenentur, & ſi non faciat, domi-
ni poſſunt res tenere ad manum, & fructus ſuos facere de
conſuetudine. ponamus, quod maritus eſt abſens, vel præ-
ſens, & non vult, vel non poteſt (quia forte furioſus) facere
3 homagium: † nunquid vxor: quamuis ſit fœmina, poteſt te
nere fundum, de conſuetudine regni? Poteſt dici quod ſic,
& debet admitti, per prædictam.l. ſed ſi vnius.§. filio. Alio-
quin, priuaretur fructibus rei dotalis, de quibus debet ali, &
maxime viro exiſtente inope. C.de iure dot.l. in rebus, quod
4 eſſet iniquum. Sed quæritur, vtrum ipſe † contractus matri-
monij ſit bonę fidei? & non videtur, cum dolus dans cauſam
contractui ipſum non vitiet, extra de conuer. coniuga.c. ve-
niens. qui tamen vitiat contractũ bon.fid.l.& eleganter.ff.de
dolo. ſed durum eſt dicere, quod actio ſit bonæ fid. & non ip-
ſe contractus. In gloſſ. quæ ſimiliter. in fi. & hoc ſiue dos
fuerit certa ſiue incerta. quamuis alias actio ex ſtipulatu de-
tur tantum ad incerta: vt no.C. de rei vxo. act.l. vnica. Sed
Iacob. & Petr. dicunt, quod quando eſt certa dos, datur cer-
ti condi. vt ſupra de verbo.oblig.circa princ. Sed opin.gloſ-
ſatoris, videtur melior. In gloſſ. ſcilicet ex vtraque. in fin.
5 vir tamen non habet priuilegium, vt præferatur † creditori-
bus anterioribus, cum hoc non reperiatur: vt no. C. de rei
vxor. act.l.vnica. in princip. ſecundum docto. ſed extraneus
dans dotem non habet hypothecam, quamuis ſtipulatus ſit
ſibi dotem reddi, niſi prouiderit ſibi expreſſe. ſecundum Dy.
ſed quæritur, an actio ex ſtipulatu, quæ competit marito, ſit
bon.fi. Iac. dicit quod non. per hanc literam cum dicit, cuius
prouidentia, &c. Sed Petr. dicit contrarium, quia lex trã-
ctat ſimul de vtraque: dicit eam eſſe bon. fid. vnde intelligi
debet, quod de vtraque loquatur, vt ſeruetur æqualitas.ff.de
leg. 1.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.in authen. de æqua dot. quaſi
per totum. Sed in ea, quæ datur extraneo danti dotem, & ſti-
pulanti dotem ſibi reddi, poteſt eſſe vera opin. Ia. In gloſſ.
ſed nunquid, in fin. hanc ſequuntur hic Iacob. Petr.& Dyn.
Nec obſtat, in auth. de æqua.do.§.his conſequens.C.qui po.
in pig. ha. authen. quo iure, quia loquitur de creditoribus,
qui non ſunt anteriores: quia ſi ante mutuaſſent, mulier non
præferretur eis, & ita no. in d.§. his conſequens. & d.l.aſſi-
duis. & ita reſpondet Pet. hic. & hæc opin.practicatur vbi-
que. Opinio tamen Mar. erat magis fauorabilis, & videtur
fuiſſe de mente imperatoris, illi ergo, qui habent expreſſas
anteriores, præferuntur mulieri, hoc verum, in bonis tunc
extantibus. Quid in bonis quæſitis, poſt conſtitutionem do-
tis? Glo.dicit, quod ſemper prior præfertur, vt no. in l.aſſi-
duis. Doct. conſueuerunt dicere, quod imo mulier: ad inſtar
fiſci.ff.de iur.fiſci.l.ſi is qui. & hoc in bonis viri. Quid in bo-
nis ſoceri? gloſſ. dicit idem, ſi ipſe recipit dotem, vel filius,
eius voluntate, vt no. in d.l.aſsiduis: in auth. de æqua. do.§.
illud. Sed quid de bonis hæredis, qui ſucceſsit viro, nunquid
obligantur? Glo.dicit, quod non: vt no.in d.l.aſsiduis, quod
eſt verum, niſi eſſent nata, ex bonis teſtantis.ff.de pig.l. Pau-
lus.§. 1. Quid ſi teſtator ea obligaſſet expreſſe? Verbi gratia
obligauit bona ſua ac hæredis ſui: nunquid bona hæredis
erunt obligata, ex quo teſtator expreſſe ea obligat? Videtur,
quod ſic.ff.de ma.te.l. ſi quis ita la 1.§.1. de lega.2.l. vnum.
6 ex fa.§. ſi rem. argumen. † contra. C. de teſtamen. ma.l. ſer-
uo. Hoc videtur verius, quia alienam rem non potuit obli-
gare: licet potuerit eam legare. ſupra de lega.§.ſi res aliena.
& ſic non obſtat d.l. vnum ex fa. Ad l. ſi quis ita. poteſt dici,
quod teſtator poteſt ligare manum hæredis, ſic quod manu-
mittere non poteſt, vt ibi: & ſeruum eius afficere: quia fa-
ctum eius, videtur factum hæredis: cum reputentur eadem
perſona: directam autem libertatem, dare non poteſt, quia
illa ſolũ nititur ex perſona teſtatoris, hæc ratio non eſt mul-
tum ſufficiens. Et eſt forte, quare teſtator, non poteſt dare
directam libertatem ſeruo hæredis, & tamen non poteſt pro-
hibere, & eam impedire, tamen videtur econtra, propter
fauorem libertatis, ſed hoc non eſt de præſenti materia. In
c gloſſ. vis facienda eſt ibi: qui. po. in pigno. ha.l. fin. [c] gloſſ.
videtur velle, quod ſi mulier habeat filios, ex alio matrimo-
nio, ſeu nepotes, quod competat eis hoc priuilegium. &
idem & clarius ſentit.ff. de ſolu. matrim.l.etiam. in princip.
de re iudic. l. & ſi fideiuſſor. in gloſ. fin. In eadem gloſſ. ibi
d cum allega.l. minor. hanc approbant omnes, [d] quia perſona
procuratoris reputatur perſona domini: nec eſt durior con-
ditio procuratoris, quam domini, niſi in ſatiſdando.ff.de pro
curator. l. ſed & hære. §. defendere. ſecundum Dyn. & pa-
tet.ff.de re iudica.l.ſi cum procuratore. de dam. infect. lege,
qui bona fide. §. penult. & hoc non habet dubium de ſimpli-
ci procuratore, ſed de procuratore in rem ſuam, poſſet du-
bitari. Verbi gratia, mulier ceſsit actionem de dote alicui,
nunquid ille gaudebit priuilegio? Et videtur quod non: per
hanc literam: cum ipſa mulier, &c. vbi videtur expeditum.
Præterea, priuilegium, quod non eſt tranſmiſsibile ad ex-
traneos hæredes: non eſt ceſsibile.ff. de minor. l.quod ſi mi-
7 nor.& ibi nota. † iſtud autem non tranſmittitur ad hæredes,
vt ſtatim dictum eſt, ergo nec ad ceſsionarium, pro hoc fa-
cit, quod priuilegium actionum tutelæ, non tranſit ad ceſ-
ſionarium.ff.de adminiſtra. tutel.l. ex pluribus. & l.ſi mino-
re. Sed contra.C.de priuileg. fiſci.l. fina. Sed ibi in alio pri-
uilegio, quod eſt verius: iſtud autem modificatum eſt, vt ip-
ſa mulier habeat tantum. In eadem gloſ.ibi cum allegat le-
e gem finalem. hoc verum [e] vt præferatur anterioribus, ha-
bentibus tacitam hypothecam. C. de iur. dotium. l. vbi ad-
huc. Sed an vir habeat tacitam hypothecam in bonis mulie-
ris pro reddenda donatione, propter nuptias, quę vt ſcis red-
di debet, ſoluto matrimonio: vt no. in auth. dos data.C. de
dona. ante nuptias? Iacob.dicit, quod ſic. vt ſeruetur æqua-
litas. in authen. de æqualita. dot. per totum, ſed non repe-
ritur lege expreſſum: ideo non eſt tutum, hoc aſſerere. In
eadem gloſſ.cum allegat l.ſi conſtante. gloſſ.hic non quærit.
quando naſcitur actio de dote, ſed quando mulier poteſt ex-
8 periri. † Vnde non eſt idem, vt videbis. Quæritur ergo,
quando naſcitur actio de dote? Hæc quæſtio eſt antiqua. qui-
dam

dam dicunt quod oritur a tempore contracti matrimonij. Alij ꝙ demum ſoluto matrimonio, niſi in caſibus, in quibus poteſt agi matrimonio cōſtante, quos dic plene, vt ff. ſol. ma. l. 2. in prin. & hanc opi. tenet gl. ſuper verbo actione in prin. ff. de bo. dam. l. ſed ſi alia. in fi. Iac. de Ra. tenet hic, ꝙ oritur a tempore contracti matrimonij. & alias quaſi pro expreſſo. ff. de pact. l. iur. gen. §. quinimo. ibi enim dicit, ꝙ pactum appoſitum tempore conſtitutionis dotis, informat veterem actionē: ergo erat nata, alias non informaret, hoc probat etiam per d. l. ſed ſi alia. §. fi. dicit tamen, ꝙ eſt inefficax, conſtante matrimonio, niſi in caſibus, quibus durante matrimonio agi poteſt. Dy. & Pet. tenent opi. gl. quæ fuit Azonis: non per rationem gl. quæ non valet vnam muſcam, ſecundum Dy. Intēdit enim probare gl. ꝙ hæc actio oritur, ſol. mat. quia ex tunc incipit præſcriptio per l. in rebus. §. omnis. C. de iur. do. quæ ratio, non valet: quia dato, quòd eſſet ante nata, non curreret præſcriptio, quouſque poſſet efficaciter intentari, vt l. 1. §. fi. C. de an. excep. quod non poteſt, niſi ſol. mat. Sed ipſe oſtendit, vt dicit incommutabiliter. Certū eſt, ꝙ vbi obligatio contrahitur ſub conditione expreſſa, vel tacita, quę ſe habebit ad eſſe, vel non eſſe, non naſcitur actio, niſi in euentum conditionis. ff. de verb. ſig. l. cedere diem. ſed in actione intelligitur tacita conditio. ſi matrimonium non fuerit diſſolutum, culpa mulieris. C. de repu. l. conſenſu. ff. ſolu. ma. l. Lucius. ergo, actio non oritur ante, ſecundum eum: tacita enim conditio facit actum conditionalem. ff. de pac. l. item quia. & ibi de hoc. Pet. de Bel. perti, facit eandem rationem. & vltimo allegat pro expreſſo. ff. de pac. l. iur. gen. §. ſed cum nulla. Illæ leges reuoluuntur ad vtrunque propoſitum, prout ibi no. gl. ſed multum bene facit pro hac opinione C. de repu. l. 1. ibi: ideoque ipſo iure dotis actio non competit &c. etiam facit pro, & contra. ff. de tute. & ra. diſtra. l. ſi tutor. reipu. §. fi. & l. niſi finita. Ad ll. contrarias poteſt reſponderi, prout in qualibet no. de hoc no. etiam. ff. de do. præle. l. pater. In ea. gl. ibi & hoc ſubaudi, quod dicitur in hoc §. non referas ad hoc, quod dictum eſt ſtatim in gloſſ. In ea. glo. ibi cum allegat. §. accedit. dic, vt ibi, & intellige pactus, id eſt, ſtipulatus. ſi ſit extraneus. ff. ſol. mat. l. quoties. C. de iu. do. l. auia. de pac. conuen. l. 1. In ea. gl. in fi. hæc gl. eſt multum probabilis, ſi filia viuat. ſed ſi ſit mortua, & maxime ſine liberis, poteſt dubitari. & non vř, ꝙ habeat priuilegium, cum non reperiatur lege cautum, imo iſte §. facit ad contrarium. Hęc ſufficiunt iuxta gl. tamen aliqua tangam vltra quæſtiones quæ faciunt ad intellectum huius §. & materiæ, quæ ſolum ponam. Primo quæro. hic dicitur, ꝙ mulier habet tacitam hypothecam, & priuilegium pro dote ſua. Quid ſi ſibi prouidit de ſpeciali cōuentione, de expreſſa hypotheca, quæritur, nunquid oriatur iſta tacita? iſtud conſueuit tangi iuxta l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. ha. Et doc. conſueuerunt dicere, ꝙ ſic, & reſpondent ad l. fi. C. de pact. con. ꝙ in alio caſu. loquitur, prout etiam ibi ſatis no. Videtur elegantius poſſe dici, ꝙ olim, vbi ſtipulatio intercedebat, nō erat locus rei vxo. act. & ſic nec hodie taci-
9 tæ ſtipulationi, vel hypo. quæ eius loco ſuccedit. † Dic ergo, ꝙ vbi ſtipulatio & hyp. exprimuntur, illæ ſolæ naſcuntur, & agitur ex eis, alias ex tacita. & hoc dicit d. l. 1. de rei vxo. act. Sed de alio, poteſt quæri, nunquid illa expreſſa eſt priuilegiata ſicut iſta? Et in illa præferatur mulier habentibus tacitas, ſicut in hac. Ad hoc ꝙ quæſtio procedat, memento, ꝙ expreſſa non præfertur anteriori tacitæ. per l. C. rem alie. ge. l. 1. quamuis gl. videtur dicere contra. ff. qui po. in pig. l. ſi pignus. Reprobata ergo illa gl. & ſuppoſita opi. doct. pro vera, quæritur primo, an agens ex ſtipulatione, vel hyp. expreſſa, præferatur habentibus tacitam? & videtur, ꝙ non, quia priuilegium, quod datur actioni de dote, non datur, ſi alia actione agatur. ff. de neg. geſt. l. diuortio. cum ibi no. & facit. ff. de re iud. l. ſed hoc ita. Sed poteſt dici contra, per hunc §. nam hoc priuilegium datur in fauorem mulieris. igitur quacunque actione agat, vt detur priuilegium debere habere, cum videatur potius concernere perſonam, quam actionem, pro hoc benefacit. ff. de priuileg. cre. l. 2. circa prin. de fideiuſſ. l. tutor. de conſti. pecu. l. 3. de dona. l. qui id quod. & in l. diuortio priuatur priuilegio propter ſuum delictum, vt ibi no. Idē diceretur, ſi altera eſſet expreſſa, vel ſtipulatio, vel hypotheca ſolum. Occaſione huius, quæramus de quadam quæſtione, quam mouet hic Dy. videlicet, an actio de dote ſit priuilegiata, vel ipſa mulier? Dy. dicit, quòd quidam magnæ au-
10 thoritatis dicit, quod mulier eſt priuilegiata, † non actio, quia ſi actio, vel cauſa eſſet priuilegiata, priuilegium non extingueretur cum perſona. ff. de regu. iu. l. in omnibus. de priuileg. cre. l. priuilegia. & tamen de iſto eſt certum, quod extinguitur cum perſona. C. de priui. do. l. vnica. Ipſe dicit, quod imo actio eſt priuilegiata, fauore mulieris. per dictam l. vnicam. vbi videtur dicere tex. quod priuilegium adhæret actioni. Sed quid ſi mulier non petat dotem, ſed petat alimenta, nunquid hoc vtitur priuilegio? Spe. dicit quod ſic, in Spe. de do. inter virum & vxo. §. formatis. ver. ſed nunquid bona.
11 Item, quid ſi maritus, † ſit minor annis, nunquid bona eius obligantur? Dic, quod ſic. C. de legit. tuto. l. ſi. Poſſet etiam hic adduci tota materia, de l. vnica. C. de rei vxo. actio. & de l. vbi. C. de iur. do. vade illuc ad gl. & doc. & ad ea, quæ ibi ſcripſi in breuiario. Poſſet etiam hic tangi, an lex 1. C. de iur. do. & l. 1. C. de dotis promiſ. ſint correctæ? de quo agitur ſatis in earum ſingulis, & maxime in l. 1. C. de iur. dot. Sed quæro, quid ſi materia non conueniat ſtipulationi. Verbi gratia, cum tractaretur de dote, vir petebat nemus, alias offerebat fundum, vel pretium, & in hoc conſenſerunt, vel forte promittens erat abſens, nunquid poteſt agi ex ſtipulatu? Non videtur. ff. de verb. oblig. l. 1. Ego credo, quod difformi-
12 tas, † ſeu abſentia non vitiant in hoc caſu, quia hæc ſtipulatio procedit poteſtate legis ex nudo conſenſu, & ſine verbis, igitur nulla forma, eſt attendenda, ſed ſolus conſenſus. Vbi tamen eſſet materiæ defectus in re, quæ debet dari, quia promitteretur in dotem res, quæ non eſt in rerum natura, vel impoſſibilis, tunc nec ſtipulatio ficta oriretur, niſi in caſu, quando generis incertum promitteretur, nam tunc cōpeteret hæc actio. ff. de iur. do. l. cum poſt. §. gener. Sed ſtipulatio expreſſa in aliō caſu non valeret. ff. de verb. oblig. l. triticum.

f Quid ſi contrahentes, eſſent muti f vel alter eorum? Credo ſtipulationem fingi, nam inter abſentes fingitur, vt l. his verbis. ff. de adop. quamuis non poſſit eſſe expreſſa. Quid ſi non fuerit conſenſus? Verbi gratia, cum pater differet filiā nuptui collocare, filia cōtraxit patre ignorante, maritus agit contra patrem, vt conſtituat filiæ dotem iuxta illa, quæ notantur. ff. de actio. & obli. l. obligamur. de iure dot. l. cum poſt §. nuptijs. Quæritur, nunquid competat hæc actio ex ſtipulatu, & an hypotheca? Non audeo dicere, quod ſic, cum nullius conſenſus fuerit, & lex illa de rei vxo. act. videtur loqui; vbi conſenſus, vel promiſſio interuenit. Sed quid prodeſt adinueniſſe hanc fictam ſtipulationem, cum pactum etiam nudum ſufficiat C. de dotis promiſſi. l. ad exactionem? Reſpondeo propter maiorem firmitatem, ſtipulatio enim, firmior contractus eſt, & ideo dicitur a ſtipite, vt dixi ſu-
13 pra de verborum oblig. in prin. † Sed quæro, nunquid actio, ex ſtipulatu, quæ oritur ex expreſſa ſtipulatione, ſit bonæ fidei? Credo, quod ſic, nam lex vnica, C. de rei vxo. act. loquitur, ſiue ſcripta fuerit ſtipulatio, ſiue non ſcripta. Si fuerit ſcripta, ſupponitur interpoſita. ſupra de inutil. ſtip. §. ſi ſcriptum. Vnde in d. l. 1. ſatis exprimitur, quod ſi fuerit ſtipulatio interpoſita expreſſa, agitur ex ea, & ſemper eſt bonæ fidei. Sed an actio hypothec. eſt bo. fid. hoc caſu? Credo, quod non. nec hoc dicit hic tex. imo contrarium verum eſt, quia cōpetit pro omnibus, pro quibus actio ex ſtipulatu, quia eſt eius acceſſoria, ideo dicitur ei data, hic in text. Tene ergo, quod vbi ſtipulatio, & hypothe. expreſſe interponuntur, nullæ naſcuntur tacitæ, ſicut nec olim rei vxor. actio naſcebatur, ſed vbi non fuerunt interpoſitæ, vel inutiliter, ſupplentur a lege, & in omni caſu actio ex ſtipulatu eſt bonæ fidei, hypothe. eſt ſtricti iuris, & hoc ſatis declarant tex. in d. l. 1. de rei vxo. act. in princip. & §. illo. & hic. Sed quid, ſi mulier agit, ex hypothecaria tacita, creditores offerunt ſibi dotem nunquid tenetur recipere? Conſueuit dici, quod ſic, ſi agat ad dotem pro pecunia, ſecus ſi pro alimentis. vide C. qui pot. in pig. ha. l. cum tibi. Sed nunquid, hæc hypo. tacita competat proportione, quam

quam quilibet bonorum obligatorum,poſsidet ? Satis vide-
tur ꝙ ſic.ff.de iur.fiſ.moſchis.C.de defen.ciui.l.fi.communia
de leg.l.1.& ideo expedit magis expreſſam habere obligatio
nem,& ex ea agere,quam hanc tacitam. Quæritur,cui com-
14 petit † hæc actio ? Hic diſtinguendum eſt,inter dotem pro-
fectitiam,& aduentitiam,pro profectitia repetenda,compe-
tit hęc actio patri,& filiæ.vt l.2.ſol.mat.niſi pater eſſet ſtipu
latus incontinenti.ff.ſolu.matri.l.quoties.C.de iur.do.l.auia.
vel niſi eſſet dos magna, & ſperaretur eſſe locum collationi.
C.de colla.auth.quod locum. tunc enim ſola filia poſſet age-
re,vt ibi,pro aduentitia agit filia,cum conſenſu patris,vel ſi-
ne conſenſu,ſi ſit emancipata,de hoc no.ſatis ple. ff. ſol. ma.
l.2.in gl.no.C.de colla.auth.quod locum.de bo.quæ lib.l.fin.
§.neceſsitatem.in magna gloſ. Sed iuxta hoc poteſt dubitari,
pater ſtipulatus eſt ſibi dotem reddi,agit hac actione,& mor
tuus eſt,pluribus relictis hæredibus,quæritur,ad quem perti
nebit hæc actio,vtrum tranſibit ad filiam , vel ad omnes hæ-
redes ? expreſſum videtur,ꝙ ad ſolam filiam. C. de rei vxo.
ac.l.vnica.§.videamus.& §.accedit.Iac.intelligit illud eſſe ve
rum in ſtipulatione legali, & in actione , quæ eſt communis
patri,& filiæ,ſecus in ſtipulatione expreſſa,per ipſum facta ,
iuxta d.l.quoties.ſol.mat. Glo.videtur contrarium notare in
§.videamus.quæ dicitur,& videtur verior per §. illo procul.
in l.vnica. de rei vxo.ac.& per auth.ſed quamuis. Vnde, cũ
ſit paternum officium,filiam dotare, in dubio præſumam eũ
ſemper ſtipulari ad opus filiæ,ſaltem poſt mortem.Sed forte
opi.Ia.poſſet procedere, vbi ſtipularetur ſibi , vt extraneo.
Quæritur quando poſsit hæc actio intentari ? certum eſt, ꝙ
pro immobilibus,ſaltem ſol.mat.pro mobilibus, & incorpo-
ralibus,poſt annum.C.de rei vxo.act.l.vna.§.exactio. Doct.
dicunt ibi,quòd ſi mobilia extent,ſtatim ſunt reddenda, per
l. debitoribus.ff.de re iudi. melius.ff.ſol.ma.l.diuortio.§.non
ſolum.Sed ſuppoſito.ꝙ poſt annum , quid erit de fructibus ,
& fœtibus,medio tempore perceptis ? Videtur,ꝙ ſint viri ,
vel eius hæredis,vt no.ff.re amo.l.ob res.eo. tit. l. mulier. §.
rerum. Sed mulier interim aletur,vt no.in d.§.exactio.& in
fra domo viri,ſi fieri poſsit ſine ſuſpicione,vt no. in Spe. qui
fi.ſint le. verſic. nunc dicamus.cum ſeq. & forte maritus de-
bet ſatiſdare.ff.ſol.mat.l.ſi conſtante. §. quoties . cum no.
15 † Quid ſi dos ſit in nominibus ? Expeditum videtur , quod
debet fieri reſtitutio poſt annum . vt C.de rei vxo.act.l. vni-
ca.§.exactio cum dicit,incorporalibus. Super hoc poteſt di-
ci,quod ſi nomina competebant pro mobilibus,debent iudi-
cari pro mobilibus . & pro immobilibus tanquam immobi-
lia,ſic poteſt determinari per ea,quæ notantur in authen.de
non alie.§.vult enim.ff.de verbo.ſign.l.mouentium. Ego cre
derem in hoc multum aduertendum,an nomina ſint exacta ,
an non ſint exacta. Si ſunt exacta , & per ea deuentum ſit ad
corporales res,ego crederem ea ſtatim reſtituenda.

Quid enim, ſi fundus fuit inſolidum datus pro debito mu
lieris pecuniarium ? Credo eum ſtatim reſtituendum. Et cõ
tra ſi actio competebat,pro immobili.& poſſeſſor fuit condẽ
natus ad intereſſe,crederem intereſſe reſtituendum poſt an-
num,quaſi mobile.ff.de iu.do.l.cum in fundo.§.ſi fundus.de a
pig.ac.l.ſi conuenerit.2.Quid ſi nihil fuit exactum,& mulier
agit,quod vir ei cedat actionem,iuxta l.Mæuia.ff.ſolu. ma.l.
ſi ſocer.§.1.Ego non video,cur ſit annus expectandus,maxi- b
me,vbi vir nullas vſuras recipere poteſt,hoc pendẽte. Quid
ſi redditus,fuerunt dati in dotem?Expeditum videtur,quod
debeant reſtitui poſt annum,quia ſunt incorporales , vt d. §.
exactio.ſed contra.ff.ſol.mat.l.diuortio.§.non ſolum.& §. in
ſeruo.Item quia reputantur loco immobilium , extra, de re.
eccl.non alie.c.1.in cle.quod vř ęquum,intellige ergo,ibi in
corporalibus,id eſt,nominibus. Quid de vſufructu , vel alia c
ſeruitute incorporali ? Crederem idem.ff.ſol. mat.l.vſufru. d
non poſſum negare,quin fiat vis literæ,ſed propter æquitatẽ
vř ita dicendum.Forma libellorum ſatis apparet. Si vir agit e
poteſt ſic dicere, Dico,quod cõtraxi matrimonium cum Ber f
ta,pro qua T. promiſit mihi centum in dotem , quæ recuſat
ſoluere minus iuſte , quare peto ipſum condemnari &c. Vel
ſi mulier,vel eius hæredes agant contra virum, vel eius hæ- 1
redes,dicent ſic, Dico,quod dudũ cõtraxi matrimonium cũ 2
tali,cui dedi,vel alius pro me centum in dotem . Vnde cum
matrimonium ſit diſſolutum,& dos ſit in cauſa reſtitutionis,
peto &c. Libelli ſunt ita plani in actione ex ſtipulatu , & in
hyp. quod eſt pluſquam ridiculum ſcribere . De vno tamen
poſſet dubitari : nunquid actor,habet eligere vtrum agat ex
expreſſa ſtipulatione,vel hypoth. vel ex tacita , vel an poſsit
vtraſque cumulare,non adſtringendo ſe ad probandum, niſi
quod ſufficiat? Et ego credo,ꝙ debet declarare , & ſe reſtrin-
gere,vel ad expreſſas tantum : vel ad tacitas tantum,quia vt
ſupra ſcripſi : quando ſunt expreſſæ non oriuntur tacitæ,nec
16 concurrere poſſunt.† Item expreſſa hyp. datur pro ſolido:ta
cita pro portione : vt ſupra dixi . & ſic cum ſint diuerſæ , &
diuerſas condemnationes habeant, & effectus , debet eligere
actor.ff.de tribu.l.quod in hæredem.§.eligere. Sed quid ſi
agẽs ex expreſsis ſuccubuit, nũquid poteſt redire ad tacitas?
Videtur ꝙ ſic : ſi appareat,ideo ſuccubuiſſe : quia non proba
uit expreſſas.Sed ſi abſoluatur a toto negotio : non videtur .
ff.de excep.rei iud.l.ſi mater.§.ſi quis. & l.ex ſextâte. in pri.
de iureiur.l.duobus.§.exceptio. Sed ſi agens ex tacita,ſuccũ-
beret, non crederem, ꝙ poſſet redire ad expreſſas , niſi ideo
ſuccubuiſſet : quia male egiſſet,intentando tacitas. non ſunt
plura. Licet calores intenſi.impediant intellectũ, & calamũ ,
viam tamen brocardicam,ad quam is . §. conſueuit allegari ,
17 non pœnitus prætereo : videlicet an actio ſubrogata † ſapiat
naturam actionis,loco cuius ſubrogatur ? Super quo Pet.di-
cit hic,ꝙ interdum ſubrogatur per viam ſuppletionis, & ſor
titur eius naturam.Exemplum de actione vtili, quæ compe-
tit,qñ bipes dat damnũ: quæ ſuppletur ad illam,qñ quadru-
pes damnum dat.ff.ſi qua.pau.fe. di.l.pe.Interdum per viam
ſubrogationis : tunc aut fit per legem, & ſortitur naturam il
lius,pro qua ſubrogatur,vt hic,niſi cauſa pro qua ſubrogatur
aliud inducat . ſicut in actione in factum,quæ ſubrogatur lo-
co act.de do.ne infamet.quę quo ad hoc non ſortitur eius na
turam, ſed quo ad aliam. ff. de do. l. non debet.de exce.do.l.
apud Celſum.§.Celſus.Interdũ ex conuentione partium, &
tunc ſortitur eius naturam quantum ad principale debitum ,
ſed non quo ad acceſſoria:vt ſi ſtipulor,rem in qua mihi con
demnatus es ex actione ex ſtipulatu , non ſortitur eandem na
turam,vt ex ea fiat executio.ff.de re iud.l.4.§.ſi ex conuẽtio-
ne.Interdum,per viam cumulationis,& tunc,aut cumulatur
per legem,& non ſortitur naturam.ff.de pec.l.3.§. idem. de
noxa.l.quoties.aut per conuentionem,& tunc aut per modũ
principalis,& non ſortitur naturam vt ſi ſtipulor mihi decẽ,
quæ debes ex contractu bo.fi.actio ex ſtipulatu non eſt bo.fi.
ff.pro ſocio.l.ſi quis.de conſti.pec.l.item illa.§.1.fallit. ff. de
do.l.qui id quod.aut per modum acceſſorij:& ſortitur natu-
ram eius,cuius loco ſubrogatur.ff.ſi quis cau.l.ſi eum. §. qui
iniuriarum.& vt leg.no.ca.l.1. §. ſub conditione. ſecundum
Pet.de Bel.pert.Hęc eſt via brocardica,in qua non reperitur
finis,ſicut nec in alijs.Item facit is §. ꝙ eccleſia vnita alteri ,
transferuntur priuilegia.dixi ſupra de fideic. hær.peti.§.ſed
quia.& iunge infra eo.§.fi.ver.item de dote.

a Aonotatio. Fuerat antea. Actio rei vxoriæ , quæ olim pro dote competebat, eſt hodie transfuſa in actionem ex ſtipulatu , cum omni ſuo iure , quæ actio eſt priuilegiata reſpectu hypothecæ, & prioritatis ſeu prælationis . hoc dicit .

b In fine.Hanc vltimam opi.glo. do. communiter ſequuntur hic . Multum tamen inter ſe altercantur , an dos confeſſata , de cuius actuali numeratione non conſtat,habeat priuilegia : de quibus hic & in l. aſſiduis . C. qui pot. in pig.ha.& vide hic do.Iaſ.dicentem,ꝙ ceſſio ſemper præſumitur ſimulata,quã do pretium pro quo facta fuit,non apparet in veritate ſolutũ,item ꝙ per quæcunque verba a debitore prolata,non impenditur exceptio,non numeratę pecuniæ.Item quòd exceptio non numeratæ dotis non competit , niſi quando maritus confeſſus fuit,ſe recepiſſe ab vxore,vel eius patre,ſecus ſi a tertio , ꝙ eſt notandum.Ita do.Iaſo.ſuper hac gloſſ.hic in 19.col.ante fi.ver. gl. in ver. creditoribus.

c L.fi.Vide hic doct.quando pater aut mater teneantur dotare filiam .

d Approbant omnes.Vide hic do.Iaſ.in 23.colum.verſic.in fi.hanc gloſ.poſt prin.col,

e Hoc verum.Idem do.Iaſ.hic in 2.no.

f Muti.Vide Ang.hic in 3.col.circa prin.tenentem. ꝙ habeat locum hæc ſtipulatio ficta,in muto.quia potuit ſtipulari per ſigna.Et vide hic do.Angel.in hoc.§.qui quærit de multis quæſtionibus , valde vtilibus,in hac materia , de quibus hic per eum & per do.Iaſ.hic.

1 *Libera poteſtas quatenus accipienda.*

2 *Repetere quis poſſit .*

3 *Compenſationi quando locus ſit.* 5.6.7.8.9.10.12.13.14.15.16.20.
4 *Genus quando ut ſpecies iudicandum.*
11 *Compenſationis effectus.*
17 *Compenſandi cui ius ſit.* 18.19.

a IN Bonæ fidei [a] Autem iudicijs. Semper proſequitur na-
turam actionis bonæ fidei. & bene continuatur. Caſus hu-
iuſmodi.§.poteſt ſic incipi. Domine, ego vidi ſupra, quòd
quædam actiones ſunt bonæ fidei, quædam ſtricti iuris. Po-
namus, quòd tu debebas mihi decem ex vẽditione libri mei,
& ego debebam tibi quinque ex alio contractu. ego agebam
contra te, & petebam x. tu dicebas excipiendo, vos debetis
mihi 5. ex tali contractu, volo, quod illa 5. compenſentur:
nunquid bene dicis? Reſpondet imperator præmittendo v-
num dictum generale, quod in bonæ fidei iudicijs libera po-
teſtas, &c. & ideo ſi quid inuicem, &c. proſequere iuxta te-
norem literæ, vſque ad finem. Super text. libera poteſtas,
1 not. quod libera poteſtas, † reſtringitur ad ea, quæ ſunt de
bono & æquo: & ideo ſi procurator cui data eſt libera pote-
ſtas, fraudem committeret, non noceret domino. ff. manda.
l. creditor.§.penult. & facit, quòd ſi iudex de legatus iniuſte
procedat, proceſſus ſit nullus, quia non videtur ſibi manda-
tum, quod procedat inique, & hoc tenent docto. iuris cano.
vide. C. de erro. cal. l. 1. vbi ſcripſi. In gloſſ. quæ except. ibi
b cum alleg. l. dolo. doct. approbant [b] hanc rationem: & ſuper
iſta dicunt fundatam æquitatem compenſationis, alia tamen
redditur. ff. de compen. l. 3. in tex. & illa videtur melior. tum
propter authoritatem tex. tum quia illa regula habet locum,
quando idem debet reſtitui. hic in materia compenſationis
c non idem, ſed tantundem. In ea glo. in fin. [c] quidam dicunt
quòd imo eſt differentia, quia exceptio compenſationis po-
teſt opponi, poſt ſententiam. ff. de compenſa. l. ſi cum militi.
§. 1. C. eodem. l. ſi conſtat. Sed exceptio doli non: quia, eſt
peremptoria, & peremptoria non poteſt opponi poſt ſenten
tiata. C. ſent. reſcin. non poſſ. l. peremptorias. Hanc diffe-
rentiam non approbant doct. dicunt enim, quod cum exce-
ptio doli nitatur eadem æquitate, qua exceptio compenſa-
tionis, poteſt opponi poſt ſententiam, ſicut exceptio com-
penſationis. C. de nupt. l. ſi liberam. Alij dicunt quòd erat
2 differentia, quia † tutus exceptione compenſationis, pote-
rat repetere, ſed non tutus exceptione doli: quia odioſa. ff. de
conditio. indebi. l. qui exceptionem. Sed & hanc etiam im-
pugnant, quia tutus exceptione odioſa, quæ eſt contra ius
commune, non poteſt repetere, ſed tutus exceptione odio-
ſa, cui ius commune aſsiſtit, poteſt repetere, vt couſueuit no
tari iuxta dict. l. & probatur. ff. de cond. cauſa da. l. qui ſe de-
bere. Quæ ergo erat differentia? doct. Iacob. & Pet. viden-
tur concludere, quod nulla in effectu, ſed ſolũ in modo con-
cludendi, & proponẽdi propter quod ſcias. ꝙ ſicut in actioni
bus proponendis, eſt quædam formula: ita in exceptionibus
ff. de fur. l. ſi ſeruus nauem. de flu. l. 1. §. Labeo. hæc autem
formula erat diuerſa in actione bon. fi. & ſtricti iuris, quia in
actione bonæ fidei opponebatur directe exceptio compenſa-
tionis ſed in actione ſtricti iuris, non opponebatur, ſed dice-
batur, tu debes mihi tantum ex tali cauſa, ſi ſoluerem tibi ex
cauſa, qua petis, oportet te mihi reſpondere, dolo facis quia
petis, quod reſtituturus es, & ſic hæc differentia erat quo ad
verba, & modum proponendi, & concludendi, ſed non quo
ad effectum: & ideo imperator hoc ſubticuit in hoc. §. Hoc
non videtur verum, quia text. ſupponit, aliquam fuiſſe diffe-
rentiam in effectu. alias inutiliter fuiſſet facta hic differen-
tia, imo nil intereſſet. ff. de regu. iur. l. nihil intereſt. Ideo dic,
quod erat differentia, quia in actione bon. fid. compenſatio
pertinebat ipſo iure: in act. ſtricti iuris non, & hoc dicit iſte
text. in ver. ſed noſtra. & in hoc eſt magnus effectus: vt pa-
tet. ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus. Item, in repetitione, quia ſo
lutum poterat repeti in bonæ fid. contractibus, ſed ſtricti iu-
ris non, & hoc videtur expreſſum. ff. de condi. indebit. l. qui
inuicem. & ibi not. Nec obſtat, quòd tutus exceptione odio
ſa, cuius commune aſsiſtit, poteſt repetere: quia verum eſt,
vbi competit exceptio, qua non propoſita, ius ſuum lædere-
tur omnino, ſed hic in nullo læditur: quia poteſt agere, ſicut
in primo, & in poteſtate ſua erat excipere, vel agere, ideo
non repetit, ſed hoc non videtur bene procedere, quicquid
ſit, tamen hodie, etiam in contractibus ſtricti iuris, poteſt
repetere, tanquam indebitum, cum ipſo iure in vtroque mi-
nuat, & ita poteſt repetere. ff. de impen. in re. do. fac. l. quod
dicitur. §. pen. iuncta. l. qui inuicem ſupra allega. Item erat
effectus, quia in contractibus bon. fid. non competebat pro
parte actio, quæ poterat compenſari, cum minueretur ipſo
iure, & æquipararetur ſolutioni. ff. de liber. cauſa. l. vel permu
tauit. ſecus in contractibus ſtricti iuris, quia exceptio doli
non tollit actionem, licet elidit. C. de iud. l. licet. Item poteſt
dici, non improbabiliter, quia exceptio doli, non poterat op
poni, poſt ſententiam, cum nullo iure hoc caueatur expreſ-
ſe, & hæc differentia, de qua is. §. loquitur, videtur fuiſſe de
3 iure antiquiſsimo, non de iure ff. † In glo. [d] id eſt, vbi quan-
d titas hincinde debetur. hoc verum, vbi ſunt tales quantita-
tes, quæ in ſe recipiunt functionem, alias non videtur, cum
non poſſet, aliud pro alio ſolui. Quid enim ſi debes mihi
centum florenos legitimi ponderis, & auri: & ego debeo ti-
bi centum libras monetæ ære contaminatæ? non videtur,
quòd admittatur compenſatio, vel ſi debes mihi triticum:
ego debeo tibi auenam, ſiliginem, vel ordeum. Et idem di-
cerem, ſi deberes mihi certam quantitatem tritici de certo
loco, de quo valet pluſquam de alio. & ego tibi certã quan-
titatem tritici de alio territorio, de quo valet minus. ff. de
verbor. oblig. l. triticum. & eſt ratio, quia compenſatio vi-
cem ſolutionis obtinet, vt l. vel permutauit. ſupra alleg. ſed
in dictis caſibus vnũ non poteſt ſolui pro alio: ergo nec com
penſari. Ideo tene, quòd quantitatis ad quantitatem ſit com
penſatio, vbi ſunt tales, quæ inter ſe recipiunt functionem,
id eſt, quod pro vna poteſt alia ſolui, alias non, de quo vide
ff. ſi cert. peta. l. 2. & ſcripſi. C. de ſolu. auth. hoc ita. ſupra
quib. mod. tol. ob. circa princip. ſupra eod. §. ſequens. In
eadem gloſſ. ibi: ſi eſt quantitas, vt ſpecies. quod quando-
que contingit. ff. de lega. 1. l. plane. §. 1. & l. ſed ſi certos. eod.
titu. In eadem gloſ. ibi. quia non patet iure aperto. imo, quia
in ſe non recipiunt functionem: vt ſupra dictum eſt. patet
iure aperto: quia ſi non eſſet hincinde liquidum, non fieret
compenſatio: vt ſupra proxi. In eadem gloſſ. ibi cum alleg.
l. ſi conuenerit 1. reſponſo. l. 2. & ibi cum allega. l. ſi creditor.
§. 1. hoc intellige niſi ſpecies eſſet in æſtimationem deducta:
quod quandoque fit. ff. de leg. 3. l. non dubium. de lega. 1. l.
ſi domus. §. qui confitetur. tunc enim iudicandum eſt, ſicut
de quantitate. per illa quæ notantur infra proxi. in verſicu.
ſed nonne. argu. d. l. ſi conuenerit. de pig. act. In eadem gl.
ibi, cum alleg. l. qui reſtituere. argu. ff. de iur. do. l. cum in fun
dum. §. ſi fundus. & d. l. ſi conuenerit. de pig. act. In eadem
gloſſ. ibi. §. ſed ſi vno. hæ leges potius videntur loqui de re-
tentione, quam de vera compenſatione: quæ ſunt diuerſa:
vt ff. de impenſis. in re. do. fac. l. quod dicitur, & tamen om-
nes doc. hoc dicunt eſſe verum, quando debetur idem genus,
ſicut ſi debemus adinuicem hominem, aut aſinum, in gene-
re. ſecus ſi vnus deberet hominem, alius aſinum, vel equum.
ſecundum omnes. Sed contra hoc, poteſt inſtari, certum eſt,
quod vbi agitur de compenſatione concedenda, vel dene-
ganda, potius inſpicimus, quod debet venire in præſtatione,
quam quod eſt in obligatione, ſeu petitione. Sed conſtat,
4 † quod in obligatione generis certa ſpecies debet cadere in
præſtationem, ergo iudicandum eſt ſicut de ſpecie, ſed de ſpe
cie ad ſpeciem non fit compenſatio: ergo nec de obligatio-
ne generis ad genus. prima eſt manifeſta per ea. quæ hic le-
guntur, & no. quia ſi quis teneatur ad fundum dandum, vel
ad aliquam ſpeciem, & perueniatur ad æſtimationem, non
inſpicitur, quod petitur. vel quod debetur, ſed quod debet
præſtari, & fit compenſatio quaſi ab initio pecunia debere-
tur, quæ non fieret inſpecta obligatione, & petitione, vt hic
no. & ſupra dixi, ergo eſt verum inſpici ſolum quod pręſtan
dum eſt. Secundo patet, quod certa ſpecies ſit præſtanda.
ff. de leg. 1. l. cum incertus. Præterea conſtat, quod obliga-
tione generis, ſpecies quæ ſoluitur, videtur in obligatione
fuiſſe. ff. qui & a qui. l. 3. de exceptio. l. 1. & l. per iuſiuran. §. ſi
quis hominem. Sed conſtat, quod in obligatione ſpeciei
non

non admittitur compenſatio: ergo nec in obligatione generis, ſed cum ſpeciem continere videatur, inſpecto effectu. & hoc videtur velle Papi. dicit enim, quod ſi deberetur in genere, non poteſt mihi ſolui meus, nec ille, qui poſt promiſsionem meus fuit. Ratio eſt, quia ille qui ſoluitur, videtur fuiſſe in obligatione, vt dixi: & obligatio de re mea mihi danda, nõ tenuit. ff. de verbo. obliga. l. ſi rem meam. concluditur ergo, quod obligatio generis, refert ſe ad naturam obligationis ſpeciei, quia ſicut in re mea non potuit ſubſiſtere obligatio in ſpecie, ſic nec in genere. ff. de leg. 2. l. Mæuius. §. duobus. Præterea, compenſatio vicem ſolutionis obtinet, vt l. vel permutauit. ſæpius allegata: & tollit ipſo iure act. ad inſtar ſolutionis, vt hic ſatis colligitur. Sed conſtat, quod ſi mihi deberes hominem in genere, & mihi ſoluiſſes certum, ego illum eundem nõ poſſem tibi ſoluere, vt l. Mæuius. §. duobus. ergo nec compenſare, quia quando ius compenſatur, eſt perinde, ac ſi tu ſolueres mihi & ego tibi idem, vt d. §. ſi quis hominem. quod non eſt poſsibile per l. illam. & hoc videtur ſatis verũ de rigore, de æquitate tamen videtur contra. ff. de ſol. l. ſi quis duos. & l. qui. 10. §. Stichum. Vnde de dicta æquitate poteſt dici, quod in obligatione generis ſaltẽ poſsit obijci exceptio doli. ne recedamus omnino ab opinionibus antiquis: licet ad veritatem, regula, dolo facis, habeat locum, quando idem debet reſtitui, & ſupra dixi, quod non eſt hic verum. Sed quid ſi debeatur certus de incertis. verbi gratia, tu teneris mihi ex legato, vel alias ad vnum de ſeruis tuis, quem elegero, & ego tibi ad vnum de meis, quem elegeris, quia forte prædeceſſor meus & tuus, ita diſpoſuerunt, vel ita adinuicem nobis promiſimus, nunquid fiet compenſatio? Videtur quod ſic, eadem ratione, qua fit in obligatione generis. Sed in hoc poteſt dici contra, quia hæc obligatio concernit ſingulos ſeruos: vt d. l. 3. ff. qui & a qui. & ſic cum ſinguli ad ſingulũ non admittatur compenſatio, nec in hoc caſu admittemus, præſertim cum hoc caſu ad præſtationem ſpeciei omnino perueniendũ ſit, nec huiuſmodi debitam recipiant functionem inter ſe. poſsibile eſt enim & de contingenti, quòd ego potero eligere meliorem de tuis, quam tu poteris de meis: quia forte nõ
5 habeo tales, nec tot, & hæc ſatis patent ad ſenſum. † Sed quid de obligationibus alternatiuis? Promiſi tibi Stichum, aut Pamphilũ: & tu promiſiſti Mæuium, aut Seium? in hoc nullum dubium videtur, quod nõ admittatur compenſatio, quia ſpecies ſunt hincinde. Sed quid dices quando eadem ſpecies videtur hincinde? verbi gratia, tu promiſiſti mihi Stichum, teſtator cuius ſum hæres, legauit tibi, vel ego promiſi tibi eundem: & ſuppone, quod Stichus non erat meus, nec tuus, nunquid ſi agas, poſſum tibi compenſare? Non videtur, quia in ſpeciebus doct. noſtri, non admittunt compenſationem, vt hic not. Credo, quod negari non poſsit, quin per rationem debeam admitti, iſta tamen in ſe recipiunt functionem, id eſt, ſolutionem alterutrius. & quicquid ſit: non eſt dubium, quin obſtet exceptio doli. ff. de excep. do. l. dolo.
6 Sed quæro, quid in † obligationibus facti? verbi gratia, promiſiſti mihi facere inſulam certorum brachiorum altitudinis, & latitudinis, in certo loco: & ego promiſi tibi facere talem eiuſdem altitudinis in alio loco: nunquid admittetur compenſatio? Credo, quod non, ſi agatur ad factum: quia non recipiunt functionem ſolutionis. ſi enim debeo tibi facere domum in vno loco: non liberor, ſi faciam in alio. ff. de eo quod certo loco. l. 2. §. item Iulian. & ſic non admittitur compenſatio, ſed ſi ageretur ad intereſſe. & reus, factum, quod ſibi fieri debet, conuerteret in intereſſe, & illud compenſare vellet, credo, quod deberet audiri, cum ſit debitum pecuniarium hincinde, in quo cadit. compenſatio, vt l. quod
7 dicitur. ff. de impenſ. in re. dot. fac. † Quid in redditibus? verbi gratia, debes mihi decem libras rendales, & ego tibi alias decem: tu agis contra me, volo compenſare, nunquid poſſum? videtur quòd ſic, vel ſaltem opponere doli exceptionem de æquitate, ſicut dictum eſt in obligatione generis, & hoc niſi loca eſſent deſignata, in quibus deberet fieri aſsignatio, tunc enim non crederem compenſationem admitti, quia loca, non recipiunt functionem: vt d. l. quod dicitur, & per illa quæ ſupra dixi. ſæpe enim confines fundos, intereſt noſtra acquirere. ff. de legat. 2. l. ſi cui fundus. de lega. 1. l. & ſi eo quo. ſed ſi quis per manum deberet ſoluere redditus, abſque eo quòd teneretur aſsignare, videretur compenſatio admittenda, ſi redditus fuit in pecunia hincinde, alias ſi eſſet diuerſitas, quia forte vnus deberet redditus in blado, alius in pecunia: vel vterque in diuerſis bladis, non crederem admitti, vt dixi ſupra, in additione, verum &c. Sed quæro, glo. dicit hic, quòd ſpeciei ad quantitatem non ſit compenſatio. quid econtra? nunquid quantitatis ad ſpeciem? multominus, ne compelleretur creditor ſpeciei inuitus vendere. ff. re. amo. l. non enim. C. de contrahen. emptio. l. nec emere. Sed quid, ſi creditor ſpeciei velit ſpeciem æſtimari facere, ad finem quod cõpenſet cum debito pecuniario, quod ab eo petitur? Videtur
8 eum audiendum, † quia ad hoc quod ſpecies non compenſetur, eſt introductum fauore illius, cui debetur, ne vendat eam inuitus. cui fauore renuntiare poteſt. Sed hæc ratio poteſt retorqueri ad contrarium, quia ſic ſequeretur, quod debitor inuitus emeret, qui habet forte ſpeciem, & vult eam dare, & pecuniam ſuam recuperare. Et hoc videtur magis rationabile per rationem generalem, quia hęc inter ſe non recipiunt functionẽ. Sed quid econtra? Tu debes mihi decem, & ego tibi debeo Stichum, agis contra me & petis Stichum, ego dico, non debeo Stichum, nec poſſum ipſum dare in veritate, volo, quod æſtimetur, & quod æſtimatio compenſetur in decem quibus actor mihi tenetur, reſiduum ſoluam ei, nunquid debeo audiri? certum eſt, quod ſic quia ex quo peruenitur ad æſtimationem, & debitum eſt pecuniarium, compenſatio admittitur. per notata hic, & per l. quod dicitur. ff. de impen. in re. do. fac. Et per iſta poteſt dari cautela, quod omnis debitor ſpeciei poterit compenſare, nam ſi ſpeciem non habet, nec habere poſsit commode, ſit cõdemnatio ad intereſſe, ſeu in æſtimationem. ff. de lega. 3. l. non dubium. §. fin. & fiet compenſatio. Si autem eam habeat, & eam dolo, vel culpa deſinat habere, fiet condemnatio ad intereſſe. ff. de rei vendic. l. qui reſtituere, & ſic fiet ſemper compenſatio per prædicta, vt hic no. In eadem gloſ. in fin. Et hoc eſt verum niſi negetur, quòd cito poſsit fieri liquidum, vt d. l. fin. in prin. Sed
e quid e vocas tu, cito? Reſpondeo, quod non requirit magnã indaginem, & poteſt decidi intra duos menſes. ff. de iur. fiſc. l. aufertur. §. qui compenſatio. Et ſic tenet hic Dy. Alij vt Ia. & Pet. hoc remittunt arbitrio iudicis, vt no. in ſimili. ff. vt in poſſ. leg. l. ſi is cui in prin. Et hanc conſueuerunt tenere doc. citramontani in d. l. fin. Sed quid arbitrabitur iudex? Dicas,
9 ex natura cauſę. † nam ſi opponens compenſationem dicat ſe teſtes habere paratos intra paucos dies, vel doceat per inſtrumenta, & aduerſarius neget tantum, nec proponat aliquid, quod longam requirat indaginem, admittet cõpenſationem, & faciet partem reſpondere compenſationi oppoſitæ, ſi vero opponens compenſationem, diceret ſe habere teſtes Romæ: vel forte ex altera partium proponeretur factum, quod altiorem requireret indaginem: non crederem admitti. Vnde videtur, quod indago hic non debeat tempus excedere, quod condemnatis datur. & h. d. §. qui compenſationem. qui dicit de duobus menſibus. quod tempus olim dabatur condemnatis, vt l. debitoribus. ff. de re iudic. Nunquid ergo dices hodie iſtud tempus augeri, vſq; ad quadrimeſtre: vt l. fin. C. de vſu. rei iudicat? Credo, quod ſic. & eſt optima ratio, lex enim abhorret, quod res liquida, & notoria differatur, ꝓpter oppoſitionem compenſationis. & ideo quia alias iudex poſſet differre ad dictum tempus: arbitrandum eſt, quod exceptio compenſationis, poſsit diſcuti intra dictum tempus, quia actoris executio non differtur: cum alias eſſet reus habiturus beneficio iuris dictam dilationem. Quid ergo, ſi tempore conteſtationis, in cauſa principali, fuit oppoſita compenſatio? Reſpondeo, tunc non dicerem ita aptum tempus dari, præſertim, ſi reus non confiteretur debitum, quod ab eo petebatur: imo pendẽte proceſſu, & probatione cauſæ principalis, quantuncunque diu admitterem liquidationem cauſæ compenſationis: quia ceſſat ratio legis prædictæ finalis, non enim dif-
10 fertur executio liquidi, cum non ſit liquidum adhuc. † Sed quid ſi compenſatio opponatur poſt ſententiam? Iudex credens cito poſſe fieri liquidum, admiſit compenſare volentem ad docen-

ad docendum de iure ſuo: & emerſerunt, vel inciderunt aliqua, quæ requirunt aliam indaginem, quæ primo non apparebant, nec poſſunt decidi intra tempus quadrimeſtre. ſine dubio: ſi ab initio appar uiſſent, potuiſſet repellere: nunquid nunc poterit? Credo quòd ſic. non enim debet executio retardari propter longas oppoſitiones: extra de ſent. & re iud. cap.cum ſuper. C.de fal.l.2.ff.de re iudi.l.a diuo Pio. §. ſi ſuper. verſi. nec ſententiam. Sed quid erit de illo proceſſu facto in caſu illo ſuper obiectu compenſationis? Dic quòd eſt nullus: & opponens redibit ad agendum via actionis ordinaria, ſi velit, & credo quòd ſi iam teſtes produxiſſet, quod iterum poterit eoſdem producere: quamuis in cauſa compenſationis fuiſſent publicati: extra de teſtib.c. veniens, el 2. ſic intellige.ff.de comp.l.etiam.§. ſi rationem.& iunge quod dicam infra in fin. huius.§. In gloſ. adeo. ibi, dum allegat quando dies vſusfru.leg. ce.l.1. Dy. tenet hanc opin. per rationes glo.& vltra alleg.ff.quæ ſenten. ſine appel.reſcin.l.1.§.fin.illa non multum facit, quia ibi agitur de mutuis petitionibus, non de exceptione compenſationis. Item etiam, dato quòd loqueretur de compenſatione: parum obſtat intentioni Mar. dicit Mart.quòd compenſatio ipſo iure tollit, credis tu, quòd Marti.intelligat, quòd non ſit neceſſarium, eam proponere? nunquam præſumo hoc ipſum intellexiſſe: ſed vult dicere
11 Mart.quòd compenſatio † tollit ipſo iure, nec eſt opus opponere, quo ad hoc quod tollat: ſed bene eſt opus opponere, quo ad hoc quòd condemnatio, quæ eſt facti, euitetur. Vnde Mart.non negaret, quin teneret ſententia, & ſi non opponatur compenſatio. Nam teneret, etiam ſi nihil deberetur, quia eſſet contra ius partis: vt l.Iulianus. ff. de condi. inde. Ioan. vero, & alij, cum glo.dicunt, quod non tollit ipſo iure, donec fuerit oppoſita: ſed tunc tollit ipſo iure. hi dicunt verum, niſi in delictis.ff.eod.l.ſi ambo. & in pignore.C. de diſtra. pig. l.1.quo ad debitum vſurarum.ff.eod.l. cum alter. & notatur. ff.eod.l.ſi quid. Idem poteſt dici in commiſsione pœnæ, cum vſura dicatur pęna.ff.de nego.geſtis.l.qui ſine. & hoc dicunt hic do. Iacob.& Pet. & pro hoc poſſet dici, quòd res emphyteuticaria non cadit in commiſſum per ceſſationem ſolutionis cenſus, ſi dominus debet tantundem emphyteut. & facit quod not. in Specu. de oblig.& ſolu.§.nunc aliqua. ver.quid ſi ſub. Pro opinio. doct.faciunt hi tex. faciunt enim mentionem de oppoſitione compenſationis, vt hic. ver. excepta.C.
12 eod.l.fin. 2.reſponſo.vbi dicit obijci. †Quid ergo dices, promiſi tibi ſoluere centum libras, intra calendas Maias: & hoc iuraui ad ſancta euangelia. tu debuiſti mihi ſoluere intra eaſdem calend. alia centum, non ſolui, nunquid deiero? Videtur expeditum quod ſic, quia compenſatio non fit niſi demũ oppoſita, hic non fuerat oppoſita ante diem, & ſic ipſo iure erat debitum. ergo ſum periurus. Et eadem quæſtio poteſt fieri in eo, qui promiſit pecuniam intra diem, & ſi non ſolueret, eſſet excommunicatus. Credo tamen, quod in his, & alijs ſimilibus, non ſit periurus, nec excommunicatus. Vnde credo, quod in omni caſu, in quo defunctus ſolutionis poſſet portare præiudicium, ſeu damnum debitori, vel quantum ad pœnam, vel vſuram, vel intereſſe, vel alias in quocunque effectu moræ. quod quo ad hoc fiat ipſo iure compenſatio. Et hoc vult dicere iſte text. Nec credo, quod ſit ſpeciale in dictis tribus. & hoc eſt neceſſe dicere, quia nulla mora eſt, vbi nulla eſt petitio: vel eſt talis, quæ per exceptionem remoueri poteſt.ff.de re iudi.l.nulla intelligitur. ſi certum pet.l. lecta. in fi. cum igitur effectus compenſationis repellat effectum petitionis, vel ipſo iure, vel per exceptionem, ſequitur, quòd & omnem effectũ moræ, quocunque modo mora contrahi poſſet. Ex hoc concluditur. quòd diſputatio glo. & Martini eſt ſine effectu. quia ſiue tollatur ipſo iure actio, ſiue non, adminus effectus tollitur, quatenus poſſet eſſe damnoſus opponenti, & ipſo iure ante oppoſitionem, vt ſatis iam dixi. Et ſi vis ſuſtinere opinionem Martini, quæ eſt amica literæ, potes reſpondere primo ad l.verum. vbi dicitur, quod male agit, ergo agit. verum eſt de facto.nam de facto agit, ſed male. Item ad alias leges, quæ dicunt, quod poteſt eligere in quam ſummam, &c. concedo: ſed electione facta, etiam antequã compenſationem iudicialiter opponat, contingit liberatio ipſo iure, & videtur competiſſe in ſumma, quam opponit. ſic ſeruo generaliter legato, vno electo, videtur ille fuiſſe legatus. ff.de leg.1.l.cum incertus. vnde illud non probat, quin ipſo iure fiat compenſatio ante oppoſitionem. melius probaret, quod non ante electionem, immo per l.illam probatur violenter, quod ipſo iure fit compenſatio, quia cõcludit fideiuſ. non teneri in ſumma, quæ poteſt compenſari. Vnde opi.Mar. ſatis defendi poteſt, non tamen nego, quin opus ſit deſtinatione, vbi ſunt plures ſummæ.ff.eo.l. quod Labeo. & facit bene
13 ff.de ſtat.lib.l.ſi peculium.§.de illo. Item †videtur, quòd vbi conſtaret iudici de vtroque debito, quod poſsit compenſationem petere, &c. abſque requeſta partis.ff. famil. erciſ.l. Mæuius.§.arbitris.& l.ſi quis putans.§.idem Iulianus. In eadem glo.ibi, cum alleg.infra eo.§.pen. per præmiſſa apparet quod magnus eſt effectus, imo maximus, euitantur ſiquidem pœnæ, vſuræ, periurium, & denique omnes effectus moræ. In fi. eiuſdem glo. hoc forte non eſt verum, quia ſi tu debes mihi, & ego tibi, habeo iuſtam cauſam ignorantiæ, an tu voles compenſare, vel non vnde non potes obijcere quod dolo agam, vt d.§.& generaliter. niſi ante inceptum iudicium, voluntatem meam tibi declaraſſem, quia tunc videtur ſatis glo. procede-
f re. In glo. f quod tu. in fi. vide plenius ibi. Sed iuxta illos caſus, quæro, nunquid admittatur contra eccleſiam? videtur quod ſic, quia cõtra fiſcum admittitur, niſi in caſibus, vt d.§. qui compenſationem qui eſt ita priuilegiatus, ſicut eccleſia. imo plus, in caſibus, vt poteſt videri iuxta materiam de ſacro
14 ſan.eccle. maxime in l.placet. Poteſt dici, quod † non poſsit opponi cõpenſatio in decimis, quia ſunt, vel eſſe debent tributa animarum egentium, & ſic poteſt intelligi. 17.q.7.cap. omnes decimæ, & quod not.extra de reb. eccle. alienand.vel non cap.vt ſuper.& de rerum permuta.c.fin.de decimis.cap. tua nobis.vbi aliquantulum de hoc in nouella Ioan.And.Sed in alijs, vt ſi forte prælatus, vel rector vendidiſſet fructus, & pecuniam peteret, non video, cur nõ poſsit opponi, ſicut con
15 tra fiſcum.† Sed quæro, nunquid prælato petenti pecuniam debitam eccleſiæ, poſsit opponi compenſatio, de eo, quod debet vt priuata perſona? Verbi gratia, debebam 10.annua eccleſiæ ratione certi fundi, quem ab ea teneo in emphyteu.rector ratione patrimonij ſui, vel alias, vt priuata perſona debebat mihi alia 10. annua, vel 40. ſemel ſoluendo, ceſſauit per biennium ſoluere, nunquid res, quam teneo ab eccleſia, cadit in commiſſum? Hæc quæſtio poteſt cadere frequenter in facto. Et videtur, quod non, quia patrimonia ſunt diuerſa diuiſa, & de vno poteſt prælatus teſtari, vendere, vel facere, quicquid vult, de alio non, & ſic non videtur admittenda compenſatio de vno ad alium.ff. eo.l. ſi cum multi. & l.pen. extra de reſtitutione ſpoliatorum. cap.frequens.in fin.lib.6. Satis poteſt dici contra in caſu prædicto, ſuppoſito pro vero, quod prælatus, vel rector faciat fructus ſuos, quod videtur expeditum extra de cleric. non reſid.c.1.libr.6. de quo ſatis dixi.C. de ſacroſan. eccleſ.auth. hoc ius. Nam ſi fructus ſui ſunt: facti ſunt ſuum patrimonium priuatum, & ſic poſſunt compenſari.argumen.ff.de pecu.l. huic ſcripturæ.§.1. ſed ſi non eſſent ſui: quia forte magiſter eſt domus eleemoſynarię, & ſunt deſtinatæ ad vſum pauperum, vel alium certum vſum pium, tunc non admitterem. in reli. prælat. non videtur quæſtio procedere, quia illi nihil habent proprium. Sed quid ſi ſim obligatus alicui monacho, vel alij religioſo, agitur cõtra me ex illa obligatione, volo compenſare illud quod abbas, vel aliquis de monaſterio debet mihi, nunquid poſſum? Videtur quod ſic, cum non habeat proprium, & vtraque cauſa eſt monaſterij. facit.ff. eodem.l. ſi cum filio. & l. debitor. ff. de tribu.l. procurator.§. ſinautem.§.1. Solutio ſatis poteſt dici quod ſic in terminis poſitis ſupra videlicet quãdo abbas, vel ſimplices monachi debent, & eis debetur. ſecus dicerem, ſi monachi, quibus debetur, haberent officia diuiſa, & adminiſtrationes.ff.de trib.l.procuratorum.§.ſi plures.C. eod.l.1. vbi non admittitur compenſatione de ſtatione ad ſtationem, quamuis ſint eiuſdem domini. Sed quid ſi ego debeo abbati, & conuentus mihi, nunquid poſſum compenſare? dic, quod
16 ſic, ſi non ſint bona diſcreta, alias non, per dictam.l.1. † Sed nunquid poteſt opponi compenſatio in debitis aliorum piorum

rum operum, ſicut ſi imminet refectio murorum, vel pontium, vel ſi petantur alimenta? Credo q non, cum ſit eadem ratio, quæ in ſtipendijs & tributis, & facit text.d.§.debitorū. in fi.d.l.aufertur.ff.de iure fiſ.ibi ex cauſa annonaria, In contrarium facit generalitas iſtius tex.& l.fi.C.eo. qui ſolam cauſam depoſiti excipiunt: ſed oportet exponi ſola, id eſt, quibuſdā alijs ſpecialibus. alias tex.nō procederet. Quæritur vltra. tu debebas mihi 10.egi contra te, fuiſti abſolutus, recipio mutuum a te, agis contra me, & petis, quòd reddam tibi mutuum. oppono compenſationem de primis 10.nunquid
17 debeo admitti? † Expreſſum videtur, quòd ſic quia non obſtante abſolutione, remanſiſti obligatus naturaliter, vt l.Iul. ff.de condi.indeb. & ſic poteſt tibi compenſatio opponi. ff.de compenſa.l.etiam. Expreſſum videtur contra, quia qui poteſt exceptione repelli, non poteſt compenſare, vt l.quæcunque.ff.de cōpenſ. ſed ſi agerem ad 10.poſſem except. rei iud. repelli, ergo non poſſum compenſare. glo.mouet hoc in d.l. quæcunque. & tenet quòd non. Sed contrarium videtur tenere ff.rem rat.ha.l.procurator ad exhibendū.§.1. per quem quidam tenent opin.contrariam. Iacob. tamen, & omnes tenent cum glo.quæ eſt in d.l.quæcunq;.& dicunt, quod in d.l. procurator.§ 1. nō opponitur exceptio compenſationis, ſed exceptio doli. Et eſt ratio ſecundum eum, quia ſoluenti falſo procuratori, datur condictio indebi. loco cuius ſubrogatur ſtipulatio rem ratam hab. ſed agenti condi. indeb. obſtat exceptio, vt l.Iulia.ſupra alleg.ergo agenti ex ſtipulatione quę eſt ſubrogata ſupra eo.§.fuerat. non autem ex æquitate, nec vi compenſationis ſecundum Iaco. Vnde aduerte bene, quia naturale debitum, cui nihil obſtat, niſi quod ab initio nō fuit ciuilis, & ideo remanſit debile, & inhabile ad agendum, poteſt compenſari, ſed naturale debitum, quod ex alia cauſa poteſt exceptione repelli, non compenſatur: vt l. quæcun-
18 que. † Sed quærit Iaco.vtrum excommunicatus poſsit compenſare? Et dicit, quòd Ber. tenet quòd non, quia excommunicatus ageret, poſſet exceptione repelli, ergo nō poteſt compenſare. vt d.l.quæcunque: Ipſe dicit contra. & intelligit l. illam obtinere, quando exceptio concernit actionem, ſed hic concernit perſonam. verum dicit Ia. licet non alleget, videlicet quòd Ber.mouet hanc quæſtionem, & tenet quod non, extra de exce.c. cum inter. quod capitulū videtur facere pro opin.Iacob.quia excommunicato non denegatur defenſio, vt ibi. Sed hoc eſt genus defenſionis, ergo non debet denegari. Sed facit in contrariū, quia ſi ei denegatur reconuentio, compenſatio habet vim reconuentionis, ergo non competit. Super hoc nonnulli canoniſtarum dixerunt, quod ſi obiectus compenſationis requirat indaginem, nō debet admitti, alioqui ſi pars confiteatur debitum admittatur, quia nihil ad iudicem, quo modo ſatisfiat.ff.de pig. act.l.ſolutum. Iſtud videtur ſatis rationabile, quando gratis pars recipit compenſationem, ſed nos loquimur, quando non vult recipere, & tunc non videtur admittenda, quia cui denegatur actio, & compenſatio.ff.rem rat.hab.l.amplius.ſed excommunicato dene-
19 gatur act. vt c.cum inter. ergo & compenſatio. † Sed nunquid fideiuſſor excommunicati, poteſt compenſare id quod debetur reo? Non videtur, quia ſic prouideretur excommunicato, & per vnam viam concederetur, quod per aliam denegatur. Sed poteſt dici contra, quia delictum rei non debet nocere fideiuſſori, & maxime ſuperueniens.ff. de pact. l.fin. & fideiuſſor poteſt ſoluere de bonis debitoris, etiam ipſo inuito.ff.man.l.ſi procuratorem.§.ſi ignorantes. Et de hoc no. Ioan.Andr. in nouella in d.c.cum inter. Item poteſt quæri, an exceptio compenſationis, quæ obſtabat cedenti, obſtet ceſsionario? Docto. conſueuerunt tenere, quod ſic, vt not. Dyn. ſatis plene, extra de regu. iur.c.cum quis in ius. libr.6. vide ibi. Poteſt etiam vlterius inſtari.& quæri iuxta hanc ma-
20 teriam. Dixi ſupra, quod debitum † naturale poteſt compenſari. ego oſtendo, quod ſi pars velit malitia vti, quòd nunquam compenſabitur, imo perdetur, nam compenſatio nōn fit niſi de liquido ad liquidum. Quid ergo faciet ille, cui opponitur compenſatio debiti naturalis? Recipiet vnum falſum factum & longum, quod magnam requiret indaginem, & dicet, quod habet aliquot teſtes Romæ, & ſic non admittetur compenſatio. Ad hoc conſueuerant dicere doct. in l.fi. quod tunc iudex non debet refutare compenſationem, imo expectare tantum, quod fiat liquidum. nec habet locum d.l. fi.illo caſu, ne res pereat.ff.de ferijs.l.1.Item non habet locū, vbi reus confeſſus fuit debitum, quia tunc debet reus expectari, quantuncunque longam requirat indaginem. ſed obtinet, vbi negauit, vt no.in d.l.fi.quod eſt ſatis notabile.

a Adnotatio. In bonæ fidei. Hodie compenſatio oppoſita ab homine, perimit omnes actiones, vſq; ad concurrentes quantitates ipſo iure, ſiue ſit actio bonæ fidei, ſiue ſit ſtricti iuris, excepta actione depoſiti, quæ per compoſitionem non tollitur. h.d.ſecundum Aret.

b Approbant. Vide hic dominum Iaſonem, in 8.colum.verſic. in gloſ. ibi, vt ff.de dolo.

c In fi. Vide Iaſo. in ea.col.verſi.ſeq.

d In glo. Vide hic domi. Iaſo.in 9.colum.ante me.verſi.in ea.glo.magna, qui allegat Ioan. Fabri.

e Sed quid. Vide hic dom.Iaſ.& Ang.hic in 3.colum.in me. ver. Quæro cum text.& vide hic late de materia compenſationis, per An .& Iaſo.& per Sal.in l.ſi conſtat. & l.fin.C.de compen.item do.Iaſ.format hic talem quæſtionem, quam dicit a nemine factam fuiſſe, pone, quod mutuaui famulo meo decem, qui mihi poſtea ſeruiuit certo tempore, an fiet compenſatio? & reſpondet, q de hac quæſtione eſt tex. quod ſic. in l.fi. verſi. vel opere quinquennij vicem referre beneficij, C.de capti.& poſtli.re.

f In gloſ. Super hac glo.do.Ang. hic in 8.colum. in princ. tractat de diuerſis clauſulis, quæ ſolent inſeri in reſcriptis ad lites, veluti verbum, libet, ſcilicet procedas vt libet vel iudicio tuo, & ſimilibus, de quibus vide etiam hic Iaſ. in 3.colum.poſt me. verſi. quærit ergo hic Ang. vide per do.Fely.in c.nonnulli. extra de præſcript.

1 *Arbitrariæ quales, & quæ.* 3.4.6.12.13.14.& 23.
2 *Arbitrariæ cur ſic dictæ.* 9.
5 §.*Præterea. ſenſus.* 18.19.21.24.
7 *Arbitrariam quæ faciant.* 10.16.
8 *Rei vendicationis officium duplex.*
11 *Reſtituenda cui ſit res.*
15 *Intereſſe quando facit arbitrariam.*
17 *Arbitrariæ quot.*
20 *Arbitrariarum duo proceſſus.*
22 *Arbitrariæ effectus.*

2 Praeterea [a] quaſdā actio. Hic nō eſt diuiſio actio.principalis de ſex, quæ ponuntur in hoc titulo.. Sed occaſione illorum, quæ ſupra dixerat, videlicet, quod in bonæ fidei iudi. libera poteſtas, eſt iudici ex bono, & æquo, &c. ponit de his arbitrarijs, quæ ex arbitrio iudicis pendent. Et not. quod iſte §. durat vſque ad §. ſi quis agens. & totus debet legi ſimul. Sed ego faciam.§.in §.curare, vt minus onerem. In hoc ergo.§.imperator facit tria. Primo ponit, quare actiones huiuſmodi dicantur arbitrariæ. Secundo declarat, an ſint in rem, vel in perſonam. Tertio, quod ſit in eis iudicis officium. prima in princip. ſecunda in verſic. ſed iſtæ, tertia in verſicu. in his. §. vero curare eſt communis ad omnes actiones, vt ibi videbis. Caſus poteſt ſic poni, Domine imperator, vos dixiſtis ſupra, quod in actione bonæ fidei libera poteſtas eſt iudici, ex bono & æquo æſtimare quātum reſtitui debeat. Quæro a vobis, nunquid ſint aliæ actiones, in quibus iudex debeat etiam æſtimare? Imperator reſpondet quod ſic. nam ſunt quædam actiones arbitrariæ, id eſt, ex arbitrio iudicis pendentes, quas arbitrarias appellamus. Domine quare dicuntur iſtæ arbitrariæ? dicit imperator. quia in his arbitrio, &c. Et proſequere iuxta verba literæ, vſque ad ver. ſed iſte. & ibi pone ſic: Domine, quæro a vobis, vtrum iſtæ arbitrariæ actiones ſint in rem vel in perſonam? Reſpondet imperator, quòd iſtæ actiones, tam in rem, &c. Sed pone in ver. in his, Domine vos dixiſtis mihi, quòd iudex in act. debet condemnare arbitrio ſuo. Quæro a vobis quomodo fiet iſta condemnatio? Dicit imperator, quod in his actionibus & cęteris ſimilibus, &c. proſequere iuxta verba literæ notabilia potes per te formare. venio ad gloſſ. In gloſſ. ſed nunquid ſunt. ibi, iure actionis. id eſt, officio iudicis inhærenti actioni: alias eſſet falſum, quòd gloſ. dicit.ff.de actio. empt.l. qui per colluſionem.§.1. In fin.eiuſdem glo. idem no.ff.de in litem iurand.l.in actionibus.Pet.recitat quòd doct.conſueue-
1 runt tenere † quòd non ſunt ſtricti iuris, nec bonæ fid.imo faciunt tertiam ſpeciem per l.ff. de in litem iuran.l. in actionibus, vbi ponit arbitrarias ad partem, ſcilicet in rem & ad exhiben-

hibendum. Vnde ibi ponitur inter illas act. bonæ fidei con-
iunctio &c,quæ habet iungere diuerſa. Ipſe tamen tenet opi
b nionem gloſſ.quòd ſunt ſtricti iuris,[b] alias non eſſet ſuffi-
ciens diuiſio actionum. & hæc eſt uera ſine dubio, quia nul-
la actio bonæ fidei eſt arbitraria. imo diſtinguuntur per op-
poſitum.ff.de eo quod certo loc.l. in bonæ fidei. Vnde hæc
quæſtio procedit ex nouo intellectu, vt videbis infra in ma-
teria.In glo.bene dicit,cum dicit,in actione in rem.ibi enim
non eſt obligatio ſuprà eodem. §. omnium. ſatis eſt dictum.
In fine eiuſdem gloſſ. nota bene hanc gloſſ.quia magis ſentit
de intellectu huius §.quam alia, vt infra videbis.In gloſſ.ſe-
paratim in fin.ſed nec in illis caſibus,vt dixi in d.§.quædam.
In gloſſ.ibidem. etiam in fin.nam ſi in loco, quo ſolui debet
peteretur,non eſſet arbitraria.ff.de eo quod certo loc.l.quod
ſi Epheſi.& adde act. de conſtituta pec. ff. de conſt. pec.l. ſi
duo.§.1.In gloſſ. ſcilicet in rem. in fin. de his videbis magis
ſtatim poſt gloſſ.In glo. ſed nonne.Pro euidentia huius glo.
ac materiæ,& intellecta huiuſmodi §.oppone ſicut gloſſ.in-
tendit opponere. Hic dicitur, quod ideo hæ dicuntur arbi-
2 trariæ,† quia ex arbitrio iudicis dependēt.& quia in his per-
mittitur iudici, æſtimare ex bono & æquo, quemadmodum
ſatisfieri oporteat. Ego oſtendo tibi ſecundum hoc, quòd
omnes actiones bonæ fidei ſunt arbitrariæ.Nam illæ arbitra-
riæ ſunt, in quibus iudici ex bono & æquo permittitur æſti-
mare,& quomodo ſatisfieri oporteat, vt hic. Sed in actione
bonæ fid. libera poteſtas eſt iudici,ex bono & æquo æſtimare
quantum actori reſtituat, vt ſupra.§.proximo.in princip.er-
go ſunt arbitrariæ,ſed hoc eſt falſum, vt ff.de eo quod certo
loc.l.in bonæ fidei.ergo & iſtud, quod hic dicitur.ita voluit
gloſſ.arguere.Præterea attenta hac ratione, omnes actiones
debent dici arbitrariæ,quia non eſt actio,quin habeat iudicis
officium annexum, vt in interrog. ff. de interrog. l. 1. & in
his, quæ ante litem conteſtatam accidunt.ff.de ædil.edict.l.
ædiles. §.item ſciendum.& in reſtitutione fructuum,vt vide
bis infra de offic.iu.§.illorum.& in multis alijs.& ſic fruſtra
3 hic loquitur de illis arbitrarijs in ſpeciali.† Præterea ſi arbi-
trariæ dicuntur, quia de arbitrio iudicis dependent, ergo
quanto vberius abundat officium, tanto magis debent arbi-
trariæ nominari, per argu.de magis ad magis:& de maxime
ad maxime.Sed conſtat, quòd officium iudicis magis abun-
dat in actione bonæ fidei cum ſit de natura actionis, & ei in-
hæreat, vt ſupra §.prox.& ſupra de oblig. quæ ex contract.
§.fin.ergo actiones bonæ fidei magis debent dici arbitrariæ,
& tamen hoc eſt falſum : quia illæ non dicuntur arbitrariæ,
ergo nec iſtæ. In malo ergo calamo, videtur falſaſſe pœ-
nam qui has arbitrarias potius ſcrpſit quam illas. Præterea
4 † arbitrariæ dicūtur,in quibus iudex condemnare habet,[c] ni
c ſi eius arbitrio ſatisfiat, vt hic patet.oſtendo ergo tibi, quòd
omnes actiones ſunt arbitrariæ ſecundum hoc, quia omnes
tendunt, vel ad ſatisfaciendum, vel reſtituendum, vel noxæ
vetandum,vel exhibendum.Verbum enim ſatisfactionis ge-
nerale eſt : & quaſi omnia importat. ff.de pig.act.l.ſolutum.
§.ſolutam.de verb. ſign.l.ſolutionis.Si ergo iudex iubeat ſa-
tisfacere.& ei nō pareatur, iudex condēnare debebit in inte
reſſe. Et hoc eſt promptum videre in contractibus innomi-
natis,in quibus venit intereſſe,niſi detur,vel fiat quod cōue-
nit. C.de re.permut.l.rebus. & dixi ſupra eo.ti.§.actionum.
& in his,in quibus fieri eſt in obligatione,vbi fit condemna-
tio in intereſſe, niſi fiat quod conuenit. ff. de re iud.l.ſi quis
ab alio.§.fi.& etiam in obligationibus dandi,qn̄ id,quod de-
betur,non poteſt dari propter moram,vel culpam promiſſo
ris.ff.de in litem iuran.l.in actionibus.§.fin.de verb. obli.l.ſi
ſeruum.§.fi. igitur videtur ꝙ omnis actio poſsit dici arbitra
ria ſm hoc,& tamen hoc eſt falſum,quia tex.dicit hic, præ-
terea quaſdam, &c.ſupponendo ꝙ non omnes.Quid ad hoc
dicemus ? Quomodo intelligemus?vides ꝙ gloſſ.diſtinguit
hic triplex officium, quam proſequere diligenter. Et vt vi-
des, finaliter concludit,quod in actionibus bo.fid.adſtringi-
tur iudex ad faciendum,quod officio incumbit:ſed non in ar
bitrarijs:imo in eis ei liberum eſt facere,vel non facere.Vult
dicere glo. quod in his arbitrium magis abundat,quia iudex
faciet ſi vult, quod in bon.fid.iudicijs in quibus cogitur face
re.Et ideo iſtæ dicuntur arbitrariæ,non illæ,quia in illis non
eſt liberum arbitrium,in iſtis ſic.Hoc non videtur verū,quia
iudex in arbitrarijs non habet condemnare, niſi velit, quia
ſic ſequeretur, quod actiones arbitrariæ nihil valerent, nec
eſſet effectus in caſu, quo pars eſſet contumax,niſi iudex vel
5 let,quo nihil abſurdius. † Præterea text.iſte dicit,quòd con-
demnari debeat.in ver. in quibus.in fine. Quod verbum im-
portat neceſsitatem.Nam in his,quæ ingerunt damnum pe-
cuniarium parti: iudex habet de neceſsitate facere,quod offi
cio incumbit: ſicut in cautione damni infecti,in expenſis &
fructibus, quæ veniunt offic. iudicis. C.de iudi.l.properan-
dum.§.ſiue.in auth.de iudi.§.oportet. Et in cautione exigen
da.ff.de magi.conue.l.1.§.magiſtratibus.& ita debet intelli-
gi.ff.de in litem iuran.l.in actionibus.quę videtur facere pro
gl.Vnde l.non quicquid.ff.de iudic.l.loquitur in his,quæ tē-
dunt ad ordinationem iudicij, vt dilationes, & talia.C.quo-
modo & quando iudex.l.1.Et ſi bene inſpicias text.non po-
nunt in arbitrio iudicis,an condemnatio fieri debeat,ſed qua
liter,vt hic.& ff.de eo quod certo loco.l.3.§.nunc de officio.
Et magis laxa poteſtas datur iudici in actione bonæ fid. quā
in his arbitrarijs, quia in illis datur libera poteſtas : in iſtis
non,vt ſupra §.proximo.Et ita dicta ratio non videtur vale-
re. Alia vero quam gloſſ.reddit,minus valet,videlicet,quòd
in his arbitrarijs plerunque duplex fertur ſententia. Certe
ita poteſt dici in actione bonæ fid. quando agitur ad traden-
dum,ſicut in actione ex empto,vel reddēdum, ſicut in actio
ne commod. vel depoſiti. Vnde hoc non videtur ſaporem
habere, nec ſe extēdit ad omnes arbitrarias. Quid dicemus?
docto.noſtri citramontani dicunt, ꝙ in actionibus bonæ fid.
valde exuberat bona fides. Et ideo nedum in illis venit,quod
actum eſt,imo & alia,quæ pręſtari ęquum eſt, ſicut vſurę,&
rupta ceſa.ff.de vſuris.l.mora.§.in bonę fidei.de actio.empt.
l.fundi.in princip & §. 1.de ędilit.edict.l. ędiles. in princip.
Sed in actionibus ſtricti iuris,ſolum venit illud,de quo actū
eſt, & quod in formam conuentionis deuenit.Et ideo in nul
lo alio de natura actionis poterat fieri condemnatio. Verbi
gratia, rei vendicatio proſequitur rem de natura actionis:
ideo in nullo alio poterat fieri cōdemnatio.Sed quia contin-
git, quod quandoque reus non poteſt,vel non vult reſtitue-
re rem,oportuit neceſſario,quod iura prouiderent,& exten-
derent offic. iudicis ad condemnandum in alio, quam quod
6 natura actionis proſequeretur. Et † ideo rei vēdica.& alię,in
quibus fit talis extenſio,dicuntur arbitrarię.Et de hoc potes
ponere exempla in omnibus realibus. Item in perſonalibus,
promiſiſti mihi loco certo, natura act.dictat,quòd condem-
neris ad dandum in illo loco.Ponamus quod tu fuiſti in mo-
ra dandi ibi, conuenio te alibi.Certe iudex, ex quo noluiſti
dare ibi, nec adhuc das, condemnabit te in toto intereſſe
pręſtando in loco, vbi conueneris. Et ita fiet condemnatio
in alia forma, quam fuit conuentum. Et ideo tales actiones
vocantur arbitrarię, quia in alio fit condemnatio, q̄ forma
conuentionum habebat ſeu natura actionis vel obligationis.
& facit s̄.de lega.§.cui fundus.Sed contra hoc poteſt inſtari,
& videtur falſum, quia ſi promiſiſti mihi Stichum, & ſi fit
mortuus & poſt mortem ego agam ad Stichum.fiet condem
natio in ęſtimatione,& ita in alio,q̄ quod obligatio vel actio
contineat & ſic videtur, quod actio ex ſtipulatu hoc caſu ſit
arbitraria,qđ vr̄ aperte falſum.Præterea in actione ſtricti iu
ris veniunt aliqua pręter formam obligationis, ſicut fructus
poſt litem conteſt.ff.de vſur.l.videamus.§. ſi actione. Et ſic
vr̄ quod ſunt omnes arbitrarię. Ad hoc reſpondet Pe.& Iac.
dicunt ipſi, interdum mutatur condemnatio in actione ſtri-
cti iuris. interdum non mutatur,ſed augetur.Quando muta
tur,tunc aut ex voluntate partis reę,quę non paret ſentētię,
7 & illa mutatio facit actionem arbitrariam, vt hic.†Sed quan
do mutatur propter neceſsitatem, quia res reſtitui non po-
teſt,quia forte perijt poſt moram, tūc non facit arbitrariam.
Vbi vero condemnatio non mutatur,ſed augetur,tunc ſi in-
trinſecus,ſicut in fructibus, non facit eam arbitrariam.Sed ſi
extrinſecus,facit eā arbitrariā,vt intereſſe, quod magis pręſ-
tatur,quādo alibi petitur,vel minus.& illud facit arbitrariā
& in hoc reſidet tractatus de arbitrarijs.Sed Pe.de Bellaper.

V 2 plus

plus dicit, quòd ipſe non credit, ꝙ aliquæ actiones ſint arbitrariæ: niſi quæ hic in text. nominantur, niſi ſola Fauiana, de qua ff. ſi quid in frau. pa. l. tenetur. §. 1. & in hoc: finit iſtum §. Et tamen per hoc non videtur bone reſponſum ad omnia contraria, quæ ſ. feci, quia ipſe ea non ſignat. poteſt tamē colligi reſponſio, quo ad aliqua. Primò quo ad illud, quod dicitur: quia actiones bon. fi. deberent melius dici arbitrariæ, quā hæ. quia in eis magis abundat arbitrium: & poſsibile eſt in act. bo. fid. duas ferri ſententias, ſicut in ijs arbitrarijs. Item eſt poſsibile, ꝙ in actio. bo. fid. debeatur certo loco. ff. cōmo. l. ſi vt certo. & tñ non propter hoc ſunt arbitrariæ, vt l. in bonæ dei. ff. de eo quod cer. lo. Ratio eſt: quia quicquid venit in bon. fid. act. venit de earum virtute: & ex officio eis inhærenti: & ex eis vires accipiēti. Et ideo cum eorum vis, & virtus, & officium ex eis emanans ad omnia extendatur: quæ bonū & æquū eſt præſtari, merito totum eis attribuitur, nec eis nomen aliud imponitur. Secus autem in act. ſtricti iuris: quia illæ non poſſunt extendi, niſi ad id quod in conuentione deuenit, & ad acceſſoria intrinſeca: ad quæ officium inhærens extenditur, ſicut fructus, & expenſas. & illud expirauit per ſententiam. Et ideo oportuit prouideri largiori prouiſione in caſibus & actionibus, de quibus hic agitur: ſuper quibus nihil ſtatui potuit certi, ſed oportuit dimitti arbitrio iudicis, ideo arbitrariæ fuerunt merito nominatæ. Vnde rei ven.
8 † habet duplex officium, vnum cohærens, & ſeruiens ei, quod ex ipſa pure emanat. Verbi gratia, rei vendicatio de propria ſua natura, & virtute tendit ad declarationem dñij. Per officium vero adhærens, & deſeruiens, fit ei reſtitutio, vt dixi ſ. eo. §. 1. & iſtud non facit eam arbitrariam. Sed eſt aliud officium, qñ res reſtituitur, & per arbitrium iudicis ęſtimatur, & iſtud facit eam arbitrariam. Et ita potes exemplificare de alijs, & iſtud ſatis eſt coloratum. Et per hoc tria prima argumēta recedunt. Nec ob. iſte §. in ver. in his. ibi: ſecundū cuiuſque rei, de qua actū eſt, naturam. Vbi vr̃ velle, ꝙ ſecundum naturam actionis fit condemnatio, & ita vi & virtute eius. & debes exponere rei, id eſt negotij, non attento modo agendi. Sed reſtat anguſta porta. ſ. quarta oppoſitio, quā ſ. feci. Tu dicis mi
9 hi ꝙ iſtę actiones ideo dicuntur arbitrariæ: † quia ſunt ſtricti iuris. & arbitrio iudicis condemnatio variatur: cur ergo actio præſcript. verb. quæ deſcendit ex contractibus innominatis, non eſt arbitraria. cum ibi varietur condemnatio, a forma obligationis, & conuentionis? Forma conuentionis eſt, vt fiat, vel detur quod conuentum eſt. Hęc forma variatur, quia niſi reus faciat, vel det, fit cōdemnatio ad intereſſe, vt dixi ſ. eod §. actionum. Et ſic eſt arbitraria. Similiter vbi fieri eſt in obligatione, niſi reus faciat: fit condemnatio in intereſſe. Cur ergo non ſunt arbitrariæ actiones, quę ad factum competūt, non videtur bona ratio. Præterea tu dicis, ꝙ vbi condemnatio variatur neceſsitate, talis variatio non facit actionem ar
10 bitrariam. Hoc videtur euidenter falſum. Nam † ſi cōuentus rei vend. non poſsit reſtituere rem propter dolum ſuum: iuratur contra eum in litem, & ſi in infinitum iuratum fuerit, fit condemnatio, & tamen ibi fit variatio propter neceſsitatem, quia rem præſtare non poterat, & nemo negare poteſt, quin rei vend. ſit arbitraria. ff. de rei vēd. l. qui reſtituere. ver. ſi vero non poteſt. Præterea Pet. dicit, quod ſi condemnatio augeatur extrinſecus, eſt actio arbitraria. Et ſic ſequitur ꝙ actio ex ſtipulatu ſit ſemper arbitraria, cum ibi veniant intereſſe extrinſecum. ff. de ver. obl. l. liber homo. §. fin. & conditio furtiua. ff. de condic. fur. l. 3. de fur. l. inficiando. §. 1. & actio legis Aquil. ff. ad l. Aqui. l. proinde. De quibus nunquam hoc auditum eſt. Licet autem in his mallem diſcere, quam docere, tamen ex quo docentis officium recepi, quod ſentio,
11 aperiam. Pro † euidentia debes ſcire, ꝙ vbi quis tenetur ad aliquam rem certam, & extat: planum eſt: ꝙ illa petitur, & fit executio in illa, ſi reus eam pręſtare poteſt, & pars hoc velit. Si vero pars actoris magis velit, poteſt petere, quod æſtimetur, & fiet cōdemnatio in æſtimatione, ſeu intereſſe, propter contumaciam rei. Si res non extat, tunc ſi actor eam credat extare, vel non, certum eſt, an extat vel non, tunc res ipſa petitur, & fit condemnatio in æſtimatione. Et intellige quādo, reus non fuit liberatus interitu ſpeciei, propter moram, dolum, vel culpam. Et hoc ſi conſtat rem in proceſſu non poſſe dari, vel reſtitui: quia forte reus de hoc excepit. Si vero de hoc non cōſtiterit in proceſſu, fit cōdemnatio in ipſa re. Et ſi poſt apparuerit eam nō extare, nec in ea poſſe executionem fieri, peruenitur ad æſtimationem. Si vero conſtet ab initio, rem non extare, quamuis gloſ. & Dy. dicant, ꝙ res debet peti & condemnatio fieri in æſtimatione: Ego poſt Inn. credo verius, ꝙ poſsit agi, & debeat ad æſtimationem, vt de his ſatis ſcripſi in breuiario meo. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt proferuntur. Similiter vbi factum eſt in obligatione, credo, ꝙ poſsit agi ad factum. Et ſi pars in proceſſu dicat, non poſſe, vel nolle facere, fit condemnatio in intereſſe. Si vero in proceſſu non fiat mentio de hoc, ſed cum fit executio, dicit ſe nolle vel non poſſe facere, peruenitur ad intereſſe. Et hoc vbi pars agit ad factū, ſi velit agere ad intereſſe poteſt ab initio, vt ſcripſi in d. l. vnica. de ſent. quæ ꝓ eo. vbi opi. doct.
12 diuerſas recolligi. † Nunc ergo quæramus, quæ actiones ſunt arbitrariæ quaſi iſte text. factus non eſſet. Et reſpondeo cum imperatore, quòd iſtæ, in quibus arbitrio iudicis, &c. videamus ergo de ſingulis. dicit text. ſatisfaciat, vel rem reſtituat.
d Quæro nunquid [d] omnes actiones, in quibus agitur ad reſtituendum, ſunt arbitrarię? Et ad hoc reſpondeo per prędicta, & dico quòd omnes actiones ſtricti iuris, in quibus fit condemnatio ad reſtituendum rem, ſunt arbitrariæ. Et ad hoc reſpondeo per prędicta, ſi reus non reſtituat rem, ſicut condemnatus eſt, vel quia nolit, vel quia non poſsit propter dolum vel culpam, & hic nullam actionem excipio, nec interdictum, & in hoc patronum habeo Vlpianum, qui hoc plenius dicit, quam poſſum ſcribere. ff. de rei vendicatione. l. qui reſtituere. ver. ſi. qui incipit, hęc ſententia generalis. Quinimo etiam officium iudicis, quod eſt loco actionis, eſt arbitrarium, quando per iſtud debet fieri reſtitutio rei, quia forte ille qui petit in integrum reſtitui, ante rem poſsidebat, vt dixi ſupra eodem §. rurſus. Nam ſi reus ad iuſſum iudicis reſtituentis in integrum, non reſtituat rem, condemnabitur arbitrio iudicis. Et hoc intendit text. hic. In his enim & ſimilibus, volens omnes actiones amplecti, in quibus talis fit con-
13 demnatio. Nunquid † ergo omnes actiones ſtricti iuris, quę ad reſtitutionem competunt ſunt arbitrariæ? dico quòd non actu, ſed aptitudine. nam ita demum ſunt arbitrariæ, ſi condemnatio fieret ad reſtituendum, & reſtitutio non fiat, vt hic dicitur. Vnde ſi reus rem habeat, & actor eligat rem ei manu militari auferri, non eſt arbitraria actio, vt l. qui reſtituere. ff. de rei vendicatione. vel ſi in proceſſu conſtet, ꝙ res non extat, & fiat condemnatio in intereſſe, tantum ceſſat arbitrium, & hoc dicit Paul. expreſſe. ff. de dolo. l. arbitrio. §. non tamen. qui recte gloſſat hunc text. Nec moueat te quo gloſſ. ibi not. quod adhuc remanet arbitraria illo etiam caſu. Quia verum eſt, vt intereſſe petitum ęſtimetur arbitratu iudicis. Sed non eſt arbitraria illo arbitratu, de quo hic agitur, qui ſolum obtinet quando condemnatus non reſtituit, vt hic, & ibi patet. Alioqui illa gl. eſſet Aurelianenſ. contra textum ſuum, ſed credas, quod glo. ſic intellexit. Videtur ergo iſte articulus ſatis expeditus, quando fit condemnatio ad reſtituendum. Sed ſequitur in text. vel non exhibeat. Hunc tex. intellige, ſicut ſtatim dixi ſi fiat condemnatio, quod exhibeat & non exhibeatur res. ff. de appel. l. creditor. §. iuſſus. & ſi agatur actione ad exhibendum. Quid ſi agatur interdicto de tab. exhiben. vel ex edicto quemadmo. teſta. aper. quibus poteſt agi in ſuis caſibus, vt not. ff. ad exhib. l. 3. §. fina. vel officio iud. C. de eden. l. 1. ff. de tut. & rat. diſtr. l. 1. §. officio. vel act. ex teſtamen. quę quandoque competit ad exhibendā rem. C. de fide inſtrumen. l. contractus. & ibi no. ad leg. Fal. l. ſi prędiorum?
14 † Reſpondeo quod hę omnes ſunt actiones arbitrarię. Cum ratio ſe extendat ad hoc, quia reus iuſſus non exhibet. Quid ergo ſi non ſit iuſſus, quia forte ab initio agitur ad intereſſe poſt moram, vel in proceſſu conſtat, quod dolo, vel culpa non poteſt exhibere, quo caſu fit condemnatio ad intereſſe. ff. ad exhib. l. Celſus. §. idem Celſus. de tab. exhib. l. locum. §. condemnatio? Non credo, quod hoc caſu ſint arbitrarię vt dixi ſ. in realibus, & in perſonalibus, quę competunt per reſtitutionem rei, & per rationes ibi tactas. Sequitur in tex. vel ſoluat.

ſoluat. Dicit glo.cum certo loco eſt ſoluendum. Quid ergo ſi
alias ſoluere teneretur ſimpliciter:& non ſolueret? Videtur,
ꝙ non ſit arbitraria per hanc gl. quæ hoc ſupponit expreſſe.
pro hoc facit: quia tex.exemplificauit de eo,quod certo loco
promiſſum eſt infra ver.in perſona.& ſic ſupponit,quod alię
non ſunt arbitrariæ. Quid ergo ſi promiſiſti mihi dare Sti-
chum ex contractu innominato,& es dare condemnatus: &
15 non das:conuertitur condemnatio† ad intereſſe:nunquid eſt
arbitraria? Non videtur poſſe reddi bona ratio cur non ſit.
Et idem in contractibus innominatis, quando condemnatus
dare rem,quam debet in ſpecie,non dat. vel ſi non poſſit da-
re: & hoc quando agitur,& fit cōdemnatio ad ipſam rem. Se
cus ſi ab initio ageretur ad intereſſe,ſeu ad ęſtimationem,vel
ſi fieret condemnatio in prima ſententia ad intereſſe.& idem
videtur dicēdum vbi fieri eſt in obli.iuxta illa,quæ dixi ſupra
in euidentia.alias videtur,quòd vix poſſint euitari oppoſitio
nes ſupra factæ.Sed quid ſi quis promiſit dare pecuniam?Re
ſpondeo,ibi non videtur,quod varietur cōdemnatio, & ideo
non videtur,ꝙ poſſit eſſe actio arbitraria pro pecunia.& hoc
niſi eſſet certo loco promiſſa. Nam tunc eſt arbitraria pro pe
cunia.ff.de in litem iur.l.nummis. de eo quod cer.loc.l.ideo.
Vel niſi peteretur vt ſpecies,quia iudicatur retro, idem ꝙ in
ſpecie vt dixi ſupra §. proxi. Quid ſi promiſit dare quantita-
tem,vtpote vinum,bladum: & cōdemnatus non ſoluat? Dic
idem ſicut de pecunia,ꝙ condemnatio non variatur. ſemper
enim remanet principalis forma: & agitur ad vinum,vel bla
dum,licet petatur vltra quantiplurimi fuerunt.ff. ſi cer.pe.l.
16 vinū de triti.l.in,hac. † Nam tale augmentū non facit actio-
nem arbitrariam, vt dicam infra proxi. Sed nunquid quando
certo loco ſoluēdum promittitur,quod vel ex mutuo, vel ex
teſtamēto debetur: ſunt ſemper arbitrariæ?Dicas quod non,
quia arbitrium ceſſat,vbi petitur in loco, in quo eſt promiſ-
ſum, quia ibi nulla fit variatio a forma obligationis: Vnde
quamuis condemnatio augeatur propter fructus,& intereſſe,
ſemper remanet principalis forma, vt patet ff. de eo qđ cert.
loco.l. quod ſi Epheſi. in princ. Et ideo text. notanter dicit
hic,ſi alibi petatur,quia ſecus ſi in loco promiſſo, vt iuxta gl.
poſui.Et hoc,quod in hoc §.dicitur habet locum indubitate,
quando promiſſum certo loco, alibi petitur, & reus dicit ſe
velle ſoluere in loco promiſſo, iuxta illa, quæ notantur in l.
quod ſi Epheſi.§.1.quia tunc cōdemnatur ad ſoluendum ibi,
& ibi ſi non ſoluat iuſſu iudicis,fit cōdemnatio,&c. & in hoc
concordat optime iſta litera. Sed quid ſi fiat condemnatio in
loco,in quo non fuit promiſſum, quia forte nō fuit per reum
oppoſitum,quòd vellet in loco,in quo promiſit ſoluere, quo
caſu ſupponit d.§. interdum. quod ſit condemnatio in peti-
tis? tunc nō viderentur dictæ actiones arbitrariæ,per ea quę
ſupra dicta ſunt,ergo ceſſat ratio,quæ hic redditur,niſi arbi-
trio iudicis ſatisfaciat,&c. Et hoc videtur verum per §.ſupra
ſæpius alleg.ff. de dolo.l.arbitrio.§.non tamen. Sed hoc non
videtur de mente illius tituli.ff.de eo quod certo lo. Nam lex
vocat illam actionem arbitrariam, poſt ſimplicem moram.
eod. titu.l.fi. Item ille.§.interdum ſupponit, quòd cauſaliter
fit condēnatio ad ſoluendū in loco promiſſo,quia dicit inter-
dum. Et hoc ſentit hic glo.quæ incipit, id eſt, bonitatem. &
tunc actio dicitur ſemper arbitraria. & ſic hæc videtur con-
traria illis, quæ dixi ſupra §.non tamen. Sed hoc debes intel
ligere vt ſupra dixi, quia quando fit vna cōdemnatio in alio,
quàm quod forma primæua obligationis habet,hęc actio po
teſt dici arbitraria,ſumendo large arbitrariam,ſed proprie ſu
mendo,prout ſumitur hic, ſolum arbit. dicitur quando arbi-
trio iudicis non ſatisfit. Et ideo peruenitur ad aliam condem
nationem,quā forma obligationis & petitionis habeat. Vnde
de illis videtur hic ſolum loqui, alias non congruerent hæc
exempla de eo,quod certo loco promittitur, dicto principa-
17 li,quod ponitur in §.in quibus. † Sed poteſt quæri. Glo. hic
& vbiq; dicit quòd tres actiones reſultant arbitrariæ,quando
debetur certo loco,& additur quarta,videlicet de conſtituta,
vt iuxta glo.ſcripſi. Quæro, nunquid poſſit addi quinta.vide
licet obligatio literarum,ſeu actio ex ea reſultans? Verbi gra
tia,per literas obligaſti te certo loco reddere centū,quæ mu-
tuo recepiſti. Poteſt dici quod ſic,cū ſit eadem ratio, ſed pro
tāto nō fuit nominata in Digeſtis,vbi plus agitur de hac ma-
teria: quam alibi, quia contractus literarum erat incognitus
illo iure,vt dixi ſatis ſupra de obl.lite.vide ibi. Sequitur poſt
in text.vel ex noxali cauſa ſeruū dedat.iſta eſt antiqua gram-
matica, dedo, dedis. Sed quæritur quare, & quomodo actio
noxalis ſit arbitraria? glo.reddit vnam cauſam,& tex.aliam.
Glo.dicit quod ideo dicitur arbitraria.quia iudex arbitratur,
18 an reus liberetur dando pro noxa.vel non. †Tex.dicit,quod
ideo,quia niſi arbitrio iudicis dedat, condemnari debet. Hæ
tamen cauſæ non videntur ſe compati, quia cauſa, quæ per
glo.redditur: non conuenit cum illo tex.Aliud eſt,enim con
demnare pro eo,quia rem pro noxa non dat,quod tex. dicit,
& aliud pro eo, quia ipſo ſciente, & nō prohibente commiſ-
ſum eſt delictum. Vnde hoc quod glo. dicit, non eſt niſi re-
prehendere text. de inſufficienti cauſa. Præterea glo. nō de-
fendit text. Nam iſte tex.non videtur procedere,dicit enim,
ſi is,cum quo agitur,arbitrio iudicis,non det pro noxa,debet
19 condemnari. †ergo ſupponit quòd prima condemnatio eſt,
quòd reus det pro noxa,& tamen iſtud falſum eſt,quia noxę
deditio non eſt in condemnatione, ſed in ſolutione. ff. de re
iud.l.miles.§.decem.& §.at is qui.alias incipit,is autem qui.
Vbi recte concluditur, quòd nunquam iubetur dare pro no-
xa,ſed ſolum eſt in eius facultate,contra hunc tex. & hoc ap
paret infra de noxa.in princ. Ad hoc poteſt dici, quòd iſte §.
procedit in caſu ſingulari,in quo agitur, & cōcluditur ad no
xam, ſicut quando dominus cōuenitur pro delicto vicarij.ff.
de noxa.l.ſi ex re §.fin.de fur.l.ſi ſeruus nauem. tunc enim ſi
iuſſus fuerit dare pro noxa,& nō dat,cōdemnatur. Sed iſtud
reſtringeret nimis hunc.§. Vnde videtur. quòd debeat caſus
quæri,& reperiri, quo dominus iuſſus non vult dare pro no-
xa,iudicis arbitrio, quia in hoc caſu loquitur iſte.§. Propter
quod videretur poſſe dici,quòd qui agit noxali, debet agere
vt appareat. quòd pro noxa agitur.ff.de noxa.l. in delictis.§.
detracta. Et ex hoc poſſunt diuerſi proceſſus fieri.Nam ſi iu-
dex vult, poteſt ante ſentētiam partem ream interrogare, an
vult dare pro noxa. Si dixerit quòd ſic. & iudex præceperit,
quòd det,& non dat,fit condemnatio in pecunia. Et hoc vult
dicere iſte text.& hoc caſu hæc actio eſt arbitraria. Si autem
iudex procedat ad condemnationem pecuniarū ſtatim abſq;
alio iuſſu,nō eſt arbitraria illo arbitrio, de quo hic tractatur,
videlicet,quia arbitrio iudicis nō noxæ dat. Sed bene verum
eſt,quòd cadit arbitrium iudicis in his, quæ gloſ. dicit: & in
multis alijs,quæ poſſunt cadere in proceſſu. Sed illa non fa-
ciunt arbitrariam illo arbitratu,de quo loquitur hic. & ita vi
20 detur poſſe intelligi iſte.§. † Sed pro Deo,dic mihi,tota iſta
materia clamat quòd in his arbitrarijs ſit cōdemnatio,ſecun-
dum quod iudici videtur ex bono & æquo,ſecundum rei na-
turam,niſi arbitrio iudicis ſatisfiat. Quæro,nunquid ſint duę
inſtantię? & nunquid ſit neceſſe offerre libellum in ſecunda,
ſicut in prima,& an ferentur duæ ſententiæ? gloſ. vult dice-
re,quod ferantur duæ ſententiæ,& per conſequens fiant duo
proceſſus ad inſtar act.principalis,& act.iudicati.ff. de re iu-
di.l. miles.§.fin. iſta quæſtio non eſt noua. Spec. mouet eam
de iureiur. verſic. ſed nunquid. & determinat, quod non ſit
opus nouo libello,nec nouo proceſſu. Quid ergo? actor ve-
niet ad iudicem, & dicet. Domine vos condemnaſtis, talem
vel pręcepiſtis tali,quod reſtituat,ſoluat,& exhibeat,vel no-
xæ dedat talem rem, hoc facere recuſat,Peto,& veſtrum of-
ficium imploro, quod ex quo non poteſt,vel non vult parere
vobis,vos vocetis eum, & faciatis mihi ſatisfieri de damno,
& omni intereſſe. & hoc iudex debet facere, & rem æſtima-
re: & in eo,quod æſtimauerit cōdemnare.Et videtur duplex
ſententia.& quicquid ſit,vltima videretur principalior,& de
21 vltima fit executio. † Vnde text. vocat hic primam arbitriū,
in ſecunda dicit condemnari: vt hic in verſi. in quibus. ſup-
ponendo quòd ſecunda ſit vera condemnatio, & alibi vocet
primam,iuſſum.ff.de appel.l. creditor.§.iuſſus. Sed hoc in-
tellige vbi reus ſtatim confeſſus fuit: & fuit ſibi factum præ-
ceptū de reſtituendo,ſoluendo, vel exhibendo: iuxta l.ſi de-
bitor. de iudic. tunc enim prima eſt iuſſus. Sed ſi eſſet cogni
tum plene de negotio, & prima ſententia eſſet lata ſuper pe-
titione partibus auditis plene, & per proceſſum: tunc prima

eſſet vere definitiua, quæ finem controuerſiæ imponeret. vt apparet in l.qui reſtituere. vbi fuit declaratum pro actore:& reus fuit condemnatus ad reſtituendum. Vnde illa eſt vera definitiua,quæ finem controuerſiæ imponit.ff. de re iudi.l.1. Illud tamen caue: quia quandoque fertur vna ſententia tantum: & valet,quando ante ſententiã apparet per proceſſum, quòd reus rem præſtare non vult, vel non poteſt, vt ſatis in ſuperioribus dixi. Et ita poteſt intelligi,quod ſcripſi de actione,quod metus cauſa ſupra eo.§.omnes. ver.quadrupli. Quę
22 rò vltimo † quis ſit effectus, an actiones ſint arbitrariæ, vel non: & cur ſuper hoc tantum laborauimus? Certe effectus eſt magnus,ſi glo. verum dicant. dicunt enim, quòd in arbitrarijs iuratur in litem. Iſte eſt maximus effectus: & not.ff. de in litem iur.l.in actionibus.& hic. Sed hoc non probatur aliqua lege, ſed tota die allegatur ad hoc iſte.§. & tamen nihil facit: imo videretur potius ad contrarium. Dicit enim ꝙ permittitur iudici, ſecundum cuiuſcunque rei naturam æſtimare, &c. Et ita ſupponitur quòd non iuratur in litem: quia tunc nil æſtimaret: ſed iuramentum ſequeretur, vel ſi æſtimaret, non ſequeretur rei naturam: nec verum pretium: ſed ſingulare intereſſe: iuxta illa,quæ leguntur.ff.de in lit.iuran. l.videamus.§.fin. cum l.ſeq. & ſeq. Præterea hoc non eſt verum indiſtincte: quòd iuretur in litem in arbitrarijs: quia
23 quando certo loco promittitur, † eſt actio arbitraria, vt hic patet. Conſtat autem, quòd quando certo loco promittitur, non iuratur in litem,quia ſi in litem iuraretur, veniret ſingulare intereſſe: & tamen conſtat,quòd non venit,niſi commune,vt ff.de eo quod certo lo.l.3.§.nunc de officio. Et not. in §.fin. eiuſdem.l. non eſt ergo verum, quòd in omnibus arbitrarijs iuretur in litem. Ad hoc poteſt dici,quòd in omnibus realibus iuretur in litem, & omnes ſunt arbitrariæ. Et hoc quando per contumaciam, vel dolum rem non reſtituit. Et hoc eſt expreſſum.ff.de in lit. iur.l. in actionibus. & ff. de rei vendi.l.qui reſtituere.ff.ſi ſer.ven.l.harum. & l.egi.ff.de pig. l.ſi fundum. & idem in actionibus ad exhibendum: vt d.l.in actionibus. & ff.ad exhiben.l.3.§.2.& idem credo in veris arbitrarijs,de quibus hic loquitur,quando per cõtumaciam iudicis arbitrio non ſatisfit, vt l.arbitrio.ff.de dolo.& ff.finium reg.l.3.§.ſi dicantur. & idem forte ſi per dolum,vt not.ff.de in lit.iuran.l.nũmis. Sed obſt.ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. miſſus eſt.l.1.§.hæc verba.de aqua plu.arc.l.ſi tertius.§.fin. vide ſupra de verb.oblig.§.fin.vbi ſatis ſcripſi. Item nec obſt. iſte
24 §.in quo † dicit ſecundum naturam rei æſtimatæ.& ita ſupponitur,quòd non iuretur in litem, vt magis declaraui, quia loquitur de illa æſtimatione: de qua ſic loquitur. ff. de in lit. iur.l.videamus.§.iurare.quæ eſt ſecundum rei naturam,licet non ſecundũ verum pretium,vt dixi. Hic poſſet tractari materia de offi.iud.de qua vide pleniſsime,& ornatiſsime, pluſquam ego ſcribere poſſem,in Spec.de offic.iudi. vbi reperies ad ſatietatem. & vide infra de offic. iud.

a Adnotatio. Præterea. Actiones arbitrariæ ideo dictæ ſunt,quia mere in arbitrio iudicis ſunt: & ſunt tam reales quam perſonales. Angel.& diuide hunc §.ſecundum eum.

b Stricti iuris. Hanc opin.ſequuntur communiter doc. vt ibi per Angel.in 2. colum. circa fin. verſic. in ead.glo.in fin. item Angel. hic in 1.colum. ver.ad euidentiam. ponit hic, quæ dicatur actio arbitraria: & deducit vſque prope finem.2.colum.

c Condemnare habet. An autem, & quando iudex teneatur interponere officium ſuum, etiam non petitum: vide diſtinctionem Ang. hic in 23. colum. poſt me.in ver. in glo. ſatisfieri.

d Quæro nunquid. De hoc d.Iaſ.hic in 6.colum.poſt Ioan.Pabri. in additione quæ incipit,tu vltra ſcribentes.

1 *Incerto quando agere liceat.* 13.14.
2 *Actio certorum certa ſit.*
3 *Acceſſiones non ſpecificandæ.*
4 §.*Item ſciendum. ſenſus.*
5 *Intereſſe æſtimandum.*
6 *Talleandi ius ſpecificandum.*
7 *Vniuerſum an ſpecificandum.*9.10.
8 *Certum iurandum.*
11 *Incerto proceſſum non vitiari qui accipiendum.*
12 *Sententia qui certificanda.*
15 §.*Curare explicatur.*
16 *Sententia quando non ferenda.*
17 *Totum parte quæritur.*
18 *Expenſæ qui adiudicandæ.*

a Cvrare [a] autem debet iudex. Iſte.§ tangit practicam, & loquitur generaliter de omnibus actionibus,dando inſtructionem iudici, quomodo debeat iudicare. In quo poteſt ſic poni caſus. Domine imperator,ego paulo ante audiui, quòd iudex ex bono & æquo debet æſtimare, quemadmodũ actori ſatisfieri debeat. Dicatis mihi, nunquid debet æſtimationem certam exprimere,& declarare? Reſpondet imperator,quòd iudex curare debet,vt omnino,&c. proſequere tex. huius.§. ſunt ſatis planæ, quarũ effectus patebit per infraſcripta. Oppo.text.dicit,quod (quantum eſt poſsibile) iudex debet certam ferre ſententiam. ſupponitur ergo,quod ſi non ſit poſsibile. ferret incertam,& quod valebit, & tamen conſtat,quod ſententia incerta nõ tenet.ff.de re iu.l.in ſentẽtijs.C.de ſent. quæ ſine cer.quã.l.3. Itẽ opponitur, hic dicitur, quod iudex debet curare,quod certam ferat ſententiam,etiam ſi de incerta quantitate apud eum actum ſit,& ita ſupponit, quod petitio incerta admittitur. Cuius contrarium patet.ff.de rei ven. l.ſi in rem.depoſi.l.1.§.ſi quis argentum.de iniurijs.l.prętor edixit. Ad hoc quod iſta videas,& per conſequens intellectũ huius.§.qui ex his pendet, præpoſteremus ordinem tex.exa-
b minando. Primo an petitio incerta admittatur,[b] & quando? Et videtur quod petitio incerta debeat admitti.ff.de rei ven. l.quæ de tota.§. fin.C. de an.excep.l.fin.infra proxi.§. Super hoc eſt aduertendum, quia interdũ contrahitur obligatio ad incertum,interdum ad certum,vt patet.ff.de verb. obli.l.ſti-
1 pulationum quædam. cum l.ſeq. In primo caſu, † ſi ſit talis incertitudo,quæ non vitiet obligationem,admittitur petitio incerta iuxta naturam obligationis,vt ſi promiſiſti hominem in genere,vel duo alternatiue, vel ſi cõſtituiſti mihi aliquam ſeruitutem incertam,vt vſum in tuo ne more ad omnes meas neceſsitates. Et in multis alijs exemplis. de quibus.ff.de verb. obli.l. vbi autem. per totam l.quia niſi ageretur ſecundũ naturam obligationis, actor ſuccumberet, vt infra proxi.§.ver.
2 hic autem. † Sed ſi obligatio cõtinet certum,vel res, pro qua agitur eſt certa,tunc obtinet,quod petitio debet eſſe certa,vt d.l.ſi in rem. Vnde tamen verum eſt,quod etiam illo caſu incerta petitio admittitur ex cauſa, quando certificari non poteſt,vt l.quæ de tota.§.fi.de fur.l. in actione. & hoc in ſingularibus actio.in vniuerſalibus & generalibus, res non ſpecifi-
3 catur. & hoc intẽdit glo.& plenius.ff.de eden.l.1.Quid † er-
c go, [c] ſi quis petat caſtrum,vel villam cum ſuis iuribus,& pertinen.nunquid debet iura illa, & pertinentias ſpecificare? Videtur,quod ſic,quia rei vendi. eſt actio ſingularis, vt d.l.ſi in rem. Poteſt dici,quod non,quia iſta petuntur tanquã acceſſoria. Vnde acceſſoria non habet in libello ſpecificari. extra de excep.c.cũ venerabilis. de reſti.ſpol.c.ad ſedem.Quid ſi quis petat fructus,vel expenſas, nunquid debet declarare quantitatem eorum? Doct.iur.cano.dicunt,quod non, ſi petantur acceſſorie,vt not. Inno.de lib.obla.c.ſignificantibus.Sed contra hoc videtur expreſſe.ff.de ædil.edic.l.ædiles.§.item ſcien
4 dum.in fi.ibi cum dicit, † niſi fuerint nominatim iniuncta,& loquitur de acceſſorijs, ſed dic nominatim iniuncta,id eſt expreſſe petita,non autem ſpecificata. Nec de hoc intendit ſecundum materiam, tamen iudex bene faceret, ſi faceret ſpecificari, parte rea hæc petente,ſi poſsint ſpecificari per actorem. & hoc de fructibus perceptis ante lit. conteſt. Futuros eum non poſſet æſtimare,cum non ſciat qui erunt,nec quan
d tum lis durabit. Sed [d] ſi agitur ad intereſſe, nunquid quãtitas debet certificari,& declarari? Glo.hic ſentit,quod non,in gl. quando alia res.Idem glo.finalis alibi dicit,quod intereſſe petitur pro certi condictione.ff.ſi cert.pet.l. certi condictio. Et ita ſupponit,quod certa quantitas debet peti. Pro prima opi. videtur quaſi expreſſum.ff.ſi quis in ius voc.nõ ie.l.fi. de arbit.l.diem proferre.§.fin.ff.de verb.oblig.l. ſi pœnam. in fin. eod.titu.l.liber homo.§.fi.in quibus videtur concludi,intereſſe incertum peti.& glo.vbique ſic intelligit,videlicet quod petitur incertum, tamen poſt certificatur in proceſſu. Petr. de Bellapertic. qui parum, aut nihil aliud dicit hic, videtur tenere, quod vbi intereſſe petitur principaliter, & præteritum,

titum, ꝙ debet æſtimari, & certa quantitas peti. ſed vbi petitur acceſſorie, vel futurum, non. Verbi gratia, ſi promiſiſti factum, & nō feciſti, poteſt agi ad intereſſe, vt l. ſi quis ab alio.
5 §. fina. ff. de re iudica. Tale † intereſſe petitur principaliter. & debet æſtimari in libello, vt ſi dediſti damnum, & ago actione legis Aquiliæ, & multis alijs actionibus, quæ ad intereſſe dantur. Sed acceſſorie petitur quando agitur principaliter ad rem, & nihilominus petitur intereſſe, propter moram, vt in actione ex empt. in certi condict. ex mutuo. tunc ſufficit certificari in proceſſu, & maxime quando debetur ex mora, cum tunc non poſsit certificari, cum creſcat vſque ad ſententiam. quinimo vſque ad executionem quandoque. vide. ff. de triti. l. in hac. ff. ſi cert. pet. l. vinum. Et ꝙ debeat intereſſe æſtimari, quando principaliter petitur, idem Pet. probat. quia illud intereſſe eſt præteritum, & præterita ſunt certa. ſupra de verb. oblig. §. conditiones. & ſic quaſi certum petendum. Pro hac opinione facit ff. de verbo. oblig. l. ſtipulationes non diuiduntur. in fine tertij reſponſi, ibi, iuxta æſtimationem facti dandam eſſe petitionem. Negandum tamen non eſt, quin ex iſta cauſa admittatur ſine certificatione, cum iuramento, etiã vbi principaliter petitur. vt dictum eſt ſuprà & hanc opin.
6 amplectitur conſuetudo. † Quid ſi quis e petat ſubiectionem,
e vel ius talliandi, vel aliquod ius generaliter ſub aliqua villa, nunquid oportet ſpecificare ſingula? videtur quod ſic. Quia confeſſoria eſt actio ſingularis, & ſic non datur pro tali vniuerſitate, vel generalitate. Sed oportet ſingula ſpecificari. verius videretur contra, vnde credo, quòd vbicunque agitur de vnico actu faciendo, vel declarando, ꝙ illud ius poſsit peti per actionem ſingularem vniuerſaliter, vel generaliter, ſecundum formam obligationis, vel rei naturam. Sed vbi concluditur per modum principalis ad dandum, vel reſtituendũ rem, vel ſummam ſingularem, tunc illa eſt certificãda, & ſpecificanda. Verbi gratia, peto declarari ꝙ fullones, vel carnifices talis villæ in ſuo nouo ingreſſu, debent mihi talliam, ſm facultates, ſuas, vel quòd ſint iuſtitiabiles mei, talis petitio admittitur, quia certum petitur, videlicet declaratio talis iuris. & hoc eſt clarum & certum. Idcirco nihil aliud habeo declarare illi, contra quem ago, qui forte me turbat, ſeu impedit vti iure illo. Sed ſi peterem mihi aliquid dari, vel reſtitui ab illo, contra quem ago, tunc debeo declarare, & certum dicere. Verbi gratia, dico contra vnum de carnificibus alicuius villæ, quòd carnifices noui, debent mihi in nouo ingreſſu, talliam ſecundum facultates ſuas, & quòd ipſe eſt carnifex nouus, quare peto talliam ab eo mihi dari. Sine dubio ego credo, ꝙ debeo dicere, quantum peto pro tallia, vt poſsit deliberare, an tallia ſit ſecundum facultates ſuas: quia hoc caſu tallia petitur principaliter. & hoc argumento prædictorum. Quid ſi non petitur principaliter, ſed in conſequẽtiam. Verbi gratia, ago contra Titium, dicens me habere tale ius ſeruitutis ſuper ipſo, ꝙ peto declarari, & hoc declarato, peto per officium ipſum cogi ad præſtandum talliam, ſecundum facultatem ſuam, nũquid procedit talis petitio? Videtur quòd ſic per prædicta, quia ipſa tallia per modum acceſſorij petitur. declaratio namque eſt principalis, concluſio in reali, vt ſatis dictũ eſt ſ. eodẽ. §. omnium. & §. æque. & ſic reſiduum venit acceſſorie per officium iudicis, vt ibi. & facit bene C. in quibus cau. col. 1. libro. 11. Sed huic obſtat, quia in rei vendicatione declaratio eſt concluſio principalis, & rei reſtitutio venit per officium iudicis, vt l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. & tamen in rei vendi. res, quæ venit per modum acceſſorij, debet deſignari. vt l. ſi in rem. eod. titu. Sed ad hoc poteſt reſponderi, quòd res deſignatur in rei vendicatione, quia alias non poſſet deſignari dominium, pro quo agitur, quod in re inſidet, nec ipſa cauſa principalis agẽdi, ſed hæc cauſa agẽdi bene patet abſque deſignatione ſummæ. Vnde in hoc aduerte, quia res ſuper qua principalis intentio, & concluſio fundatur, eſt deſignanda: ſicut in titulo quæſtionis noſtræ, deſignantur villas ſeu caſtrum. Et hoc deſignato, non oportet deſignari id, quod venit acceſſorie, ſed ſi principale & acceſſorium ſint idem, vel vnum, non poteſt deſignari, ſine alio. tunc illud deſignandum eſt. Sicut ſi agam pro ſeruitute itineris, debita a tali fundo, oportet deſignari fundum, nec eſt di-
7 uerſum in rei vendicatione, & confeſſoria, quo ad hoc. † Sed quid, ſi ago contra Titium, dicens quod vendidit, vel donauit, vel legauit mihi, quicquid habet in tali villa, vel bona, quæ obuenerunt ſibi a tali, nunquid procedit libellus? vel an oportet quòd declarem, & ſpecificem bona illa ſingulariter? Videtur, quod non debeam ſpecificare in libello, quia forma obligationis eſt talis. & ſic ſufficit ita petere, per ea quæ hic notantur, & quæ ſupra dicta ſunt. Et hoc videtur tenere Spec. in titu. de lib. conceptione. §. iam nunc ver. item de pluribus. & §. iuxta. ver. item not. de action. ſeu peti. §. 2. ver. quid ſi peto. Pro quo facit. ff. de leg. 3 l. vxorem §. legauerat. Quia quodammodo videtur certa demonſtratio, & ita habetur pro deſignatione. ff. de oper. noui nunciatione. l. de pupillo. §. qui nuntiat. Et pro hoc facit ff. de rei vendica. l. ſi in rem. §. fina. vbi admittitur petitio ſerui, quæ fuit ex tali hæreditate. In contrarium videtur, quia libellus certus eſſe debet, vt per eum reus poſsit inſtrui, an contendere, vel cedere debeat. Vnde cum ex iſta non poſsit inſtrui, non eſt admittendus. Solutio, ſatis videtur admittendus contra illum, qui contraxit, & eſt ratio, quia libellus datur, vt reus poſsit certificari, &c. Nunc reus debet eſſe certus, magis quam ego de his, quæ ſibi obuenerunt, vel quæ habet in tali loco, quare, &c.
8 † Sed contra tertium, contra quem agitur reali, non videtur admittendus. quia ceſſat prędicta ratio. Vnde ſi admitterem, cum difficultate admitterem. Et in caſu tamen, quo non poſſet melius declarare, & quicquid ſit in iuramento, oportet quòd ſit certum, quia alias non poſsit iurare quòd reus poſſideret, nec quod ipſe ſit dominus, quæ oportet ipſum iurare, quia illa ſunt de fundamento petitionis. Sed quid, f ſi quis
f petat obedientiam, & ſubiectionem ſibi adiudicari ſuper hominibus certæ villæ, & illa quæ ſubiecti facere debent, ſuo domino iuſtitiario, nunquid illa debet declarare? Videtur quod ſic, quia illa non ſunt certa. Sed ſatis poteſt dici, quod ſufficit declarare in articulis. extra de præſcript. cap. auditis. quia talis obedientia cenſetur vnum corpus, plures ſpecies ſub ſe continens. Vnde ſufficit totum corpus petere, ſicut ſufficit petere gregem. ff. de rei vendicatione. l. 1. § fin. l. vendicatio, non vt gregis. & hoc ſi certum ſit de conſuetudine, vel de iure, quod verbum importat. alias ſi eſſet dubium: nõ
9 videtur, cur non eſſet opus declaratione. † Sed quæritur vltra: certum eſt quòd vniuerſitas iuris non poteſt peti per actionem realem: ſed an per perſonalem? Non videtur. ſed ſingulares res ſunt petendæ. ff. de hæred. vend. l. qui filij. §. 1. C. de hære. vend. l. qui tibi. Contrarium eſt expreſſum: quia hæreditas petitur per actionum ex teſtamento. C. ad Treb. l. & ſiue ſcriptura. ff. de fideicom. hæred. pet. l. fi. §. 1. cum notatis. & per actionem ex ſtipulatu. ff. ad Treb. l. facta. §. 1. Vnde videtur verum, quòd aut hæreditas tota poſsit peti: & tunc res non deſignatur: aut etiam ſingulares res: & tunc eas deſignari oportet vt not. ff. ad Treb. l. reſtituta. in princip.
10 Quæritur vltra, quid † ſi obligaſti omnia bona tua mihi, ago hypothecaria, vt ea mihi dimittas, nunquid poſſum, ſine alia expreſsione, uel an habeo exprimere ſingula? videtur quod habeam exprimere: qua hypoth. eſt actio ſingularis, in qua neceſſe eſt res exprimi, ut ſuprà dixi. Præterea, iſta omnia bona important uniuerſitatem iuris. ff. ad Treb. l. nam quod. §. fi. cum l. ſeq. & uniuerſitas iuris non poteſt peti per actionem realem: ut l. uenditio ſupra alleg. In contrarium uidetur, quòd quamuis hypotheca ſit realis: tamẽ fundatur, & cauſatur ex nuda conuentione, & obligatione, vt ſatis dxi ſuprà eod. §. item Seruiana. Ex quo ergo talis obligatio admittitur, cur non talis petitio? uidetur quòd imo talis petitio admittitur incerta, ubi obligatio eſt incerta: ut dixi in ſuperioribus. Præterea hypot. competit pro fideicommiſſo uniuerſali. C. communia de lega. l. 1. & 2.

Præterea ceſsio bonorum vniuerſalis admittitur, cur non dimiſsio bonorum poſ. quæ per hypote. auocatur? ſi talem libellum reciperem, ego reciperem eum contra obligantem, nõ contra tertium poſſeſſorem, per ea quæ dixi ſ. in quęſt. ſed ad quid ago? de hoc ſcripſi ſupra de acqui. per arrog. §.
11 1. † No. ꝙ licet petitio incerta non debeat admitti: ſi tamen admiſſa fuerit, non uitiatur proceſſus. uerum eſt ꝙ debet de

clarari in quacunque parte proceſſus, ſi hoc requiratur. C. de an.excep.l. fin. vbi erat incertiſsima. & tamen proceſſus tenet: alias non operaretur interruptionem, vt ibi ſcripſi. & debet fieri pronuntiatio,extra de ſen. & re iudi. c. cum Bertholdus.de reſcrip.c.cum dilecta.de ordi.cog.c.cum dilectus. de appel.mo.c.dilectus.per doct.& per Inno. extra de ſepul. c.certificari. in gl. diuerſitatibus. Ex his apparet, quomodo agitur de incerta quantitate, vel re. Reſtat videre quomodo ſententiandum ſit. & in hoc ſtat intellectus huius §. & glo.ſuper quo ſciendum,quòd aut quæritur quomodo ſententiandum ſit ſuper principali: aut quomodo ſuper acceſſorio.ſi ſuper principali,tunc aut petitio continet certam, &
12 deſignatam quantitatem, vel rem, aut incertam. † Primo caſu, certum eſt ꝙ ſententia debet eſſe certa,vel pro deſignationem rei,vel quantitatis: vel per certam relationem, vel demonſtrationem: vt condemno te in petitum. & ſic intellige C.de ſen.quæ ſine certa quant.l.1.& 2.de re iud.l.in ſententijs. & hoc dicit iſte §.curare debet, &c. & adeo curare, quia non valebit ſententia,niſi ſic curauerit,& fecerit. C. de ſen.quæ ſine cer.quan.l.pen.& fi. Quid ſi condemnet reum
g in his, quæ ex actis g apparebit eum debere: nunquid valet ſententia? Videtur ꝙ ſic:quia hoc apparebit per proceſſum: vt d.l.in ſententijs. ff. de ma.te.l. nominatim. & pro hoc videtur extra de excep. c. cum venerabilis. & hoc videtur tenere ibi Inno.ſed gl.videtur notare contra.C.de ſenten.quæ ſine cer. quan. l. pen. pro qua facit, quia acta, & atteſtationes vt plurimum ſunt dubiæ: ideo oportet eas per ſnīam declarare. Poteſt dici,ꝙ non valet in prædictis terminis. Sed ſi diceret,condemno te in quantitate contenta in inſtr̄o producto per actorem,vel per teſtes in ea concordantes, credo, ꝙ valeret,quia refert ſe ad quid certum. & clarum. per d. l. in ſententijs.caueat tamen iudex,ꝙ ſuper toto indicet, vt infra dicetur.Secundo caſu,quando petitio continet incertum.Tūc aut de natura obligationis,ſeu rei,ad quam concluditur,nulla eſt certificatio facienda,& tunc valet ſententia,ita incerta, ſicut eſt petitio. Verbi gratia quando petitur homo promiſſus in genere,vel alternatiue,natura obligationis & rei, quæ petitur,habet,vt petatur incertum, nec certificandum eſt in proceſſu,imo caderet,ſi certum peteret.vt infra proxi.§.ver. huic autem,ideo iudex non habet curare, quod certam ferat ſnīam,vt hic no.Exemplum autem tertium,quod glo.ponit, videlicet qn̄ agitur noxali,nō placet, quia ibi poteſt ferri certa ſnīa,vt videbis infra de offi.iud.§.1.ff.de re iud.l.miles. §. 1.Sed potes ponere alia exempla,ſi promiſiſti me ſeruare indemnem, aduerſus rempubl. vel aduerſus aliquem, cui teneri poſſem forte ex adminiſtratione, vel alias, iſto enim caſu, ſi ago vt condemneris ad me ſeruandum indemnem; valet ſententia.C.de ſenten.quæ ſine cer.quan.l.2.quia nihil aliud petebatur. Sed ſi peterem damna, vel aliquid aliud, quia non ſeruabar indemnis, ſecus eſſet: Nam illud deberet declarari in libello,& in ſententia, vt ſupra dixi in materia petitionis.Item potes ponere plura exēpla,ſi petam proceſſus factos tali tempore cōtra me,nullos declarari,pro eo, quia iudex excōicatus erat, vel quia abſens. extra de poſtul. præla.c.tanta.de dol.& contu.c.veritatis.vel ſi petam ius epiſcopale: vel iuſtitiarius iura, quæ iuſtitiario debentur, vel aliquem eſſe talliabilem de voluntate. extra de ſent. excom. c.cum veniſſent.de procur. c. auditis, de appel.c.bonæ.& in nullo talium caſuum habet locum iſte §.Item nec in vniuerſali actione,quando vniuerſaliter agitur.ff.ſi pars hære.pet.l. non poſſumus.ſi autem pro certa re, tunc eſſet illa declaranda,vt ad reſtitutionem illius concludatur. Nam res ſingularis poteſt peti per actionem vniuerſalem,vt ſupra dixi.ſi tamen concluderetur vniuerſaliter contra illum, qui vnam rem tenet, & diceretur eum tenere hæreditatem, nihil haberet ſpecificare actor,niſi in executione,& ſic nec iudex. & vide extra de offi.ordi.c.conquerente. nec habet locum no-
13 ſter §. † Quid in actionibus generalibus, ſicut tutelæ, pro ſocio? Credo,quòd ſicut petitio generalis,& incerta admittitur,quod ſententia generalis valeret.ſi enim petitio contineat,quod compellatur reddere rationem,de adminiſtratione, ſufficere debet, quod ad hoc reus condemnetur, ſed poſtea debet dari arbiter, qui ſingula diſcutiat, & iudici referat,& coram illo ſpecificabitur per articulos. ff. de condi. & demon.l.ſi cui.de iudic. l. vix. §. item arctioris. in argu. & tunc iudex certam proferret ſententiam: & in certa ſumma condemnabit. Et hoc caſu obtinet iſte §.quia quamuis de incerta quantitate actum ab initio fuerat, nihilominus curare debet, quod certam ferat ſententiam, negotio (vt præmittitur) examinato.& facit.ff.famil.erciſ.l.item Labeo. §.
14 item familiæ.verſi.ſed ſi. In tertio caſu, † quando fuit petitio incerta,de natura tamen rei,vel obligationis, eſſet certificanda, veruntamen fuit incerta admiſſa, vel de voluntate partium,vel alias: quia certificari non poterat: quo caſu admittitur,vt ſupra dictum eſt, tunc proprie habet locum iſte. §.quod iudex habet curare,vt certam ferat ſententiam quamuis de incerta quantitate,vel re actum fuerit, vt l.quæ de tota.§. incerta, ff. de rei vendica. & l. in furti. ff. de fur. Sed quid,ſi non poſſet iudex certificare, quia forte teſtes non declarant rem,vel quantitatem,ſicut nec actor, quid faciet? Videtur, quòd nihilominus pronuntiare debet, quia tex. dicit.quantum eſt poſsibile,certam ſententiam proferat. Et ſic ſupponit imo expreſſe dicit, ꝙ eam proferat, ſaltem qualem poterit. Iſtud non videtur de mente iurium, quæ volunt ſententiam certam ferri, vnde iſtud poſsibile, non ſonat,quod det eam incertam: ſed ꝙ eam reddat certam quantum plus poterit.Verbi gratia,petebas centum libras,non declarabas monetam iudex in ſua ſententia debet eam declarare,vel petebas legatum,ſaluo eo quod eſt per l.fal.detrah. iu-
15 dex debet declarare hoc, quantum † eſt ſibi poſsibile. ſi autem non ſit poſsibile,tunc debes abſoluere reum, quia actor non probat. Verbi gratia,tu petis vnum ſcyphum, quem mihi commodaſti,vel penes me depoſuiſti: pondus, quia neſciebas,nec teſtes declarant,quid fiet? Videtur,ꝙ debes ſuccumbere,quia quamuis admittatur libellus cum iuramento, nihilominus oportet probare pondus ante ſententiam, vt notatur in d.l.in furti.ff.depoſi.l.1.§.ſi quis argentum.cum igitur non probes,ſuccumbis.& hoc niſi in actionibus, & caſibus, quibus ex dolo iuratur, de quibus dixi ſupra in §. præterea. quia tunc cum iuramento fit condemnatio incerta. Sed quid ſi vterque probat æqualiter, nec conſtat quis eſt actor,
16 nec quis eſt reus? Reſponſio: iudex in dubio † non feret ſententiam. vt conſueuit notari. C. vti poſsi. l. 1. extra de prob.c.licet. iſte tamen caſus vix occurrit:quia vix eſt, quin ſciatur,quis actor,quis reus,& quid probatur,vel non, vt ibi ſcripſi,& in omnibus poteſt procedi ad quæſtiones: extra de depoſ.c.1.& de hoc infra de interdi.§.retinendæ. Sed quid, ſi quis petat omne imperium in aliqua villa,vel territorio,facit articulos ſuper expletis diuerſis,probat aliquos,alios nō. Verbi gratia probatur, quòd cognouit de aliquibus cauſis mixti imperij,vel iuriſditionis, non autem probat ꝙ animaduerterit in aliquem,vel mulctauerit,nūquid iudex adiudicabit ſibi totum imperium?& an valebit ſnīa gnālis,ex quo fuerint articuli ſpecificati? Inno.videtur velle,ꝙ iudex pronuntiabit ſuper articulis probatis,ſuper alijs ſuperſedebit. & ita no.extra de except. cap. cum venerabilis. & idem ſequitur Spec.de ſenten.§.qualiter.verſi.item debet eſſe.nu. 7. lib. 2. ſed hoc non videtur verum,quia ex quo petitio fuit vna,non poteſt pronuntiari pro parte,& pro parte dimitti.ff. familiæ erciſc.l.in hoc iudicio.C.ſi aduerſ.rem iud.l.1. reſp. 2. Præ-
17 terea ſicut ſufficit vti parte fundi † ad acquirendam poſſeſſionem totius: ſic & aliquo articulo imperij. ff. de acquir. poſ.l.poſsideri.reſponſ.2.Igitur probatio illa ſufficit ſibi, & debet ſententia ferri in totum pro actore,& hoc niſi reus poſſideret,vel explicaſſet articulos nō probatos, vt l. quod meo. §.ſi.eo.ti.vide de his extra de præſcriptio.c.autem. & ſcripſi in breuiario C.de emanci.lib. l. 1. Satis ergo locuti ſumus de ſententijs ferendis ſuper principali. quid ſi ſuper acceſſorio? Omnes doct. iuris Canonici tenent, ꝙ valet ſententia incerta, reſeruata taxatione, & hoc ſequuntur omnes curiæ. vnde condemnant in fructibus & expenſ.reſeruata taxatione. & idem videretur dicendum in damnis, & intereſſe, & quibuſcunque caſibus, vbi acceſſorie aliqua petuntur, & ita notant,& eſt expreſſum extra de donationi capit. inter dilectos

dilectos.de procur.ex inſinuatione.cum multis. Hoc etiam
videtur fundari per l.C.ſiquis alteri, vel ſibi .l. cum propria
in fi.ibi,cum dicit poſſeſſionem.habita etiam taxatione fru-
ctuum,&c.Sed illa l.magis videtur facere contra. Supponit
enim,ꝙ taxentur in condẽnatione,ſed facit in hoc, quia lo-
quitur de taxatione,ſupponendo,quod cõdemnatio præceſ-
ſerat.Quidquid ſit,ſecurius eſſet cõdẽnare in certa ſumma,
vel quantitate, negocio prius examinato: ſicut etiam leges
18 † ciuiles videntur velle in expenſis, quæ primo debent taxa
ri,& poſt iurari,& nouiſsime adiudicari,in auth. de iudicib.
§.oportet.& facit.ff.fam.erciſc.l.item Labeo.§.ſed & regio-
nibus.in hoc non inſiſto,quia tantum vſitatum eſt de contra
rio,quod non crederetur mihi.In hoc tamen aduerte, quòd
quamuis cõdemnatio valeat in ſumma incerta, in acceſſoriis
tñ condemnationis modus debet eſſe certus. Nã ſi diceret,
condemno te in expenſis,ſi quæ debentur,non valet.ff. de re
iud.l.in ſententijs.§.qui ſortis. Ideo non valet condemnatio
in expenſis de iure,& ſi frequenter fit. ſed de qua ſententia
loquitur hic,an de interlocutoria,vel de diffinitiua?non eſt
dubium,ꝙ de diffinitiua.Quid de interlocutoria? Videtur,
ꝙ valeat incerta,nam condemnatio fit in expenſis,nulla ex-
preſſa quantitate, interloquendo forte ratione retardati pro
ceſſus:vel alia de cauſa,extra de procur.c.auditis.Itẽ reuoca-
tur quidquid poſt appellationẽ factum eſt:extra de appell.c.
ſignificauit. & c. cum cauſam, ſuper hoc debet aduerti ma-
teria,in qua fertur interlocutoria, ſicut ſupra dixi in diffini-
tiua. Nam ſi materia exigat certitudinem, debet ferri certa:
alias poteſt valere incerta, verbi gratia fiunt poſitiones,vel
articuli: ego dico aliquos eſſe impertinẽtes,vel captioſos,&
non eſſe his reſpondẽdum:& ſup hoc peto ius. ſine dubio iu
dex debet declarare ſpecifice, quibus poſitionib. eſt reſpon-
dendum. & quibus non: alias ſententia ſua eſſet deriſoria.
Sed interdum valet incerta,verbi gratia,petebam diẽ ad pro
ponendas exceptiones. ego dicebam te non debere admitti
ad aliquas proponendas, vel te non debere admitti ad ali-
quos teſtes producendos.vel dicebam,laicos non debere ad-
mitti ad deferendũ teſtimonium, ſi ſuper hoc detur genera-
lis interlocutoria,non dubium,quod hæc valet,& tenet. qa
hoc petebatur,ſicut dixi ſupra. Vnde ſufficit ſententiare,ſi-
cut petitur.quando materia hoc requirit, ſicut eſt in prædi-
ctis exemplis.& in multis alijs. quæ poſſunt reperiri. Dicit
ergo iſte,§.quia curare debet iudex,&c. Sed quæ erit forma,
& materia huius cura? Reſpondeo, debet perfectè videre
proceſſum,& cuncta rimari:& ſi ex proceſſu non appareat,
quod poſsit certam ferre ſententiam,debet vocare partes,&
interrogationes facere,& etiam teſtes,ſi videatur, quod mi-
nus clare depoſuerint: vt magis declarent: extra de probat.
c. in præſentia.de teſtib. cap. cum clamor.ff. de interrog. a-
ctio.l.vbicunque. Item dic, quod nedum debet iudex ſen-
tentiam incertam dare in re, & quantitate petita, imo in a-
lijs.ex quibus poſſet per ſententiam dubium oriri in futurũ.
concedo tamen, quòd ſi hoc non faciat, non annihilatur ex
hoc ſententia.ff.de fideicom.lib.l.ſi legatario.§.fi.ff. de ſuſp.
tu.l.3.§.neque enim. an autem incertitudo perſonarum vi-
tiet? dic,vt extra de offic.ord.c.2.In glo.& in ſcriptis. in fi.
dic multos alios caſus,ut ſcripſi in d.l.fi. vide ibi:quia hoc nõ
eſt proprium hic.

a Adnotatio. Curare. Diuide hic ſecundum Angel.& ſumma ſic. Iudex debet ferre ſententiam certam,etiam ſuper libello incerto,ſi incertitudo eſt in poteſtate iudicis. hoc dicit.

b Incerta admittatur.De hoc vide Iaſ.hic in princ.2.col. verſ.3. no.

c Quid ergo. Sed quid ſi iudex pronunciauit ſic,pronuncio,vt pronunciauit talis iudex in tali cauſa.an valeat ſententia? vide hic Ang.circa fin. 2.colum. verſic. quid ſi iudex. vide Iaſon. hic in 8. colum. circa fin. verſ. quærit ergo in primis.

d Sed quid. Quid autem ſi iudex in ſententia expreſſe ſe retulit ad quoddam inſtrumentum,quod non fuerat in cauſa productum:an valeat ſententia?vide hic per Angel.in fi.2.col.verſ.quærit Bald.& per Iaſ.hic in 8.col.in verſ. quid autem ſi iudex.

e Quid ſi quis. Quid autem ſi iudex dicat condemno,ſi eſt probatum, alias abſoluo? Vide hoc per Ang.in 3.colum.circa med.verſ.quid ſi iudex dixit,condemno ſi eſt probatum.& per Iaſon.hic in 10. colum. ante med.verſ. quærit etiam Ang.

f Sed quid. Quid vero ſi iudex dicat in ſententia Titium abſoluo,& in expenſis cõdemno victum victori.nobis,& ſucceſſoribus noſtris taxatione reſeruata,an videatur ſacra condemnatio?vide Angel.hic in 4.col.poſt princ,verſic. quid ſi iudex dicat,Titium abſoluo.& per do.Iaſ.in 11.col. poſt princ.in verſ. vlt. vt nihil.

g Ex actis.De hoc vide Ang.hic poſt princ. 2. col. verſic. ex quo not. quod in dubio.

1 *Caſus poſitio.*
2 *Iure antiquo an erat introductum,quòd plus petens,quam ſibi deberetur,amittebat cauſam?*
3 *Paragraphus iſte,Si quis agens. Inſtit.de act.nihil habet commune, cum l. vnica.C. de plus peti. & rationem reddit.*
4 *Plus petens,quam ſibi debeatur,punitur,ſi principaliter plus petit,an autem, ſi acceſſorie?*
5 *Quid ſi non exigit, ſed petiit,uel fecit fieri executionem?*
6 *Quid autem duplicabitur in hoc caſu,uel §?*

1 SI quis agens intentione ſua. † Iſte §. planiſsimus eſt.
& gl. magis plana eſt, & eſt vnus §. & vnus caſus, cum ſuis
exemplis,& declarationibus,vſque ad §. ſi minus.Caſus pro
iuuenibus,poteſt ſic incipi. Domine Imperator,ego multas
natũras actionum vidi, ex quibus occurrit mihi talis caſus
dubius: ego debebam alicui 10. ipſe petit à me 20. quæri-
tur,nunquid debeat puniri? Reſpondet Imperator. quod
ſic,quia antiquitus,ſi quis agens, &c. caſus planus eſt. pro-
ſequere literam. Circa iſtum §. primo poteſt quæri,vtrum
intelligatur generaliter,quacunque actione agatur. Et vide-
tur,quod loquatur tantum de reali, propter verbum perti-
neat,quod videtur ſonare realitatem,vt dixi ſupra eo.§.om-
nium.Sed contrarium eſt verum.Nam generaliter loquitur,
ſi quis agens intentione,hoc enim verbum omnem intentio
nem comprehendit.quia largum eſt,& hoc apparet per exẽ
pla,infra ver. plus.& ver.ſeq. vbi loquitur de reali,& perſo-
2 nali. † Item quæritur, hic dicit, quòd olim rem amitte-
bat:nunquid hoc antiquitus erat de iure. ff. vel de iure anti-
quiſsimo? Videtur,quòd de iure.ff.per l.non ſolum.§. tale:
allegatam hic in glo.Contrarium videtur.de ædil. edic.l.bo-
uem.§.ſi ſub conditione.de pigno.l.grege.§.ſi ſub conditio-
ne.ſi cert.pet.l.pecuniam. & ad l. Aquil.l. in l.Aquilia ſi de-
letum.Et forte.§. tale.referebat ſe.ad ius antiquum, vel for-
te de iure.ff.erat aliud in debito conditionali, aliud in debi-
to in diẽ.hodie idẽ.infra eo.ver.tpe.Sed nunquid iſte §.cor-
rigit l.iuſtas.de iure fiſ.lib. 10. C. Gloſ. vr̃ hic ſentire,ꝙ ſic?
in gl. facit.dicit enim,idem erat, q. d. ꝙ hodie non eſſet. &
expreſſe hoc dicit in d.l.iuſtas. ſed ego non video,quare fuiſ
ſet poſita in C. ſi eſſet correcta. Vnde non puto eum delin-
quere, qui in dubijs quæſtionibus contra fiſcum reſpõdet.ff.
de iure fiſ.l.non puto.Idcirco audacter dicas, quòd dicta l.
ſtat hodie.& iſte §. habet locum in priuato,non in fiſco: qa
3 adhuc vult procedere ad bonum exẽplum.† vnde non mirũ,
ſi fiſcus ſit peioris conditionis in his, quæ tendunt ad corre-
ctionẽ morum,quam priuatus:qa & alibi legitur.ff.ad Treb.
l.ſi legatus.§.fi.cum concord.& not: ꝙ iſte.§.nil habet com-
mune cum l.odioſa.C.de plus peti.Nã ibi loquitur, ubi plus
per dolum ſibi procurauit caueri,& ex cautione agit,hic ubi
ſolum plus petit ẽt ſine malitia: ſed craſſa, vel minus iuſta
ignorantia.Vnde alia pœna hic:alia ibi. Quid ergo,ſi procu
ratori fuerat in parte ſariſfactum,dño ignorante:dñs totum
petit,vel prædeceſſoris hæres, qui cautionẽ inuenit, totum
petit,nunquid punitur hac pœna? Credo ꝙ ſic, ſi potuit ſe
certiorare.ff.de reg.iur.qui in alterius.vnde põdera hic ver-
4 bum conſtantiſsimus &c. †Sup tex.re veluti.Iſte ver.pro-
a cedit ſine dubio, vbi plus petit, a vna petitione,& principa-
liter.quid ſi acceſſorie? verbi gratia,petit rẽ cum fructibus,
vel cum intereſſe, & conſtat ꝑ proceſſum reum non teneri
ad fructus vel intereſſe, ſed ad principale, ſatis vr̃ æquum,
cum hoc ſit pœnale,quod non debeat extendi.l. interpreta-
tione.ff.de poe. Et quod nõ debeat puniri, ſaltẽ pœna tripli,
apparet,cum ex hoc maiores ſportulas, non ſoluerit. Super
tex.tpe,veluti ſi quis ante diem,appoſitam de conſenſu. par
tium,vel ex natura rei.infra de excep.§.tpalis. idem,ſi ꝑ le-
gem,ut in exac.dotis rei mobilis.C.de rei vx.ac.l.vni.§. acce
5 dit.vel in conſtituta pecu.ff.de conſt.pec.l. promiſſor. †Sed
quid ſi non exegit,ſed petijt,vel fecit executionem fieri, qa
forte iudicatum habebat, uel literas ſigillatas, de quibus fit
executio in curia laicali,& in curia eccleſiaſtica monitio,nũ-
quid

quid eſt locus huic §? credo ꝙ ſic: multo magis, & quia maior ratio.ff.ꝙ me. cau.l.fina.§.fi. Quid ſi ſoluit ante diem vocatus,& per iudicem iuſſus: nunquid poteſt agere ad pœnā? credo ꝙ non,per d.l.ff.de eo quod certo loco. l. centum Capuæ. Sed quid ſi non fuit dies certa appoſita? tunc idem: cū iſte §.obtineat in debito conditionali,vt ſtatim ſubijcitur: & dies incertus habetur pro conditione.ff. de cond. & demon.
6 l.dies inceptus. † Sed quid duplicabitur: & in hoc caſu videtur, quod conditio, vel dies incertus deberent iterum expectari, per hunc §. ſed poteſt dici, quod duplicabitur tantum tempus,quantum fuit à tempore contractus, vſque ad euentum conditionis, vel diei incerti, & forte hoc voluerunt dicere gl.ff.ſi cer.pe.l.pecuniam.de pig.l.grege.§.ſi ſub conditione.vide infra de excep.§.temporalis.& ſ.e.§. tripli. Super tex qua enim ratione.iſte verſ.facit,ꝙ actio,quæ competit ad dandum,ſit arbitraria,quod non eſt verum vſquā,vide ſupra §.præterea. In gl.loco.in fi.hæc eſt verior: & bene facit ff.de admi.tuto.l. Titium, & Mæuium. §. 1. & vide plenius de materia huius.§.ſ.eo.§.præterea.Super tex.ibi.diuerſa ſunt pretia.facit.ff.ad leg.Fal.l.pretia.§.fi. de eo quod cer. lo.Ideo.ſuper tex.ibi:ſed & pecuniæ numeratæ. ſubaudi,diuerſa eſt vtilitas.quia non in omnibus,&c.ſed quid eſt hodie in terris Chriſtianorum,qui non fœnerāt? reſpondeo idem: quia debitores bene recipiunt ſub vſuris.Sed quid ſi ſit notorium,qđ vtilius eſt debitori ſoluere in loco,vbi petitur, quā in loco vbi agit: nunquid opus eſt hmōi commemoratione?

Credo, ꝙ ſic: quia petitor debet narrare formam obligationis. infra verſic.huic autem.in fine. Item ſuper hoc,reus non habet facere proceſſum, nec probationes attendere. infra verſic.præterea.in fine.

a [a] Adnot.Plus petit.Quærit hic Aret.an & quando admittatur pœnitentia, ad hoc,vt ipſe actor.euitet pœnas prædictas,& tenet ꝙ vſque ad litem conteſta.niſi ipſe reus feciſſet aliquas expenſas ante.li.conteſt.quia ad illas reficiendas actor debet condemnari.

1 *Alternatiua multiplex.*
2 *Alternatorum vtrumque in obligatione eſt.*
3 *Alternatorum cuius ſit electio.4.6.*
5 *§.Huic autem locus,& ſenſus.7.*
8 *Alternatorum quod petendum.*

HVIC Autem qui loco. In gl.hanc cauſam. in fin.vel forte vtilitatem. quia ex electione deſcendit: vt ff. de vſuris in rub.ſed ſecundum hoc poſſet dici, quod plus petitur cauſa,ſupra verſic. loco. ſicut hic: ſed non ita proprie. In gl. niſi cum iam. in fin. Quidam habent hic additionem, quæ incip.quare &c.& finit l.Stichum. circa princip. Si non habeas,ſcribe eam, quia bona eſt. Pro euidentia[a] tamen hu-
1 ius gloſ.& materiæ,ſcire te volo,quod reperitur † alternatiua perſonarum,ſeu alternatiua inter perſonas: vt l. cum quidam.C.de verb.ſig.ff.de leg.2.l.ſi Titio.de conſtit.pecu.l.ſed & ſi filio.§. 1.ſ.de inuti.ſtip.§.plane.Item reperitur alternatiua rerum: vt in exemplo hic poſito.ff.de iure do.l.plerunque.in prin.de leg. 1.l.cum res.§.ſed ſi Stichus [iſte §. ad mēbrum ſupra.proxi.pertinet.loquitur enim de alternatiua perſonarum: melius in l.ſi ſtipulatus fuerim illud, aut illud. ff. de verb.oblig.]Item alternatiua temporis.ff.de verb.ob. l. ſi ſtipulatus fuero 10.aut 15.§.itē ſi ita.de leg.2.l.ſi ita relictū. §.fin. Item reperitur alternatiua locorum. ff. de eo,quod certo loco.l.3.§.qui ſtichum [alias incipit, & ideo.] Item locorum,& rerum: vt eo.§.in fi. His viſis,quærendum eſt,an iſte verſic.obtineat in omnibus his alternatiuis? Et ad ſolutionem huius,eſt primo quærendum, quid ſit in obligatione
2 † in alternatiuis rerum? & videtur,quod vna res ſolum, videlicet,quæ ſoluitur.ff.quando dies leg.ced.l.cum illud, aut illud.de leg. 2.l.ſi illud.aut illud.arg.ff.de leg. 1.l.cū incertus.

Ad hoc reſpondeo,ꝙ vtrunque.ff.de verb.obli.l. ſi duo.in fi. & apparet, quia vtrunque poteſt conſtitui. ff. de conſtit. pecu.l.illud,aut illud.& ſic vtrumque debitum eo. tit.l.1. §. debitum. & hoc, vbi in vtroque poteſt conſiſtere obligatio. alioqui alterum tantum, in quo obligatio poteſt conſiſtere. & hoc verum in alijs, quam in alternatiuis quantitatis, vel temporis. Quid in illis? expreſſum videtur,quod in illis eſt minor quantitas in obligatione,vel longius tēpus. ff. de ver. oblig.l.ſi ita ſtipulatus fuero 10.aut 15.Gloſſ.ſentit contra, quod nihilominus totum eſt in obligatione.ff.de lega 2.ſi ita relictum §.fin.vbi videtur concludere, quod vtrunque ſit in debito: ſed propter præſumptionem cenſetur longius tempus,& minor quantitas.Hoc non credo: imo tex.(ſicut ſimpliciter loquuntur)intelligo.& hoc eſt quaſi expreſſum.ff.de ver.obl.l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtipulante.in fi.Si enim vtraque ſumma eſſet in obligatione, & reſponderetur, de vna, profecto ſtipulatio nulla eſſet per primum reſponſum illius §.& tamen conſtat, ꝙ ibi valet.& hoc vbi eſt electio debitoris.Sed quid in caſu,quo eſt electio creditoris? Videtur ecōtra,videlicet,quod illud, quod maius eſt, ſit in obligatione, quia qua ratione minus eſt ipſo iure in obligatione, quando eſt electio debitoris, quia præſumitur quod debitor minns eliget;eadem ratione videtur,ꝙ ſit maius,vbi eſt electio creditoris, quia præſumi debet, quod plus eligat. arguendo de pari ratione per contrarium,ſicut arguitur ſupra proxi.ver. Item quæritur pro ſolutione primæ, & iſtius ſecundæ, quæ-
3 ſtionis,cuius ſit electio, † in iſtis alternatiuis rerum, an debitoris, vel illius cui debetur? De hoc ſatis dixi ſupra, de leg.§.ſi generaliter. vide ibi quandiu res debitæ extant, ſed vbi non extant,nihil dixi.& ſicut vides additio. quæ eſt hic, incipit,de hoc loqui,tamen minus perfecte. Vnde dic, ꝙ ſi altera extat,alia non, dic, ꝙ aut res perempta eſt ſine mora, & ſine facto alterius contrahentium, & tunc illa, quæ ſupereſt,eſt in obligatione vt l.Stichum. in prin. ff. de ſol. vel pretium peremptæ, ſi ipſum malit debitor præſtare. ff. de lega. 1.l.cum res.§.ſed ſi Stichus.In caſu,quo eſt electio ſua. ff.de contrahen.emp.l.ſi in emptione. §. pen. aut perijt poſt moram,vel facto debitoris: & tunc diſtinguitur, cuius erat electio. Nam ſi erat creditoris: poteſt petere mortui pretium,ſi vult.& ſic intelligitur d. l. Stichum. in ſecundo dicto,ibi,cum dicit. Ille ſolus,qui deceſſit,&c.ſub.ſi creditor elegerit. ſi vero eſſet debitoris electio, tunc remanet viuus in obligatione,nec debitor poteſt offerre pretium mortui, ſi ſit viuus: vt d.l.Stichum.verſic.enim vero.ſecus dicerem,ſi alienaſſet.ff.de legat. 1.l.ſi qn.§.fi. Si vero alter mortuus ſit facto creditoris,vel poſt eius moram: debitor liberatus eſt, nec in obligatione remanet ff.de verbo.obl.l.ſi ſtipulatus fuero Damam,aut Herotem. Ex his apparere poteſt in magna parte ſolutio quæſtionis principalis,& intellectus huius tex. nunquid iſte verſi.obtineat in omnibus alternatiuis rerum? Quia aut ambæ res ſuperſunt,aut non. Si ſuperſunt,aut quæris de alternatiuis quantitatum,ſeu temporis: & ſic de alijs, aut erat electio debitoris,aut creditoris. Recipiamus ergo, per modum quæſtionis, hæc membra. ponamus, quod promiſiſti mihi 10. aut 50. vel promiſiſti intra Calend. Martias, vel Auguſti, ad electionem tui. nunquid debeo concludere alternatiue, in libello? Ego credo, quod non, per d.ll.quia minor ſumma,& largius tempus, ſunt in obligatione,& ideo:hoc caſu non obtinet iſte §.Nec poteſt dici, quod petatur plus cauſa,quia nec plus eſt in obligatione. Sed pone, quod eſt electio creditoris: nunquid debet concludere alternatiue? Non videtur,quod reciſius tempus,& amplior ſumma,videtur eſſe in obligatione, vt ſupra dictum eſt. quinimo,non videretur,quod poſſit petere minorem ſummam, quia non eſt in obligatione per ſupradicta. Hæc autem vera, quando eſt eadem quantitas, in qua non cadit intereſſe, niſi in eo,quia ſumma maior eſt. Sed vbi caderet intereſſe, vel affectio,tunc crederem vtrunque in obligatione, & eſſe lucum huic §. quamuis ſumma altera eſſet maior, vel forte eadem. Verbi gratia, promiſiſti mihi centum in pecunia numerata, ſeu moneta, vel 40. vel forte centum in bonis florenis.hoc caſu, credo vtrunque eſſe in obligatione: quia vtilius eſt, & leuius poteſt dare, vel recipere vnam ſummam,quam aliam.Et idem dicerem in alternatiua temporis. Pone, quod promiſſa fuerunt centum ſoluenda. in Calend. Martij,aut Maij.de moneta, quæ curreret in termino. Hic poteſt cadere magna affectio propter monetas,quę ſæpe mutantur in regno Franciæ, & frequenter expedientius eſt cito ſoluere, quam tarde. & econtra expedientius eſt tardius recipere. & hoc dico, quia ceſſat ratio dictarum legum. & per

per illa, quæ dixi in ſimili materia compenſationis, ſupra
eo.§.in bonæ fidei.& in talibus caſibus, & in ſimilibus, cre-
4 derem eſſe locum huic §. † Veniamus ergo ad aliud mem-
brum:quid in alijs,quam in alternatiuis quantitatis,ſeu tem-
poris, in caſu quo eſt electio debitoris? Reſpondeo indiſtin-
cte eſſe locum huic §. Sed quid ſi eſt electio creditoris:nun-
quid debet concludere alternatiue, ſecundum determina-
nem huius.§?Credo ꝙ non,imo debet concludere ad vnum.
& illud eligere, vt d.l.Stichum.circa prin.de verbo.obligat.
l.vbi autem.§.qui illud.Sed quid ſi vnum petit pręciſe,abſq;
eo,ꝙ ſe eligere,vel elegiſſe dicat?Satis poteſt dici, ꝙ agẽdo,
& petendo illud. videtur eligere ff. de lega.2.l.ſi is cui. Sed
an teneatur ſaltem facere commemorationem de forma obli
gationis alternatiua?Videtur debere dici,quòd ſic:vt hic, &
verſi.qua de cauſa.ſed parum facit:quia (vt dixi) totius iſte
§.loquitur,quando eſt electio debitoris,ſed quando eſt credi
toris,non videtur neceſſe per d.l.ſi is,cui.& per d.l.Stichum.
Quid ergo ſi egiſſet quaſi ex obligatione pura, & fuit inten
tio eius negata, in proceſſu probat actor obligationem al-
ternatiuam, & electionem ſibi datam: nunquid debet cade-
re?videtur quod non,per prædicta.Item,quia rei, nihil inte
reſt.Quicquid ſit, ſecurius eſt, quod faciat commemoratio-
nem in libello de forma obligationis:iuxta formam huius li-
teræ: quia alia eſt obligatio pura, alia alternatiua: vt l.inter
ſtipulantem.§.ſi ſtipulante.ff. de verb.obliga. Negari tamen
non poteſt,quod ratio huiuſmodi.§.nõ habeat locũ in his ca
ſibus.Nunc autem recipiamus vltimum membrum, quando
res non ſuperſunt: ſed tantum altera: nunquid ſit locus huic
5 §?Reſpondeo † ſecundum prędicta,quod ſic,in caſu,quo de
bitor poteſt præſtare vnum,vel pretium.in caſu,quo tenere-
tur ad ſolum illum, qui ſupereſt: ille ſolus petendus eſt: nec
eſt locus huic §.Sed bene credo,eſſe ſecurius,quod fiat cõme
moratio totius facti in narratione libelli: vt dixi ſupra pro-
xi.quando autem debet præſtari pretium, vel ipſa res, vidi-
ſti in ſuperioribus, vix poteſt intelligi iſte §.Sed nunquid ob
tinet in alternatiua perſonarum? Verbi gratia, ſtipulatus
ſum mihi, aut Titio.peto pure mihi dari, nunquid poſſum?
Non videtur,cum me inuito, debitor poſsit illi ſoluere, s̃.de
inuti.ſtipu.§.ſi quis alij.& ita videtur,quòd actor non poſsit
detrahere illam electionem debitori, & quod iſte §. obti-
neat in alternatiua perſonarum, ſicut rerum.Sed hoc non eſt
verum, ſaltem vbi alter eſt adiectus.Nam iure cauetur, ꝙ ſi
ſtipulator egerit, & lis conteſt.fuerit,non poteſt amplius ſol
ui adiecto: vt ff.de ſolu. l. ſi quis ſtipulatus fuerit x. in mel-
le.§.fin.vbi eſt expreſſum.nam certum eſt, ꝙ ibi agebat pure
ad dandum ſibi,quia ſi egeret ad dandum ſibi,vel Titio,ſem-
per reus liberatur dando Titio, & faciendo quod petitum
eſt,cum non poſſet etiam in alio condemnari,quam quod pe
titum eſt. infra de perpe.& temp.act.§.fi. Et ſic non tenetur
concludere. alternatiue,ſm̃ iſtius §.formam. & hoc ſine du-
bio, vbi alter eſt adiectus.Quid ſi ambo ſunt principales, vt
lego Titio aut Seio, vel fratribus minoribus, vel prædicato-
ribus, cui hæres volet, vel forte ambo ſtipulati ſunt, quili-
bet alternatiue, videlicet Seius, promittis mihi, aut Titio,
& Titius promittit mihi, aut Seio?Dicas idem, quod quili-
bet poteſt agere pure, nulla facta mentione de alternatiua.
Nec eſt locus. huic §. & eſt expreſſum ff.de lega.2.l.ſi Titio,
aut Seio. Quid ſi ſit alternatiua rerum, & locorum, vt pro-
mittis dare equum Pariſijs, vel bouem Romæ? Determi-
na per præcedentia, cuius ſit electio. & vide ff. de eo quod
certo loco l.3.Et idem, ſi ſit alternatiua rerum, locorum, &
perſonarum. Verbi gratia, promittis mihi equum dare Pari-
ſijs,vel Titio bouem dare Romæ?has & ſimiles,potes deter-
minare per prædicta, viſa bene d.l.3.ff. de eo quod certo lo-
co.Prædicta, quæ dixi ſupra, vbi res non extat, ſatis proce-
6 dunt de ſe. † Sed poteſt quæri,quid ſi vtraq; extat, verumta-
men,altera exempta eſt de obligatione,& forte per pactum.
v.g.promiſiſti mihi Stichũ,aut Pãphilum,feci pactum,ꝙ nõ
peterem Stichum,nunquid remanet obligatio in Pamphilo?
Hæc quæſtio mouetur.ff. de pact.l. ſi vnus.§.ſed ſi generali-
ter. Et ibi tenet Azo, quod non.pro quo facit ff.de lib.lega.
l.non ſolum.la 1.§.ſi is qui.in princi. Sed illa magis dicit con
tra: quia ibi dicit liberandum acceptilatione, ſupponendo,
quod ſi pacto, aliud eſſet, & hoc videtur verum, quamuis
quidam diſtinxerunt, cuius eſſet electio. Et idem videretur,
ſi legaretur Stichus.aut Pamphilus, & poſt teſtator alterum
adimeret, vel venderet.ff.de lega.1.l. ſi quando.§.fina.Præ-
terea, in gloſſ. facit ad hoc melius.ff. de vſu & habita l.fin.&
facit, quod non poſsit aliud ſolui pro alio, quamuis ſit me-
lius. de quo notatur ff. ſi certum peta.l. cum quid. Iuxta
hunc verſic.poteſt quæri, ad quem pertineat electio in obli-
b gatione generis? [b] Et poteſt dici,quod ad promiſſorem indi
ſtincte, niſi verba dent actori: vt dixi in d. §. ſed ſi generali-
ter.& ſic tenet hic Dynus, non admiſſa diſtinctione, quæ fit
7 in legatis, & contractibus inter viuos. † Sed quæritur, nun-
quid iſte §.obtineat, quando eſt electio actoris? & ego cre-
do, quod non, per illa quæ dixi de alternatiua.ſupra verſicu.
huic. quæ poſſunt hic congrue aptari.Item credo, quod iſte
§.debet obtinere, etiam ſi incertus de certis eſt legatus, vel
promiſſus.in caſu,quo ſpectat electio ad debitorẽ.de quo vi-
de in d.§.ſed ſi generaliter. Sed quid ſi debeatur mediocris.
quod eſt quandoque? dic, vt ibi ſcripſi.nunquid ſi actor pe-
tat ſibi dari mediocrem in genere, videtur plus petere?Vide
tur ꝙ ſic,quia forma obligationis,non eſt talis.vnde licet me
diocris ſit in ſolutione, non tamen in obligatione. Et ideo
8 videtur, quod debeat agere † ſimpliciter. Videtur contra,
quod neceſſe ſit,& expediens, quod petat mediocrem ſibi da
ri debere. Quia alias non poſſet ad mediocrem iudex con-
demnare.& facit, quod dicam ĩ. de offic.iudic.§.1.quicquid
ſit, non credo, quod ex hoc plus petat, vt puniatur huiuſ-
modi pœna.Cætera, quæ hic dicẽda eſſent,vide infra de ex-
ceptio.§.temporales.vbi ponam practicam huius.§.

Vnum nolo omittere, quia frequenter cadit in facto. Po-
ne,quod aliquis promiſit, mihi ſoluere x.in vino,vel in bla-
do, pro pretio, quo valet,non ſoluit, ago contra eum, & pe-
to x.ſolum. Quæritur vtrum peto plus? Videtur, quod ſic:
quia adimo ei facultatem ſoluendi rem pro pecunia.arg.hu-
ius §.& ſupra proxim.Contrarium eſt expreſſum ff. de ſolu.
l.ſi quis ſtipulatus fuerit x.in melle.vbi fuerunt petita x.ſolũ.
Si enim ibi peteretur ſecundum formam obligationis, poſ-
ſet præſtari vſque ad ſententiam:vt dixi ſupra verſicu.proxi.
quod tamen lex illa negat. Vnde bene credo,ꝙ in narratione
libelli,debet de hoc facere mentionem,ſed non debet conclu
dere niſi ad x.& forte male ageret, niſi faceret de hoc men-
tionem.Item credo, ꝙ ſi expediret ſibi, plus habere ſpecies,
quam pecuniam,quod poſſet concludere ſecundum formam
obligationis, quamuis non ſint ſpecies in obligatione: vt l.ſi
duo.in fi.de verb.oblig.

a Adnot. Pro euidentia.De hac materia alternatiuæ, diffuſe hic tractat An.
incipiens in 1.col.vſque ad finem.
b Obli atione generis. De iſta obligatione generis, ſ.quando homo debetur
in genere: vide hic Ang.in §.præterea.in 1.col.verſi.quæro, quid quando de-
betur homo in genere.

1 *Donatio quando præſumenda.*
2 *Emendare & mutare differunt.*
3 *Emendare quatenus, quouſque, & cui liceat.* 4.6.10.
5 *§.ſi munus enucleatur.* 8.9.
7 *Petitio maiori, probatum debetur.*
11 *Confeſſio aliud a petitio quid præcipiendum.*
12 *Libellum ineptum emendat iudex.*
13 *Agere varie an liceat.*
14 *Debiti reliquum poſt ſententiam petibile.*

a S I Minus [a] intentione.Materia bene continuatur.s̃.pro-
xi.§.locutus eſt,quando plus petitur, quam debetur,hic quã
do minus.Caſus patet de ſe,nec oportet poni,nec incip.& le
ge ambos §§.ſub iſto, vſque ad §.ſunt præterea. In glo.1. in
b libello.in fin.[b] hæc gl.verum dicit, minus tamen ſufficienter
1 loquitur in eo,quod dicit,non præſumitur † donatio,niſi res
tradatur.Hoc nõ eſt verum, imo præſumitur per ſimplicem
promiſsionẽ ſcienter factam.C.ad l.Fal.l.fi.ff.de conſt.pecu.
l.hactenus.§.1.cũ no.de ope.lib.l.cãpanus. Sed hæc nihil fa-
ciunt ad propoſitum, quia hic nihil agitur de traditione,vel
promiſsione ſcienter facta:ſed de quadam abſtinentia,de qua
nuſquam

nuſquã auditum nuſquam relatũ eſt, quod operetur donatio
nem, vel remiſsionem. & ſic ſentiunt hic Dy. & Pe. de Bella-
c per. In gl. id eſt, quandocunque. in fi. debes ſcire, [c] quòd tex.
& glo. faciunt membra diſtincta, de emendatione, & mutatio
ne. C. de eden. l. edita. & hæc gl. promiſcue his verbis vtitur:
& tamen videtur dicendum, ꝙ ſit differentia, inter emenda-
re, & mutare, & hoc ſupponit textus in l. edita. qui ponit in-
ter hæc verba alternatiuam, quaſi ſit diuerſitas. Emendari
2 proprie dicitur, † quando aliquid corrigitur, abſque muta-
tione ſubſtantiæ materialis. Sed mutari dicitur, quando ma-
teria ipſa mutatur alterando eam, & hoc ſatis apparet. ff. de
re iudi. l. actorum verba. & l. iudex. Redeamus ergo ad pri-
mum. & quæramus vſque ad quod tempus licet emendare?
& ſcis, quod gloſſ. dicit quod vſque ad litis conteſt. poſt non,
niſi in vniuerſalibus & generalibus: vt no. in d. l. edita. & hic,
vt tamen melius videas, intellige, ꝙ tex. vocat in d. l. edita. a-
ctionem totum libellum, prout etiam dixi s. eo. in prin. Nam
de act. prout eſt ius, nõ poteſt intelligi. nam illa ſtatim, cum
naſcitur eſt talis, qualis eſſe poteſt, nec poteſt emendari: mu-
tari tamen poſſet. Et ſic fruſtra lex locuta fuiſſet de emenda-
tione, ſuffeciſſet enim, quod locuta fuiſſet de mutatione. Ve-
niamus ergo ad quæſita: ad quorum ſolutionem diſtinguen-
dum eſſet, quid actor vult emendare: quia aut vult emendare
in latinitate falſa, vel incongruitate verborum, remanẽte ea-
dem ſubſtantia facti, & tunc videtur quod poſsit quandocun
3 que ante ſententiam. Et hoc dico: quia libellus † eſt de actis
iudicialibus: extra de probat. ca. quoniam. & conſtat, ꝙ verba
actorum poſſunt emendari, tenore ſententiæ perſeuerante:
vt d. l. actorum verba. ff. de re iudic. ergo & libellus. Aut vult
emendare in alio, & tunc ſi ſit talis emendatio, ex qua nõ mu
tatur materia, quia remanet eadem cauſa agendi, eadem res,
& eadem actio: credo, quod poſsit emẽdare. V. g. agebat quis
rei ven. dicẽs rem ad ſe iure dñij pertinere. dato libello, vult
declarare, & ponere in bello cauſam remotam, ex qua eſt dñs
quia forte emit, & per traditionem accepit a tali, qui erat do
minus. Ego credo, quod debet admitti per prædictam l. edi-
ta. vel forte dicebat ſe dominum: quia emerat a tali dño, &
non dicebat, quod per traditionẽ accepiſſet. credo quod poſ
ſet hoc emendare, vel petebat fundum ſibi reſtitui, & non cõ
cludebat ad declarationem, Poſt vult addere, quod declare-
tur, &c. & ſic intellige l. edita. quia in hoc articulo videlicet
de emendatione non eſt correcta: imo ſtat in terminis ſuis: &
large debet intelligi, ſicut loquitur, vt patet in exemplis præ
diſtis. & in alijs. quæ multa poſſunt occurrere, vbi non mu-
tatur cauſa agendi, nec res petita, nec actio: quia hic non di-
citur proprie mutatio, ſed emendatio, ſeu declaratio. quæ po
teſt fieri in articulis: vt not. Specul. de teſt. §. nunc videndum
verſicul. hoc etiam nota. ſed quando mutatur actio, ſeu cau-
ſa agendi, vel res, quæ petitur, tunc eſt vera mutatio, de vno
4 in aliud. † Quæramus ergo, an ſit licitum mutare: [d] & vſq;
d ad quod tempus? & hoc non videtur dubium, quia in hoc §.
res mutatur augendo, in ſequenti §. omnino in alteram, in
primo reſponſo. in ſecundo reſponſo, mutatur actio omni-
no, & in omni caſu dicit eſſe licitum, & hoc vſque ad conte-
ſtationem, ſecundum omnes gloſſ. & doct. nouos. qui expo-
nunt hunc text. qui videtur eis obſtare, cum dicit, in eodem
iudicio, id eſt coram eodem iudice &c. Sed certe hæc expoſi-
tio non videtur bona. Nam fit violentia literæ, non enim po-
teſt dici idem iudicium, ſi inſtantia mutetur, ſed ſolummo-
do, quandiu in vna agitatur. & hoc reperies plane, & textua-
liter. ff. de noxalib. l. in delictis. §. ſi detracta. verſic. donec au-
tem. cum verſ. ſeq. Præterea non poteſt dici idem iudicium,
ex quo inſtantia mutatur. ff. iudic. ſolu. l. cum apud. Prætere-
rea, iudicium dicitur non eſſe idem, vbi res: vel actio muta-
tur. eo. titu. l. cum quærebatur. cum ergo hic & j. proxi. §. di-
catur eodem iudicio. &c. oportet quod iſta identitas intelli-
gatur de identitate inſtantiæ, quæ ſi inſtantia mutaretur, nõ
poſſet dici idem iudicium act. vel re mutata, vel aucta, quam
uis perſonæ iudicis, & partium eſſent eædem, per dictas le-
ges. Ad euidentiam iſtorum, cogitanda ſunt tria iura. Pri-
mum. ff. Secundum. C. Tertium authenticorum. De iure ff. li
cebat actori quandocunque interrumpere proceſſum, & in
ſtantiam reſumere, quando volebat: inuito reo, vt ff. de iudic.
l. poſt edictum. §. circunducto. poſt, Imperatores videntes, ꝙ
hoc erat deriſorium, & iniuſtum, ordinauerunt, ꝙ poſt litem
conteſta. reus poſſet petere ſe abſolui a tota cauſa definitiue,
ſi actor nolit proſequi cauſam ſuam, ante conteſtationem ab
inſtantia. C. de iudica. l. properandum. Poſt Imperator Iuſti-
nianus, qui plus cogitauit in regimine ciuilium, quam alij, vi
dens, quod hoc erat iniquum, ordinauit, ꝙ etiam ante litem
conteſtatam, reus poſsit petere ſe abſolui definitiue, actore
non proſequente, ſm formam, & modum denotatum plene
in authentico de litigioſis. §. omnem. quæ eſt C. quomodo &
quando. in auth. qui ſemel. per quam dicunt doct. omnes, &
gloſ. hos §§. correctos. Dicunt enim, ꝙ per illam auth. actor
poſt editum libellum non poteſt aliquid mutare, ꝙ eſt valde
durum. Quid ergo dicendum? timerem mutare, quod ſemper
certam interpretationem habuit. ff. de legi. l. minime. Si fas
eſſet exaltare calamum, delectaret legum correctiones eui-
tare. C. de inoff. do. l. 1. quapropter videretur dicendum, quã
uis ſit valde nouum, ꝙ illę ll. non tangunt hos §§. nec hi. §§.
illas ll. Ille enim leges loquuntur, quando actor non proſe-
quitur cauſam ſuam. Hi autem §§. & l. edita actio. cuius hi
§§. ſunt gloſſ. & declaratio, loquuntur quando actor inſtat,
& proſequitur: veruntamen vult aliquid mutare, vel emen-
dare in propoſitis. illæ occurrũt calumnijs & malignitatibus
negligentium, & non proſequentium: iſti §§. ſubueniunt in-
ſtantiæ, & diligentiæ proſequentium luculenter. Ergo appa-
ret, quod vnum non tangit materiam alterius, nec quicquam
ergo commune habent adinuicem. §. & quòd hi §§. non ſunt
correcti, nec d. l. edita. quæ loquũtur prorſus in extranea ma-
teria, quando actor diligenter proſequitur. vnde §. iſtum ſi
5 minus, † intelligo, ſicut iacet literaliter. Nam ſi minus pre-
tij poſſum eodem iudicio, & inſtantia petere: plus ſi debea-
tur ex eadem cauſa, & eadem actione, ſiue nouo libello: ſiue
nouo proceſſu, eſt bona ratio, quia hoc caſu, nec cauſa agen-
di, nec actio mutantur, nec prima petitio deferitur. & hoc in
tendit expreſſe iſte §. ſi minus. & hoc dicit etiam §. ſi detra-
cta. In quo durante inſtantia, augetur, & diminuitur, quia
nec cauſa radicalis agendi. nec actio variantur: quamuis con-
dẽnatio poſsit eſſe maior vel minor, & hoc probatur expreſ
ſe. ff. de doli metuſve excep. no. l. apud Celſum. §. item quæri
tur. C. de appel. l. ampliorem. quæ nõ eſt reſtringenda ad vni
uerſalem actionẽ. ff. de leg. 3. l. Offidius. in fi. Quis ergo erit
modus procedendi? Ecce planus eſt, dicit enim actor in pro-
ceſſu quandocunque. Cum ego peterem a tali x. ex venditio-
ne talis equi, & ad veritatem. idem equus fuerit ei xx. vendi-
tus peto ipſum eadem actione, & cauſa in alijs x. & ſic in xx.
6 condemnari. nec eſt opus libello. † Sed an noua conteſtatio-
e tione [e]? Credo quòd non, quia iam lis conteſt. eſt ſuper cau-
ſa agendi, videlicet venditione. & illa cauſa non mutatur, nec
actio, igitur propter tale augmentum non videtur neceſſa-
ria conteſtatio ſuper cauſa, vt l. Offidius. ſed bene eſt verum,
quòd debeat reſponderi ad augmentum ſcilicet ſuper cauſa,
an venditio facta fuerit, vel non, in qua conſiſtit factum prin
cipale, non oportet fieri nouam conteſt. per hunc §. & facit.
ff. de iudi. l. tam ex contractibus. j. ti. 1. §. in rem. & hæc viden
7 tur ſatis plana, vbi pars petijt plus. in proceſſu. † Quid ſi nõ
petit, ſed teſtes, vel inſtrumẽta maiorem ſummã aſtruũt: nun
quid iudex debet cõdemnare in ſumma petita, vel an in pro-
bata? quod in petita, patet. ff. de verbor. ſignifica. l. verbum
oportebit iunge infra verſic. quid ſi non correxit? ſecundum
hoc, iſte §. procedit, & fundatur in eo, quod non variatur
cauſa agendi, nec actio, nec res, quæ petebatur, diminuitur,
ſed augetur. Quid ergo, ſi variaretur cauſa agendi, vel
ipſa actio, vel res petita ex toto? non videtur obtinere.

Sed contrarium eſt expreſſum infra proxi. §. In hoc aduer
te, vt bene intelligas, dico, quod iſte §. procedit. etiam ſi nul-
lus proponatur, vel probetur error, vt hic nota. in prima
gloſſ. ſed §. ſequens. ita demum ſi fuerit error. Et hoc tex-
tus ſatis aperit. nam in hoc §. nulla fit mentio de errore: ibi
ſic, & eſt magna ratio, quia in hoc §. non fit tanta mutatio:
imo quaſi nulla, quanta fit in illo §. ibi enim mutatur ex
toto res petita, vel ipſa actio, hic non, & certum eſt, quod
error

error poteſt corrigi vſque ad ſententiam.ff.de interro.act. l.
de ætate.C.de iur.& fact.igno.l.error . Vnde non mirum,ſi
probato errore poſsit fieri,ꝙ in d.§.dicitur. Stat ergo iſte §.
8 hodie† in terminis,in quibus loquitur,quando auget Actor.
Quid ſi diminuit dicas,ꝙ non pōt diminuere. Sed indefiniti
ua ſententia fiet de abſolutio de eo, ꝙ diminuit alias ſenten-
tia non valeret,vt dixi ſupra §.proxi.& per ea,quę conſueue
runt dici,& notari.C.ſi aduerſus rem iud. l. 1. Sed quid in
caſu prox.§.quem ſub iſto legimus,nunquid fiet abſolutio de
prima petitione,quia ibi fit mutatio ſubradicalis petitionis ?
Videtur ꝙ ſic,ſaltē iure nouo,per d.§.omnem.in auth. de li-
ti.Poteſt dici contra: quia ille §. omnem . factus fuit contra
malignantes,qui deferebant ex malitia,cauſas inceptas.iſte §.
eſt factus ad ſubueniendum errantibus,qui forte iuſto errore
9 † fuerunt decepti:quibus permittitur errorem ſuum corrige
re ex quadam ęquitate,& diſpenſatione,& propter hoc dicit
permittimus,ſupponeñ.quod aliud de rigore,ſed ex æquita-
te permittitur, & in eodem iudicio fit condemnatio. eiſdem
actis correcto errore, & intelligo iuſto:quia forte ex facto al
terius,vide in d.l.de ætate.§.fi.pro hoc facit ff.de leg.1.l.hu
iuſmodi.§.qui ſeruum.ibi.n.non pōt dici, ꝙ fiat abſolutio ab
actione ex teſtamento quia per illa nō petitur pretium.Cre-
do tñ, quod in definitiua fiet mentio,& abſolutio,vt j. dicā.
10 & maxime ſi fiat mutatio,poſt litis conteſtationem. † Sed
quæro vltra,iſte §.loquitur qñ mutatur res, vel actio, quid ſi
vtrunque mutetur?Hoc caſu non auderem dicere.quin opus
ſit noua conteſtatione,& nouo libello,ſaltem tali,per quę ap
pareat,ꝙ prima petitio erronea dimittitur: & petitur condē
natio ex alijs,cauſa,& re. Quid ergo ſi actor publicatis teſti-
bus,videns cauſam,ex qua petit,non eſſe probata, & ſe poſſe
alia probare,in eadem inſtantia, cauſa tamen mutata, vult te
ſtes ſuper alia cauſa producere nunquid poteſt? Non vr̃ ho-
die.C.proba.auth.qui ſemel.& in corpore auth. de teſtib. §.
quia vero.colu.7. In contrarium videtur , quia iſte eſt no-
nus articulus,& ſuper nouis articulis poſſunt produci teſtes,
extra de teſtib.c.teſtibus. in cle. Sed ſi hoc concederetur ,
daretur materia falſum fabricandi: vnde iſte §. videtur debe
re intelligi,quando fit huiuſmodi mutatio , ante publicatio-
nē teſtium.vel poſt,iuſto errore probato. V.g.actor petit 10.
ex cauſa venditionis factę ab alio,a quo cauſam habet.poſt re
perto inſtrumento venditionis, quod forte erat ſurreptum ,
vel in manibus inimicorum,vult mutare cauſam petitionis ,
forte quia non ille vendidit: ſed alius prædeceſſor, vel rem
petitam,ſm formam inſtrumenti, vel teſtamenti de nouo re
perti: poteſt hoc facere , propter iuſtum errorem , nec fiet
noua citatio,nec proponentur declinatoriæ iudicij,nec nouę
dilatoriæ,niſi ex mutatione cauſaretur, ſicut per primas deli
beratorias,non potuit eſſe plene inſtructus,vt no. Sed nun-
quid iſte actor,qui auget,vel mutat condemnabitur in expen
ſis?Videtur ꝙ ſic,quia reus per ipſum vexatus fuit indebite ,
& temere.ff.de iudi.l.eum quem temere . & ex hoc retarda-
tus fuit proceſſus.ex quo debentur expenſæ.C.de fruc. & li.
expen.l.terminatio. Sed hoc non vr̃ verum in caſu,quo actor
iuſte errauit quia expenſæ non debentur niſi propter calum-
niam : vt §.oportet.in auth.de iudi.& non calumniatur, qui
iuſtā cauſam habuit erroris : vt ibi,& ff.de bo.li.l.in ſeruitu-
tem.§. 1. iunge infra ver.videtur etiam. & infra.de pœ.te. li.
§.hoc autem.Quid ſi non correxit errorem? V.g. Agebat ex
cauſa commodati : non probat commodatum, ſed probat de
poſitum,nec hoc correxit,ſed petijt ius?durum vr̃,ꝙ debeat
fieri condemnatio ; cum non poſſet ferri ſnīa ſm petitione ,
nec petitio fuit in proceſſu correcta.& ideo iſte tex.notabili
ter dicit,in eodem iudicio ſuum errorē corrigere ei permit-
timus.innuēdo,quod ſi non correxerit,periclitatur,& hoc ſa
tis patet.ff.ſi menſ.fal.mo.l. 1.extra de iudi. c. examinata . &
hæc procedunt,vbi fuit petitio negata : & actor probauit ꝑ
11 teſtes. † Quid ſi reus confeſſus fuit veritatem ? V. g. cum
agerem depoſiti,reus negauit depoſitum,& confeſſus eſt cō-
modatum,tūc poſſet dici,quod debeat fieri præceptum, quia
ratio ceſſat præcedens & in ſententia multæ ſunt partes iudi
cis:in confeſſum nullæ , niſi vnum præceptum , & ita poteſt
verificari,quod not. Spec. tit.de act.ſeu peti.§.ſequitur verſ.
hoc quoque. Sed quid ſi cauſa,ex qua agitur,ſit iuſta,& le-
gitima,& bene probata,actio tamen inepta ? Verbi gratia di
co me tibi commodaſſe talem rem,& hoc probo , & peto eā
mihi reſtitui per actionem depoſiti,vel dico rem talem,quā
tu poſsides,ad me pertinere iure dominij , quam peto decla-
rari,ad me pertinere,& mihi reſtitui.& ad hoc propono con
feſſoriam,vel actionem commodati,vel alia ineptam . Inn.
dicit,ꝙ debet fieri condemnatio,vt not.in d.c.examinata. in
gl.accipit.Hoſt.videtur dicere contra.& hoc videtur ſentire
gloſſ.ſupra eo.in prin.in gl.iſtud.vbi etiam dixi. In hoc po-
teſt dici,quod ſi actor velit corrigere ante ſententiam,poteſt
per hunc §.ſed ſi non correxerit,& ita concluſerit in cauſa ,
adhuc credo,quod iudex poſsit,& debeat ſupplere, cum con
ſtet hoc procedere ex errore iuris, quem iudex ſupplere de-
bet.C.vt quæ deſunt aduoc.l.1.ff.de aſſeſſ.l.1.& caute faciet,
ſi faciat corrigi ante ſententiam . ſed hæc quæſtio vix poteſt
cadere in facto hodie , cum nomen actionis non exprimatur
de iure canonico, vt extra de iudi.c.dilecto. nec de conſuetu
dine curię laicalis.Iſtud ergo,quod vulgo dicitur,quod actor
cadit ab inſtantia,ſi dat ineptum libellum, debet intelligi , ſi
perſeueret,& non corrigat,& error non ſit in iure,qui poſsit
per iudicem corrigi . Videtur etiam dicendum, ꝙ ſi libellus
deficiat in forma ex errore iuris,ꝙ poſsit corrigi ante lit.con
teſt.ſine expenſis,cum error iuris,quamuis iniuſtus,non no-
ceat ante lit.conteſt.vt no. ff.de dona.l.quidam in iure. extra
de reg. iur. c. ignorantia. lib. 6. per Dyn. & ſecundum hoc,
actor poteſt creſcere ſummam,vel mutare rem petitam , vel
actionem , ſi cognouerit ſe erraſſe . Sed pone , ꝙ non vult
f mutare : ſed aliam actionem addere . f Verbi gratia,cum age
ret actione depoſiti ad librum,dubitans,quod nō poſſet pro-
bare. petijt etiam eundem librum per actionem commoda-
ti , & vtranque vult ſimul proſequi : nunquid poteſt ? iſta
quæſtio eſt antiqua,videlicet, vtrum plures actiones , ad idē
ex diuerſis cauſis competentes , poſsint cumulari & ſcias ꝙ
gl.& Dy.tenent ꝙ ſic, niſi eſſent tales , quæ electione ſe tol-
lerent : vel ſententia lata in vna , obſtet exceptio rei iud. in
alia : vt hic no. Alij doct. tenent contra , vt plene ſcribit
Dy.extra de reg.iur.c.nullus pluribus.lib.6.& per Cyn. in l.
edita.C.de eden.ego melius non poſſem ſcribere,quam ipſi:
vide ibi. Si tamen tenere velis opi.Dy.& gloſſarum,vt bene
verifices regulam,& exceptionem,dic,ꝙ cumulatio diuerſa-
rum actionum ex diuerſis cauſis ad eandem rem competen-
tium admittitur,ſi tales ſint,quod non ſint contrariæ,ab ini-
tio,& originaliter,nec electione ſe tollant, nec ſint præiudi-
ciales adinuicem, vel ſententia lata in vna, non obſtaret nec
obſtare poſſet,ex modo pronuntiandi,exceptio rei iudicatæ,
in alia.Si ſic ſumas , habes concluſionem Dy. & ſolutionem
contrariorum , quæ alleg. Solet etiam quæri ſi in altera
actionum , veniat pluſquam in alia , an poſsint cumulari ad
hoc.quod excedit ? Iſtud Dy.proſequitur ibi plene,ſed vnū
nolo prætermittere , quod ibi non tangitur . nam hodie (ſi-
cut ſupra dixi ,) non ſpecificatur actio in libello . nunquid
ergo plures cauſæ agendi , poſsint cumulari ad vnam peti-
tionem,ſeu concluſionem ? Verbi gratia, dico, quod com-
modaui tibi librum , quem etiam promiſiſti reſtituere : qua-
re peto ipſum reſtitui.ſcio,quod de conſuetudine curiarum,
tales libelli admittuntur. pro quo facit extra de conſuetudi-
ne.c. dilecto.de fide inſtru.c.inter dilectos . de præſcrip.cap.
cum olim . De hoc no.Hoſt.extra de electio.ca.querelam .
& Io.Andr.de libel.obla.c.2. in nouella . & hoc eſt indubita
bile , vbi vna de cauſis nouat aliam.ff. de nouationib. l. cum
enim . nam tunc ex vltima reſultat actio. & vide ſupra eod.
§. ſic itaque. Quid ſi actor petijt minorem ſummam,& ad
illam fuit reus condemnatus, vel ſoluit forte , ſine condem-
natione , nunquid poteſt agere iterum ad reſiduum ?
Expeditum eſt , & videtur quod ſic , in l. apud Celſum . §.
item quæritur.ſupra alle.C.de exceptionibus.l.ſi ex maiore .
de ſolutionibus.l.ſi inter.& l.intereſt.de furtis lege poſt de-
ciſionem . Quid in tranſactione ? vide C. de tranſactio-
nibus . lege , ſi de certa . Illud etiam notatur , quod in
vniuerſalibus , & generalibus actionibus , non fit mutatio
magis,quam in alijs. nam cauſam agendi non poteſt mutari,
ſicut

ſicut nec in alijs,res petita non mutatur. nam illæ ſui natura
omnia comprehendunt,quę ſunt de hæreditate,vel quę ſunt
adminiſtrata,vel geſta.& ideo ſi aliqua ſuperueniant,non cē
ſetur augmentum in vniuerſalibus, & generalibus: ſed eſt
quædam declaratio,ſeu ſpecificatio,& hoc niſi intentaretur,
pró re ſingulari ſpecificata: vide ſupra eo.§.curare.

a Adnot.Si minus.Petens minus quam ei debeatur,poteſt coram eodem iudice reſiduum petere.idem ſi aliud,pro alio petierit per errorem. nam poteſt libellum mutare h.d.ſecundum Ang.& diuiditur in duas partes. primo,quando minus petijt.ſecundo,quando aliud pro alio per errorem.

b In fi.Iſta gl.in ſe relata,& ad tex.noſtrum,eſt vera.& ſecundum Iaſ.vnica, & ſingularis.non tamen eſt ſimpliciter vera,inquantum dicit, nunquam præſumi donationem,niſi interueniat traditio: vide hic per eum in 2. col. ante fi.in ver.in fi.gl.notate &c.

c Debes ſcire.De hac materia,vide hic Ang.in 1.col.ante fi.verſic.in gl. iudicio.& per d.Iaſo.hic in 4.col.poſt me.in verſic.in gl.magna.vide per doct. in l.edit.C.de eden.Item Ang.hic tractat etiam materiam an iudex poſſit iudicare ſecundum conſcientiam.vel ſecundum allegata,& probata. vide eum hic in 4.col.in me.in verſi.in iſta tamen materia.& per Iaſ.hic in 5.col.ante me. verſi.in ea.gl.ibi niſi habeat &c.iſta eſt materia l.illicitas §.veritas.ff.de offi. præſi.vbi Bar.& doct.late tractant.

d Mutare.Vide Ang.hic in 2.col.ante me.ver.2 principaliter.

e Conteſtatione.Quid autem de dilatione,an danda ſit noua dilatio? vide hic per Ang.in 7.col.ante fi.verſic.hinc ſumpta occaſione, vbi tractat materiam dilationum per 5.col.cum multis quæſt.pulchris,& vtilibus.

f Actionem addere.De hac cumulatione actionum, vide hic An. in 10.col. in fi.verſ.in ea.gl.in fi.vbi late tractat de cumulatione actionum,cum multis quæſtionibus.

1 *Actiones varie diuiduntur.*
2 *Actio ad minus data, qui accipienda.*

a Svnt præterea [a] quædam. Iſte §.planus eſt, nec eget
alia inſtructione: vnde hic ponit aliam, & vltimam diuiſio-
nem, quam exemplificat vſque ad finem. In gloſſ. minuit
hic in fi.Petrus dicit,quod neſcit,quid iſta gloſſ. vult dicere,
quę ponit 12.diuiſiones actionum,quia ſunt 16.& plus.nam
1 ſunt hæ 12. quę hic numerantur. Item † quatuor videlicet,
aliæ natiuæ, aliæ datiuæ,aliæ perſecutoriæ ſolidi, aliæ non,
aliæ ex contractu,aliæ ex facto,aliæ in factū, aliæ arbitrarie,
aliæ non.ff.de action.& oblig.l.quoties.& l.obligamur.ſupra
eo.§.præterea.& hic. Vnde gloſſ. videtur errare,ponendo ſo
lum 12.ſecundum eum. Pręterea, magis errat, quia dicit
hanc diuiſionem vagantem,& tamen textus ponit eam prin
cipalem, vt hic. vnde iſte textus videtur contra gloſſ. vel
gloſſ.contra eum. Dicas, quod text.in hoc titulo ponit ſex
diuiſiones actionum,quæ ſunt principales. Prima eſt, quod
aliæ ſunt reales,aliæ perſonales. ſupra eo.§. 1.Secunda,quod
aliæ ſunt ciuiles,aliæ prætoriæ,ſupra eod.§. ſed iſtæ. Ter-
tia, quod quædam ſunt rei perſecutoriæ,quædam pœnales,
quædam mixtæ. ſupra eod. §. ſequens. Quarta, quod
quædam in ſimplum, quædam in duplum, quædam in tri-
plum,quædam in quadruplum,ſupra eod.§. omnes autem.
Quinta, quod quædam ſunt bonæfidei, quædam ſtricti iuris
ſupra eo.§.actionum. Sexta,quod quædam ſolidi perſecu-
toriæ,quædam non,vt hoc §.Quid ergo volunt dicere gloſſ.
& Pet. cum plures ponant, nunquid præſumunt tex.repræ-
hendere? Ad hoc dicas, quod gloſſ. intendit hic loqui de
12.diuiſionibus,quæ ſunt in arbore Ioan.& ad illas ſe refert:
non ad diuiſiones huius tituli,vt dicam tibi in fine huius titu
li,vbi dabo tibi notitiam arboris.Item Pe.non ſe refert ad di
uiſiones huius tit.nec ad diuiſiones, quæ ponuntur in arbo-
re,ſed ad omnes,quæ largo modo poſſunt dici diuiſiones,id-
eſt differentiæ,quia pro vero non ſunt diuiſiones, vt dixi de
mixtis in rem,& in perſonam, ſupra eodem §. 1. & §. quæ-
dam. Sed dic mihi,cum iſta diuiſio ſit textualis,& princi-
palis,cur non ponitur in arbore, cum aliæ ponantur quæ nō
ſunt ita principales? Reſpondet Dy.quòd Ioan.intendit in
arbore docere,& inſtruere de actionum natura.Iſtud autem,
2 quód actio detur † ad minus,quam competat, non eſt de na-
tura actionis,ſed euenit ex quodam accidentali, ideo Io.non
curauit hanc diuiſionem ponere cum iſta. Ratio ſatis vi-
detur apparens,ſed poteſt impugnari,quia Ioan. nedum tra-
ctat de diuiſionibus, & his, quæ actionibus ex natura com-
petunt.imo de his.que ex accidenti.ſupra eo.§.ſequens.verſ.
ſed & legis. & verſic. item mixta. & verſic. tripli. & verſic.
ſed furti. Sed poteſt dici,quòd illud ibi euenit ex natura actio
nis,concurrente accidente,hic contra naturam,ex mero pri-
uilegio. In gl. vt infra tit. 1. in fi.vide de actione de peculio.
ſupra eod.§.perſonam.verſi.actiones.& caue: quia hoc non
obtinet,vbi pater,vel dominus ſunt in dolo.ff.de pec.l.in bo
næ fidei.

a Adnot.Sunt præterea.Iſte §.ſecundum Angel.vſque ad fine tit.h.d.Actiones omnes,aut ſunt perſecutoriæ ſolidi,aut inquantum quis facere poteſt, vel inquantum habet: vt probatur in exemplis hic poſitis. Et diuide ſecundum eūdem in hoc §.ſeq.doct.pauca ſcripſerunt exceptis quibuſdam notabilibus, quæ non ſunt magni effectus, & quibuſdam quæſtiunculis, ne omnino nudi remaneant.§§.ſequentes.

1 *Modus varie ſpectatur.*
2 *§ item ſi locus & ſenſus.*
3 *Priuilegio quat ſa.po.quando fruatur maritus.4.5.*
6 *Socerne gaudeat beneficio ne egeat?*

Item Si de dote. In tex.hic,eſt ſecundum exemplum.
Item ſuper text. concurrant facultates. deducto ne egeat,
alias implicaret contrarietatem. Sed quæritur quis eſt mo-
a dus deducendi? [a] Dic † modum attendi in duobus,in quan-
1 titate rei & temporis. In quantitare rei, inſpiciuntur facul-
tas,& conditio perſonæ,nam ſi ſit miles,plus expendit, quā
ruſticus.item ſi habeat [beneficium] alias artificium, vel of-
ficium debet ſibi computari.ff.de alimen.lega.l.cum alimen-
ta.de ope.libe.l.interdum.de agnoſ.libe.l.ſi quis a liberis.§.ſi
quis ex his.& §.idem reſcripſit [vbi de hoc clarius]in quan-
titate temporis,debet attendi cuius ętatis.ff.ad leg.Falc.l.hę
reditatum.& ſecundum illam iudicari: ſecundum Dy. Item
dic, quod iſte §. obtinet, vbi res data in dotem non extat.
2 † Sed quid ſi extaret? crederem, quod deberet ſolidam reſti
tuere: nam hoc ipſo. dolo facit,quod rem habet,& reſtitue-
re non vult.ff.de pecu.l.in bonæfidei.Item quid ſi res data in
dotem non extat,ſed extat forte res acquita ex dicta re: nun-
quid maritus poteſt deducere? Videtur,quod ſic, per hunc.
§.ſed probabilius eſt dicere contra. per l. vxor marito. ff. de
dona.inter virum & vxorem.& ſoluto matrimo.l.ſi cum do-
tem.§.fin. Item iſte §. loquitur vbi maritus conuenitur actio
ne de dote. Quid ſi hypothec. vel ex promiſſione expreſ-
ſa,vel alia actione? Videtur idem.ff.de conſtit. pecu.l. quod
ſi maritus. de re iudicata.l.non tantum.de fideiuſſorib.l. tu-
tor. & per illa,quæ dixi,& allegaui in ſimili ſupra eodem.§.
fuerat. ff. de negotijs geſtis. l. diuortio. Super hoc poteſt
b dari ſolutio generalis, [b] ſecundum Dinum, quia aut conue-
nitur maritus ex delicto, & tunc non gaudet huiuſmodi
3 † priuilegio.quia delictum non debet ſibi eſſe cauſa pręmij.
& ſic intelligatur ff.ſoluto matrimonio.l.etiam.§.licet.de re
iudicata. l. ſi reum. Aut ex contractu, & aut ex contractu
dotis,aut ex alio.ſi ex contractu dotis, tunc aut actio. de do-
te,aut alia.ſi actio,de dote,clarum eſt. quod gaudet: vt hic.
ſi alia.aut illa ſuccedit in locum actio.de dote. & gaudet: vt
d.l.ſi maritus. quod ſi non ſuccedit,ſed propter culpam ma
riti,in aliud deuoluitur: & tunc non gaudet,vt d.l.diuortio.
ſi vero ex alio contractu conuenitur, tunc aut conuenitur
conſtante matrimonio, aut diſſoluto. Primo caſu gaudet
huiuſmodi priuilegio,ſecundo non, etiam ſi durante matri-
monio, contraxerit, per dictam l. diuortio. & ita nota. in
d.l. non tantum,ſed certe ſalua reuerentia gloſſ.& Dyni, illa
lex nil facit, quia ibi conuenitur ex quaſi contractu, inito
ſoluto matrimonio,vt ibi patet. Vnde probabilius videtur
indiſtincte dicendum,quod quacunque actione conueniatur
pro dote, ſiue actio. de dote ſiue alia, quocunque modo in
eius locum ſuccedente,quod gaudeat huiuſmodi beneficio.
Et idem ſi alia actio. ex contractu quocunque deſcendente,
inito durante matrimonio, ſiue poſt. Sed ſi conueniatur ex contractu inito poſt, vel ex quaſi contractu: tunc
non gaudet: preſertim, vbi culpa eius redarguitur, vt d.
l. diuortio. ſed quid ſi maritus nil poſſit ſoluere, quin
egeat? Videtur ibi vt in nihilo teneatur,cum lex indiſtin-
cte loquatur: & qui nihil poteſt, minus poteſt. ff. de tri-
bu.l.illud,§.1. de fideiuſ. l. amiſsi. & hęc ſatis videntur ra-
tionabilia

tionabilia, vbi mulier habet de quo viuat. Quid ſi mulier nihil habeat, niſi illam dotem, & illa eſt tota neceſſaria ad alimenta mulieris? durum eſſet illam egere, & alium de ſuo nutriri. ff. de agnoſ. lib. l. ſi quis a liberis. §. pe. & contra charitatem, quæ incipit a ſeipſo. C. de ſerui. l. præſes. in glo.
4 † Sed
c quid ᶜ dices, maritus habet liberos: & familiam, quam de neceſſitate nutrire habet, nunquid in deductione ne egeat, debet haberi conſideratio familiæ? Videtur quod ſic, vt d. l. ſi quis a liberis. §. non tantum. ff. de vſu & habi. l. 2. Sed contrarium videtur verum: quia non habetur ratio æris alieni,
5 niſi in donatione. ff. de re iudic. l. inter eos. † Sed nunquid maritus gaudet hoc priuilegio, contra tertium, quia hic dicit. muliere egente? Dic de hoc. ff. de re iudic. l. Neſennius. ff. de iure dot. l. ſi extraneus. & hoc priuilegio, vtetur ſocer
6 durante matrimonio. ff. de re iud. l. ſed hoc ita. † Sed nũquid ſocer, pater mulieris, aduerſus generum, vel an ipſa mulier gaudeat eodem priuilegio? dic ꝙ ſic, niſi fuerit in dolo. ff. de iure dotium. l. pen. Et caue: quia dolus præſumitur, ſi quis promiſerit, quod non habet, vt ibi patet. Item dic, quod hoc priuilegium denegatur marito, ſi ſit in dolo, vel lata culpa: vt not. in d. l. etiam. §. licet. vel ſi neget dotem debitam: vt infra dicetur in ſocio.

a Adnotatio. Deducendi. Domi. Iaſ. hic in 2. colum. in princip. ſequitur. Io. Fab. laudando eum propter hanc opinio. quam hic ponit de modo deducendi.
b Solutio generalis. Vide hic Ang. in 2. col. ver. in ea. gl. in fi.
c Sed quid. Vide hic Ang. in 2. col. poſt me. ver. quid ſi maritus. vbi interpretatur opin. Ioan. Fabri. Item quærit hic idem Ang. an non tantum muliere agẽte, vel eius filio pro dote, maritus habeat hoc priuilegium, ſed etiam ſi alius agat, vide eum hic.

1 *Impenſæ quando repetibiles. & 2. 4.*
3 *Expenſarum quantitas arbitraria.*

Propter Retentionem. Super text. hic eſt tertium exemplum. In gl. dic quòd impenſæ. ibi, cum dicit. & hoc in neceſſarijs impenſis, quæ fiunt ad vtilitatem rei propriæ. ſecus ſi ad tempus. ff. de impen. l. 3. In ea. gloſſ. ibi, cum dicit repetuntur. ſed quando: aut quomodo? glo. non declarat. Vnde dic, quod aut de mandato mulieris, aut ſine mandato. Pri-
1 mo † caſu omnes repetit. ff. de impen. in reb. do. l. vtilium. Secundo caſu ſubdiſtinguitur: quia aut mulier erat vtroque tẽpore non ſoluendo, videlicet tempore expen. & tempore repetitionis: aut vtroque ſoluendo, aut altero ſoluendo, altero nõ. Primo caſu, omnes repetit. C. de rei vxo. ac. l. vnica. §. ſed nec ob impenſas, ſecundo caſu nullas vt d. l. vtilium. ſed datur facultas tollendi, ſi prodeſſe poſsit, quòd tollatur. ff. de rei vendica. l. in fundo. Tertio caſu repetuntur: vt not. in d. l.
a vtilium. In ea. glo. cum dicit mandato ᵃ imo etiam ſine mandato: vt d. §. ſed nec ob impenſas. & dic vt ff. de impen. l. in voluptarijs. & hoc niſi eſſet res pro mercalis. eod. tit. l. quod ſi,
2 ſed tunc dicuntur magis vtiles. † In fi. eiuſdem gl. item dic, quod præmiſſa diſtinctio procedit, vbi conſtat, quod non animo donandi fecit expenſas. nam ſi conſtaret, quod animo donandi, tunc expenſæ factæ in faciendo repetuntur, ſi mulier ſit ſoluendo, & ſunt vtiles in reficiendo, vt not. ff. de dona. inter virum. & vxor. l. ſed ſi mors. §. fin. & l. ſeq. quæ incipit, quod ſi vir in caſu dubio, videtur donare modicas, non magnas. ff. de impen. l. pen. & de dona. inter virum & vxorem. l. vtrum. & in magnis diſtingue hoc caſu, vt ſupra, Et quæ ſunt
3 magnæ, † & quæ modicæ relinquitur arbitrio iudicis, inſpectis facultatibus, & conditionibus perſonarum: vt ſatis ſcripſi in d. §. ſed nec ob impenſas. & hæc procedunt, quando fecit expenſas in rebus dotalibus. Quid ſi in corpore mulieris? Vide C. de nego. geſtis. l. quod in vxorem. Sed quid ſi fecit expenſas litigando pro re dotali defendenda, vel recuperanda? Specula. videtur tenere quod non repetit. in Specu. de dona. inter virum, & vxorem. §. formatis verſicul. illud quæritur.

Sed hoc videtur per quam durum, ſaltem vbi noluit donare. nam maritus non tenebatur miniſtrare dictas expenſas: vt not. Inno. extra de dona. inter virum & vxo. c. per veſtras. in gl. fin. Cur ergo non repetet? Non video, cur non debeat iudicari, ſicut de alijs expenſis. Alia quæ poſſunt tangere hanc materiam, vide C. de rei vxo. act. per totam legem vnicam. & ſupra eo. §. fuerat.

a Adnotatio. Mandato. Not. ſpeciale eſſe in muliere, quod expenſas voluntarias non repetit maritus. etiam ſi mandato mulieris ſint factæ. Nam ab alio cuius voluntate eſſent factæ repeterentur, vt l. quod ſi ſeruus. §. ſed & ſi mutua. ff. de in rem verſo.

1 *Beneficio quat. fa. poſſ. qui vtantur.*

Sed Si quis. Hic ponit duo exempla. Cum parẽte vtriuſque ſexus in infinitum: vt not. ff. de re iudic. l. cum patronus. Sed quid ſi parens agat cum filio, vel alijs deſcendentibus emancipatis? Videtur idem, cum priuilegium debeat eſſe reciprocum. ff. quòd quiſque iur. l. 1. ſicut dicimus de marito, & muliere. ſupra verſicu. item ſi de dote. & quia pater tenetur filium alere. & ſic mihi intereſt, ſi filius deducat, cum eſſet per aliam viam habiturus. ff. de vulg. ſubſtitu. l. ſi filius. Quid
a in fratre? ᵃ Gl. tenet, quod inſolidum cõuenitur. ff. pro ſocio. l. verum. in fine principij in gloſſ. ſuper verbo, fraternitatis.
1 Sed † poteſt dici contra: ſuppoſito quòd frater teneatur ipſum alere, quod videtur indubitabile, vt ſcripſi. C. de alend. lib. l. 1. vnde per dictam rationem, videtur debere includi, quod gaudeat hoc beneficio. Sed quid de domino & vaſſallo? Videtur idem: cum teneantur ſe adinuicem alere: vt ſcripſi C. de alend. lib. l. 1. & videtur quaſi expreſſum in feud. de notis feud. in princip. Quid in patrino, vel in filiolo? Videtur idem. per ea quæ not. in d. l. 1. & in patrono eccleſiæ cum debeat ali, vt ibi ſcripſi. Sed quid de prælato, ſi ſubditus eum cõueniat? Dic idem fortiori ratione, quia ille gaudet priuilegio armatæ militiæ, vt not. ff. de re iudic. l. miles. Et idem videtur de rectore, & curatore, ſi parochianus ſuus eum conueniat, per prædicta. Et idem in aduocato, vt ibi. quod poſſet procedere, ſi recipiat, ſalarium de publico. Vel dic idem, & ſi non recipiat, per illa quæ ſcripſi ſupra per quas perſonas nobis ac quir. in §. 1. Et idem de ſcholare, & doctore, ſeu magiſtro. ar. prædictorum. Et hoc ſi miles, doctor, aduocatus, vel prælatus conueniantur ex contractibus tangentibus aduocationem vel militiam, vt ſcholaſticam rem: vt no. in dict. l. miles. Item hoc intelligo, ſi tales perſonæ conueniantur ex ſuo cõtractu, vel facto: ſecus ſi ex contractu alterius vt d. l. verum. §. videndum, verſic. patri. Super text. patrono. vel cum eorum parentibus, vel liberis. ff. de re iud. l. patronus. & idem ſi patronus cum liberto. ff. de ag. lib. l. alimenta. & hæc omnia intelligo, niſi ille, qui vult vti iſto beneficio fuerit ingratus: vt d. l. alimenta. Super tex. item ſi ſocius. ſextum exemplum. Super text. iudicio ſocietatis. Quid ſi alia actione? ſatis videtur idem: dumtamen occaſione ſocietatis, & ex contractu inito ſocietate durante, agatur, vt dixi in ſimili ſupra §. eo. item ſi de dote. Quid ſi ageretur actione reali? Verbi gratia, ſocius vendicat a ſocio partem, quam ſocius reus poſsidet, non credo, quod ſit locus his iuribus, vt ibi dixi ſed an obtineat in ſocis omniũ bonorum tantum? dic in d. l. verum in prin. & ff. de re iudi. l. ſunt qui in id quod. Et argumnto iſtorum, poſſet idem dici, de pluribus canonicis, eiuſdem eccleſiæ, vel de pluribus prioribus, vel monachis eiuſdem monaſterij, vel pluribus ſcholaribus: habitantibus in eadem domo. pro quibus facit generalitas iſtius text. de notis feu. in prin. Iſta enim conueniunt moribus: ideo extendenda: vt ff. ſol. mat. l. eleganter. §. fi. In gl. & ſe cõfitẽte. in fine. ff. de re. iudi. l. ſed hoc ita. §. fi. Et idem credo in omnibus caſibus ſupradictis. ff. quod cum eo. l. ſed & ſi ex parte. §. primo. & dixi ſupra in verſic. item ſi de dote. in fi.

a Adnot. Fratre. Vide Ang. hic ante med. col. verſi. quid in fratre. Item quærit hc Areti. quando poteſt opponi iſta exceptio. vide eum hic in 2. col. poſt prin. ver. quæro quando poteſt. quia dicit, quod poteſt opponi pendente iudicio, etiam poſt ſententiam.

1 § *Idem eſt. quando locus ſit.*
2 *Deduci, quæ queant.*
3 *Alimenta, an deductioni obſint.*
4 *Deductum, an tranſmiſſibile.*

IDEM

Idem Eſt ſi quis. Exemplum ſeptimum. ex donatione ſua, ſecus ſi alterius.ff. de re iudic.l. & ſi fideiuſſor.§.fin. & l.ſeq.niſi eſſet de ſuis.vt not.in d.l.& fideiuſſor.§.fin.ſolu. mat.l.etiam.in princi.Item hæc vera, in pura, & vera donatione. Quid ſi fiat ob cauſam? Videtur ſecus: quia illa non eſt proprie donatio: vt dixi ſ.de dona.in princi.nec liberalitas.& ideo ceſſat ratio, quæ redditur.ff.de re iudi.& l.exhæredatum.§.fin. cum l.ſeq.ff. de regul.iur.l.diuus. Pro hoc facit,quod conſueuit dici, quod donatio ob cauſam, non reuocatur propter ingratitudinem C.de reuo.don.l.fi.In contrarium facit: quia promittens dotem, promittit ob cauſam: & tamen vtitur hoc priuilegio.ff. de iure dot.l. pen. & non dicas ſpeciale in ſocero: quia idem videtur in quocunque. ff. de iure dot.l. ſi extraneus.Solu.poteſt dici, quod vbi datur ob cauſam concernentem fauorem illius, cui donatur, vel
1 contemplatione cuius datur: tunc ſit † locus huic §. Sed vbi concernit fauorem,vel vtilitatem dantis, ſicut forte recipientis:tunc dicerem contra. V.g. ſi do tibi in dotem, in nullo ego habeo vtilitatem,vel ſi do tibi vt emas caligas, vel ædifices tibi domum, totum eſt mera liberalitas. Sed ſi dem tibi fundum,vt ædifices mihi domum, tunc videtur contrarium: quia tunc magis eſt negotium, quam liberalitas. ff. de do.l. Ariſto.& in hoc caſu eſſet aduertendum, quid eſt maius, vel id, quod donatur, vel id, quod faciendum eſt: quia ſi maius ſit notabiliter id, quod donatur, poteſt dici, quod ſit donatio in eo, quod excedit, & quantum ad illud, ſit locus priuilegio. ff.de donat.inter virum & vxorem.l. ſi ſponſus.§.circa.niſi principaliter intenderem cõtrahere aliud negotium. ff.de contrahend.emptio.l. ſi quis donationis. In gloſſ. id eſt quando non poteſt. in fine. vide quod ibi nota. quia fuerunt nonnulli,qui multum voluerunt reſtringere hanc materiam: quorum opin.reprobatur ibi per Ioan.& gloſſ.In gloſſ.ſcilicet condic. ex lege ibi. §. ſinautem. idem in actio. ex ſtipu-
2 latu:vt dixi ſupra eod. verſicu.item ſi de dote. † Sed quid ſi donator tradidit rem realiter, quam nunc reperitur poſſidere, donatarius eam vendicat? Videtur per ea, quæ ſupra dixi, quod donator non poſſit deducere: quod per quam durum videtur. Vnde in ſuperioribus,videlicet quando res dotalis, vel pars ſocij vendicatur:non mirum, ſi nil deducatur: quia ibi nihil vendicatur de bonis illorum, contra quos agitur,nec quæ realiter ſua fuerunt, ſed hic ſecus. Sed hic quæritur,cuius eſt electio de eo.ꝙ debet deduci? Verbi gratia: de diſti mihi plures res, quas peto mihi tradi, tu vis deducere, ne egeas:& vis eligere de illi rebus illas,quę tibi plus placēt: ego volo tradere alias, quæritur quis eliget? Videtur, quod debeat deduci de omnibus.C. ad leg.Falcid.l.2. quod poteſt eſſe verum, vbi pluribus donauit: & plures ſimul agunt.ſecus ſi vnus.ff.ad leg.Falcid.l. Plautius.& l.plane.§.fin.cum l. ſequē.ad Treb.l.Marcellus.§. res quæ. & debet donans eligere mediocres.C.de dona.l. ſi quis argentum.facit.C. quando & a quib. quar. pars.l. 2. de ſalga.hoſpi. non præſtan.lib. 12.
3 C.l.1. † Quid ſi donatarius vult alere donatorem in domo ſua, ad finem ne fiat iſta deductio? Videtur, quod deberet audiri. quia prædicta deductio fit propter alimenta, & ex quo prouidere vult ei, ſatis videtur offerre, ſicut hæredes viri ſatis videntur offerre, ſi offerrant ſe alere mulierem in domo propria: iuxta illa quæ notantur C. de rei vxo. act. l.vnica.§. ſimili modo.ff. vt in poſſeſſ. leg.l. quæ legatorum in Specu.qui filij ſint legit. verſicu. nunc dicamus. Sed durum eſt beneficium legis reſtringere, quæ concedit donatori deductionem & deductio fit de ipſis rebus. ff. ad legem Falcid.l. lineam. Inſtitu.ſupra de fideicommiſ.hæredi. §.ſi quis. Bene tamen credo, quod ſi res eſſet indiuiſibilis, quod iudex deberet compellere alterum recipere ius ſuũ
4 in æſtimatione.ff.de lega. 1.l.non amplius.§.fina. † Sed poteſt vltra quæri, nunquid illud, quod deducitur, erit perpetuum, vt tranſmittatur ad extraneos hæredes? cauſa dubitationis occurrit,quia hæredes extranei non gaudent huiuſmodi priuilegio, vt ſatis ſupra dictum eſt. Sed videtur de mente legum, quod illud quod deductum eſt, remaneat donanti pleno iure.ideo credo,quod nihil vnquam reſtituitur, etiam ſi donans peruenerit ad pinguiorem fortunam de qua poſſet etiam dubitari, & facit quod notatur ff. de offic. præſid. l.illicitas. §. fin. ſed huic obſtat infra §. fina. ſed in alio caſu loquitur.

Compensationes. Hic eſt octauum exemplum.& vide materiam huius §.ſupra eo. §. in bonæ fidei dic vt ibi.

1 *Ceſſio cur inuenta.*
2 *Debitor an carcerandus.*
3 *Clericus qui arreſtandus.*
4 *Cedens quando non liberetur.5.6.7.*
8 *Ceſſioni, an renuntiari poſſit.*
9 *Cedere, qui poſſint.*

Cvm eo quoque. Nonum exemplum.gloſſ. ſunt hic breues, & claræ, ideo eas non apoſtillo.Sed quia iſte §. eſt cauda iſtius tituli:propono circa eum aliquantulum inſiſtere, & aliquas quæſtiones tangere, quæ faciunt ad intellectum hu-
1 ius §. & ſuæ materiæ. † Et primo quæro, quare fuit inuentum huiuſmodi beneficium ceſsionis? & ad hoc reſpondet tex.ne iudicati detrudantur in carcerem.C. qui bon. ced.l.1.
a Occaſione huius conſueuit quæri, a nunquid debitor poſsit pro debito ciuili detrudi in carcerem? Et hoc videtur expe-
2 ditum ibi.pro hoc C.de exact.trib.l.nemo. lib. 10. † In contrarium facit, quia nemo dubitat, quin carcer ſit magna ſeruitus.C.de pœ.l.incredibile.arg.ab inſtantia.ff.de lib.ho.exhib.l.2.Et iure cautum eſt,quod propter debitum ciuile quis non debet ſeruire.C.de actio.& oblig.l.ob æs.Super hoc poteſt dici,quod debitor fiſcalis poſsit poni in carcerem,vt d.l. nemo.vbi eſt expreſſum. De debitore priuati, poteſt diſtingui, quia aut doloſe facit, vel fecit, ꝙ eſſet non ſoluendo. & tunc poteſt detrudi, & extraordinarie puniri.ff. quæ in fraucred.l.fi.§.fi.in fi.de admi.tut.l.ob fcęnus. ſi autem alias com miſit dolum in contractu: tunc non poteſt detrudi.ff.de mino.l.quod ſi minor.§.ſi ſeruus.Aut non doloſe:& tũc pro notoria,& euidenti contumacia poteſt detrudi,ſi forte propter contumaciam non vult bona ſua iudicare,quæ forte abſcondit,quæ indicare tenetur, vt no.C.eo.l.1.nam talis contumacia dolo æquiparatur.ff.de adminiſt.tuto.l.ſi plures. & iudex realiter citat contumacem. C. quomodo & quando iudex.l. conſentaneum.Igitur cum doloſus non euadat cedendo, nec verus contumax: imo ceſſio facta, & admiſſa, nõ iuuaret eũ, in caſu,quo nollet iudicari,quia cum teneatur omnia dimittere,dolo facit,ſi quid celat, vel retinet.ff.mand.l.dolus.alias non video,ꝙ debeat detrudi,pro debito ciuili:& ſi detrudatur, non debet detineri:præſertim,ſi velit cedere,vt dict.l.1. Et hoc niſi eſſet obligatus expreſſe ad arreſtum.nam tunc videtur poſſe detineri. Et facit quod dicitur de obſidibus.ff.de teſta.l.obſidibus.ff.de iu.fiſci leg.diuus.& ita vtitur curia re-
3 gis Franciæ. † Quid ſi ſit clericus, qui ſe obligauit ad arreſtum,pro debito ciuili?dic ꝙ valet,& debet tenere arreſtum in curia eccleſiæ,ſed in curia ſeculari non. Item nec debet teneri in curia eccleſiæ in vinculis,nec in clauſo carcere,vt no. doct.extra de iureiur.c.ex reſcripto. vide ibi in nouella.Hæc
4 procedunt vbi quis eſt obligatus ad dandum. † Quid ſi ad faciendum? Videtur,ꝙ non liberetur cedendo, quia cauſa,quare quis liberatus cedendo, eſt impotentia ſoluendi.vbi ergo tenetur ad factum, talis impotentia non poteſt allegari,quia poſsibile eſt ſibi facere,igitur non liberatur cedendo. Præterea ex quo facere poteſt,& non facit,conſtat ꝙ eſt in dolo,vt d.l.dolus. ff.mand. & doloſus non gaudet huiuſmodi beneficio,vt ſatis ſupra dictum eſt.vnde illud,quod conſueuit dici, ꝙ ille,qui eſt obligatus ad factum,liberatur ſoluendo intereſſe, obtinet, vbi vult, & poteſt præſtare intereſſe, ſed vbi non poteſt,non obtinet,vt ff.de ver.obli.l.in ſtipulationibus.§.ſi. Ridiculum enim eſt dicere, quod promiſſor facti, eligendo intereſſe, quod non poteſt præſtare,liberetur.ff.de ſol.l.Stichum.in princi.ff.de contrahend.emptio.l.ſi in emptione.§. fina. & ideo videtur indubitate, quod poſsit compelli ad faciendum, ſi ſciat, & poſsit facere, nec liberatur cedendo.& hoc apparet, quia libertus alienus compellitur edere operas ff.de

ff.de oper.lib.l.ſuo victu. Bene tamen credo, quod ſtipula-
tor debet facere expenſas, vel dare tantum tempus, intra
quod potuerit acquirere, vnde faciat: vt d.l. ſuo victu. cum
l.ſeq.& ſic quo ad hoc, adhæreo additioni, quæ aſſerit, ſcri-
ptorem præciſe compelli ſcribere, ꝙ conuenit.ff.de ope.no.
nun.l.ſtipulatio.§.ſiue autem.Et credo, quòd poſsit intrudi,
ſi non faciat per contumaciam: per ea quæ ſ.dixi: & quæ ibi
notantur. & hęc procedunt, vbi promiſſor ſcit, & poteſt fa-
cere, quod promiſit, alias cum deberet ſolum condemnari
ad intereſſe: liberaretur cedendo bonis:cum ſit eadem ratio,
quæ in pecuniario debito.ff.de verb.obli.l. ſtipulationes non
diuiduntur.§.1. nec hoc caſu diſtinguo, an fuit electa indu-
ſtria perſonæ, vel non:ſed an ſciat, & poſsit facere, vel non,
vt dixi.Hæc procedunt, vbi quis tenetur ex contractu.
5 † Quid ſi ex delicto, vel quaſi? Dic, non idem: ſed pœ-
na pecuniaria cõuertitur in corporalem.ff. de pœ.l.1.§.gene-
raliter.de in ius voc.l.pen.et ſi ex culpa teneatur.ff.de incen.
l.qui ædes.& ideo credo, quod ſi quis agat iniuriarum, & cõ
cludatur ad pecuniam:& ſi reus condemnatus cedat bonis:ꝙ
non ſe liberet: ſed pœna pecuniaria debet conuerti in corpo
ralem,per prædicta,& vide hoc extra de ſol.ca.Odoardus.Et
facit ff.quod cũ eo.l.ſed & ſi.§.quanquam. Dixi ergo, quod
põt detrudi pro debito fiſcali,vel quãdo ſe ad hoc obligauit.
6 † Sed quęritur,nunquid illis caſibus põt ſe liberare [b] cedẽ
b do?Non videtur, quia ſic nihil eſſet ſpeciale in illis caſibus.
quod tñ iura videntur ſupponere. In contrarium videtur ex
preſſum ſ.de ſocie.§.itẽ ſi quis.C.qui.bo.ce.poſ.l.3.recipien
do rempublicã,pro re fiſcali, de qua per prius præiudicatur,
ff.de verb.ſig.l.eum vectigal. & l. inter publica. & probatur
manifeſtius in vltimo caſu: quia obligando ſe ad arreſtum,
non videtur renuntiare huic beneficio,cui etiam renunciare
non poteſt expreſſe: vt infra videbis.In quo ergo eſt ſpecia-
le, in illis duobus caſibus? Reſpondeo: quia illis caſibus,ſta-
tim debitor detruditur, antequam fiat diſcuſsio de bonis: vt
d.l.nemo.in alijs ſolum,ſi doloſe, aut contumaciter conuerſe
tur, quominus ſoluere poſsit.& illi duo caſus, magnam ha-
bent prærogatiuam. Item circa hoc quæritur:pone,quod ali
quis fecit aliquem detrudi propter debitum: ille non habet
vnde alatur:quis alet eum?Dicas, quod ille, qui fecit eum de
tineri: & ſi nolit alere: iudex bene faciet, ſi permittat ipſum
abire.& videtur notari.C.de ero.mil.an.l.fin.li.12.& facit ff.
ad exhib.l.ſed & ſi hæreditas.§.plane paſcere, niſi poſsit ali-
mentari de elemoſynis.C. de epiſco.aud.l.iudices. alias ſi iu-
dex expelleret eũ de carcere, ſine iuſta cauſa teneretur ad de
7 bitum.C. de exac.tri.l.quoties. † Poteſt vlterius quæri, nun-
quid per ceſsionem bonorum quis liberetur ab obligatione?
Glo.videtur dicere, quod ſic a ciuili.ff.de fideiuſ.l. vbicunq;.
Sed hoc videtur contra mentem huius §.& aliorum iurium,
quæ dicunt,quod nihilominus agitur contra ipſum cedentẽ,
et efficaciter, ſi idoneum emolumentum habeat & ſic prior
remanet obligatio:quia ſi ſola naturalis remaneret, ex ea ſo-
8 la non poteſt agi:vt dixi ſ.de obli.in prin. † Conſueuit quæ-
c ri,vtrum poſsit renũtiari [c] huic beneficio?Et ſcias,quod doc.
conſueuerunt tenere quod non: poſt Dyn. qui de hoc not.ff.
ſolu.ma.l.alia.Et ideo credo, quod conſtitutione prouincia-
les,& ſynodales, quas prælati faciunt, ne excommunicati,et
ſi cedant, tradantur eccleſiaſticæ ſepulturæ, non tenent.tum
quia contra bonos mores,per prędictam l.alia.tum quia hoc
eſt beneficium iuris, a canone conceſſum:vt d.c. Odoardus.
quod inferior tollere non debet, nec poteſt,extra de re.iu.c.
indultum.lib.6.& vide quæ Dyn.ibi not.quæ ad hoc poſſunt
adduci, vnde prælati in hoc abutuntur in multis locis, pro-
pter emolumenta.Et hac ratione vr̃, quod non poſsit conſue
tudine introduci, quod quis non liberetur cedendo.cum cõ
ſuetudo non valeat contra bonos mores. & hoc beneficium
legis moribus introducatur,vt l.de quibus.ff.de legi.ſed mo-
dus cedendi bene poteſt conſuetudine introduci, vt ꝙ cedat
nudus, ſicut fit in multis locis.Dic ergo: ꝙ ille qui ceſsit bo-
nis non poteſt condemnari, niſi idoneum emolumentum ha
beat.Sed quæritur,quid dicitur idoneum?text.hoc declarat.
ff.de ceſsio.bon.l.qui bonis.& l.is qui bonis.vbi expreſſe dici
tur, quod non põt conueniri, niſi inquantum facere poteſt.

Quid ſi haberet altam turrim: & pretioſam: quæ nullum
portat emolumentum: nec eſt in loco:in quo poſsit commo-
de vendi?dic non:niſi quantum emolumentum afferret:vt d.
l.qui bonis.ibi cum dicit: non ex qualitate. Sed nunquid iſte
§.obtinet in creditoribus, qui erant ante ceſsionem, & quos
poſt cedens fortius eſt? Videtur quòd ſic:cum loquatur indi
ſtincte:tamen verius videtur,quòd non obtineat in creditori
bus,cum quibus poſt contraxit: imo illi conuenient illum in
ſolidum, & hoc videtur innuere a contrario ſenſu.l.3.C. de
bo.auth.iud.poſ.& facit,quod filiusfamilias conueniatur, de
his quæ contraxit cum in poteſtate eſſet, in quantum facere
poteſt:ſed de ijs quæ contraxit poſt,inſolidum.ff.quod cũ eo.
l.3.in fin. Quid ergo faciet? cedit iterum illis. Quid ſi quis
ſe obligauerat ſub conditione, & ante conditionis euentum
ceſsit: deinde venit conditio: nunquid gaudet beneficio hu-
iuſmodi.§? Ad hoc poteſt dici, quod ſi erat obligatus;ex con
tractu inter viuos, gaudet: ſi ex legato non.ff.de ver.obli.l.ſi
filius. de regu.iur. l. quæ legata. & hoc vbi erat obligatio ad
vnam ſummam, vel ad vnam quantitatem. Quid ſi ad redi-
tus,vel aliquod annuum?dic idem.ff. de do.cau.mor. l. ſena-
tus.§.fi.de ver.obl.l.Sthicum.§.fi.& uide ff. qñ di.vſuſfr.leg.
ce.l. vnica.§. vnde quæri poteſt. vbi poteſt notari aliquid in
vſufru.ſpeciale.Secundum hoc ergo, eſt dare caſum, in quo
poſteriores creditores ſunt potiores prioribus, contra regu-
lam communem C.qui po.in pig.ha.l.licet.& hoc,ſi ille,qui
ceſsit,excipiat de hoc, contra primos: ſed ſi non excipiat, &
creditores contendant inter ſe:videretur,quod cõcurrant in
poſtea quæſitis:iuxta illa quæ ſcripſi ſupra eo.§. item ſeruia-
na.non enim videtur,quod creditor poſsit vti exceptione ex
perſona rei quia reus non vtitur, longe minus quam fideiuſ-
ſor j.de replic.§.fi.Item quæritur, dixi ſupra quod ceſsio ad
mittitur in ciuili debito,ne debitor detrudatur &c.Pone, qđ
eſt conſuetudo, quod nuſquam quis pro debito ciuili incarce
retur, ſicut eſt in regno Franciæ, vbi non incarceratur quis,
9 niſi ſit ad hoc expreſſe obligatus: † nunquid admittitur ceſ-
ſio?Et vr̃,quod non:quia cauſa cedendi ceſſat.Et pro hoc fa-
cit C.eo.l.propter. vbi non admittitur ceſsio, cum per aliud
remedium prouidetur. Igitur cum per conſuetudinem pro-
uideatur,ne incarcerem detrudatur:non eſt locus ceſsioni.&
facit C.eo.l.fi.Quid ergo dices de illis, qui non conueniun-
tur, niſi inquantum facere poſſunt: de quibus ſupra vidiſti:
nunquid cedere poſſunt?Credo, ꝙ non,per dictam rationẽ,
imo generalius credo,quod nunquã ceſsio debeat admitti:ni
ſi creditores inſtarent,& peterent eũ detrudi,vel forte in fo-
ro eccleſiaſtico excõicari. Et hoc poteſt probari per dictam
rationem:quia hoc beneficium eſt miſerabile, & ſubſidiariũ:
nec cõceditur,niſi propter neceſsitatem: igitur gratis cedẽs,
non debet admitti: & hoc ſatis indicat text.C.eo.l.1.& l.fin.
vbi datur electio creditoribus, vel ſtatim admittere, vel diſ-
ferre:vt ibi legitur quicquid doct.ibi notent. Conſueuit quæ
ri, nunquid veſtis ſit auferenda cedenti? Glo. videtur velle
quod nihil debeat ei dimitti etiam vnus denarius. ff.eo.l.pe.
in gl.magna.in fi.pro hoc facit is tex.inhumanum, &c.Item
facit quia veſtimenta tolluntur ſeruis mulieris facto diuor-
tio.ff.ſol.ma.l.in his.§.1. Item quia in actione de peculio, ve
ſtimentum æſtimatur.ff. de pec.l.id veſtimentum.Item facit
ff.de ca.di.tutelas.§.fi.in fi.cum dicit nudus exulat.ff.de bon.
dam.l.2.In hoc conſueuerunt doc.dicere, quod veſtis nobi-
lis,ei aufertur,ſed pannicularia non, ff.de bo.dam.l.diuus.&
ita etiam tenet Dy.Et ex generalitate huius literæ poſſet di-
d ci, [d] quod ſi quis ſpoliatus ſit bonis propter guerram: vel a-
10 liud † infortunium, quod non debeat conueniri inſolidum:
quod eſt valde pium, & æquum.Item facit,quod monachus,
vel religioſus,qui non habet proprium, non poſsit compelli
ad cedendum. Contra C.eod.l.cum & filij.ſed ibi in illo, qui
aliquo caſu poteſt habere proprium, monachus non.huiuſ-
modi telæ vix eſſet finis, qui ſemper vellet eam texere. Ego
vero hic telam præſcindo, quantum ad lecturam huius titu-
li: quia tamen quidam habent hic arborem Ioan.licet pauci
citramontani ipſam arborem habeant,nec forte eius notitiã:
placet dare facilem, & claram doctrinam, per quam ipſa ar-
bor poterit intelligi a quocunque.

a Adnot. Conſueuit quæri. Hanc quæſtionem ponit Ang. hinc in princi. ver. hic ſumpta occaſione quæritur.
b Se liberare. Quærit Ang. in 2. col. poſt me. verſic. quæro an poſt ceſſionem. Item an poſt datam dilationem quinquennalem debitori a creditoribus, debitor poſſit cedere bonis: lapſa dilatione? Item an debitor poſſit pœnitere: & non cedere bonis? Item an ceſſio bonorum principalis proſit fideiuſſori: has quæſtiones vide hic per Ang. & Iaſ. Itẽ vide doct. in l. ñ. C. qui. bo. cedere poſ.
c Renuntiari. Vide Ang. hic & do. Iaſonem circa finem huius. §. 1.
d Poſſet dici. Hoc dictum ſequitur & laudat hic dominus Iaſ. in 2. col. verſic. vltimo l. notare.

AD euidentiam arboris actionum, quæ adſcribitur Io. ſciendum eſt, quod multæ ſunt diuiſiones actionum: vt not. ſupra eo. §. ſunt præterea. & ibi ſcripſi: & infra. & ibi declarabo articulatim de omnibus diuiſionibus. Ioan. elegit 12. literas: per illas poteſt cognoſci natura, quaſi omnium actionum: & ad docendum, quæ ſit natura cuiſlibet actionis, poſuit in ſingulis circulis ſingulas actiones, & ſuper ſinguli actionibus literas 12. videlicet, a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. quarum ſingulæ, deſignãt ſingulas diuiſiones. Prima diuiſio eſt. quod quædam ſunt prætoriæ, quædam ciuiles. hanc deſignat prima litera a, ſecunda diuiſio eſt, quod quædam ſunt in rem: quædam in perſonam: quædam mixtæ: & hanc deſignat litera b. Et ſic per conſequens quælibet litera, quamlibet diuiſionem, prout articulatim ſtatim tibi ſubijciam, & literas ſuper qualibet diuiſione. Item debes ſcire, ꝙ ſuper qualibet litera, ſunt certi puncti, per quos deſignatur, ſub qua diuiſione eſt actio, Vnde prima diuiſio eſt, quòd actionum quædam prætoriæ ciuiles. Si ſit prætoria, ponitur vnus punctus, ſuper litera a, ad deſignandum quòd actio eſt de primo membro, videlicet prætoria: ſi ſit ciuilis: erunt duo puncti, deſignando, quòd eſt de ſecundo membro. Si vero diuiſio ſit trimembris: ſi actio ſit de natura primi membri: ponitur vnus punctus in per a, ſi de natura ſecundi membri, ſiunt duo puncti. ſi de natura tertij, ſiunt tres puncti. ſi de natura: quarti, quatuor: vltra non excedit. per iſta facile eſt intelligere arborem, & per glo. quæ ſuper ea factæ fuerunt, quas non improbo. Sed vide, & lege eas per te: quia ego proſequi non intendo. cum per ea quæ ſ. dicta, & notata fuerunt poſſet ſatis innoteſcere natura, & materia actionum. Et ſcias quòd hæc arbor fuit improprie dicta arbor, cum non habeat radices: truncum: neque frondes, quæ ſunt de eſſe, & ſpecie arborum: potius debuiſſet dici tabula.

Sequuntur dictę xij. diuiſiones cum literis, & cum punctis articulatim omnium actionum.

a Aliæ ſunt prætoriæ, aliæ ciuiles.
b Aliæ in rem, aliæ in perſonam, aliæ mixtæ.
c Aliæ rei perſecutoriæ, aliæ pœnæ, aliæ mixtæ.
d Aliæ in ſimplum, aliæ in dup. aliæ in trip. aliæ in quadru.
e Aliæ bonæ fidei, aliæ ſtricti iuris.
f Aliæ perpetuæ, aliæ temporales.
g Aliæ tranſitoriæ ad hæredes, aliæ non.
h Aliæ quæ infamant, aliæ non.
i Aliæ directæ, aliæ vtiles.
k Aliæ directæ, aliæ contrariæ.
l Aliæ vniuerſales, aliæ ſingulares.
m Aliæ ſimplices, aliæ duplices.

Per has diuiſiones patet intellectus arboris: quia iſtas diuiſiones literæ, & puncti prædicti deſignant. & per ipſam, dũ tamen ſit fideliter punctuata 12. naturæ actionum clare patent: nec mireris, ſi reperies quandoque aliquas figuras non punctuatas: quia quando actio eſt incerta, & vaga, ſic quòd non poteſt certa regula dari ſuper membro, quod litera deſignant: tunc nil punctuatur, prout glo. dictæ arboris ſatis declarant: ad quas te remitto.

## *Quòd cum eo, qui in aliena eſt poteſtate, nego. geſto. eſſe dicetur. Rubrica.*

1 *Prælati ob quæ conueniendi.*

a QVIA TAMEN. a Hæc continuatio tex. eſt melior, quam cõtinuatio gl. quæ eſt ſupra in rub. Ne verboſa fiat diſputatio, nota ſanctiſſimum verbum contra aliquos lectores, qui dilatant verba, vt poſſint horam conſtitutam lectioni tranſire: & legunt vnum, vel duos libros in anno, cum deberent, legere totum volumen: & ſe, & ſcholares deſtruant, &
1 facit C. de appel. l. ampliorem. §. in refutatorijs. † In gl. nã ſimilium. in fi. per hunc tex. poſſet dici, ꝙ poſſet agi ex contractibus religioſorum, contra abbates, & prælatos ſuperiores eorum: cum ſint in eorum poteſtate: vt dixi ſupra titu. 1. §. actiones de peculio. in fi.

a Adnota. Quia tamen: Diuide hunc titulum ſecundum Areti. & ſumma ſic hoc prin. Cognito contractu ſeruorum ad obligandum dominum erit cognitum quid de contractu filij, ad obligandum patrem.

1 *Actio quod iuſſu, quando ſola, an cum aliis danda.*
2 *Actio quod iuſſu in quos datur.*
3 *Inſtitoriæ locus.*
4 *Executoria quando detur.*
5 *L. fi. de exerce ſenſus.*
7 *Adminiſtrator an obliget.*
8 *Inſtitor multiplex quique obliget.* 13.
9 *Procuratoris lata ſignificatio.* 10.
11 *Procurator generalis an obliget.*
12 *Vicarius an obliget.*

a SI IGITVR. a In gl. ſcilicet volentis. contra hanc glo. videtur expreſſe. ff. eo. l. fin. vbi videtur expreſſum, quòd non agitur quod iuſſu, vbi dominus mandat creditori tradere ſeruo. Præterea videtur, quod vbi mandatum dirigitur creditori, quod debeat agi mandati. C. manda. l. ſi tibi. Solu. ſcias, quod ſuper hoc ſunt opin. inter Pla. & Ioan. vt not. ff. quod iuſſu. l. 1. & C. eod. l. etiam. dic tamen plenius, quòd aut
1 † ipſe dominus contraxit in propria perſona: & contractu facto, iuſſit pecuniam tradi ſeruo: & tunc non datur quod iuſſu: vt d. l. fi. Aut mandauit credi ipſi ſeruo tantum: & tunc aut mandatum dirigitur ad contrahentem: & datur mandati, & quod iuſſu. & concurrunt, aut ad ſeruum: & datur quod iuſſu tantum vt not. d. l. 1. §. ſed ego. in glo. ſuper verb. quemadmodum. Sed mirum videtur, quomodo datur quod iuſſu, vbi mandatum dirigitur ad contrahentem, cum nullus iuſſus intercedat. Sed poteſt dici, quòd imo tacitus, ex eo quod mãdatur ei tradi, & per hoc poteſt dici, quòd ſi aliquis mandet rem aliquam tradi, vel ſolui alicui, ꝙ ex hoc videatur illum, cui tradi mandat, conſtituere procuratorem. quãuis ad veritatem nullum aliud mandatum ei feciſſet. quod eſt notabile, & facit ff. quod iuſſu. l. 1. §. ſed & ſi mandauerit. de noua. l. fin. in princip. verſicu. nam ſi. caue tamen, quia hæc actio non habet locum, niſi cum iubetur ſeruo proprio: vel qui debet haberi pro proprio. vide ff. quod iuſſu. l. 1. §. ſi pupillus. cum §. ſeq. & l. ſeq. vnde ſi non eſſet proprius, quamuis poteſt fieri proprius, non habet locum. ff.
2 quod iuſſu. l. 2. §. fin. † Quid ergo ſi Abbas iuſſit religioſo ſuo pecuniam mutuo recipere: nunquid poteſt agi hac a-
b ctione? Videtur, quod ſic: b quia habet illum in poteſtate: vt dixi ſ. in prin. & facit ff. quod iuſſu. l. pen. Sed quid, ſi ſolus conuentus, qui habet bona diſcreta, iuberet? non crederem poſſe agi hac actione. & ſic intelligo, extra de fideiuſſo. c. pe. Et idem crederem eadem ratione, ſi prior foraneus, vel ruraliis iuberes ſocio ſuo, qui non ſit in obedientia, & poteſtate illius. Et idem de priore clauſtrali: niſi fungeretur vice abbatis. ff. quod iuſſu. l. 1. §. fin. Sed contra præmiſſa videtur d. c. pen. ꝙ videtur requirere nedum iuſſum abbatis: imo & capituli. ſed dic, ꝙ loquitur, quo ad hoc, vt capitulum teneatur: ipſe tamen abbas teneretur, ſi ſolus præcepiſſet. Lo-
3 quitur ergo hæc materia, quando iubetur ſeruo. † Sed quid ſi libero? Verbi gratia, præcepi famulo meo, vt reciperet mutuo pecuniam: vel vinum, vel aliquid aliud: ipſe fecit: nunquid poſſum conueniri? Dic, ꝙ ſic: vtili inſtitoria: non tñ hac actione. C. de exer. l. ſi mutuam. Nec ob. C. eod. l. fin. quia loquitur in ſeruis. vt ibi notatur: & de his videbis magis in inferioribus. Sed quid, ſi vir iubeat vxori, in partibus Franciæ,

&

& alijs locis,qui reguntur conſuetudine, in quibus vxor eſt in poteſtate viri?De conſuetudine videtur,ꝙ competat hæc actio:cum eadem æquitatis ratio interueniat infra. ver. ideo aũt.Quid ſi pater iuſſit filio adoptiuo?Diſtingue,aut tranſiuit in poteſtatẽ,vel non.C.de ado.l.cum in adoptiuis. ſupra de adop.in princ.in filio arrogato non dubium;quia ille tranſit in poteſtatem: & ideo vĩ hr̃e locum hæc actio in eo indi-
c ſtinctè. Circa exercitoriam, c ſciendum eſt, ꝙ ſolum datur
4 † pro negociatione nauali maritima, vel fluuiali.ff. de exer. act.l. 1.§.nauem. & ſm legem & poteſtatẽ magiſtro datam, ff.eo.l. 1.§.igitur præpoſitio. Iſtam tamen præpoſitionis legem,debet exercitor notam facere: nam alias, ex quo vtitur opera magiſtri,obligat dominum ad omnia,ad quę officium ſe poteſt extendere.ff.de inſtit.l.ſed & ſi pupillus. §. 1. & ſic intellige.ff.de exerc.l.1.§.magiſtrum.in ver.quid tamen. ſicut armamenta.& victualia,& neceſſaria. nam & ad conductiones nauigij, de quibus ſatis apparet in text. d.l.1.& plenius in ſumma Azo.eo.ti.§.datur.& §.& nota. De vno tamẽ poteſt quæri.exercitor obligatur ex facto magiſtri:& tñ magiſter ei non acquirit:vt ff.e.l.1.§.ſed ex contrario. ſed ſecus in inſtitore.ff.de inſtito.l.j.§.fi.cum l.ſeq. Sed cur diuerſum? Reſpondeo, vt tex. reſpondet in d.§. ſed ex contrario. quia dñs nauis non indigebat remedio prætoris, cum ſit ei alias prouiſum,& ſi non ſit prouiſum:imputet ſibi,qui præpoſuit ea.l.j.§.cuius autem.ff.de exercito.Sed certe,eadem ratio vĩ locum hr̃e in inſtituente. vnde probabiliter põt dici idẽ, vt neutri acquiratur regulariter, ſed vtrique in ſubſidium: iuxta d.l.2.de inſtito.Sed pro euidentia horum, quæro,hic dicit tex.in exercitoria,& inſtitoria,quæ dantur,ſi quis contraxerit eius rei gratia,cui fuit præpoſitus. quæritur ad quem pertinet hæc probatio?Hoc eſt expreſſum.ff.de exer.l.fin. uide ibi.eo.tit.l.1.§.non autem. Et hoc eſt verum, vbi virtute officij magiſter,uel inſtitor,recepit ex voluntate domini tacita.Quid ſi expreſſa, quia forte ſibi mandatum fuit expreſſe,quòd poſſet recipere pecunias mutuo? tunc non crederem,quod oporteret aliquid creditorem probare, niſi dictũ mandatum, & quod mutuaſſet: quia eoipſo quod dominus permittit recipere,expreſſe ſe obligat: & ſic intelligitur,C. de exer.l.ſi mutuam.ff.de inſti.l.in eum. & l. ſi quis manci-
5 piis.de neg.geſt.l.liberto.in prin.vnde l.illa fi. †intelligitur, quando exercitor,vel inſtitor ex cauſa ſui officij aliquid contraxerunt,non permittente domino expreſſe: quia tunc dominus non tenetur, niſi illa concurrant, quæ illa lex continet. Sed ſi dominus expreſſe permiſit recipere mutuas pecunias,vel aliquem contractum certum exercere, non crederem quod obtineat. & hoc ſatis patet in d.§.penult. de fideiuſſ.& ibi not.Innocent. & hoc videtur innuere. l. habebat.
6 ff. de inſtito.Habet ergo † locum hæc inſtitoria, vbi quis ſer
7 uum,vel liberum,alicui negociationi præpoſuit. † Quid ergo dices,quidam inſtituit quendam ad regendum villã ſuã, vel aliquam domum ſuam,vbi habebat familiam: & dedit ei poteſtatem agendi, defendendi, regendi, debita, & reditus exigendi: & omnia alia faciendi, quæ ad regimen villæ, vel domus,cui præponitur, erunt neceſſaria,vel opportuna: ſicut conſueuit poni in talibus inſtrumentis iſte recepit mutuo pecunias,vel blada,pro regimine domus: quæritur nunquid dñm obliget?Et vĩ expeditum,ꝙ non.C.quod cum eo. l.fi.ff.de inſtito.l.ſi cum villico. Contrarium videtur verius: quia ſi ædificio fuit præpoſitus,obligat dñm eo. ti. l.cuicunque, in princ.Item, quia iſte eſt quaſi generalis procurator omnium rerum,quæ tangunt dñm,ratione villæ,vel domus ſibi cõmiſſæ:& ſic eius factum nocet dño.ff.de pact.l. reſcriptum.§. fi. cum l. ſeq. & ſeq.maxime in talibus,quæ non ſapiunt alienationem dñij.ff.de proc. l. procurator totorum. Præterea procurator generalis poteſt præponere inſtitorẽ: cuius factum dñm obligabit:ergo multo fortius, ipſe ipſum dñm obligat.ff.de inſtit.l.cuicũq; .§. fin. cum l. ſeq.vnde,ex quo cõmiſſa eſt ei gubernatio,vĩr cõmiſſa omnia quæ ſequũtur ex ea.ff.de inſtito.l.cuicũque.§.item ſi inſtitor. cũ §. ſeq.
8 in fin. † Pro euidentia horum, ſcire te uolo, ꝙ inſtitor pro-
d prie d dr̃,qui præponitur alicui negociationi quæſtuariæ: vt ille,q̃ præponitur alicui menſæ nũmulariæ,vel alicui operatorio,in quo currunt mercaturæ:vt d.l.ſi cum villico, quem vulgariter mercatores vocant factorem, in lingua occitana: & hoc vult dicere hic tex.cũ dicit:cũ quis tabernæ.ff. eo.l.3. Improprie aũt dr̃ inſtitor,qñ inſtituitur aliquis ad vnum negotium, in quo non eſt mercantia: ſicut qñ præponitur ad recipiendũ mutuo pecuniam, vel aliquẽ actũ vnicũ, in quo cadit obligatio,ſicut ad emendum vnum equum, vel aliquid ſingulare.C.de exercit.l.ſi mutuam.Improprijſſime dicitur, qñ præponitur alicui negotio pro adhibenda diligentia, nõ vt aliquid agat, ꝙ obligationem ſapiat: vt ſi quis præponatur operarijs, ad hoc tantum,vt videat, quòd diligenter, & bene operentur: & talis non põt dici inſtitor, ſed procurator: niſi improprijſſime,& abuſiue. De primo non eſt dubium, ꝙ obligat dominum contrahendo eius rei gratia, ad quam præpoſitus eſt.ff.eo.l.cuicunque.§. non tamen, & hic & ff.de inſtito. l. 1. De ſecundo,eſt certum,ꝙ obligat ẽt dominum,non directa inſtitoria, cum non ſit proprie inſtitor. ſed vtili:vt d.l.in eum.ff.de inſt.de act.emp.l.Iul.§. ſi procurator.extra de fide inſt.c.pen.ff.de neg.geſt.l.liberto.De tertio,eſt dicendum,ꝙ dñm non obligat,vt d.l. fin. C. quod cũ eo. & d. c. penult.& ſic debet intelligi.ff.de inſtit.l. cuicunque.§.ſed cum fullo.ibi enim præpoſuit eũ,vt diſcipulis imperaret, & eos dirigeret in agendis: non vt venderet, vel emeret,vel operatorium gubernaret recipiendo,& excipiendo opera: tunc enim eſſet inſtitor. e. ti. l. inſtitor, & de tali qui habet poteſtatem recipiendi,ſoluendi, ac prouidendi debet intelligi prin.d.l.cuicunque.ibi enim, præpoſitus fuit ædificio.ſ.ad adminiſtrandum,ſoluendũ, & recipiendũ neceſſaria pro ædificio.Et ideo in quæſtione propoſita,videtur ꝙ talis,qui habet adminiſtrationem villæ,ſeu domus obliget dominum, ſi domus ſit talis, quod conſuetum fuerit, & oporteat emere, & vendere, & negotiari, pro ſuſtentatione domus,& familiæ.ff.quod cum eo.l. fin. Si autem eſſet in puris redditibus,non crederem per prædicta,vel ſi eſſet inſtitutus ad faciendũ coli tantũ,vel ut operarijs præſit, & ita modifico d. l. fin. C. quod cum eo. Sed quid ſi ille,qui non potuit dominũ obligare,conuertit in eius domini vtilitatem? Dic dominum teneri.ff.de inſtit.l.ſi quis mancipij.§. fin. & d. c. pen.de fideiuſſ. C.quod cum eo. l. ei, qui in fi. Sed quæritur,nunquid ſit differentia, inter inſtitorem, & procuratorem? Et videtur expreſſum,quod ſic.nam tex.dicit, ꝙ inſtitor obligat dominum:procurator non: vt d.l. cuicunque.§. ſed cum fullo.Contra videtur expreſſe eo.tit.l.in eũ. de act. emp. l. Iulian. §. ſi procurator. Præterea text. promiſcue
9 vtitur verbo procuratoris, cũ alijs verbis, quæ † inſtitutionem ſapiunt. C. quod cum eo.l. fi. Super hoc videtur dicendum,ꝙ vbi procurator inſtituitur ad negociationem quæſtuariam,non refert vtrum dicat, facio eum inſtitorem, vel procuratorem,cum eadem ſit intentio extra de proc. c. petitio.& idem ſi ad vnã rem de ſe obligatoriam, quamuis non quæſtuariam,vt d.§.ſi procurator.& d.l.in eum. Quid ergo vult dicere.§.ſed & cum fullo? Dicas, ꝙ illæ tex.vult facere differentiam,quam ſupra feci: videlicet,an præficiatur negotio: an vt imperet,& videat, ꝙ diligenter agant. In primo caſu obligat dominum: in ſecũdo non: quia in ſecundo non eſt inſtitor,ſed quaſi procurator. Vnde ſcias,ꝙ verbum pro-
10 curatoris; plus † comprehendit,& eſt magis largum, quam verbum,inſtitoris. Nam inſtitor non poteſt dici,niſi quando præponitur quis negotio obligatorio:niſi ſumatur verbũ impropriiſſime; ſed procurator poteſt dici ad quodcunque negotium: & hoc vult dicere iſte tex. quia talis non eſt relictus,vt inſtitor,ſed quaſi procurator. Item procurator dicitur ad negotia, & ad iudicia: ſed inſtitor ad negotia tantũ maxime qnæſtuaria, ut patet per totam hanc materiam. Sed pone, aliquis peregre proficiſcens dimiſit procuratorẽ ſuum generalem omnium bonorũ ſuorũ: & dedit ei poteſtatem defendendi,negotiandi, & omnia faciendi, &c. nũquid ille procurator poteſt eum obligare? non videtur per d. l. procurator totorum,niſi haberet liberam.eo.ti.l.procurator cui libera. Sed multum obſtat,quia talis procurator poteſt facere inſtitorem,qui obligat:vt ſupra dixi per l.cuicunque. §.fin.Super hoc poteſt dici,ꝙ ſi dominus erat talis, qui con-

ſueuit mercari, quod iſte procurator obligauit eum, in talib. in quibus conſueuit dominus ſe obligare, & mercari. ff. quod cum eo. l. fi. de pig. act. l. vel vniuerſorum. & de tali prꝰſumẽdum eſt loqui. l. quicunque. §. fin. & ad talem reſtringẽda eſt: ſinautem non videtur, ꝙ obliget. Sed mirum, quare inſtitor generalis, vel ſpecialis, ad vnam negociationem, dominum obligat: & non procur. generalis, niſi in caſu prædicto: ſed ad hoc poteſt reſponderi, ꝙ procuratori in dubio videtur tantum commiſſa adminiſtratio vtilis, & neceſſaria domino: & ideo nihil poteſt alienare, niſi illa, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. ff. de procu. l. procurator totorum. C. de proc. l. procuratorem. & per conſequens, nec obligare: ſed vbi inſtituitur ad mercandum: tunc permittitur alienatio illius rei, gratia cuius inſtitutus eſt, & per cõſequens obligatio. Quid ſi inſtituit eum procuratorem, & inſtitorem? Videtur idem, ac ſi eum conſtitueret procuratorem tantum. ff. pro ſocio. l.
12 ſed & ſi adiiciatur. † Quid ſi inſtituit aliquem vicarium, vel locum tenentem? Videtur, quòd talis eum obliget. ff. quod cũ e. l. fi. in fi. ibi, ſed quia &c. Vel dic, vt in procuratore. Sed cum inſtitor, & procurator poſsint dominum obligare in ſuis caſibus, ut ſupra vidiſtis, quęritur, vtrum poſsint res eius obligare pignori in caſibus illis? Videtur, quod non. C. qđ cum eo &c. l. dominum, niſi dominus conſueuiſſet pignorare. ff. de pig. act. l. vel vniuerſorum, quod cum eo. l. fi. Et forte hoc caſu debet intelligi. ff. de inſtit. l. cuicunque. §. item fideiuſſori. Item quæritur, quid ſi non appareat, quod dominus inſtitorem præpoſuerat, probatur tamen quod domino ſciente, & permittente, mercatur tanquam inſtitor? videtur ꝙ ſufficiat. ff. de exerc. l. 1. §. magiſtrum, verſic. cæterum. de inſtito. l. cuicunque. §. item Labeo ait, ſiquis piſtor. arg. ff. de pecu. l. quam Tuberonis. §. ſunt quidam. & l. non ſtatim. de trib. l. 1. & ideo videtur, quod illi qui permittũt vxores ſuas publice mercari, ꝙ teneantur de earum cõtractibus per prędicta. Sed nunquid ipſe inſtitor tenetur? videtur quod ſic: ad inſtar magiſtri nauis. ff. de exerci. l. 1. §. eſt autem nobis. Sed & procurator ipſe obligatur. ff. de procur. l. procurator, qui pro euictione. Contra. ff. de inſu. l. fi. Sed ibi non contraxit, ſed ſolum confeſſus fuit: vnde per illam legem, videtur, quod inſtitor confitendo, non obligat dominum, quamuis
13 † contrahendo obliget: & ideo ſumme cauendum eſt, quod literæ, quæ fiunt cum talibus, contineant ipſum contractum, non autem confeſsionem contractus tantum: ſicut faciunt communiter in regno Franciæ. Vnde videretur, quod confeſsio talis non deberet nocere domino, ſicut nec tutoris. ff. de confeſſ. l. certum. §. ſed an & ipſos. imo nec ipſi inſtitori: vt d. l. fin. & hoc niſi in literis confeſsionis contineretur vltra promiſsio. ſicut fit communiter. quia tunc virtute obligationis, & promiſsionis poteſt conueniri: vt l. quidem. ff. de conſt. pec. Super hoc autem, an inſtitor teneatur: eſt diſtinguendum cuius contemplatione contractum eſt, & in dubio præſumitur, quod contemplatione vtriuſque: vt not. per gl. & doct. C. quod cum eo. l. ei qui. & C. manda. l. ſi literas. Iſta placuit hic tangere: quia quotidiana ſunt. & iunge, quæ dicam infra. §. fin.

a Adnot. Si igitur. Dominus tenetur ex contractu ſerui inſolidum, ſi contrahi iuſſerit, vel ſi ipſum, vel liberum hominem naui, vel alicui alij negociationi præpoſuerit actionibus cognominatis quod iuſſu, & exercitoria, & inſtitoria.
b Quod ſic. Idem tenet hic d. Ang. in 1. col. verſ. quid ſi abbas. Et mirum eſt, quod tacet de nomine Io. Fabri.
c Circa exercitoriam. De hac actione vide hic per Ang. in 1. col. circa fi. ver. & aduer. vbi ẽt inter actionem exercitoriam, & tributoriã aſsignat differentiã.
d Quod inſtitor. De hac actione, vide hic per Ang. in 2. col. ante fi. verſ. in gl. ſeruum.

1 *Tributoria cur inducta.*
2 *Actionem ex concluſione nominari.*
3 *Merx quid.*
4 *Tributoria quibus data.*
5 *Tributoriæ natura.*

a INTRODVXIT. a Pro euidentia iſtius §. & ſuæ materiæ, debes ſcire quod vbi pater, vel dñs conueniuntur de peculio, hñt tale priuilegium, quod ante omnes creditores deducunt, quod eis debetur, & de illo, quod ſupereſt, ſoluitur creditorib. ff. de peculio. l. ſed ſi damnũ. §. peculium. [alias eſt lex & incipit peculiũ.] & infra. §. cũ aũt. quod prætor mode ratus eſt, detrahendo caſum, quo ſeruus ſciente, & patiente dño mercabatur, tũc. n. erat iniquũ, ꝙ ille, qui contraxit cum eo, in illa merce præpoſteraretur dño, & forte debitũ ſuum
1 ꝑderet. † vnde introduxit hanc actio. ꝑ quam dñs cõtribuit: quatenus merx ſe extendit cum cæteris creditorib. qui in illa merce contraxerunt cum ſeruo, pro quantitate debiti cu iuſcũq;, & vocatur tributoria: quia per ipſam fit cõtributio debitoris. In hoc tñ eſt dfia inter dñm & creditores, quia cõtributio fit omniũ debitorũ dñi, vndecunque, & ex quacũq; cauſa ei debeatur. Sed non ſic de aliis debitis aliorũ creditorum, quia de nullis fit contributio, niſi de illis, quæ contracta fuerunt in merce illa, vel eius gratia, pro qua agitur: nec põt agi, niſi pro illa, in qua eſt contractũ, ſi ſint diuerſæ merces, & in diuerſis locis exercetur. Et caueat actor, quia ſi egit iſta actione, non poteſt redire ad actio. de peculio. quamuis plus ſit in peculio, quam in merce: & ideo interdum plus expedit agere de peculio, quam hac actione, prout hæc omnia reperies, ſi vis legere tex. & glo. ff. de tribu. ꝑ totũ. & infra e. ti. §. is quoq;. hoc ſuppoſito, pone caſum, q̃ facilis eſt, & planus. In glo. hanc actionem. Azo in ſumma. C. quod cũ eo. §. datur hæc actio. vr̃ tenere contra, pro quo facit multũ iſte tex. doc. tñ conſueuerunt approbare hanc glo. vbique, & hic approbant, & vr̃ vera: nam non reperitur edictum, nec materia, vnde illud officium deberet deſcendere, vel cauſari, & ad hoc facit. Nam hæc actio non eſt propriũ nomẽ actionis, ſm̃ opi
2 nio. glo. ſicut dixi ſupra eo. §. 1. Sed † cognomen actionis, q̃ oritur ex contractu, ex quo agitur, quæ qñq; cognominatur inſtitoria, qñque de peculio, qñque de in rem verſo: prout di uerſo modo concludit. & certũ eſt, ꝙ in actio. deſcendentib. ex contractib. non reperitur officiũ tale. Sed pro euidentia
3 huius actionis poteſt q̃ri, q̃d † proprie vocatur merx, applicando ad noſtrum idioma, & ad factum, quia nec l. mercis. de verb. ſig. quamuis ſint ibi duæ leges, quæ ſic vocantur. nec l. 1. §. licet. ff. de trib. hoc bene declarant. Vnde ego credo, qđ hoc caſu, merx dicatur mercatura: videlicet, quælibet res, q̃ eſt empta, pro reuendendo & lucrando. & obtinet proprie, qñ ſeruus tenet operatorium pluriũ mercaturarum: ſed & vtilis datur etiam vnius rei: vt not. ff. eo. l. 1. Item poteſt q̃ri, cur actio de pec. & hæc ſe tollũt adinuicem: & cur non dant̃ in eo, quod plus poteſt eſſe in vna, quam in alia? de hoc vide
4 bis infra §. is quoque. † Item quæritur, in quibus creditorib. hæc tributoria obtineat? & eſt dicendum, qđ in chirographarijs tantum: ſecus ſi omnes, vel alter prætenderent pignora, vel realem obligationem, nam tunc obtineret regula fallentię, qui prior eſt. ff. de trib. l. procuratoris. §. ſi plures, in fi. Quid ſi alter prætendebat priuilegium? Vr̃ idem, ac ſi prætẽderet hypothecã: & ſic non ſiet diſtributio, iuxta illa q̃ ſcripſi ſupra ti. prox. §. item ſi q̃s in fraudem. & facit. ff. qđ cũ eo. l. 3. de in rem verſo. l. 1. §. item ſi plures. In contrariũ vr̃. ff. de pec. l. ex facto. Item quęritur, quare hæc actio, q̃ datur ex contractu, vel quaſi, non dat̃ in hæredem ex dolo defuncti inſolidum. ff. eo. l. illud. §. fi. ſicut cæteræ, quæ ex contractib. oriuntur. ff. de act. & oblig. l. ex contractib. & cur ſpeciale in
5 iſta? dicit Iac. de Rauen. qđ actio tributoria † participat in aliquo naturam perſonalitatis, & in aliquo naturam realitatis: nam naturam perſonalitatis habet in eo, quod datur, & cauſatur ex contractu ſerui, ſed habet naturam realitatis, in eo quod datur cõtra dominum, qui nuſquam fuit obligatus, nec contraxit, ſed pro eo ſolo conuenitur, quia habet peculium, vel habere deſijt, ſicut in reali: nunc natura realis eſt, quod quando poſſeſſor dolo deſijt poſsidere, hæredes non tenentur, niſi de eo, quod peruenit, & ideo cum tributoria habeat naturam realitatis in eo, quod concernit dñm, non mirum, ſi non detur in hæredem, niſi inquantum peruenit, ſicut nec realis, ſm̃ eum. Iſta ratio videtur bona, & fundatur ꝑ l. cum autem. ff. de rei vend. & non eſt de hoc multum mirãdum, quia bene reperiuntur aliæ actiones, quæ cauſantur ex contractib. vel quaſi, & non dantur niſi inquantum peruenit. ff. pro ſoc. l. hæres. de hære. tu. l. 1. & ſi.

Adno-

a Adnot. Introduxit. Si ſeruus ſciente domino in merce peculiari negotiatur, & inde dominus aliquid recipere debet, vocatur in tributū, vna cum alijs creditoribus. h.d. Ang.

1 *Diuerſa quæ.*
2 *Actiones quæ eædem, an non.* 3.
4 *§. Præterea. ſenſus.*
5 *Verſum an exprimendum.*
6 *Actiones compatibiles.*
7 *Actionum quæ ſe tollant.* 9.
8 *Probatio diuerſa a libello admiſſibilis.*
10 *Actionis eligendæ tempus.*
11 *Actor quando eligere cogendus.*
12 *Tranſacta omnia videri.*

a PRAETEREA a Introducta eſt. In gloſſ. caue, in fin. Hæc glo. videtur contra tex. qui dicit actio in ſingulari: ſed de hoc videbis magis infra. In glo. hoc punctum. ibi, quæ oppoſitio. hic debet eſſe. quæ opinio. vel forte voluit dicere. quæ oppoſitio contra opin. Io. nam de hoc poſſet opponi: & apparet: quia Io. ad hoc reſpondet, vt patet in inferioribus. In fi. eiuſdem glo. Ia. de Ra. recitat hanc opi. & non probat, nec improbat: & tamen videtur multum dubia, & quaſi contra mentem iſtius tex. Pro hac tamen opi. poteſt ſic argui: videlicet, ꝙ ſint duæ actiones: vna de peculio, alia de in rem verſo, certum eſt, ꝙ illa † cenſentur diuerſa, quæ diuerſis nominibus nuncupantur: & diuerſos habent tractatus. C. de codi. l. ſi idē. ff. de verbo. ſignificatio. l. carbonum. de pigno. act. l. ſi conuenerit. §. pen. Sed conſtat, ꝙ actiones peculio, & de in rem verſo: diuerſa habent nomina, & diuerſos titulos, & tractatus, ergo non habent nec poſſunt dici vna maior eſt probata: minor patet in tit. de peculio, & de in rē verſo. ff. qui tituli ſunt diuerſi nomine, & re. Præterea, illa non poſſunt dici vnum, quæ diuerſas habent cauſas, & naturas: ſed ita eſt in actione de peculio & de in rem verſo: ergo ſunt diuerſæ. maior patet de ſe, & per d. l. carbonum. minor patet: quia vna datur, quando eſt verſum, alia, ſi nihil. Item vna datur inſolidum: alia quatenus eſt in peculio, vt patet hoc §. & in tota materia.

2 † Præterea, ſi eſſent vna actio, vno curſu finirentur. & vna cauſa complerentur, & uniforme tempus haberent, & non poſſent niſi ſemel competere. Sed conſtat, ꝙ actio de in rem uerſo competit, ubi non competit actio de peculio, & per oppoſitū diſtinguuntur, & diuerſa habent tēpora, quia una perpetua, alia tēporalis: ergo ſunt duę & diuerſę. ff. de in rē uerſo. l. 1. §. 1. C. de exerci. l. 2. & ſic uidetur pro opin. Io. ꝙ ſunt duę, & diuerſę. In contrarium ſunt tres rationes, quę hic ponuntur in gloſſ. & maxime iſte text. qui dicit una eſt actio. in uerſic. licet. & in princ. huius §. ubi dicit, Pręterea introducta eſt actio. loquendo in ſingulari, nec ualēt ſolutiones, quę hic dantur, quòd ſint una, quo ad effectum, quia ſalua gratia non eſt idē effectus: quia ſi ageretur ſimpliciter de peculio, dominus deduceret, quod ſibi debetur, dato quod eſſet aliquid verſum. J. §. cum autem. & hoc etiam tenet gl. expreſſe de in rē verſo. l. filius. in glo. pen. & ſic non eſt idem effectus.

Præterea, quamuis veniret in actio. de pec. id quod ſeruus vertit in vtilitatem domini, tanquam ſeruo debitum, hoc veniret tanquam peculium ſerui, & ex condēnatione facta ſimpliciter in actione de peculio, & ſub æſtimatione peculij: & ſic fruſtra diceret iſte tex. quod duæ fierēt condemnationes, & quod fieri debet æſtimatio peculij ad partem, & de eo ꝙ in rem eſt verſum ad aliam, vnde non credo, quod poſſit dici, quin hæc opin. & ſolutiones ſint contra mentem huius literæ. Præterea expreſſum eſt, niſi tex. calumnietur, quod inſtantia de peculio cadit in inſtantia de in rem verſo. ff. quādo actio. de peculio eſt annalis. l. 1. §. quæſitum. alias eſt. l. vnde ibi non poteſt dici quod ageretur de peculio, & de in rem verſo, ex diuerſis cauſis, ſicut gloſſ. videtur velle intelligere in poſitione finali, quia text. hoc non patitur, qui dicit fuiſſe actum actione annali: & ita de peculio tantum.

Præterea, ſecundum illam poſitionem, illa nihil valeret: nec haberet dubium, quod non eſt dicendum. Quid ergo dicemus? negari non poteſt, nec vnquam is text. negare voluit, quin actio de peculio, & de in rem verſo, ſint duæ, & quin habeant diuerſas naturas, & vias. vt s̄. ſatis oſtenſum eſt. Et hoc bene, & clare dicit text. etiam hic J. §. is quoque. ver. certe. vbi dicit, certe qui poteſt probare in rem domini verſum, de in rē verſo agere debet, ſub. non de peculio. ita. n. intendit inferre ex præcedentibus: alias nil diceret. Item negari non poteſt, quin habeat diuerſos effectus, & maxime vbi domino aliquid debetur. Quid enim ſi dominus noluit eſſe debitor ſerui, de eo quod in rem domini verteret? Conſtat, quod non eſſet debitor peculij, vt l. quam Tuberonis. §. ſed id quod. & ita eſſet diuerſus effectus, & ceſſarent omnes ſolutiones, quas gloſſ. reddit hic. Quid ergo
3 voluit dicere iſte tex. licet enim vna eſt actio &c. † Pro euidentia ſcias, quod interdum dicitur vna actio, ſeu vnum iudicium, quia vna eſt inſtantia, quamuis diuerſæ ſint actiones, & hoc vides in ſimili. lex hoc dicit, quod de pluribus hæreditatibus. ex diuerſis, cauſis communibus, vnum iudiciū ſumi poteſt: id eſt vna inſtantia, & tamen ſunt plures actiones. ff. famil. ercif. l. hęredes. §. de pluribus. & vna actio pro ſocio intentatur, pro diuerſis ſocietatibus. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. ſi plures. Poteſt igitur hic dici, quod vna eſt actio, quæ ex peculio, & in rem verſo intentatur, id eſt, in vna inſtantia effectus vtriuſque veniet, hoc intendit iſte tex. dicere, & d. l. quæſitum. quando actio de peculio eſt annalis. & d. l. ſi liusfami. ex quarum mente ſcias iſtum text. fuiſſe extractum.

b Quid ergo ſi dices, ago de peculio b non facta mentione, quod fuerit aliquid in rem domini verſum: demum probo aliquid verſum in proceſſu: nunquid fiet in eo condemnatio inſolidum, & in reſiduo peculiotenus? vel quid econtra, ago de in rem verſo, non facta mentione de peculio: nihil probo verſum, nunquid fiet condemnatio in peculio? videtur expeditum, quod ſic per hunc §. & per d. l. quæſitum. Poteſt dici contra: quia ſententia debet eſſe conformis libello: vt l. fin. C. de fideicomm. lib. quomodo ergo iudex poſſet
4 cōdemnare in eo, quod non fuit petitum? † Non videtur: vnde iſte §. videtur intelligi debere, quando de conuerſione fit mentio in libello. Et debet dicere ſic actor: mutuaui ſeruo tuo peculiato x. de quibus conuertit quinque in rem tuam, peto, ꝙ condēneris mihi in quinque verſis in vtilitatem tuā: & in alijs quinque peculiotenus, talis libellus ſufficeret hodie: quia de vſu curiarum, non exprimitur nomen actionis. Quid ſi oportet exprimere? Videtur per l. non eſt nouum. ff. de actio. empt. ꝙ ſufficeret alteram exprimere, facta narratione de toto facto. & fortiori ratione, poteſt dici hoc caſu, ꝙ in l. non eſt nouum. cum hic ſit vna actio, videlicet certi. condi. ex mutuo, vel alia quæ deſcendit ex contractu, & iſta nomina de peculio, vel de in rem verſo, non ſunt niſi adiectiones ſeu agnomina: ſicut dictum fuit ſupra. in prin. Sed huic opi. videtur obſtare ver. certe. infra in §. is. quoque. vbi eſt verbum, debet. per quod datur intelligi, ꝙ vbi poteſt probari in rem verſum, non debet agi de pec. ſed ibi ponitur, debet: pro pōt: vt ibi dicā & continet potius conſiliū, quā præ-
5 ceptū. Sed nunquid actor debet in libello † declarare, quantū dicit verſum, & quantum non? Videretur ꝙ ſic: cum petitio debeat fieri certa, vt ſcripſi ſupra tit. 1. §. curare. Sed poteſt contradici. nam hoc permittitur ex quadam æquitate, propter difficultatē probationis, quid ſit verſum, & quid nō: & ideo non credo, quòd compellatur declarare: & maxime vbi iurat: quòd declarare non poteſt: vt dixi d. §. curare. Et ideo, ſecurius eſt ſimpliciter concludere. in libello, ꝙ reus cō demnetur in x. & in proceſſu veniet, & declarabitur modus
6 condemnandi: vt hoc §. debet. † Quæritur, vtrum actio tributoria, & de in rem verſo, poſſint vna inſtantia intentari, ſicut de in rē verſo, & de peculio? Et videtur, quòd ſic: cum videatur eadem ratio æquitatis. ſupra eo. §. 1. verſi. iſtas. & hoc videtur glo. velle in d. §. eligere. prope finē gloſſ. primæ. Ego credo contra, & hoc videtur plene probari. infra §. certum. & §. is quoq;. & ff. de trib. l. quod in hęredem, §. eligere: iūcto hoc §. Nam hic concluditur, ꝙ actio de pecu. & de in rē verſo. ſunt vna, illa vnitate, quam ſupra dixi. & quòd actio de peculio intentata, videtur de in rē verſo intentari: ut in d. l. quęſitum. Sed conſtat ꝙ actio de peculio, & tributoria, ſe non compatiuntur: ergo nec actio de in rem uerſo. Præterea ſi actio tributoria, ſe compateretur, cū alijs: fruſtra diceretur,

ꝙ actor compelleretur eligere ℑ. eodem uerſicu. is quoque. Sed quæritur nunquid actio de peculio & de in rem verſo, ſe tollant electione? Videtur quod non: cum ſe compatiantur: vt hic. Præterea actiones, quæ ſe tollunt electione, non poſſunt ſimul intentari etiam vna pro vna parte rei: quæ petitur: alia pro alia. ff. de leg. 2. l. cum filius s. §. varij, ſed conſtat, quod de pecul. & de in rem verſo ſe compatiuntur: & pro parte fit condemnatio in qualibet. ergo non videntur ſe adinuicem tollere gloſ. mouet hoc in d. §. eligere. & videtur tenere, ꝙ ſe tollant per hos §§. iſti §. parum dicũt de his duabus actionibus. imo videtur contrarium in § cæterum. verum eſt, ꝙ verſic. certe ſ. ſępius allegatus, facit, quod actio de in rem verſo debeat ſępius eligi: ſed (vt dixi) potius importat conſilium, quam præceptum. Sed quæritur vtrum inſtitoria, & actio de peculio, ſeu de in rem verſo ſe tollant eldctione? Videtur quod ſic per §. is quoque. & quia uidetur eadem ratio, alioqui qui alterã eligeret, non eſſet ipſe ſtultiſsimus: ſicut text. dicit in §. cæterum. cum poſſet ad aliam redire? In contrarium videt, quod non ſe tollant electione. primo, quia nõ reperitur expreſſum niſi de tributoria, & de peculio, ut d. §. eligere. & ſi Iuriſconſultus voluiſſet de inſtitoria, & de peculio: vtique hoc ſcripſiſſet. Item actio de peculio, & inſtitoria, videntur oriri ex diuerſis cauſis. vna ex contractu ſerui: videlicet de pec. ſ. ti. 1. §. actiones. inſtitoria ex contractu domini. ℑ. e. §. fi. ff. ſi cer. pet. l. ſi inſtitorẽ. & ita non videntur ſe

7 tollere. † Sed iſta ratio ceſſat in actione de in rẽ verſo, quæ videtur oriri ex contractu domini. ff. de in rẽ verſ. l. 1. in prin. nihilominus tamen videtur, ꝙ inſtitoria, & de in rem verſo, non ſe tollant electione. & hoc videtur expreſſum extra de fideiuſſo. ca. pen. vbi dicitur, ꝙ mutuans actor recuperat, quod mandatum eſt: & quod in vtilitatem eſt verſum: & ſic ſequitur, quòd ſe non tollant electione: quia alias impoſsibile eſſet, quod illud obtineret. Oportet enim, ꝙ vnum recuperetur per inſtitoriam: aliud per actionem de in rẽ verſo: vt ibi not. Sed quæ eſt ratio, quare melius tollitur tributoria electione, quam inſtitoria, vel de in rem verſo? Reſpondeo, tributoria, & de in rem verſo, oriuntur ex eadem radicali materia: videlicet ex contractu ſerui, & ad idem vadunt, videlicet ad id, quod eſt in peculio. Vnde non mirum, ſi electio vnius aliam conſumit. Aliæ aũt videntur magis concernere factum domini: & ita ex alia cauſa competere: vt ſatis dixi in ſuperioribus. Præterea, tributoria datur ex quadam benignitate, contra ius commune. Nam de iure communi & æquitate: dominus poteſt deducere, quòd ſibi debetur, quod ius tributoria ei tollit: vnde non mirum, ſi ipſa facilius tollitur, vel tollit aliam. Item, qui agit tributoria, videtur contentari de merce peculiari: & renũtiare reſiduo peculij, mercem eligendo. Quamuis autem iſta videantur probabilia: videtur tamẽ de mente horum §§. & mente glo. ꝙ omnes hæ prætoriæ, ſe tollant electione. Item quæritur, nunquid iſtud, quod hic dicitur de actio. de pecu. & de in rem verſo, obtineat in actione de inſtito. & de in rem verſo? Verbi gratia, quidam fuit inſtitutus ad recipiendũ mutuũ, vſq; ad certam ſummam: recepit vltra: actor. petit mutuum, actione inſtitoria, videns in proceſſu cauſæ, quod non poteſt proba-

8 re, quòd mandatum habuerit † inſtitor de tota ſumma recipienda, in eadem inſtantia vult probare, quod illud, quod inſtitor recepit, vltra ſummam mandatam, conuertit in vtilitatem domini: nunquid debeat admitti? Videtur, quod non: quia non fuit ad hoc actum, nec concluſum: nec lis fuit ſuper hoc conteſtata. Satis videtur poſſe dici, quod imo: & hoc videtur expreſſum in dict. cap. penulti. de fideiuſſo. extra. vbi videtur ſupponi, quod per eandem inſtantiam repetitur, & quod mandatum eſt, & quod in vtilitatem verſum eſt. Non enim poteſt dici, quod per diuerſas inſtantias, quia

9 ex † quo actum eſt, vna iſtarum actionum: non poteſt agi alia niſi probaretur iuſtus error. ff. de inſtito. l. habebat. in princ. ff. quod cum e. l. ſed ſi ex parte. §. fin. & facit ad hoc, quod dixi ſupra de actio. §. ſi minus. cum §. ſequ. ff. de noxa. l. in delictis. §. ſi detracta. & idem videtur dicẽdum de actio. quod iuſſu, & de alijs, excepta tributoria, quæ tollitur ſola electione, & in qua oportet eligere. vt ſ. dictum eſt. Illud autem conſtare videtur, quòd poſtquam actum eſt vna iſtarum actionum: non poteſt agi alia, niſi eſſet iuſtus error, vt d. l. ſed ſi ex parte. §. fin. & in l. habebat. & in l. quæſitum. ſ. ſæpius allegatis. Hoc tamen poteſt intelligi, vbi fuit actum ſimpliciter: vel vbi in priore proceſſu fuit facta mentio de effectu alterius: vt ſatis ſ. dictum eſt. imo videtur, ꝙ vna conſumat aliam, ẽt in eo, quod ſe extendunt. ff. nau. cau. ſta. l. licet. §. pe. & fin. Nec obſt. ff. de act. & obligat. l. qui ſeruum. pro ſocio. l. rei communis. quia loquuntur, vbi altera oritur ex delicto: vt notatur in d. l. qui ſeruum. Vel dic, quòd ille leges, non obtinent in his prætorijs, vt dicam infra ſi quadru. pau. fe. di. §. fin. ſecundum hoc non videtur magnus effectus quærere, an hæ actiones tollant ſe electione, vel non: quia ex quo ſemel actor vnam elegerit, in ea eum oportet perſiſtere, per authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudic. & ſic oportet, ꝙ perſeueretur in ea, & conſumetur in alia: quia nullus diſcordat, quin ſi ſententia fuerit lata in vna, non poſsit poſtea agi alia: vt ſtatim dixi. Item ceſſat effectus, quia quamuis altera ſit electa: veniet effectus alterius in illa, per hunc. §. & per ea, quæ ſupra dixi, excepta actione tributoria.

10 † Sed poteſt vltra quæri, hic dicitur, quòd actor cõpellitur eligere, ſaltem in actione tributoria. Quæro, vſque ad quod tempus poteſt ei obijci, quod eligat? Videtur, quòd vſque ad litis conteſtationem: quia hæc exceptio videtur dilatoria: & ſic non poteſt opponi poſt litis conteſta. C. de proba. l. exceptiones. Item, quia poſt litem conteſta. nihil eſt variandum in libello. C. de eden. l. edita. In contrariũ videtur: quia videtur inepte agere. & ſic poſsit vſque ad ſententiam repelli: extra de iudic. c. examinata. Sed certe bene poteſt non eligere, & apte concludere. Verbi gratia, dico, quòd ego mutuaui ſeruo tuo peculiato x. quæ conuertit in merce tali peculiari: peto te condemnari in x. Iſte modus agendi, videtur ſatis aptus, & poteſt applicari ad tributoriam, & actionem de peculio. Vnde credo, ꝙ cum ad iudicis officium pertineat, inſpicere, ſuper quo, & qualem ſententiam ferat: quod quan-

11 docunque ante ſententiam poteſt cogere † actorem ad eligendum, ſuper quo ſibi ſatisfieri petit, utrum in merce illa peculiari, uel de uniuerſo peculio, ut in hoc §. uer. itaque. quia alias non poſſet bene ſentẽtiare, cum condẽnationes debeant fieri diuerſæ, nec adinuicẽ ſe cõpatiantur: ſed ſecus dicerem in illis, quæ ſe compatiũtur in condẽnatione, ſicut de in rem uerſo, & de peculio: nam in illis fit condẽnatio ſecundum formam probationis: ut d. uer. itaque. Vnde ſi mutuaui ſeruo tuo xv. & ago contra te, quòd condemneris ad xv. & libellus fuit admiſſus: & in proceſſu probo, ꝙ ſeruus habebat mandatum ad recipiendum v. Itẽ quod quinque conuertit in utilitatem tuam, iudex te condemnabit inſolidum in x. & in v. peculiotenus per dictum uerſi. & per ea quæ ſupra dixi. Credo tamen, quod ab initio iudex potuiſſet me cogere ad eligendum unam. per l. nemo. §. quoties. ff. de re iudica. In illa tamen ueniret effectus omnium, ſi hoc dicam in libello, uel in proceſſu. & hoc dico per hunc §. & per l. quæſitũ. quando actio de pec. eſt anna. per l. ſed ſi ex parte. §. fin. ff. quod cum eo. de inſti. l. habebat. & hoc conceſſum fuit ex benignitate prætoris, hanc actionẽ introducentis: quia de iure cõmuni quando actio. ſe extendunt, effectus unius non uenit in alia, imo oportet agi alia pro eo, quod excedit: vt l. qui ſeruum. de acti. & obliga. cum concor. quæ alias obſtaret. Nec obſt. §. cæterum. ℑ. eo. qui videtur concludere contra. in verſicu. ſed ille erit ſtultiſsimus: quia debet intelligi, vbi agit de peculio, vel de in rem verſo, non facta mentione de iuſſu, vel mandato: nã tunc hoc non obtineret: & ſequitur illa ſtultitia, quæ ibi ſcribitur, ſed ſecus ſi fieret mẽtio vt ſatis ſ. dixi.

Quid ſi non egit iudicialiter: ſed cum faceret quærimoniã extraiudicialem, fuit compoſitum, quod reus ſolueret par-

12 tem petitorum de peculio, † nunquid poteſt agi de in rem verſo, vel inſtitoria? Videtur attendendum, an in quærimonia faceret mentionem de eo, quod verſum erat, vel mandatum, vel ſolum de eo, quod erat in peculio, vt compoſitio, ſeu quietatio vltra ſe non extendat, quam de quo agebatur. C. de tranſa. l. ſi de certa. Sed in dubio crederem de toto tranſactum, attento, quòd vna actione agebatur mãdati, vel certi

ti conditione, cum hæ ſint ſolum adiectiones,imò etiam ſi diuerſis ageretur, ex quo idem factum erat, quamuis etiam diuerſas haberent condemnationes. ff. de iureiur. l. duob.§. exceptio.de excep.rei iud.l.eadem.Circa tex. in rem domi-
15 ni verſum. intelligo quicquid neceſſario &c. † Quid ſi vtiliter?dicas idem.qñ realiter verſum eſt.Sed ſi res perierit, ante quam conuertatur,diſtinguitur,inter neceſſaria,& vtilia: vt patet.ff.de in rem verſ.l.ſi res.& l.ſeruus.vide in qualibet eo.ti.l.3.§.necnon.cum §.ſeq. Item dic vtiliter,ſiue pro vtilitate perpetua,ſiue pro tꝑali,dum tñ dño expediat, vt not. Innoc.extra de fideiuſſ.c.pe.Item requiritur,quod ſit tale,ꝙ dñs eſſet facturus.ff.de impen.l. vtilium. Nec credo,ꝙ hoc caſu obtineat l.quod dr̃.eo.tit cum loquatur in alio caſu.

a Adnotatio.Præterea.Ex contractu inito cum ſeruo domino ignorante,tenetur dominus de peculio,vel in id,quod in rem ſuam verſum eſt, & dicitur in rem domini verſum, ſi aliquid in rem domini impenderit neceſſario: iudex tamen debet prius inſpicere vtrum in rem domini ſit verſum, quam de peculio condemnet.h.d.ſecundum Ang.& vide ipſum Ang.hic de actione in rem verſo.in 1.col.& ibi pro euidentia.

b De peculio.An autem actio ſit natiua,vel datiua·vide hic per Ang. in fi.§. ver.an autem.item an debitum filij,vel ſerui ſit debitũ peculij: hic per Ang. remiſſiue.& de formatione libelli ſuper iſta actione de peculio.vide per Ang. hic remiſſiue.

1 *Verſo quid obſit.*
2 *Actio. de verſo quando locus ſit 4.*
3 *§. Cum autem ſenſus.*
5 *Actio verſi quando ceſſet.*

a CVM autem.[a] Dicitur hic,quod in actione de peculio, dominus deducit,quod ſibi debetur, Supponitur ergo,quod non in actione de in rem verſo. quod eſt verum,per modum
1 deductionis. † Sed tamen ſi quid ſeruus domino debet, impedit verſionem in rem,& hanc actionem naſci.ff.de in rem verſo.l.ſi pro patre.§.ſi domini. In hoc tamen eſt differētia: qa in actione de peculio dominus deducit quod ſibi, & ſuis debetur: hic iſtud,ꝙ ſibi debetur tantum,vt ibi not.licet lege non probetur.Item poteſt vltra quæri,iſta actio de in rem
2 verſo datur pro facto ſerui,vel filij.Quæritur,† nunquid detur pro facto liberi,ſi in rem meam vertit? Verbi gratia,mutuaſti famulo meo pecuniam,qui in rem meam vertit, nunquid potes me conuenire actione de in rem verſo? Non uidetur,quia ſpecialiter videtur ſtatutum de duabus prętorijs, de quibus tractatur in hoc tit. quod dentur ex contractu liberi hominis,ſupponendo quod aliæ non, vt patet ſupra in verſic. iſtas tamen.& pro hoc facit,quia actio quod iuſſu, de qua magis videtur, non competit,niſi cum iubetur proprio
3 ſeruo. ff. quod iuſſu.l. ſi tutoris. §. fi. † Item ſi diligenter reſpicias text. in princ. huius tit. videtur ſupponere, & dicere, quod omnes hæ actiones dantur ex contractibus ſeruorum, & filiorum tantum,nec excipit, niſi duas, vt ſupra dictum eſt. & hanc partem videtur tenere glo. ff. de in rem verſo l.3.Sed Spec.tenet contra, quòd datur vtilis de in rem verſo.tit.de ſolut.& obligat. §. prænotandum verſic.quid ſi aliquis. Et idem tenet Rofr. in ſuis libellis. & Azo in ſum. tit.ſi cer.petat.§.datur. pro quibus facit.C.quod cum eo.l.ei qui.in fi.& de proc.l.ſi pretium. De actio. mandati, & neg. geſto. non eſt dubium,habita diſtinctione,quæ no. in d. l. ei
4 qui. ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. † De religioſis non videtur dubium,quin ex contractibus ipſorum poſſit agi de in rem verſo. vt d. c. pen. extra de fideiuſſ. & idem videtur de alijs perſonis eccleſiaſticis,vt C.de ſacro ſan. eccleſ.auth. hoc ius porrectum. Sed quid,ſi ſeruus vel filius non ſint peculiati? Iſti SS. & quaſi tota materia,videtur innuere,quod non
5 habet locum actio de in rem.Supponunt enim,† quod actio de in rem verſo. & de pecul. adinuicem ſibi famulentur, vt vbi vna competit, & alia, & tamen hoc adſtruere videtur multum extraneum,vnde ſaltem videtur danda vtilis, ſicut ſi cum libero eſſet contractum,& hoc patet.ff.de neg. geſt. l. ſi filius.In gl.not.quem eſſe ſtultum.in fine. Vnde verſus.

*Qui videt vtilius, & ſumit deteriora,*
*Abſit ei radius luminis,abſque mora.*

Vnde Gallici conſueuerunt dicere:

*Qui peut elire,& prent le pire,il peut bien dire,qu'il ny voit guere.*

Id eſt,Si quis poteſt eligere,& accipit peius,de illo poteſt dici,quod non vult contendere.

a Adnot.Cum autem.In peculio dicitur eſſe,quod ſupereſt,deducto eo,quod debetur domino, dummodo non debeatur vicario ſerui. item cui competit actio inſtitoria,vel exercitoria,vel quod iuſſu.competit etiam de peculio. & in actione de peculio,totius eius quod eſt in peculio ratio eſt habenda.in tributoria ſolum,circa id, quod negotiatur. quapropter quandoque expedit agi, vna,quandoque alia. & ex contractu mutui filius non poteſt conueniri, nec etiam eius pater de peculio,hoc dicit vſque ad §. in ſumma. qui eſt finalis.§. huius tit.

1 *Monachi ne fideiubeant.*
2 *Pater potius,quam dominus fideiuſſione obligatur.*
3 *Macedonianum adſertione tollitur.*
4 *Macedoniano non renuntiatur.*
5 *Macedoniano an iuuentur religioſi.*

QVAE diximus. In glo.quantum ad actiones. ibi cum allegat.C.de iudi.l.ſeruus. Qualiter fiet executio filio condemnato,dic infra eo.ti.l. 1.§.fin. In ea.gl.in fi. Iac.de Ra.
1 dicit, † ꝙ monachus non poteſt fideiubere: quia ſeruus eſt. & hoc dicit per hæc iura,& ſic tranſit ſine dubio. inhibitum eſt religioſis,quod fideiubeant.Sed an ſi contrarium faciant, teneantur? Videtur quod ſic: ad inſtar filij, cui comparantur,magis quam ſeruo.quod apparet, quia poſſunt eſſe in iudicio,ſicut filiusfam.& tamen ſeruus non.C.de epiſc.& cler. auth.cauſa.in auth.de ſan.epiſc.§.monachis.Et hęc vides in clericis,qui prohibentur fideiubere.Si tñ contra faciant,tenentur,extra de fideiuſ.c.1.& 2. & hãc partem vr̃ tenere gl. in auth.de ſan.epiſc.§.alium.& fiet executio in pec. ſi quod habeant,extra de depoſi.c.1.Hoſt.tñ, & Io. And. poſt eum, vñr tenere,ꝙ non tenentur,extra de fideiuſſ. c. pen. Sed debet intelligi,qđ non tenentur efficaciter, cum non habeant propriũ,niſi habeant peculiũ:& ideo forte, ſi peculium non
2 habeant,non poſſunt excõicari. †Sed poteſt quæri,quare potius filius patrem obligat de peculio fideiubendo, q̃ ſeruus, cum fideiubere ſit quodammodo ꝑdere, ſicut donare, & ſicut dñs non vr̃ concedere ſeruo:ita nec pater filio.ff.de don. l.filiusfam.de pact.l.cõtra iuris ciuilis.§.ſi filius.Vix põt reddi bona ratio.niſi quia peculium filij, eſt magis filij, quã peculium ſerui ſit ſerui.& hoc apparet, quia condemnato pr̃e, non fit executio in peculio filij,& tñ fit in peculio ſerui.ff.de mino.l.3.§.ſed vtrũ.& ideo non mirũ ſi lex magis laxauit filium ad fideiubendũ,quam ſeruũ. Sed quare magis laxauerit hoc caſu,quã in caſu donationis, in quo eſt idem vtrobique, vtſupra dictũ eſt?Poteſt dici,qa caſus fideiuſsionis nõ eſt ita paratus ad perdendũ,ſicut donationis.ff.ad Velle.l.ſi ego.in fi.Item qa fideiuſſor habet regreſſum contra principalē per actionem mandati,ſed donator non contra donatariũ. Item põt q̃ri,quare fuit magis reſtricta poteſtas ſerui:vt fideiubendo dñm non obligaret de peculio,quã de alijs contractibus? Rñdeo,quia contractus fideiuſsionis eſt magis habilis,& ordinatus ad perdendũ,quam alij cõtractus,vt patet.ff. de ſol. l.ſi is,cui.§.Flauius.vnde legitur Prouer.6. Fili mi ſi ſpopõderis ꝓ amico tuo,ſi dediſti apud extraneũ manũ tuam, illaqueatus es verbis oris tui &c.In gl.ſ.ſenatuſconſultum.ibi cum allegat.C.ad mace.l.fin.& hoc intellige, vſq; ad quantitatem peculij.ff. eo.l. 2. Idem dic,in quaſi caſtrēſi peculio, vt ibi.notaui. In ea.gl.ibi.C.ad maced.l.1.Sed nunquid debet credi eius ſimplici aſſertioni? Gl.vr̃ ibi dicere,quod ſic:
a non [a] tamen videtur vera, quia Macedonianum ceſſaret. nã
3 † ſemper filius aſſereret ſe patremfamil. vt pecunias habere poſſet.Vnde creditor debet inquirere,ſi non cognoſcat eum, ſi tamen inquirendo non poſſit certificari,quia forte erat de longinquo, vel ſi forte iuſtam cauſam habuerit credendi, quia forte erat antiquus, tunc ſufficiat aſſertio. & ita potes concordare gloſſ. quæ videntur contrariæ, in d. l. 1. & ff. ad Macedon.l.pen.& vide.ff.eo.l.3.in tex. & gl. & quod not. ff. eo.l.ſed & Iulianus.§.non ſolum. In ea.glo.ibi.§.quod dici-
b tur. [b] hoc verũ ſi fuerit de voluntate patris in ſcholis,vel diſtinguitur vt not.in d.§.quod dicitur. C. eo.l.Macedoniani,

 & idem

& idem videtur in monacho, ſi fuerit de voluntate Abbatis in ſcholis, vide extra, ne cle. vel mona. c. 2. lib. 6. per Archi. In fi. eiuſdem glo. quærit hic Iac. vtrum poſsit renuntiare filius huiuſmodi exceptioni? Videtur ꝙ ſic, quia exceptioni Vellei. renuntiat mulier. C. quando muli. tu. offi. fun. po. l. fi.
4 C. ad Vellei. l. fi. Et ipſe dicit, ꝙ ſi † renuntiari poſsit, videtur ꝙ fruſtra ſunt iſta S. C. introducta: quia ſemper renuntiabunt, & ita cito inducetur mulier ad renuntiandum, ſicut ad intercedendum, & ſic nil ei proderit Vellei. beneficium nec filio beneficium Macedon. Ipſe tamen dicit, quòd Macedon. non poteſt renuntiari, etiam cum iuramento, quia renuntiatio, quæ de ſe non tenet, non poteſt iuramento firmari. C. de legi. l. non dubium, licet enim reperiatur, ꝙ iuramentum tollat ius priuilegiatum, non tamen ius commune, ut conſueuit dici. C. ſi aduer. vend. auth. ſacramenta. vnde iſtud ius Macedonianum non eſt priuilegium, ſed quodammodo ius commune, licet odioſum. Satis poteſt dici, ꝙ licet. l. non dubium. non obtineat vſquequaque de iure canonico, per cap. cū contingat. extra de iureiur. c. licet. eo. tit. lib. 6. tamen hoc caſu dici poteſt, quod non teneat renuntiatio, etiam cum iuraměto, quia recideret in alterius præiudicium: tum, quia moribus hoc introductum eſt, & ad extirpandum peſtem, quæ ex hoc ſequebatur, & malum exemplum. ff. eod. l. 1. & hic in fi. & cōſtat, quòd iuramentum ex quo res turpis, vel ex quo aliquid contra bonos mores ſequi poſſet, non eſt obligatorium, nec tenendum etiam de iure canonico. extra, de reg. iur. cap. non eſt obligatorium, lib. 6. Vel poſſet dici, quod talis renuntiatio teneat in præiudicium filij, videlicet quando factus fuerit ſui iuris: quia tunc poteſt ſeruari ſine præiudicio tertij, & ſine detrimento ſalutis. Sed quæ eſt ratio, per quam melius poteſt mulier renuntiare Velleiano? Reſponſio, quia ibi ex renuntiatione non præiudicatur tertio, ſicut in Macedonia. & quantum eſt de ratione Iac. videlicet, quia ita mulier induceretur ad renuntiandum, ſicut ad intercedendum, eſt ꝓuiſum, quia oportet, quod renuntiatio fiat in iudicio, vel ex
5 interuallo. C. ſi mater indem. promi. l. fin. † Sed an exceptio Macedoniani, habeat locum, ſi religioſus mutuum recipiat?
c Videtur quod ſic, cum videatur eadem ratio. c & religioſi æquiparantur filijs, cum ſint in poteſtate, ſicut filij, ut ſupra ſatis dixi. Sed durum eſſet, hanc exceptionē, quæ odioſa eſt, extendere. Præterea, ratio, quæ eſt in filio, ceſſat, quia religioſus propter hoc non ſuccederet abbati, vel ſuperiori ſuo. In tex. ibi quia ſæpe per hoc apparet, ꝙ hęc fuit cauſa impulſiua, quia quantumcunque ſit bonæ vitæ filius, nihilominus eſt locus huic exceptioni. ff. eo. l. 1. §. fin.

a Adnotatio. Quod ſic. Vide Bart. in l. 1. C. eod. tit.
b §. quod dicitur. Tu dic, quod à filio, indiſtinctè poteſt repeti pecunia mutuata. Item à patre, vſque ad eam quantitatem, quam ſibi in domo fuiſſet impenſurus: in reſiduo vero non repetitur à patre, ſi ignorauit filium eſſe in ſtudio, vel contra eius voluntatem, quod in dubio præſumitur, vt l. verius. ff. de proba. Item ſi ſciuit, ſed ſpecialiter prohibuit pater hanc pecuniam mutuari: alias repeti poteſt, ſi filius eam conſumpſit in bonos vſus: vt hic dicitur per doctor.
c Si religioſus. De hac quæſtione vide hic per Angel. prope fin. §. quæro an exceptio.

1 *Actionum qualitas qui deprehenſa.*
2 *Actor quid probet.*
3 *Procurator an obliget.*
4 *Actioni quod iuſſu, locus.*
5 *§ Illud ſenſus.*

a Illud a in ſumma. In gl. id eſt certi condictione directa in fi. De hoc dixi, quantum tangit actionem de peculio ſupra tit. 1. §. actiones. Iac. dicit hic, vt ibi, quod quælibet eſt ſpecies actionis, & effectus iſtius quæſtionis, ſm ipſum, quia
1 † ſi ſint ſpecies actionum, erunt ſtricti iuris, ſi vero ſint cognomina, ſeu adiectiones, erunt bonæ fidei, ſi illę, quib. adijciuntur, ſunt bo. fid. Ioan. vero in arbore ponit in rubrica, eas eſſe adiectiones, & quod ſemper ſint bo. fid. facit enim duo puncta, ſuper figura ead. quod ſalua eius gratia, non vř verum, imò credo, quod ſi adiiciatur actioni ſtricti iuris, ſint ſtricti iuris, & regulentur ſm naturam actionis, cui adijciutur. ff. de pec. l. 3. §. idem ſcribit, & hoc ſupponit l. in bon. fid. eod. tit. cuius dubitatio fuit, an hæc actio, eſſet pinguior, qñ
2 adijcitur contractibus bo. fid. quam † contractibus ſtricti iuris, ſupponendo, quod habeat naturam bonæ fidei, quando illis adijcitur, ſicut præſcrip. verbis. quando pro æſtimato ꝓponitur ſupra de actio. §. actionum. & hoc vides, quia quantum ad lapſum temporis, aſſumit naturam actionis cui adijcitur, vt patet. ff. quando act. de pec. eſt annal. per totum & facit. ff. ad Vellei. l. hæ actiones. de capi. di. l. 2. & ideo, non videtur effectus in hac quæſtione quo ad hoc. Item, non videtur effectus, in modo agendi. quia ſiue ſit ſpecies actionis, ſiue adiectio, ſemper eſt idem modus agendi. nam oportet narrare factum, & ſpecificare contractum. & poteſt concludere, quare petit patrem, vel dominum, vſque ad dictam ſummā peculiotenus condemnari. & maxime non eſt effectus hodie, quia non oportet de iure canon. vel conſuetudine nominare actio. & ſi nominare oporteat, potes ſecure dicere actionem man. de pecu. nego. geſto. de pecu. quia ſuppoſito, quod ſit ſpecies per ſe, totum hoc eſt ſpecies, videlicet nomen, & cognomen, ideo iura dicunt agi mandati, vel depoſiti, de pecu. vt allegaui in d. §. actio. Et pro certo hæc actio cognominata eſt alia à non cognominata, quia vna vocatur directa, alia non. ut hic. ff. commo. l. ſi mihi. §. ſi filio. & vbi vna conceditur, alia quandoque denegatur. ff. de inſtito. l. cuicunque. §. ſed & cum fullo. & tanquam diuerſæ ponuntur, eo. tit. l. ſi quis mancipijs. in princ. ſi cert. pet. l. ſi inſtitorem. vnde conclude, quod ſunt adiectiones, & cognomen alienarum actionum differentes ſpecie à directa, ſicut dixi de vtili, & directa ſupra de actio. §. omnium. & ſic vtrāque opinionem veram pronuntio. & ſi quis grauetur, appellet, & parum lucrabitur, quia vt ſupra dixi, non eſt magna quæſtionis vtilitas. In gloſ. ſcilicet certi condictione. in fin. Iacob. dicit, quod gloſ. vult dicere, quod hic loquitur de certi condict. generali, quæ concurrit cum omnibus alijs. ff. ſi cert. petat. l. certi condi. ſupponendo, quod non daretur actio mandati, vel ex vendito, vel ex alio contractu. & hoc multum approbat. Sed huic ſententiæ videtur obſtare. ff. de inſti. l. ſi quis mancipijs. in princip. ff. de actio. empti. l. Iulianus. §. ſi venditor. pro ſocio. l. fina. & ad hoc facit: quia quod iuſſu, & mandati, concurrunt, vt not. ff. quod iuſſu. l. 1. & dixi ſupra circa princip. huius tit. Sed ſi hæc vltima opinio. ſit vera, ad quid fuit utile introducere has actiones, cum directo agi poſſet, ex eo contractu? Reſpondeo, prætor fuit largus, & voluit actiones abundare ſupra de bon. poſſ. §. quos autem. Item minor probatio ſuf-
2 ficit in iſtis, quia in directis † oportet probare mandatum, vel iuſſum expreſſum, in his ſufficit probare, quod domino, vel patre ſcientibus, ita mercabatur, vel exercebat, vt dixi ſupra eo. § 1. ff. de exercit. l. 1. §. magiſtrum. de inſtito. l. cui-
3 cunque. §. Labeo quoque ſcribit. † Quid ergo, pone, quod ego ago directa, contra te ex mutuo, demum in proceſſu, probo, qđ mutuaui ſeruo tuo de tuo iuſſu, vel inſtitori tuo, nunquid ſufficienter probo? Videtur quod ſic, per hunc §. & per l. ſi inſtitorem. ff. ſi cert. pet. pro ſocio. l. fina. & ſcripſi in ſimili, ſupra de iure nat. §. lex eſt quod. tutius eſt tamen, qđ in libello, narretur veritas facti, videlicet. quod mutuaui ſeruo, vel inſtitori tuo, & de mandato &c. nam iſte libellus,
b non poteſt deficere. Iuxta b præmiſſa quæro. Quidam
4 † conſtituit procur. ad ſe obligandum coram auditore, tamen procurator ſe obligauit, creditor agit directo, contra inſtituentem, dicendo eum ſibi obligatum in tali ſumma ratione mutui, ſibi facti, nulla facta mentione de procuratore, ſeu obligatione per ipſum contracta, lite per negationem conteſtata, producitur inſtrumentum, in quo continetur, quod procurator ſe obligauit, & producitur procuratorium, continens mandatum obligandi. Quæritur, vtrum creditor ſufficienter probet? Videtur, quod ſic: per hunc §. cum concordan. & hoc maxime videtur in cōtractibus, qui conſenſu contrahuntur, qui poſſunt contrahi per nuntium, vel per epiſtolam ſupra de obli. quæ ex con-
5 ſenſu. ff. de actio. & obligat. l. conſenſu. † Præterea in matrimonio obligatur perſona. & conſtat, quod matrimonium contra-

contrahitur per procuratorem : extra de procu. c.fi.lib.6. & ſponſalia.ff.de ſponſal.l.ſufficit. Preterea iuramentum procuratoris obligat animam domini,ergo multofortius obligat perſonam,extra de iureiu.c. fin.lib.6.In contrarium videtur, quòd procurator non obliget dominum , & per conſequens non poſsit agi ex eius obligatione,contra dominum directo : ſed vtiliter.ff.de act. emp.l.Iulianus.§.ſi venditor. de inſti. l. in eum.& l.habebat.C.de exerci.l.ſi mutuam.ff.de neg. geſt. l.liberto.in prin. Si igitur agat directo,ſuccumbet,nam alia eſt vtilis,alia directa,vt ſupra de actio.§.omniũ dixi , & hoc videtur dicendum neceſſario , quia procu. verba concipit in perſona ſua . & ideo non acquirit domino directe . & per conſequens , nec ipſum obligat directe. Quid ergo reſpondebis ad hunc §. & concor. quæ videntur concludere , quòd
4 poſsit agi directo ex † facto inſtitoris, vel exercitoris ? Satis faciliter poſſet reſponderi.ad primum reſpon.quia loquitur in actione quod iuſſu.quæ habet locum vbi iubetur filio , vel ſeruo , qui poſſunt directe acquirere , & directo obligare . vbi iuſſus præceſsit ff. quod iuſſu.l. 1.

Sed ad ſecundum reſpon.quod loquatur de exercitoria, & inſtitoria,quæ obtinent etiam inter liberos.ſupra eo.§. ideo. verſic.iſtas,non eſt ita facilis reſponſio.poteſt tamen dici , ꝙ illud,quod hic dicitur,directo poteſt condici. &c. ideſt dire-
5 cto † poteſt agi,quaſi principaliter cum ipſo negotiatum eſſet,non facta mentione de his adiectionibus , inſtitoria , vel exercitoria : non tamen eſt directa actio.ſed vtilis,nec agitur ita directo,quin oporteat narrare veritatem facti . Sed poteſt concludi directo ſine adiectionibus harum actionum. Et hoc ſolum vult dicere iſte §.alias obſtarent iura, pro contraria parte allegata huic §.quæ dicunt,dari vtilem,non directam.& eſt ſimile infra tit. 1.§.ex diuerſo.idcirco, in quæſtione propoſita,poſſet dici de rigore non eſſe probatum,ex quo non fuit facta mentio in narratione, de contractu facto cum procuratore . iuxta illa quæ ſcripſi ſupra ti. 1.§. omnium , & ita intelligo omnia iura prædicta,quæ dicunt competere vtilem,quæ alias multum obſtarent huic §.

a Adno.Illud.Ex contractu.quod iuſſu,vel de in rem verſo.vel inſtitoria,vel exercitoria,poteſt agi directo contra patrem,vel do.Ang.
b Iuxta.Vide de hac quæſtio.Ang.hic ante fi.§.huius.

*De noxalibus actionibus.* *Rubrica.*

***Gloſſ.bene continuat rubricam. tamen alio modo ordinantur rubricæ in ff.& alio modo.in C.iſte tamen modus, eſt plenior,& facit ad continuationem &c.***

1 *Seruus,non dominus coercendus.*
2 *Noxalis actio quando ceſſet.4.*
3 *Noxalis locus.*
5 *Dominum familiæ delicto obſtringi.*
6 *Noxali qui agendum.*

a EX maleficjs. a In gl.idem eſt ex quaſi.in fi.ibi ſatis notatur.ff.eod.l. 1. Sed tamen non videtur procedere , quod hic dicit , quod ex quaſi maleficio ſerui , agatur noxaliter : imo de peculio,vt ff.de fur. l. ſi ſeruus . vbi loquitur de quàſi maleficio ſerui.Vnde lex quam gloſſ.allegat , nil facit , quia loquitur de quaſi maleficio domini.Item videtur,quòd
1 dominus † non teneatur noxali ex quaſi maleficio ſerui , nec de peculio.ſed quod ſeruus alias caſtigetur.ff.de his qui deie. l. 1.§.cum ſeruus. imo etiam ex maleficio debet caſtigari . ff. de iuriſd.om.iud.l.ſi quis id quod.§.in ſeruos. de min.l. quod ſi minor.§. 1.de iniu.l.ſed ſi vnius.§.cum ſeruus .

Item reperitur,quod dominus tenetur ex maleficio. ff. de dona.l.ſi oleum.§.pen.quomodo ergo intelligemus hanc ma-
2 teriam ? Super hoc vix poteſt dari certa regula, tamen † põt
a dici,ꝙ regulariter,ex contractibus,vel quaſi contractibus nõ agitur noxaliter,vt patet ff.de actio.& obl.l.ex contractibus. de nego.geſt.l.ſi filius.& dicta l.ſi oleum.§ penult. ff. de minoribus.l.quod ſi minor.§. 1. & hoc verum pro dolo commiſſo in contractu , vel extra contractum . Sed interdum agi-
3 tur † noxali actione ex contractu,pro delicto commiſſo , extra contractum : quando virtus actionis poteſt ſe ad hoc extendere , vt patet ff.de pigno.acti. l. ſi ſeruus mand. l. inter cauſas . §. ſed cum ſeruus de fur. l. ſi ſeruus communis.§. 1. cum ſequenti.Pro delicto vero, per ſeruum commiſſo agitur noxaliter:ſed ſeruus alio modo caſtigatur : vt dictis legibus . l.ſi quis id quod.§.in ſeruos.& l.ſed ſi vnius.§.cum ſeruus.& hoc poteſt dici regulare, quando agitur ad vindictam . & delictum eſt modicum , quòd poteſt experiri verberibus : nam tunc eſt in arbitrio domini , vt d .§. cum ſeruus . In quaſi delictis poteſt dici idem , quod habeat locum noxalis, vel caſtigatio.Nec obſtat.l. idem ait.§. ſi ſeruus . quia ibi agebatur actione in factum ex recepto : vt not.in dicto §.cum ſeruus . de his qui deie.l. 1.vbi ſatis plene de hoc notatur. Si qua iura reperies contrariari præmiſsis,dicas ea caſus ſpeciales continere,vel intellige ſecundum præmiſſa . Et hæc procedunt
4 in delictis priuatis . † in publicis non videtur agi noxaliter : imo ſeruus accuſatur,quaſi liber.ff.de accuſa.l.hos accuſare. §. omnibus . & hoc verum ſecundum Iac.vbi agitur ad pœnam criminalem,ſed ſi agitur ciuiliter , quod poteſt vt ff. de fal.l.qui nomine.videtur poſſe agi noxaliter.C.de accuſa.l. 2. Forte poſſet dici,ꝙ vbicunque concluditur ad pecuniam, ſit actio noxalis : vbi ad pœnam non , nulla habita differentia , inter publica,& priuata crimina. Sed ideo textus videntur facere differentiam,inter priuata , & publica , quia vt plurimum in publicis tenditur ad pœnam corporalem . & ita debent intelligi. C. ad l. Iuliam . de vi. l. ſi criminis.ff.de ædil. edict.l.ſi quis ſit fugitiuus.§.quod autem.de verbo. ſig.l. hæc ſtipulatio noxi.& uide diligenter.§. in omnibus . in textu. & gloſſ. Sed poteſt quæri nunquid dominus teneatur ex delicto famuli ſui liberi ? videtur,quod ſic. ff de his qui deiecerunt,vel effud.l.ſi vero.§. 1.de publicia.l.familiæ. Spec. hoc tangit in tit.de iniur.& dam.da.§.ſequitur prope finem.verſic.in ſumma.& verſic.quòd autem.& tenet quod non. vnde in d.l.ſi vero tenetur ex quaſi maleficio , propter impoſsibilem probationem.& in d.§.familiæ . non tenetur,niſi noxaliter : vt ea.l.ſi vero.cum l.ſequenti,& ſequen. & hoc verum indubitate , ſi neſciat , vel ſi ſciat , & non poſsit prohibere . quid ſi ſciat & poteſt prohibere ? videtur quod teneatur , quia tunc delictum alterius non obligat ipſum , imo ſuum proprium , & ideo tunc non agitur noxaliter ff.eod.l. 2.& 3. Et pro hoc facit C.de commer.& merca.l. 2. ff.de his qui notan.infamia.l.quid ergo.§. 1.verſic.certe : ad l.Aquil.l. ſcien-
5 tiam . & hoc videtur verum,de delictis illorum, † quibus iubere poſſumus ratione poteſtatis,quam in ipſis habemus,vel ratione iuriſdictionis,vel ratione patriæ poteſtatis,vel etiam dominij,quia forte ſunt familiares.imo plus,ſuppoſito,quod non eſſent de familia , ſi tamen ad mei vindictam delinquãt, & ego ſciam , & non prohibeam , credo , quod debeam teneri. & ita poteſt depræhendi ex his , quæ leguntur , & notantur,per gloſſ.& docto. extra de ſenten. excommunicationis,c.quantæ.de homi.c.ſicut dignum . de ſententia excommunicationis,cap.dilecto.libro ſexto. & hoc eſt ſanctiſsimũ. & facit contra plures maleficioſos,qui fouent verſipelles , & gaudent,quando vindicantur per illos . & per iſta apparet , quod abbates , & priores teneantur de maleficijs monachorum clauſtralium , ſi ſcientes non prohibuerint , verbo , & re . In alijs vero caſibus , & perſonis ſola ſcientia non obligaret.extra de homici. c. petrus . ff. ad l. Corn. de parri. l. vtrum. & ibi not. in caſibus . vide C. de epiſco. & cler. l. raptores.in breuiario meo.exterminentur ergo tales , maxime potentes , praui iuſtitiarij , qui ſuſtinent gartiones , inuaſores gentium , quos deſauoare poſt ſatagunt , & abbates , qui ſuſtinent ſtultos , & iniuriatores monachos , vt de ſeculo eijciantur,tanquam turbulenti peſtiferi proditores , ſi quidẽ longe ſceleratiores ſunt , quam gartiones , qui proprijs manibus ſcelera committunt : iunge ſupra pro ſocio. §. fin. In gloſſ.ſupple extraneo.in fi.infra eo.§. ſi ſeruus domino. In gloſſ.puta 10.in fin.quidam dixerunt, vſque ad quadrimeſtre tempus . & hanc Azo,& docto. conſueuerunt approbare,vel vſque ad executionem , ſi procedatur per viam executionis. Iacob.de Rauen. dicit hic duo. Primo quod actio
6 noxa.habet matrem obligationem . vt hic notatur. † Secundo

do quod in libello, non debet agi ad noxę deditionem ſed ad æſtimationem damni: cum noxæ deditio non ſit in obligatione, ff. de reg. iur. l. miles. §. is qui. Sed in hoc poteſt dici, ꝙ ſi adiiciatur in libello: non valet minus: imo plus, & facit ff. de his qui deie. vel effu. l. 1. §. 1. de leg. 1. l. ſi hæredis ſeruus. de fur. l. ſi ſeruus nauem. & l. ſi ſeruus communis. §. 1. & facit, quod condemnatio poteſt eſſe talis. infra de offi. iud. §. 1. & vide ibi iunge ſupra de actio. §. curare. & §. huic autem. & quæ ibi ſcripſi.

a Adnot. Ex maleficijs. Diuide hunc ti. ſecundum Angel. & ſumma ſic: ex delicto commiſſo: per ſeruum, domino ignorante: vel prohibere non valente: dominus tenetur noxaliter. ꝙ equitatis ratio introduxit: ne ex delicto rei proprie quis plus grauetur, quam ſit valor ipſius rei.

1 *Mancipium redimi poſſe.*

a Dominvs [a] Noxali. In gl. ſed nonne in fin. Hæc iu-
1 ra faciunt, quòd ſi fidelis emit † mancipium Chriſtianum ab infideli, ſi mancipium velit ſe redimere, dominus compellatur recipere pretium, & ſeruum manumittere. de hoc per docto. extra de iud. c. 1. iunge. C. de epiſco. & cle. l. fina. & ibi ſcripſi. Et quod hic dicitur, videtur poſſe obtinere, vbicunque agitur de libertate. Vnde ſi quis haberet homines conditionales, vel vaſallos, & cederet bonis, videtur, quod ſi tales velint redimere libertates ſuas, quod debeant audiri. Et idẽ videtur ſi creditores facerent vendi bona, in quibus ſint talia iura. tamen contra hoc eſt extra de Iudæ. c. 2. iuncto c. 1. eodem titulo.

a Adnot. Dominus. Pro delicto ſerui, dominus liberatur dando ſeruum pro noxa. & in damnum paſſum transfertur dominium, ꝙ auocari poteſt, ſi dominus emendet damnum, & velit eum manumittere. & noxalium actionum quædã ſunt ciuiles, & quædam prætoriæ. h. d. ſecundum Ange. vſque ad §. omnis autem.

1 *Noxalis qualis adiectio.*
2 *Noxalis concluſio.*

1 Svnt Autem conſtitutæ. † Iſte §. clare. determinat, quod noxalis actio non eſt actio per ſe: ſed quædam adiectio, non tamen eſt talis adiectio, quales ſunt de peculio, & aliæ de quibus ſupra titu. 1. quia illæ alterant naturas actionum, quibus adijciuntur, & faciunt eas prætorias: vt dixi ſupra tit. 1. Sed iſtæ non mutant, imo relinquunt in ſui natu-
2 ra, vt hic. Nec mirum, † quia in his poteſt concludi directe, in libello, ſine adiectione, vt dixi ſupra in princ. in illis oportet cum adiectione, vt potes colligere ex his, quæ dicta ſunt in dicto tit. proxi.

1 *§. omnis quando locus ſit.*
2 *Manumiſſus ex delicto tenetur.*

1 Omnis Autem noxalis. † In gloſ. hic diſtingue. ibi tenetur directe, vt hic imo plenius diſtinguitur hoc caſu,
2 quia aut fecit iuſſu domini, aut non. Primo† caſu, aut delictũ eſt atrox, aut leue. ſi atrox, obtinet, quod hic dicitur in text. & in gloſſ. Si leue non videtur obtinere, quia iuſſus domini excuſat. ff. de regu. iur. l. ad ea. ad l. Aquil. liber homo. ſi vero delinquit iuſſu domini, obtinet etiam, quod hic dicitur.

Quid ſi domino ſciente, & non prohibente? Tunc licet dominus obligetur, ſeruus non excuſatur, & ideo tenetur manumiſſus. ff. eod. l. 2. & l. in delictis. §. 2. In fin. eiuſdem gloſ. vide multos caſus notatos. C. an ſeruus ex facto. l. 3. & per totum. hic tamen nota, quod hypothecaria ſemper durat: vt ibi not.

1 *Filius contumax qui coercendus.*
2 *Caſtrenſia capi poſſunt.*
3 *Filio damnato qui exequendum.*
4 *Exequi an in patris bonis liceat & 5. 7.*
6 *Adſcriptiii delicto an dominus conueniendus.*

Si Seruus domino. In gloſ. noxalis acti. in fine. vide ibi plenius de hoc. Sed & veteres, vetuſtiſsimi ante iura digeſtorum. In gloſſ. ſcilicet directo. in fine: quid ergo fiet ſi
1 filius ſit contumx? † Reſpondeo, ſi habeat caſtrenſe peculium, vel quaſi, non dubium, quod in illo ſit miſsio, alias poteſt excommunicari in curia eccleſiaſtica: ſed in curia ſeculari non videtur remedium. Specu. videtur velle, quod pater teneatur filium ex delicto defendere, & compellitur: vt not. Specu. de actio. verſic. ſed quæritur vtrum pater: & hoc dicit per §. neceſsitate. C. de bonis quæ liberis. l. fina. C. de adminiſtratione tutorum. l. fin. & ita fieret miſsio in bonis eius. ff. ex quibus cauſis in poſſeſsionem eatur. lege, Fulcinius. §. ſi quis at illæ parum faciunt, quia loquuntur in alijs caſibus: nec §. neceſsitate. concludit, quod pater compellatur defendere: ſed ſolum dare conſenſum. Præterea, contra textum, qui dicit expreſſe, patrem non poſſe ex delicto filij conueniri. ff. de his qui deiecerunt vel effud. l. 1. §. ſed ſi filius. Quomodo er-
2 go procedetur? dic, quod † citetur filius realiter, iuxta legem, conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. vel dic, quod fiet miſsio in bonis peculiaribus, vocato tamen patre: vt not. in Speculato. de actore. verſi. ſed ecce. & etiam non vocato patre, ſi pater non habet vſumfructum. vt verſic. ſeq. ibidem. In profectitio eſt certum, quod debet contra agi:
3 vt patet per totam materiam de pecul. † Sed quid, ſi filius fuit citatus, & condemnatus, quæritur, in quo fiet executio? dic, quod habet peculium, aut non. Primo caſu, aut caſtrenſe, vel quaſi: & non dubium. quòd ſit in illis executio, quia in illis habetur pro patrefamilias? Et idem videtur in aduentitijs, in quibus pater non habet vſumfructum. & hæc poſſunt colligi. C. de bonis quæ liberis. leg. final. §. ſiue econtrario. & §. neceſsitatem. cum §. ſequenti. & cum ibi notatis. Si vero habet aduentitium tantum, & tale, in quo pater habet vſumfructum, tunc videretur, patrem debere teneri, quia ex quo vſusfructus & legitima adminiſtratio illius aduentitij data eſt patri per legem: non videtur quod ius ei quæſitum debeat tolli ei, ex delicto filij, nec præiudicari. ff. de regulis iuris. leg. alteri, & in propria materia. C. ne filius pro patre. Gloſſ. tamen ſentit contra ff. de noxalibus. lege, & ſi condemnatus. Ego credo, quod hoc caſu, quo actum eſt contra filium. & de conſenſu patris, propter hoc non fiat executio contra patrem, qui habet vſumfructum. Sed agetur contra patrem actionem iudicati de peculio aduentitio. & illo condemnato, fiet executio in aduentitio, ſicut ſit in profectitio: vt patet ff. de pecul. lege tertia. §. idem ſcribit. & iſte eſt vnus caſus, in quo actio iudicati eſt neceſſaria.
4 Vnde ſi filiusfamilias poteſt nocere † patri per hunc modum in profectitio multo fortius in aduentitio, in quo pater minus ius habet. & iſta obligatio quæ nocet patri, contrahitur in iudicio agitato contra filium: & in ſententia lata cõtra ipſum: vt d. §. idem ſcribit. & ita patet reſponſio, quare plus filius præiudicat patri, cum agitur ciuiliter ex delicto, quam quando criminaliter, quo caſu peculium etiam caſtrenſe, vel aduentitium, non confiſcatur. C. de bon. proſcripto. l. 3. quia nullo modo ex delicto tenetur pater, niſi interuenerit quaſi contractus iudicialis: quia in criminibus criminaliter intentatis proponi non poteſt. & hæc videntur indubitata de iure ff. & huius voluminis. De iure tamen C. videtur, quod in caſu, quo loquimur, quando pater habet vſumfructum, poteſt agi contra patrem, & debet ſuſcipere omnes actiones. C. de bonis quæ liberis. l. final. §. vbi autem. Nec poteſt dici, quod ibi loquatur tantum de actionibus, quibus poteſt filius eſſe implicatus ratione hæreditatis, quia etiam de alijs, vt apparet per illud, quod ibi ſubijcitur. Sinautem æs alienum ex defuncti perſona. &c. quaſi dicat, ſupra dixerat generaliter patrem debere omnes actiones ſuſcipere poſt declarando, & reſtringendo, ſubijcit: pro quibus poteſt vendere bona illa aduentitia. Sinautem. &c. ſecundum hoc videtur, quod erraret, & deberet ſuccumbere, qui ageret hoc caſu ex contractu filij vel ex delicto ciuiliter contra filium. Et ita videtur, quod iſte §. & l. tam ex contractibus. ſint correcti in caſu prædicto, quo pater habet vſumfr. Vel poteſt dici, (vt legum correctio euitetur) quod dictus §. vbi autem. loquatur de actionibus hæreditarijs tantum, & illud ſinautem, quod ſubijcitur, non ponitur diuerſatiue, quaſi mutet materiam: ſed inceptiue, & declaratiue, & ita ex contractu, vel delicto

filij

filij ciuili.etiam illo caſu , agetur contra filium, & ipſo condemnato,agetur iudicati contra patrem, ſicut dictum eſt ſupra de profectitio:nec aliqua iura corriguntur.Sed nunquid ex contractu filij poteſt agi contra patrem de pec. etiam antequam filius, ſit condemnatus? Ego non video cur in aduentitio non ſicut in profectitio.Vnde cum ius ſtatuerit hoc peculium,idem dicam de eo,ſicut de profectitio:niſi quatenus reperiam per ius expreſſe immutatum : ſed in delicto non, quouſque filius fuerit condemnatus : vt ſatis dictum eſt. niſi contra filium eſſet lis conteſta.& eſſet mortuus.ff.de iudic.l. tam ex contractibus.vel niſi pater eſſet factus locupletior.ff. de pecu.l.3. §.ex cauſa.& per hoc puto,quod pater non teneatur de aduentitio ex contractu,vel delicto filij, niſi peculiotenus.Et quodammodo videtur iniquum,quod filius noceat patri in vſufruc.tamen probabile eſt per illa,quæ ſupra dixi.

5 † Sed quid in vltimo caſu, quando nullum habet peculium? Quidam dixerunt,quod fiet executio in legitima, vel in alimentis : ſed horum ſententia non eſt vera· vt plene notatur in Specu.de execu.ſenten.§.ſequitur.verſicu.quid ſi filius. vide ibi plene. Quid ergo fiet?dic, quod excommunicetur in curia eccleſiaſtica.In ſeculari, caſtigetur, ſecundum exigentiam delicti , ſicut dixi in ſeruo ſupra in princ.ti.Et iſta,quæ dixi de filijs , poſſunt applicari conuenienter ad religioſos:
6 vt dixi ſupra tit.1.& de acti.§.actiones. † Sed poteſt quæri, iſte noxales competunt ex delictis ſeruorum : quæritur an competant ex delictis hominum aſcriptitiorum , & aliorum conditionatorum?Videtur,quod ſic:cum non videatur differentia inter ipſos & ſeruos.C.de agric.& cenſi.l. ne diutius. ſed tamen contrarium videtur,cum vere ſint liberi:vt dixi ſupra de iur.perſo.in princip.Sed bene verum eſt,quod agitur contra dominum de peculio ex contractibus:& forte ex delicto ciuili,vbi fuerunt condemnati:cum maius ius habeant in bonis ſuis, quam filius in profectitio:cum pater poſsit tollere filio profectitium: & tamon dominus non tollit illi bona. C.in quib.ca.colo.cen.do. act.poſſ.l. 2.vnde, de eorum peculio,agitur contra dominum,vt ibi not.& diſtin.l.ne diutius. Videmus tamen in multis locis , quòd de conſuetudine ipſi agunt,& conueniuntur ſine licentia dominorum , & fit executio in bonis eorum.
7 † Sed quid, ſi filius habet diuerſa peculia caſtrenſe.vel quaſi : & aduentitium , vel profectitium. quæritur? in quo primo fiet executio , videtur ꝙ debeat inſpici cauſa.vnde deſcendet obligatio.& in dubio fiat in vtroque ff.de pecu.l.hinc quæritur.§.poteſt.& ff.de milita. teſtamen.l.ſi certarum.ſed illa diſtractio poſſet obtinere,vbi agitur de contractu : ſed vbi ex delicto , videtur , quod eſſet facienda executio primo in caſtrenſi vel quaſi : quia illud eſt ſuum proprium : & de iure fit executio ſuper condemnato, antequam recurratur ad tertium.ff.de re iudica.l.a diuo Pio. §.ſic quoque.

## *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.* Rubrica.

1 *Aedium caſus actionem non parit.*

*In fin.gloſſ.rubricæ.Et not.quod hic titulus ſituatus eſt in hoc libro quære ibi,quã in ff.aliter, primo tractat de delictis animalium:poſt de delictis hominum, vt apparet ex proceſſu noni libri.hic econtra.& melius. Prius enim agendum fuit de perſonis: & poſt de animalibus:cum perſonæ ſint nobiliores ,ſupra de iure natu.§.fin.ff.de ædil.edic.l.iuſtiſſime. Sed*
1 *iuxta hanc rubricam,quæritur, hic dicitur in glo. † quod agitur ex delicto rei animatæ:ſed nunquid ex delicto inanimatæ?Verbi gratia , domus tua cecidit, & diruit meam:nun-*
a *quid poſſum agere contra te ? dicit Iaco. quod non* [a] *ff. ad l. Aquil.l.quemadmodum.§.ſi nauis.verſi.ſed ſi ff.de dam.infect.l.Prætor §.1.male alle.non eſt ibi.ſed in §.fin.& l.hoc amplius. §. Neratius.de incen.l.ratis, &c.& l.euenit.ff.de damno.infect.*

a Adnot.Non.Hoc limitandum æquitas ſuadet.niſi dominus ædium eſſet in culpa, quo caſu agendi ius in eum eſſet per d.l. quemadmodum.& §.ſi nauis. in primo reſponſ.alias.

1 *Fera nocente quando,teneatur dominus.*
2 *Canis dominus ob carnem eſas an teneatur.*
3 *Paſtus actio an in dominum danda.& 4.*
5 *Paſcentia recte includi.*

ANIMALIVM Nomine quæ. Not. differentiam arboris Porphyrij.Animalium , aliud rationabile:aliud irrationabile.In gl.ſcilicet quadrupedum , in fin.vt ſi gallus percutiat hominem cum roſtro in facie , vel in oculo : ſi vero comederet vuas,vel ſemina.ſunt opin.vt infra videbis.

In gloſ.id eſt luxuria.in fin.imo dic laſciuia:quia animalia laſciuiunt,& ſaltant,propter otium , & cibum.vnde legitur: Incraſſatus,impinguatus,dilatatus recalcitrauit.& Sene. Ad rabiem nos producunt deliciæ.Dico tibi,quod nihil tam contrarium ſaluti,quam cupido , otium , & deliciæ. vtinam non regnarent in magnis curijs.In glo.id eſt amore.in fi.Sed quomodo hæc natura adminiſtrat beſtijs,coniunctionem appetere , dicitur ſupra de iure natu.in princ.& ſic hoc caſu,equus non delinquit contra naturam ſui generis: & ſic non datur hæc actio. infra proxi. §. & ita hoc exemplum non videtur procedere.Ad hoc poteſt dici,ꝙ appetitus,& feruor ille,qui commouentur ex præſentia fœmellæ , poteſt dici naturalis: ſed quod rumpat oſtia, & domos:videtur contra naturam.& ſic intelligitur hic. Et no.& memoriæ manda , quod ſi iſtud iudicatur in animali contra naturam:multofortius in homine.Pluſquam ergo beſtiales ſunt homines,qui frangunt oſtia mulierum:& quaſi veres ſpumantes,tauri petulantes, fœtore hircino aerem inficientes villam circumeunt. & ad hoc eſt notabilis hæc glo.per quam hæc bene probantur: imo dico tibi plus,quod illud, quod eſſet naturale in beſtijs, eſt innaturale in homine. Et hoc tibi probo , non dubium , quod homo eſt rationalis a natura. Quicquid igitur ratio diſſuadet,eſt ſibi contra naturam.Cum igitur naturallis ratio ſuadeat fœdus coniugij : cæteros amplexus diſſuadet: non dubium quod homo facit contra naturam , cæteros ſectando, quos ratio naturalis abhorret.Hanc concluſionem voluit elicere Vlpia.(ſi diligenter ipſum intuearis)ff.de verborum ſignificatio.l.probrum.Sis ergo homo,non beſtia,non te voluptas vnius hore ſeruum faciat corporis tui,vel rei vilisſimæ. ſicut eſt cupiditas,quæ(crede mihi)eſt radix omnium malorum: ſic luxuria venenum de ſingulis peccatis ſibi cumulat,
1 & trahit.†In gl.id eſt conſuetudinem.in fine imo ſecundum Iacob.omnis actio denegatur:& per conſequens vtilis.Vnde dicit,ipſe,quod hæc actio ceſſat, vtilis, & directa,vbi fera recepta erat in naturalem libertatem. Sed vbi non omnino recepta erat ( quia adhuc habebat conſuetudinem reuertendi) tunc poteſt dici,quod detur vtilis.ff.de poſthu.l.prima.§.beſtias. & facit ſupra de rerum diuiſio.§.ceruos.cum §.ſequen. Quid ergo.ſi fera damnum dedit, cum eſſet in naturali libertate,deinde peruenit iterum ad manum domini:nunquid dominus tenebitur ? Ipſe dicit , quod non: imo ſi ante tenebatur,& ſine culpa ſua euaſit, non videretur teneri, ſi ad poteſtatem ſuam redeat. ff. de ſol.l.qui.res.§.aream.de adi.legat. l.ſi ſeruus legatus.§.fi. Contra. ſupra titu.primo.§.ex diuerſo. ſed ibi nata fuit actio. & erat materia , ſuper qua poterat fundari , hic non.Sic ergo vides , quod hæc actio non habet locum , niſi vbi animal manſuetum delinquit contra natu-
2 ram ſui generis. † Quid ſi canis , tuus comedit carnes meas, nunquid mihi teneris?Iaco.dicit,ꝙ Rofre.dicit, quod ſic ſaltem vtili.

Sed hoc videtnr contra mentem huius literæ , quæ dicit non poſſe agi, vbi animal non delinquit contra naturam ſui generis: & ſatis eſt de natura canis comedere carnes.

Vnde ipſe dicit , quod ſicut in actione leg. aquil.conſideratur culpa hominis : ita in hac actione conſiderandum eſt an fuerit animal in culpa , accipiendo culpam , qualis poſſit cadere in eo : quia non eſt vera culpa , vt eo caſu detur actio

actio

actio.Poteſt ergo concludi ex verbis ſuis,quod ſi canis reperit carnes indiſcrete poſitas,& ſine cuſtode, in loco patenti: quod tunc non tenetur dominus. Si vero canis regit vas, vel ciſtam,vbi erant carnes:vel forte terruit cuſtodem ferociter rodendo: vel forte euertit ollam bullientem: vbi erant carnes, & eas comedit: ſicut quandoque vidimus fieri: tunc tenetur.& facit,quòd dixi ſupra.in princi.huius tit. in gloſſ.
3 id eſt amore. † Quid ergo ſi animalia tua ſine immiſsione de paſta fuerunt glandem meam, vel prata, vel blada mea: quæritur, an agere poſsim, & qua actione? gloſſ.dicit, quod poteſt agi actione de pauperie.vt no.ff.de præſcrip.ver.l.qui ſeruandarum, §.fi.ſuper verbo.de paſtu.in fi.& idem Specu. tit.de iniur.& dam.da.§.ſequitur.verſic.quid ſi ſine. nu.20. & fuit opin.Azo.Sed hoc non videtur verum,ſecundum Iac. quia hæc actio non datur,niſi quando animal delinquit, contra naturam ſui generis. in propoſito autem nihil agit contra ſuam naturam imo ſecundum:& ſic non eſt locus huic actioni.Credo,quod verum dicat,& credo, quod illa gloſſ. ſit contra mentem illius text.l.qui ſeruandarum.§. fi.ubi datur actio in factum. Quomodo ergo prouidebitur mihi? Dicas, quod datur mihi actio in factum,ſaltem quando dominus factus eſt locupletior. ſi enim porci ſui fuerunt impinguati glande mea:vel oues,& armenta herbis meis:æquum eſt,mihi actionem dari,inquantum eſt factus locupletior:ideo datur in factum:ut d.§.fi.eo.tit.l.quoties.Poſſet tamen dari caſus, quo daretur actio de pauperie. Quid enim ſi habebam pratum clauſum, cuius clauſuram bos tuus, uel taurus rupit laſciuia, uel ferocitate, & herbam, uel bladum depaſtus eſt? hoc caſu non eſſet deneganda hæc actio de pauperie: ut ſupra in princ.huius ti. & ibi ſatis dixi.uel ſi dominus præſens eſſet, & permitteret animalia intrare pratum meum & depaſcere,uidetur, quod debeat teneri etiam inſolidum,quamuis non immiſerit. & hoc propter dolum ſuum. præſentia enim operatur conſenſum.ff.de fur.l.falſus.§.falſus.uerſi. ſi is.& fa
4 cit ff.de noxali.l.2.†Quid ſi bubulcus,uel paſtor,immiſit animalia tua in rem meam:uel forte paſſus eſt malitioſe,uel negligentia ( quia forte obdormiuit, uel erat alibi ) blada uel prata mea depaſci:nunquid tu teneris?Videtur quod ſic etiã lege aquilia propter malam electionem. ff.ad l.aquil.l.ſi ſeruus ſeruum.§. ſi fornicarius. ſupra de ob. quæ ex quaſi male. §.item exercitor. ff.loca.l.qui inſulam. §. qui mulas. Et hoc uidetur uerum,quando poteſt imputari culpa malæ electionis, quæ ſemper imputatur. niſi probet feciſſe diligentiam de inquirendo,cum eum recepit: extra de ele.cap.innotuit.
5 † Sed nunquid illo caſu liberatur, dando animalia pro noxa? Non videtur,ff.loca.l.videamus.in prin.Sed poteſt dici contra, cum dominus non obligetur, ex delicto animalis,niſi ad noxam:vt hoc tit.& ff.eod.l.1.in prin.Præterea, quia hæc actio ex maleficio oritur:& ita habet locum noxalis.vt ff.nau. cau.l.fi.§.hac autem actione. cum §.ſequen.

Quærit Iac. hic:quid ſi inueniam animalia forte paſcentia rem meam: nunquid poſſum ea propria authoritate capere?
a Dic [a] quod ſic:ſi neſciam cuius ſunt: alias non ſic intelligitur ff.ad leg. Aduil.l. Quintus.idem Specu.tit.de actio.verſi. ſed pone,inuenio.

a Adno.Dic.Licet opinio Io.ſit contra tex.formalem l.quamuis.ff.ad l. Aqui. vbi incluſio paſcentium negatur, nec probetur per l.Quintus.niſi argumento a contrario ſenſu, quod non procedit vbi contrarium inuenitur de iure gl. cle.1.§.1.ſuper verb.excommunicationis.de ſen.excom.no.ſcrib. in l.1.ff. de offi.eius.Fabri tamen opinio ſuſtineri poteſt per quaſdam conſuetudines Galliæ in titulo, du doma e des beſtes.i. de damno beſtiarum, pro quibus facit lex.capite quinto de adult.ff.P.

PAVPERIES. In gloſ.mirabilis.ibi legalis.glo. ſupponit quod legiſtæ non habent rectas expoſitiones nec grammaticales:quod verum eſt in multis articulis. In gloſſ.quandoque.in fi.ibi dicitur,quod committit culpam:ſed ibi culpa accipitur pro vitio.vt ibi no.

1 *Pœnæ diuiſio.*
2 *Actionibus pluribus quando utendum.& 3.4.5.6.*
7 *Actionum quæ & quando alijs ceſſent.8.9.*
10 *Remediorum quod aliud tollat.*

CAETERVM. Scilicet manſueta animalia, quæ contra naturam ſui generis delinquunt:ſed feræ, non.Quid ergo de illis?Cæterum &c.In gloſ.in corpore.in fi.& hæc pena 200. ſolidorum diuiditur,inter fiſcum,& partem,ſecundum gloſ. no.in leg.qua vulgo.de ædil.edic.remitto ad notata in l.ſi vero.§. pe.de his qui deie.vel effu. Doctores conſueuerunt dicere, quod applicatur totum parti.pro quibus facit ff.de verbo.ſig.l.ſi cui exempto. Sed pro gl.C.de aſſeſſo.l.cõſiliarios. Opin.docto.videtur fauorabilior.

In gloſſ.hoc eſt.in fi.not.hanc gloſſ.& ſunt fere ſimiles.ff. nau.cau.ſta.l.idem ait.[alias incipit,& ita.]§.fina.de regu.iu. l.nunquam actiones. & ibi aliquantulum plenior: & tamen nulla eſt completa: vt poterit apparere ex his, quæ ſubiungentur.& quaſi ſimilem ponit Inno.extra de collu.ca.fin.Iaco.vero de Ra. facit hic aliquas ſubdiſtinctiones poſt dominum ſuum:& tamen dicit,non eſſe completas. Dominus Dynus facit vnam magnam diſtinctionem, quæ eſt magis completa. ff. de ope. noui nunciatio. l. in prouincialis. de qua, pluſquam de alijs præcipere propono: non tamen ſequi ad literam.Et tamen ſcio,quòd non erit completum, quin ſuper-
1 ſint cicatrices, & forte vulnera [ alias in litera.] † Eſt igi-
a tur [a] ſic diſtinguendum,cum quæritur qualiter plures actiones, ſeu accuſationes,concurrentes ſe tollant adinuicem, diſtingue: aut omnes ſunt ciuiles, aut quædam criminales, & quædam ciuiles, aut omnes ciuiles. Si ſunt omnes criminales:dic,quod aut ſunt plures,quo ad punitionem,ſeu executionem: aut quo ad perſecutionem. ſi quo ad punitionem.
2 Verbi † gratia, qui ſepulturam violat, punitur diuerſis pœnis:qui violat priuilegia,& libertates eccleſiæ,punitur diuerſis pœnis.hoc caſu poteſt dici,ꝙ iudex poteſt eligere,& altera electa, alia conſumitur.C.de ſepul.vio.l.4. ff.de accu.l.ſenatus.de effracto.l.1.in fin. niſi lex ordinaret vtranque infligi:tunc enim videtur,quod vtraque infligatur,etiam per diuerſos iudices.C.de ſacroſ.eccl.l. placet.in fi.extra de pœnis. ca.fœlicis.lib.6. Si ſunt plures quo ad proſecutionem: tunc aut omnes deſcendunt ex eodem facto: aut ex diuerſis. ſi ex eodem: tunc aut omnes idem crimen, & delictum puniunt, quod ſolum ex eodem facto reſultat: & tunc vna vtendum eſt.ff.de accu. leg.ſenatus. aut tendunt ad punienda diuerſa, quæ ex eodem actu reſultant: & ſubdiſtinguitur: quia aut vnum ſe habet ad aliud,tanquam genus ad ſpeciem: vt homicidium,& parricidium.& non poſſunt ſimul intentari:vt no. in d.l.ſenatus.aut ſe habent,tanquam diuerſa, & ſpecifice differentia, vt ſi quis coguouerit cognatam ſuam coniugatam: oriuntur crimina duo incæſtus, & adulterium: tunc poſſunt concurrere: & poteſt de quolibet accuſari eodem tempore, & ab eodem,& a diuerſis.C.de accuſa.l. qui de crimine reſp. 2.ſecundo dicto.Si vero deſcendunt, ex diuerſis factis, poſſunt multo magis concurrere. ff. de accuſa. l. libellorum. §.
3 ſed ſi aliud. † In ſecundo caſu, quando ſunt quædam criminales, & quædam ciuiles, tunc poteſt eligere, quam vult ante litem conteſta. & tenetur proſequi, quam elegit, poſt ſententiam ſunt opin.quando vna eſt de re familiari, alia ad vindictam, an poſsit ad aliam redire: vt not. C. quan. ciui. actio. cri. præiudi. l. vnica. de quo tibi dixi ſupra ad legem Aqui. §. liberum. vide in d. l. 1. Hodie vero videtur, quod etiam ante litis coteſta. tenetur proſequi electam, per auth. qui ſemel. C.quomodo, & quando iudex. verum eſt tamen, quod ante litis conteſtationem fit abſolutio ab inſtantia,poſt a cauſa: vt ibi conſueuit notari. In tertio caſu principali, quando omnes ſunt ciuiles,quem caſum ſolum hic glo.videtur proſequi, diſtingue, quia aut omnes ſunt pœnales, aut omnes rei perſecutoriæ, aut quædam pœnales, quædam rei perſecutoriæ, quædam mixtæ, aut quędam pœnales, quędam mixtæ, aut omnes mixtę. Primo caſu, quando omnes ſunt pœnales, gloſſ.diſtinguit,ꝙ aut omnes,ex vno delicto, aut ex diuerſis.Si ex vno,vna tollit aliam,niſi in eo quod excedit. Sed tu ſubdiſtingue in hoc caſu. quia aut competunt contra vnum, & eſt verum,quod gloſ.dicit.& hoc caſu proprie

prie intelligitur. ff.de actio. & obligatio.l. plura. aut contra diuerſos: & tunc ſubdiſtinguitur, quia aut deſcendunt ex
4 maleficijs: aut ex quaſi maleficijs. † Primo caſu, vnus alium non liberat: & ita omnibus vti poteſt: vt l.cum ex vno.ff.de actio,& obligatio. ad legem aquiliam.l. item Mela. §. ſi plures. Si ex quaſi maleficio, vnus liberat alium, ſaltē perceptione. ff. de his qui deie. vel effu. l. perceptione. & notatur ff. nau.cau. ſta.l.fi.§. pen.ſupra de oblig.quæ ex quaſi deli. §. fi. & in hoc eſt ſupplendum primum membrum huius gloſ. & idem videtur, vbi ab vna parte tantum eſt pęnalis. ff. de eo per quem factum eſt l.1.§. ſi plures. Si ex diuerſis delictis competunt, gloſſ.dicit, quod vna tollit aliam.vt l. nunquam plura.ff.de priua.delic.& hoc verum, niſi eſſent delicta coniuncta,& eiuſdem effectus.vt ff.ad l. Aquil.l.illud. in fin. vel talia, quæ non vertuntur in alterius iniuriam. C.de modo mul.l.eos.Item quando intentantur ab vno, non debent di-
5 ſtingui ff.de iniurijs.l.prætor. †Secundo caſu, quando omnes ſunt rei perſecutoriæ, diſtingue, aut competunt contra vnum, aut contra diuerſos. ſi contra vnum: tunc aut ſunt eiuſdem generis, quia omnes ex contractu, quaſi ſint diuerſarum formarum, tunc vna non tollit aliam.verum eſt, quòd effectus vnius venit in alia.ff.de actio.empt.l.non eſt nouum. pro ſocio.l.cum duobus.§.ſi plures.& hoc, niſi prouenirent ex cauſis lucratiuis.ff.de actioni. & obligatio. l. omnes. aut ſunt diuerſorum generum: quia vna ex contractu, alia ex delicto: tunc vna tollit aliam.ff.de fur.l.ſi is cui. de re iudi.l.ſi quis cum ſimilib. ſecundum Dy. primum tamen membrum fallit.ff.de tribu.l. quod in hæredem. §. eligere. ſed forte eſt ſpeciale, vt dixi ſupra quod cum eo. §. introduxit cum §. ſe-
6 quen. † Item fallit, vbi actiones non ſunt compatibiles, propter contrarietatem, vel alias.C.de cod.l.fi.in princip. & C. ſi ſeruus extero. l. vnica. Et poteſt dici, quod in caſu, quo rei perſecutoriæ ſe non tollunt: poſsit agi ex ſecunda, in eo quod excedit. & ad hoc quidam allegant ff. commo. l. vnde quæritur. Sed in illa non ſunt ambæ rei perſecutoriæ. Sed facit. ff.pro ſocio.l. ſi actum. de actio. & obliga. l. quoties. §. 1. Si competat contra diuerſos, hoc membrum non proſequitur Dyn.nec tetigit.tamen potes dicere, quod aut ambæ proſequuntur corpus rei in proprietate, ſeu poſſeſsione: aut intereſſe. Primo caſu aut vnus habet cauſam ab alio: & tunc illa tollitur per aliam facta ſolutione. aut primo egit contra poſſeſſorem: & fuit rem aſſecutus. & vna tollit aliam: ſecus econtra. ff. de ſolu. l. Stichum aut Pamphilum.§.dolo.de pet. hæred.l.nec vllam.§. is autem. Secundo caſu, quando ad intereſſe: tunc aut agitur ratione vnius facti,& vnius perſonæ: vel quia pro vna reputatur: & tunc vna tollit aliam.ff.de vi & vi arma.l.1.§.deieciſſe.verſi. quoties.aut ratione diuerſorum, vel quæ pro diuerſis habentur, tunc non.ff.de ſepul.vio.l.prætor. ait. §. ſi ad plures. & hæc procedunt in realibus, & in rem ſcriptis poſſeſſorijs. nam in mere perſonalibus, ſolutione per vnum facta, alij liberantur.ff.depoſi.l.1.§.ſi apud de conſtit.pecu.l.item illa.§.
7 fina. † Tertio caſu, quando quędam pœnales, quædam rei perſecutoriæ, eſt dare regulam, quòd vna non tollit aliam.ff. de fur.l.ſi pignore. §. cum furti. Fallentias, quando altera competit de iure communi: altera de iure ſpeciali. ff. nau. cau.l. idem ait. alias incip.& ita §. fina.& forte ſub hoc intellectu poteſt colligi.C.de furt.l.manifeſtiſsimi. ſupra de obliga.quæ ex delicto.§.quæ de fullone. & hoc de pęnali authoritate iuris ſi facto hominis: quia forte aliquis ſtipulatus eſt pœnam, diſtinguitur inter contractus bon. fid. & ſtricti iuris. Item & in ſtricti iuris, aliud olim, & aliud hodie. vide ff. pro ſocio. l. ſi quis a ſocio. de actio. empti.l. prædia. de actio. & oblig. l. obligationum fere. §. fina. ad l. falci. l. 1. §. item ſi ita. C. de tranſact.l.ſi quis maior. & l.cum proponas. ff. de tranſact.l.qui fidem. de pact. l. reſcriptum. §. ſi pacto. Quarto caſu, quando altera mixta, altera rei perſecutoria, dicit Dy.conſiderandum eſſe, an ſint diuerſorum generum: an eiuſdem. Primo caſu, vna tollit alteram, & in totum. ff. de actio. & obliga.l.qui ſeruum: in fin. ff.commo.l.vnde quæritur. quæ ſic eſt intelligenda. Nam quod ibi dicitur, videtur habere rationem: & ad ſuperius refertur, non ad proximum. & quod ibi dicitur. niſi forte quis dixerit ſub.& male.ſic intelligitur ff.de tute.& ratio.diſtra l.actione.verſic.ſed & condi.arbo.fur.cæſa. l. ſi colonus. ſic debet intelligi ff.loca.l.ſi merces.§. culpæ, quamuis gloſſ. alio modo intelligat.Secundo caſu quando ſunt eiuſdem generis, ita quòd ambæ ex contractu, vel ambæ ex delicto, tunc aut deſcendunt ex eadem matre, id eſt ex eadem obligatione,& tunc ſe tollunt.etiam in eo ꝙ excedunt.ff.de tute.& ra.
8 diſtra.l.1.§.in tutela.iunge ſupra.de attili.tuto.§.fin.†Aut habent diuerſas matres: & tunc actione vna poteſt agi, alia inquantum excedunt: vt in condi.furtiua. quæ ex furto oritur. & vi bono.rapto.quæ ex rapina.quæ ſe non tollunt in eo, qđ excedunt.ff.de actio.&.obl.l.plura.vi bonor.rapt.l.1. Quinto caſu, quando quædam pœnales, quædam mixtæ, aut ex diuerſis obligationibus: tunc vna non tollit aliam. ff. de tu. & ra.diſtra.l. 1.§.nunc tractemus. tamen ſi ex eadem, tollit niſi in eo, quod excedit.ff.vi bonor.rapt.l.1. Sexto caſu, quando omnes ſunt mixtæ, diſtinguitur, quaſi eodem modo, quia aut omnes ex diuerſis factis: & vna non tollit aliam vt l.nunquam.de priua. delict. aut ex eodem: & tunc ſic: niſi in eo, quod excedit.ff.argumen.arbor.fur.l.cæſa.l.1. Iſta ſufficiant circa hunc tit. Et not.quòd ſimiles textus, ſunt huic. ff. de actio.& obligatio.l.nunquam de regul. iur. l. nunquam. ſed
9 dic additur plus, ſcilicet pœnales. † Et quare dicantur præſertim pęnales, potes colligere ex ſupradictis. Et hæc procedunt in actionibus,& remedijs ordinarijs. In extraordinarijs poteſt diſtingui: quia aut omnia ſunt extraordinaria: aut quædā ordinaria: quædam extraordinaria. Primo caſu, aut competunt ad idem, aut ad diuerſa. ſi ad idem, vnum excluditur per aliud. Poteſt tamen actor eligere: vt in actione. l. aquil. vtili, & in factum. ff. ad l. Aquil. l. quemadmodum.§.magiſtratus.C eod.l.de pecoribus. Si ad diuerſa, non ſe impediunt, nec quo ad natiuitatem, nec quo ad concurſum, nec quo ad aliud.ff.de damno infecto.l. qui bonafide. §. ſi quis nouum opus.vbi de hoc. In ſecundo caſu principali, vbi vnum ordinarium. aliud extraordinarius ſubdiſtingue: aut competunt contra diuerſos, aut contra eundem, ſi contra diuerſos: vnum non excluditur per aliud C. ſi tut. vel cur. l.etiam. & hoc vbi habet originem a neceſſario actu: vt d. l. etiam.ff.de mino.l.etiam ſi à patre.in prin. & §. imperator: de admini.tuto.l.ſi minoris. Fallit, ſi modica ſit læſio. C. de iudi.l.properandum.§.fina.de in integrum reſtitutio.l. ſcio. de contrahen.emptio.l.res bonafide. & hoc quando eſt contra ius commune: quia remed um iuris communis datur pro modico.ff.quod cum eo.l. 1.§.illud.Si diceres in iudicijs ſpeciale eſſe, vt quædam gl.dicunt, eſt contra. C.quando prouo. non eſt neceſ.l.ſi pater.ſi aduer.rem iudic.l.fi.Vbi autem habent originem a voluntario actu, videtur, ꝙ non concurrant ad eundem effectum.ff.de damno infecto l.damni.§.emptor, de minori.l.cum mandato, ſi contra eundem, aut extraordi-
10 narium † eſt de iure communi, aut contra ius commune: ſi contra ius commune non videtur, quòd concurrant. ff. de mino.l.in cauſæ. Si vtrunque de iure communi, aut extraordinarium eſt adinuentum in ſubſidium, & cauſa ſupplendi ius ciuile: & excluditur per ordinarium. ff.de ope. no. nun. l.in prouinciali.§. 1.de damn.infect.l.qui bonafide.§. de illo. & l.ſi ædibus.& l.inter quos.alias concurrunt. hæc ſufficiant ſuper hoc. Ex his reſultant multa, ſuper quibus non inſiſto: quia rationes eorum, quæ conſtituuntur, requirere non oportet: alioquin multa ex his, quæ certa ſunt ſubuertuntur, quamuis Aurelianeñ.multum in hoc inſiſtant: contra l.& ideo.ff.de legi.

a Adnot.Et igitur.Hanc diſtinctionem ponit hic dom.Angel.ad plenum recitando.Ioan.Fab.in 2.col.poſt me.ver.verum quia Io.Fab.&c.

## *De his per quos agere poſſumus. Rubrica.*

1 *Tituli de his per quos &c. explicatio.*

*In fin.gloſſ.rubricæ in C.& ff.videtur melius continuari: quia primo tractare debuit de perſonis, quam de negotijs.* ff. de

*ff. de iure codi. l. quidam referunt. §. 1. ſupra de iure natu. §. fina. Conſtat autem quòd procu. eſt de perſonis, quæ fundant iudicium, igitur de eo primo fuit agendum, quam de actionibus: vt d. §. fi. Sed ad hoc poteſt dici; quòd hic parum tra-*
1 *ctatur de † perſona procuratoris; ſed ſolum de conſtitutione. & is titulus fuit ſolum hic poſitus gratia ſequentis. & potius in hoc & in illo: de negotio agitur, quam de perſonis ſeu earum habilitate. Super hoc non eſt inſiſtendum.*

1 *Agentes alieno nomine varii.*
2 *Rectores ob quæ agant.*
3 *Agi ſine mandato an liceat.*
4 *Procurator inuita conſuetudine, an admiſſibilis.*

a NVNC a Admonendi. Primo ponit dictum generale. Secundo proſequitur alterum membrum, & exemplificat, recitando antiquitatem. Tertio, circa antiquitatem, correctam duo adijcit. Prima in prin. Secunda. Alieno veluti. Tertia in §. procurator neque. In gl. ſcilicet idoneum in fine. idem videtur in adulto minore 25. ann. vt plenius videbis infra verſic. cuicunque. in gl. ſcilicet. vbi plenius agitur de his quæ notantur. Super tex. ibi. Alieno veluti. Proſequitur ſcd'm membrum, quia de primo nil hic commentaturus eſt.

Super tex. procuratorio. poteſt intelligi etiam de procuratore in rem ſuam: iuxta illa quæ notantur. ff. de procura. l. 1.

1 † Super text. procuratorio, hos ponit gratia exempli, quia multi ſunt alij, qui agunt nomine alieno: vt ſyndicus, actor, œconomus: vicedominus: vicecomes: orphanotrophus, caſtaldus & hypocriſarius. [Tametſi in omnibus exemplaribus, ſiue ſcriptis, ſiue excuſis hypocriſarius legatur, Apocriſarius tamen legendum rectius putamus. cuius comme-minit lex §. reuerendiſsimi quoque. de ſanctiſ. epiſc. col. 9. Eſt autem apocriſarius qui res eccleſiæ agit, vt definit Accurſius in gl. in d. §. reuerendiſsimi, vt animaduertit Prateius.] Syndicus datur ab vniuerſitate, & ad cauſas preſentes, & futuras. Actor, ad certas, & præſentes. Oeconomus, ad cauſas, & negotia eccleſiæ. Orphanotrophus ad hoſpitalium regimen. Vicedominus, qui præeſt rebus epiſcopalibus. Vicecomes; cui committitur adminiſtratio, ſeu regimen iuriſdictionis. Hypocriſarius, quandoque vocatur ſyndicus: quandoque œconomus. Caſtaldus qui habet curam exteriorum. de his omnibus vide ad ſaturitatem in Spec. de his qui alie. no. in iudic. inter cum ſequen. rubrica. & iunge. infra in §. procurator neque. Vnum tamen videtur ſupponere, quòd omnes iſti agere poſſunt: ex quo omnes in iudicio, dicit, alieno nomine interuenire: & hos omnes ponit ſub illa rubrica. quod ſatis
2 videtur admittendum. Et ideo videtur, quòd † ſeneſcali, & bailliui, & quicunque habent regimē alicuius loci, vel rei, poſſunt agere & defendere negotia concernentia rem, cuius habent regimen, ſine alio mandato. Et facit extra de procura. c. qui generaliter. lib. 6. de iudi. c. cū deputati. C. de ſacro. ſan. eccle. l. ſancimus ibi nec non ſacrorum vaſorum. &c. & ſcripſi C. de procu. l. 1. in fi. & in d. l. ſancimus. vide ibi, & iunge id, quod ibi notaui. Si vis materiam dilatare. iunge infra titul. 1. §. eo obſeruando. Super text. ibi niſi pro populo, id eſt actione populari. ff. de popula. actio. quaſi per totum.

In tex. pro tutela. Hoc planum, quia tutor agit, & conuenitur nomine pupilli. ff. de admini. tuto. l. 1. §. ſufficit.

In tex. pro libertate. hic licet neceſſarijs. ff. de libe. cau. l. 1.

In tex. tutela eſſent. iſte caſus eſt valde pius: nec reperitur correctus, non tamen hic exprimitur, an liceat agere ſine mandato, vel cum mandato, veriſimile tamen eſt, quod ſine mandato, ex contextu priorum caſuum, quibus agitur ſine mandato. & ita poteſt notari hic caſus ſpecialis, quo extraneus agit, pro priuata perſona ſine mandato. quod vix alias reperitur, niſi ſit coniuncta perſona. de hoc ſcripſi. C. de
3 procu. l. 1. † In gloſ. ſed quid in fi. hæc eſt enim cauſa impulſiua. Vnum tamen videtur quòd vbi pars non poſſet
4 alias comparere per procuratorem: forte quia talis † ſit conſuetudo: ſicut in omnibus curijs ſecularibus regni, quæ reguntur conſuetudine, in quibus ex parte actoris ſeruatur antiquitas, quod propter legitima impedimenta, iudex poſſit contra conſuetudinem admittere procuratorem, ex illa clauſula generali. ff. de inſti. l. 1. ſupra de act. §. rurſus. Scio tamen, quòd in multis curijs ſeruatur contrarium. & oportet recurri ad curiam Regis pro gratia. An autem impeditus teneatur conſtituere procuratorem: vide plene in breuiario. C. de in integ. reſtit. mi. l. 1. vbi ſcripſi. & per docto. & gl. extra de procurato. c. 2. & iunge infra §. proxi. Et not. ex his §§. quod conſuetudo tollitur conſuetudine. vide ſupra de iure natura. §. ex non ſcripto.

a Adnot. Nunc. Diuide ſecundum Are. & ſumma, Actiones intentantur per nos, & per procu. noſtros, qui conſtituuntur verbis habilibus interpoſitis, etiam aduerſario abſente, & ignorante: quorum procuratorum vſus eſt neceſſarius, quãdo principalis impeditus eſt agere, vel defendere. olim vero vſus procurato. prohibitus erat, niſi in certis caſibus. h. d. totus tit.

1 *Mandatum ſpeciale qui caſus exigant. & 2.*
3 *Procuratorem generalem ſpeciali parem, qui accipiendum. 4.*
5 *Clauſulæ rat. hab. uis.*
6 *Speciale mandatum quando dubium.*

PROCVRATOR. Super tex. ibi aduerſario. ſub. de neceſſitate. ff. eod. l. 1. §. fina. & not. quod per hunc §. videtur, quòd non ſit differentia, inter procuratorem: ſyndicum, actorem: & alios: de quibus dixi ſupra eod. §. 1. & idem videtur per c. petitio. extra de procurato. de hoc vide ſatis plene ſupra de cura. §. fi. quæ hic repete: quia faciunt ad intellectum
1 huius §. † In gl. imo. in fin. a Et hoc niſi procur. eſſe litem cō
a teſtatus. Item, ſecus in ſyndico patriæ, prælato: & alijs adminiſtratoribus. vide quod ſcripſi. C. etiam per procu. cau. in integ. reſtit. l. 1. Item eſt aliud in tranſact. C. de tranſactio. l. tranſactionis. ff. de procura. l. mandato. Item in arbitro. extra de arbit. c. per tuas. Idem in iuramenti delatione. ff. de iure iur. l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. fi. & in acceptilatione. ff. de acceptilatio, l. 3. & in reſcriptorum impetratione: extra de reſcrip. c. nonnulli. Idem in matrimonio, extra de procura. c. fina. in princip. lib. 6. Et idem forte in cauſa matrimoniali: extra qui ma. accu. poſſ. c. ex literis. de procura. c. accedens. vide ibi. & idem in ſponſalibus. extra qui cleri. vel vo. c. veniens: Item alius: extra de voto. c. ex multa. ver. illis. Item, alius extra de fide inſtrumen. cap. fi. Item alius: extra de offic. leg. cap. quod tranſlationem. Alius in obtinenda abſolutione a ſententia excommunicationis. vide extra de ſentent. excommunicatio. c. cum deſideres. per Innocen. Item alius: de conſecra. diſtinctio. 4. c. quæris. Alius 24. quæſtio. 3. c. ſi habes. Item in iuramento de calumnia: extra de iura. calum. c. fi. lib. ſexto. Item, alius caſus de elect. cap. procurator. eo. lib. Item alius. C. vt omnes tam ciuiles, quam criminales. Idem puto in omni arduo, & ponderoſo negotio. vt mouere guerram: inire treugas: obligare dominum ad perditionem hæreditariæ rei: vel amiſsionem beneficij, vel magnam pœnam, maxime corporalem. & hoc per rationem præmiſſorum caſuum; quia ſi in illis requiritur mandatum ſpeciale: quia ſunt magna, & ponderoſa: cur non in alijs, qui occurrent, in quibus reperitur tanta, vel maior ratio? & facit extra de procura. capitulo quamuis. libro ſexto. Et hoc, videlicet, qui ſint ardui, vel non, relinquo arbitrio iudicis. Et idem crederem, ſi per mandatum ſpeciale neceſſarium vbicunque aliquid petitur con-
2 tra ius commune; vt diſpenſatio. † Si enim quando petitur reſtitutio in integrum, quæ eſt fauorabilis, & rationabilis, opus eſt ſpeciali mandato; multofortius, vel ſaltem pari ratione in alijs: quæ petuntur contra ius commune: vel ſunt odioſa; vt ſi pater accuſat filium de ingratitudine: vel dominus vaſallum de felonia: vel ſi mulier, vel vir petit diuortium, & ideo videtur, quod ſi procurator proponat crimen falſi, etiam ciuiliter, vel ad finem repellendi, quod debeat habere ſpeciale mandatum: argumento prædictorum; & maxime per dictam l. procurator tutorum. ff. de procu. l. non ſolum. §. fin. de iniurijs. l. ſed ſi vnius. procuratorem. Sed forte hoc non procedit, vbi propo-

proponeret ad finem repellendi, niſi per illam repulſionem
prouocaret ad iudicium: vt quia vellet repellere electum a
dignitate: vt no. Archid.extra de elect.c.1.lib.6. vide ibi de
ſact.ſuper his per Inno.nu.6.Iac.de Ra.qui parum aliud tan-
git in hoc tit.dicit, quod nullus poteſt facere procuratorem
in caſibus,qui mandatum exigunt ſpeciale: niſi ſit impeditus
legitimo impedimento: per l. Pomponius. in princip. ff. de
procur. Sed ob.d.l.non ſolum.§.fin. & quod no. in d.l.Pom-
ponius. & facit quia in iuramenti delatione requiritur ſpe-
ciale mandatum: vt l.iuſiurandum, quod ex conuentione.§.
fin.ff.de iureiur. & tamen defenſor præſentis iurat: & ita nõ
impedit.ff.de iureiur.l.fi. Illa parum facit, quia iurat volun-
tate actoris, qui ei detulit, & ita imputare ſibi debet, qui ta-
lem elegit.eodem titu.l.qui iuraſſe. Scio quod opin. Iacob.
non ſeruatur de facto, hæc autem quæ dixi procedunt in pro
curatore particulari. Quid in procuratore generali omnium
bonorum? Videtur, quod ille debeat admitti, etiam in caſi-
bus, qui mandatum exigunt ſpeciale: cum lex tales æquipa-
rat.ff.de iniur.l.ſed ſi vnius. §. procuratorem. ff. de iureiur.l.
3 iuſiuran.§.fin. Satis poteſt dici, quod ſi † ſit procurator gene
ralis omnium bonorum cum libera, quod talis debeat admit
ti.ff.de proc.l.procurator cui.Sed ſi non ſit cum libera:quam
uis generalis omnium bonorum non admittitur in arduis,in
modicis ſic: ff.de procura.l. procurator.ff.ad Treb.l. qui ita
§.1.& ſic intellige extra de procu.c.qui generaliter.lib.6. Et
idem crederem, ſi eſſet procur. in omnibus cauſis, & nego-
tijs generaliter. ſicut tota die fit. cum ſit eadem ratio. Item
in hoc aduerte, quamuis enim dixerim, quod ille, qui habet
liberam adminiſtrationem, admittitur in cauſis requirenti-
4 bus ſpeciale mandatnm: hoc † intelligo, ſi caſus ille reſpiciat
adminiſtrationem rerum. nam ſi tangeret perſonam, non
crederem, vt factum matrimonij, obligare perſonam ad ho-
ſtagia, vel ad carcerationem, vel conſimilia: quia talia non
videntur de adminiſtratione.ff. de pac.l. contra iuris ciuilis.
§.ſi filius. imo crederem in adminiſtratione rerum, quod
non eſt veriſimile dominum conceſſurum, quod non ligaret
dominum.ff.de pec.l.qui peculij. qui.mo. pi. vel hy. ſol.l. ſi-
cut.§.an paciſci. Item, quod dixi, quod procurator poteſt
opponere crimina ſine ſpeciali mandato ad repellendum,in-
telligo, conſiderato ſtatu perſonæ opponentis, & illius cui
opponitur. Quid enim ſi procurator vilis, opponeret cri-
men epiſcopo, cardinali, comiti, vel baroni? non crederem
ff.de dona.l.filiusfam. verſic.nonnunquam. de iniur.l. ſed ſi
vnus.§.procuratorem. verſic. ſi tamen etiam ſi haberet libe-
ram: quia non eſt veriſimile dominum hoc velle. arg. dictæ
5 l.qui peculij. † Item dicunt quidam, quod ſi in procur. ſit
illa clauſula ratum,& gratum habiturus &c. quæ communi-
ter ponitur in procuratorijs, quod importat ſpeciale manda
tum hoc tamen docto. non approbant, vt dixi C.de procu.
l.1.de tranſact.l. tranſactionis. An autẽ ſit neceſſarium man
datum ſpeciale ad audiendum ſententiam? Spec.tenet quod
ſic. vide in Spec.de procur.§.1.verſic.in præmiſsis.cum ſeq.
illud autem videtur, qnod ſi dubitetur de ſpeciali mandato,
quod admittitur cum cautione de rato. ff. de mino.l. quod ſi
de ſpeciali in princ. & Spec. hoc idem not. ibidem quod po-
teſt eſſe verum,niſi negotium eſſet arduum,vel procur.vilis:
6 ſicut dixi ſtatim: & benefacit.ff.ad Treb.l.ita.§.1. Et † poteſt
eſſe dubium de ſpeciali mãdato, ſi procurator faceret fidem
de eo forte per vnum teſtem, vel per inſtrumentum, vel li-
teram, ſigno vel ſigillo ignoti ſignatam, vel ſigillatam. vi-
de quod ſcripſi.C.de procur.l.1.& plenius infra titu.1.§.fin.
autem. In gloſ.ſcilicet habili.cum allega.l.minor.vide ſupra
qui & ex qui. cauſ.§. fin. In eadem glo. in fin. qnamuis enim
edictum de proc.ſit prohibitorium,nihilominus tamen mul
ti repelluntur: quandoque ratione perſonæ conſtituentis,
quandoque ratione perſonæ conſtitutæ: quandoque ratione
formæ,vide plene in Spec.de procu.§.1.& 2.& quaſi per to-
tum titulum, ſeu materiam.

a Adnotatio. In fi. Vide hic 25.caſus in quibus requiritur ſpeciale mandatũ, per Ang.in 1.colum.verſi.ſunt & multi alij caſus. Adde Spec. titu. de procur. §.1.verſi.item opponitur.

## *De ſatiſdationibus.* *Rubrica.*

*Gloſ. bene continuat hanc rubricam.*

1 *Satiſdationem an exigat perſonalis actio.*
2 *Peculii actionis natura.*

SATISDATIONVM. Super tex.ibi per vſum
amplexa eſt. No. quod vſus pro conſuetudine
recipitur, vide ſupra de iur. na.§. ex non ſcri-
1 pto. † In gloſſ. in hoc ſolo. in fi. hæc gloſ. re-
cte loquitur,quæ ſupponit, quod olim conuen
tus actio.perſonali non ſatiſdabat, & idem dicit.ff.de proc.l.
ſi procurator.ſed contrariũ dixit. ff.iud.ſolui. in rubrica,pro
qua.ff.de ſolu. l.cum quis.§.de peculio. & ibi etiam notatur.
Sed hæc verior per hunc text. qui aperte hoc dicit. & ff. ex
quib. cauſ. in poſſ. ea.l.hæc autem.§. fin. & §.de peculio. in-
2 telligitur, vt ibi no. Vel forte actio de peculio † habet natu-
ram realis, quo ad aliqua, ſupra de actio. §. actiones de pe-
cul.& ſic quo ad hoc habere poterat, & per hoc videtur, qđ
hæc antiquitas erat de iure digeſtorum. de quo not.ff.de no-
xa.l.ſi plurium. §. qui alienum. non tamen obtinebat, quod
hic dicitur de tutoribus.ff.de adminiſtratio.tut.l.vulgo.

1 *Lex qui abrogetur.*
2 *Cauendum quando ſit.9.*
3 *§.& poſt litem. ſenſus.*
4 *Intereſſe quid.*
5 *Fideiuſſor quando intereſſe præſtet.*
7 *Fideiuſſor quando requirendus.*
8 *Fideiuſſor quando dandus.*
10 *§.ſed hodie. ſenſus.*

a SED Hodie hæc. [a] Hic non debet eſſe. §. ſemper enim
continuat dictum ſuum. In gloſ.id eſt nullam. in fine. qui-
dam habent hic quandam additionem talem, quæ tamen de
conſuetudine non ſeruatur. & idem dicit Specu. de ſatiſda.
1 §.1.ver. hodie. Et caue, † quia licet non præſtantur de con-
ſuetudine, nihilominus, ſi in patria iuris ſcripti, pars rea in-
ſtaret. forte deberent præſtari. non enim lex tollitur,per nõ
vſum, niſi contradictum fuerit, vel niſi per contrariũ vſum,
iuxta illa quæ ſcripſi ſupra de iure natu. §. ex non ſcripto.C.
de iudic. l. rem non nouam. Item caue, quia illam cautio-
2 nem de qua agitur in authen.generaliter. actor † debet præ-
ſtare. antequam concedatur ei citatio: & antequam libellus
offeratur: vt ibi patet. aliam poſt datum libellum. vnde non
te decipiat hic ordo gloſſ. Spec. tamen videtur dicere, quod
vtraque poſsit ſimul præſtari, facta cautione, antequam de-
tur libellus: vt notatur in dict. l. 1. verſic. ſi vero reſtituerit
in fin. Item hæc cautio obtinet in arbitris: vt no. in d.auth.
generaliter. Scio, quod nunquam vidi ſeruari alicubi de con
ſuetudine, quod hæ cautiones præſtarentur. Et not. quod
iſte §.intelligitur de actore: & ſignanter, quia in illo nil im-
mutatur, per hunc.§. In gloſ. hæc ſatiſdatio. in fin.vide ibi:
quia hodie corrigitur per auth. offeratur.C. de lit. conteſta.
Item hæc procedunt in ciuilibus, ſed in criminalibus. dic
vt C. qui accu. poſſ. l. qui crimen. In gloſſ. hoc eſt tempus
diffinitiuæ. ibi cum allegat in authen. de exhib.re.§.1.Iaco.
impugnat hanc gloſſ. dicit enim quod in omni cauſa, tene-
3 tur, vſque ad definitiuam incluſiue: vt l.præte. §. † & poſt
litem.ff.de fideiuſſ. & dicit gloſ. non intellexiſſe legem illam.
Nam illa loquitur in caſu, quo actor, qui recipit cautionem
iudicio ſiſti, fuit negligens in agendo: tunc enim diſtingui-
tur, vt gloſſ. hic diſtinguit. ſed vbi eſt diligens, dicit indi-
ſtincte fideiuſſorem teneri, vſque ad definitiuam. & hoc
ſatis videtur verum: & omnes doctor. ſequuntur in dict. l.
penult. & videtur notari. ff. de cuſto. reo. l. ſi quis reum in
gloſ. 1.qui ſatiſdati. cogan. l. 1. & quicquid ſit, ſaltem vſque
ad finem inſtantiæ, & dico finem facti, vel iuris, iuxta l.
properandum, C. de iudic. & in hoc videtur ſatis concor-
dare gloſſ. ff. de diuer. & tempor. præſcriptio. l. ſi ſeruus.
& hic ſubijcitur ſtatim ſecundum vnum intellectum gloſſ.

Ratio autem,quam hic gloſ. reddit, non videtur procedere:
videlicet, quòd vſq; ad duos menſes &c. quia hoc iure: non
erat illud tempus inductum. & alia ratio reprobatur in d. l.
pen. Præterea,tantũ intereſt rei,quòd actor ſiſtat ſe poſt con
teſtationem, ſicut ante: & iſta ſtipulatio debet ſe extendere
ad poſt,ſicut ante. In eadem glo.ibi cum allegat.l.properan-
dum. iſta glo.poteſt ſe referre ad fideiuſsionem factã in cau-
ſa publica,vel in ſcriptis: vel ad fideiuſsionem ſimplicem: &
in vtroque caſu eſt vera: vt ſtatim ſupra notaui. In ead. glo.
ibi cum allegat ff qui ſatiſda.cogan.l.2.§.fin. Sed quid eſt in-
4 tereſſe? † Quidam dicunt,quòd valor totius rei,quę petitur.
ita videtur notari in d.l.2.§.fin. Sed hoc poteſt eſſe verum,
quando nunquam ſtetit. ſi autem ſtetiſſet,& vna die defecíſ-
ſet, non videtur teneri, niſi ad intereſſe illius diei: quia nec
principalis in plus tenetur: iuxta.l.ſancimus.C.de iud.& eſ-
ſet abſurdum dicere,quòd fideiuſſor in plus teneretur,quam
principalis ſupra de fideiuſ.§.fideiuſſoris.ff.de fideiuſ. l.græ-
ce.§.illud. Vnde in hoc bene aduerte, quòd fideiuſſor, qui
5 † promiſit iudicio ſiſti, tunc demum tenetur ad totale inter-
eſſe,quando propter morã ſiſtendi actor damnificatur in to-
to: quia forte reus fugit,vel non vult cõparere,propter quod
die,actionis exiuit. nec tunc conuenitur pro intereſſe parti-
culari.ff.iud.ſolui.l.fi.ſed vbi cõparet.nec ab eo poſſunt peti,
niſi intereſſe expenſarũ: non credo,quòd fideiuſſor pro tunc
teneatur in plus. cum nec plus poſsit a reo principali peti. &
hoc no.in ſimili ff.ſi quis ius di.non ob.l.vnica.§. fin. & ideo
videtur quòd non poſsit agi contra fideiuſſorem huiuſmodi,
quandiu principalis eſt præſens & ſoluendo: quia primo de-
beret fieri miſsio in poſſeſsionem,iuxta auth.de fideiuſ.§.ſed
neque. ſed caſu quo pars eſſet abſens: vel non haberet bona:
tnnc fideiuſſor tenetur in principali. & ſic potes intelligere
d.l.fideiuſſor.§.fin.ff.qui ſatiſda.cog. cum l.ſeq. & ideo opti-
mum eſt pœnam ſubijcere ſupra de verb.oblig.§.pen.& hoc
idem,quòd glo.dicit hic: videlicet,ꝙ iudex non poſsit coge
re ad pœnam promittendam,diſputat.ff.de pręto.ſtipu.l.fin.
& hæc procedunt in ciuilibus. in criminalibus poteſt conſti-
tuere pœnam,vel quantitatem deſignare: vt not.in d.§. fin.
ff.de cuſto.reo.l.ſi quis reum. Et eſt ratio: quia ibi non cadit
tale intereſſe.ff.rem ra.ha.l.procurator.§. fin. In ea.glo.cum
allegat C.de fideiuſ.l.antep. Sed poteſt quæri. nunquid con-
tumacia rei noceat fideiuſ. ſi fideiuſſor non fuerit requiſitus,
quod ipſum repræſentaret? in hoc diſt.Spe.an fideiuſ.promi
ſit ipſum exhibere: an ipſa pars promiſit ſe ſiſtere. Primo ca
ſu,opus eſt fideiuſ.requiri. Secundo, non: ſi ſciat reum prin-
cipalem fuiſſe requiſitum: vel forte ei aſsignatum: alias ſic:
vt no.in Spec.de do.& cõtu.§.1.reſtat.ver. ſed pone, promi-
ſi.num.23.videtur etiam,quod in illo vltimo caſu,contuma-
cia rei noceat fideiuſſori.ff.de verb.obli.l.mora. In ea.glo. in
fi.hanc glo.videtur approbare hic Iac.dicit tamen, quòd illa
immobilia debent plus valere,quam res,quæ petitur.ſicut pi
gnus plus,quam debitum, quamuis contrarium reperiatur,
quando fit miſsio in poſſeſsionem iuxta mẽſuram debiti de-
6 clarati. nam tunc fit in eadem quantitate † denario pro dena
rio in authen.de exhi.re.§.ſi vero ſemel: verſi.igitur. hoc ta-
men dicit,arbitrio iudicis remittendum: quod etiam ego cre
do. quia ſi reus condemnetur,& oportet illa immobilia excu
ti: oporteret fieri ſubhaſtationes, & alia, quæ habent ſum-
ptus, qui debent ſolui de bonis debitoris: & ideo fideiuſſor
datur locuples,pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd. cogan.l. ſi vero
pro condemnato.§.1. in ius voc. vt eant.l.1. & hæc immobi-
lia loco fideiuſſoris ſunt: vt d.tit.l.1.pro gl. facit.ff.pro emp.
l.3.[illa lex parum facit, ſed eſt text. in l.ſciendum.ff. qui ſa-
tiſda.co.] Quærit idem Iac. nunquid poſſeſsiones alibi ſitæ,
proſint? Dicit ipſe,videtur expreſſum. quòd ſic.C. de prin.
agen.in re.l.multis.ver.ita videlicet. ibi, cũ dicit: vel in pro-
uincijs,ipſe tenet contrarium.ff.qui ſatiſd. cogan. l.de die.§.
tutor. Quod intelligo verum, ſi bona illa eſſent in alia iuriſ-
ditione: quia ſi in eadem: videtur quòd ſufficiant: vt eo.tit.
7 l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.& l.ſciendum: in prin. † Sed po
teſt quęri nunquid debet dari fideiuſſor,qui poſsideat immo
bilia? videtur quòd ſic: alias nulla eſſet prouiſio huius iuris.
videtur contra:quia nulla lege tenetur. lex enim nihil exigit,
niſi fideiuſſorem locupletem.ff.qui ſatiſd.cog.l. fideiuſſor.in
prin. Spec.videtur dicere,quod talis fideiuſſor, qui non poſ-
ſidet immobilia,non admittatur,niſi in caſu neceſsitatis,quo
reus non poteſt præſtare alium: vt in Spec.de ſatiſda.§.dicto
verſi.quid ſi ſcholaris bon. nu.5. In glo. ſcilicet vbi poſsidet.
hæc glo.concludit,quòd poſsidens immobilia, tenetur iura-
re ſe ſiſtere. & idem tenet in l.ſciendum.in prin. & tamen nõ
ſeruatur de conſuetudine. In ead. glo.in fin. item & quando
8 † nullam cautionem præſtare poteſt.C.de epi.& cle.authen.
generaliter.& l.ſi quis ad declinandã.§.pen.ff.ſi cui plus quã
per l.fal.cum non facile. In glo. vt ſi ſit parens ibi ſecundum
diſt. poſsideat immobilia, vel ne. concludo ergo hic, quòd
9 reus non præſtat cautionem, niſi iudicio ſiſti. † Sed nunquid
iudicatum ſolui,in caſu,quo eſt peregrinus? Pone quod Ale
manus, vel Anglicus cõuenitur Aureliæ, vel in Romana cu-
ria,vbi manet. Spec.tenet,quòd non. & ita dicitur fuiſſe ob-
tentum: vt no.eod.titu.§.dicto verſ.ſed pone, Titius. Item,
quod in hoc §.dicitur,fallit vbi res mobilis petitur.nam tũc,
ſi ſit ſuſpicio: debet res ſequeſtrari: vel cautio exponi a reo,
de ea exhibenda,& nõ baratanda.ff.de off. præſi.l.ſenatuſcon
ſulto.in fi.qui ſatiſd.cog.l.fideiuſſor.§.fin. & ſic reus, qui ſuo
nomine conuenitur: compellitur fideiubere. Item & in alio
caſu.ff.de iud.l.2.§. ſi dubitetur. vide ibi: & quæ ibi notan-
tur, recita hic. Item reus ſuo nomine cõuentus, cauet etiam
in caſu.C.de præſcri.30.ann.l.ſi quis emptionis.§. fi.ff.de bo.
author.iud.poſ.authen.ei qui iurat.in authen.de exhib.& in-
tro.re.§. ſancimus. & in tali caſu, etiam actor cauet extra de
dolo & contu.c.actor.§.fin.lib.6. Sed hi caſus ſunt ſpeciales.
10 de quibus poſſes oppoſitiones facere. † Item, quæ in hoc.§.
dicuntur, quòd reus non tenetur dare cautionem, niſi iudi-
cio ſiſti: intelligitur de cautione,quæ vadit ad litis ordinatio
nem: ſed quandoque dat alias: quando ad hoc principaliter
agitur: vt cautio de damno infect. vt per totum tit. de dam.
infect. & de legatis præſtandis,adueniente die, vel conditio-
ne: vt toto ti. vt le.no.ca. Item.ff.de iud.l.in omnibus.quan
doq; etiam, quando non principaliter agitur. ad hoc cauet
acceſſorie. vt in materia de ope. no. nun. & de remiſsionib.
de quibus iſte.§.non loquitur.

a Adnotatio. Sed hodie hæc. Conuentus ſuo nomine, quacunq; actione, nõ ſatiſdat iudicatum ſolui: ſed de iudicio ſiſti, ſi non poſſidet immobilia: quæ aliquando eſt cum fideiuſſore, aliquando vero non.

1 *Dubitans quando admittendus.*
2 *Dubium qui fiat.* 5.8.12.
3 *Procurator quando caueat. &* 4.
6 *Certum.* 9.
7 *Aſſerens quid probet.*
10 *Tranſactio quando dubia.*
11 *Incertum quid.*
13 *Mandatum dubium an admittendum.* 14.
15 *Procurator, negato mandato, an admittendus.*
16 *Procuratorem quæ non ſubmoueant.*
17 *§. ſinautem ſenſus.*
18 *Sigillo quando fiat fides.*
19 *Mandatum quæ probent.*
20 *Cautio cur inuenta.*
21 *Procurator quando admiſſibilis.*
22 *Procurator admiſſus an repelli poſſit.*
23 *Procurator in rem mandatum ſolum probet.*
24 *Procurator præſentis an admittendus.*

SI NAVTEM. Super text. vel infertur ex parte actoris:
vel ſuſcipitur ex parte rei. In actoris quidem perſona,id eſt,
ſi ex parte actoris procurator interueniat. In glo.id eſt quod
dominus. ibi.ff.de ſolu.l.4. vide plenius de hoc ff.de iureiur.
l.iuſiurandum, quod ex conuentione.§. procurator. in qua-
dam additione, in qua pulcherrima reperies de hac materia.
communiter tamen non habetur,ſi non habeas, ſcribe. eam.
1 † In eadem glo. ibi: ſed Ioan.opin.videtur verior. Iacob. de
Ra.dicit,ꝙ opi. Bul. videtur magis probabilis: quia quando
dicit,dubito,reus cõfitetur rem dubiam. Idcirco,nõ mirum,
ſi admittitur cum cautione. Sed quando dicit: nõ habes man
datum, tunc ſine dubio reſpondendum eſt:nec res eſt dubia.

Idcirco,

Idcirco, non mirum, ſi non admittatur, cum cautione de rato. 2 † Pro euidentia tñ horum, quæritur, qñ ſit dubium de mandato? & ſcias, ꝙ gloſ. tenent, ꝙ per negationem rei: per. l. 3. C. qui. ad li. procla. non lic. Sed hoc reprobat Iac. nam illud verum eſt, ꝙ per negationem efficitur res dubia in præiudicium affirmantis, & ad eius incommodum, ſed nõ ad eius cõmodum. Hic aũt eſſet eius commodum, qđ admitteretur. Vnde ſi ego peto a te c. cauſa mutui: & tu negas, & ego nihil probo, propter negationẽ, non eſt res dubia: imo certa, ꝙ tu non teneris: alias, iudex non iudicaret, qui iudicat de certis: & tñ certũ eſt, quod hoc caſu iudicat: vt l. qui accuſare. C. de edẽ. & ad hoc adducit ff. de carb. edi. l. 3. §. cauſæ. vbi videtur concludere, rem eſſe dubiam, qñ datur aliquid ab altera partiũ; quòd poſsit facere rem dubiam. Sed vbi per alteram partem nil datur: non videtur dubia. & ad hoc vltimum facit §. duæ. in fi. eiuſd. l. & ibi ſolum dicit, procuratorem admitti cũ cautione, qñ oſtendit aliquid: quia forte docet de mandato, per vnum teſtem: vel per inſtrumenta, ſigillis, vel ſignis notariorum ignotis, ſigillata, vel ſignata: alias dic non admitti. Et ex
3 hoc † concludit, quod hæ opi. quæ hic recitantur in glo. non procedunt, videlicet, ꝙ eius ſit electio comparere volentis, vel rei: quia neutrius eſt. nam ſi procurator non docet plene de mandato: tunc neceſſario habet præſtare cautionem, ſi velit admitti. quam reus refutare nõ poteſt. Ideo fruſtra agitur inter doctores de electione huiuſmodi. Hanc opi. Iac. ſequuntur omnes docto. noui, contra illa, quæ notantur in l. 1. C. de procu. & l. non ſolum. §. qui alienum. ff. de proc. vbi plenius not. quam alibi. hanc etiam opi. Iac. tenet Spec. tit. de ſatiſda. §. viſo. ver. ꝙ ſi dubitetur. & verſ. ſed qualiter poteſt dubitari. nu. 3. opi. vero gl. ſequi videntur canoniſtæ. vt no. in gloſſ. extra de proc. c. 1. Hoſt. in ſum. eo. ti. de procu. Quid ergo ſequemur in tam quotidiano opere? Scio, quod iudices quãdoque ſequuntur opi. gloſſ. contra quam faciunt rationes ſupra inductæ pro Iac. Item quia ſi illa opi. vera eſſet: non eſſet differentia in effectu, inter coniunctas perſonas, & alias non coniunctas: quia coniunctæ perſonæ debent cauere de rato: vt l. Pomponius. §. fin. ff. de procu. quod tamen videtur contra mentem iurium, quæ videntur ſpeciales coniunctas perſonas admittere, cum cautione de rato. Nam ſicut coniuncta perſona admittitur cum cautione de rato: ſic etiam quæcunque, ſaluo quod extraneus ſimplici verbo affirmabit ſe habere mandatum. quod eſt valde facile, præſertim in terra man-
4 datorum: & vbi non vocati ſe cauſis ingerunt. † Præterea cautio hæc admittitur, vbi incertum eſt de mandato: vt l. 1. C. de proc. nunc ego probo, quod propter affimationem, & negationem non efficiatur incertum: & arguo ſic. illud, quod de ſe, & ex natura rei, uel iuris, eſt certum, non deſinit eſſe certum, nec dubium efficitur per ſimplicem affirmationem, & negationem. Sed conſtat, quod de iuris præſumptione, ſeu natura rei, nullus præſumitur habere mandatum ab alio, niſi
5 oſtendat: ergo ſequitur ꝙ affirmatio illius, qui dicit ſe † habere mandatum: & negatio illius, qui dicit ipſum non habere mandatum, non faciunt rem incertam, nec dubiam. Maior probatur per infinita iura. nam ille, qui habetur notorie pro laico: non habetur pro clerico, per affirmationem, & negationem, vel econtra. nec ſimpliciter affirmatio, nec negatio ſuper hoc, facit rem dubiam: imo, niſi detur aliquid: habetur pro tali, qualem ius præſumit: extra de ſent. excom. c. ſi iudex lib. 6. ſic colonus, qui ex longa, & diuturna præſtatione colonus eſt, ſi negauerit ſe colonum, non facit rem dubiã, niſi aliud præſtet. C. de agric. & cenſi. l. litibus. & ingenui ſtatus non efficitur dubius per affirmationem alterius, niſi de contrario doceatur. ff. de liber. cauſ. l. liberis. §. fin. de acqu. poſ. l. 3. §. ſeruus. Cum igitur, ex diſpoſitione iuris certiſsima & notoria nullus agat pro alio, niſi habeat mandatum: uel ni
6 ſi ſit certum, an habeat: & illud, quòd eſt † notorium, & certum, an habeat: non poteſt dici dubium, nec incertum, per negationem ſimplicem, niſi aliquid detur ad contrarium, per iura prædicta: ſequitur, quod procurator affirmando ſe habere mandatum, non facit rem incertam, niſi aliquid oſtendat. pluſquam enim ridiculum eſſet, dicere, quod ſi apud acta factus eſſet procurator, quòd compelleretur ſatiſdare, per negationem: niſi de reuocatione, vel alias aliquid doceretur: imo cenſetur de iure certiſsimum, quod nõ C. de ſatiſda. l. 1. ergo ſic econtrario, vbi nihil conſtat de mandato, pluſquam ridiculum eſſet dicere, quòd admittitur cum cautione, niſi aliquid detur: cum hoc ſit ita de iure certum. Et hoc etiam
7 probatur, nam vbi aliquis ſe talem affirmat: † & tanquam talem petit ſe admitti: alius negat eum talem, nunquam aſſerens admittetur. niſi dẽ hoc doceat, vel ſemiplene. vnde ſi aliquis dicat ſe filium, & petit ſe ali. & pater neget. non prouidetur filio, niſi ſit res dubia, & non dicitur res dubia, niſi filius aliquid probet pro ſe. ff. de agnoſ. libe. l. ſi quis a liberis. §. ſi vel parens. & §. ſolent & l. ſi neget. C. de proba. l. cum te. Igitur &c. Idem uideo in propoſito. & pro hoc facit bene ff.
8 de ventre. in poſſeſ. mitten. l. 1. §. ſi ea. † Præterea, certum eſt, quod affirmatio ſingularis perſonæ non facit rem dubiam, in præiudicium tertij: ſed in præiudicium affirmantis ſic: ſicut Iaco. ſupra allegauit, ſed non probauit, poteſt tamen ſic probari. Nam hæres, qui ſe aſſerit dubitare de viribus teſtamenti, vel de conditione teſtatoris: non poteſt adire: quia dubius eſt. Hoc verum, quo ad ſe, & vtilitatem ſuam: ſed non quo ad tertium, impeditur enim aditio: nec fit res dubia: vt ff. de acquiren. hæred. l. hæres. cum ſua materia. ff. ad Trebell. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. pro opi. gloſſ. facit d. l. 3. C. qui. ad li. procla. non lic. cum ſuis concord. Item interdictum de tabulis exhibendis datur, quando eſt incertum, an reus poſsideat tabulas, & eſt incertum per ſimplicem negationem. ff. de tabu. exhiben. l. 1. §. ſi quis forte. Item cum lex dicat admitti procur. cum cautione, quando eſt incertum, & non exigit aliam probationem, credendum eſt, quod ſi voluiſſet adhiberi aliam probationem, hoc vtique experſiſſet, ſicut exprimitur C. de mand. princ. l. vnica & pro hoc facit optime iſte tex. qui dicit, confirmauerit &c. quaſi nihil aliud requiratur. Item incertum eſt, quod de ſe non apparet: vt l. ſtipulationum. cum l. ſequen. §. 1. 2. 3. & 4. ff. de verbor. obliga. Si igitur non apparet de mandato, ſine dubio conſtat in-
9 certum eſſe. vnde non mirandum de hoc, quod per † aſſertionem vnius efficitur res dubia. Hoc enim frequenter reperitur. nam ſi mulier, quæ paritura eſſet ſuum, dicat ſe prægnantem, facit rem dubiam in tantum, quod hæres adere non poteſt. ff. de acqui. hæred. l. cum quidam. §. quod dicitur. nunquid denuntiatio, quæ fit cum cauſa, quæ non eſt, niſi ſimplex aſſertio, debet reddere dubium denuntiatum? dic quod ſic. C. de rei vendic. l. ſi fundum. ff. quæ in frau. cred. l. ait prætor. §. ſi quis particeps. Præterea, pro hoc facit: quia transa-
10 ctio fit de re dubia, & incerta. conſtat autem, quod † nedum dicitur dubia, ſi probetur aliquid ab actore: imo & ante omnem etiam probationem. quinimo, & ante omnem etiam propoſitionem iudicialem. & etiam per controuerſiam extra iudicialem: vt ff. de tranſact. l. 1. iuncta l. 2. C. de tranſact. con
11 cluditur † ergo, quod nedum, quid dicitur incertum, ſi aliquid probetur ex parte aſſerentis: quinimo, & ſi nil detur: dumtamen controuerſia ſit. Nam per litis conteſt. efficitur res dubia. C. de iudi. l. rem non nouam. §. patroni. quinimo, & litigioſa. & in aliquibus actionibus per ſolam controuerſiæ motionem: vt patet C. de liti. per totum. & maxime. l. 2. cum authen. ibi poſita: & tamen conſtat, quod ante litis conteſta. nihil probatur in cauſa principali: vt l. exceptionem. C. de probationib. & ſic ſine aliqua probatione efficitur res dubia. Quare concludendum videtur pro gloſſ. & pro eius opinione: & pro parte glo. faciunt text. Lex enim dicit quod procuratori, qui cauet de rato, non poteſt opponi exceptio procuratoria ideſt quod non habet mandatum. ff. man. l. fideiuſſor. §. quædam. hoc vult dicere tex. niſi fiat ei calumnia. ff. de damn. infect. l. inter quos. §. alieno. & pro hoc facit extra de offic. delega. cap. coram. vbi procurator fuit admiſſus cum cautione, nulla alia facta probatione. & ibi videtur quaſi expreſſum. Et ad rationes inductas ad contrarium poteſt reſponderi. Primo ad illam, quod ſi ſequamur illam opinionem, non erit differentia inter coniunctas perſonas, & alias: quin imo eſt magna. nam perſona coniuncta, non habet dicere, habeo mandatum: alias ſic. & quando opponitur, quod quo ad effectum huius videtur idem: hoc non eſt verum, &

maxime exacto iuramento:vt infra dicetur. Item non obſtat.
12 Illud,quòd de ſe certum eſt iuris diſpoſitione, † non efficitur dubium per ſimplicem negationem, quia hoc verum eſt, quo ad hoc, vt quis aſſequatur aliquod emolumentum ſuper negante. Sed hoc aſſerens nihil aſſequetur: ſolum enim admittitur abſque damno negantis,cui habebit omne intereſſe reddere.Item non efficitur dubium, niſi aliquid probet: vel det vltra.hic autem dat vltra, videlicet cautionem, quam legiſlatores rati ſunt ſufficere,quo ad hoc,quòd quis ad agendum admittatur : quia ex hoc non periclitatur cauſa.& in talibus,quæ cauſæ non parant perpetuum præiudicium, ſed eã præparant, facilior eſt tranſitus.ff. ad exhi.l. 3.§. ſciendum.
13 † Vnum tamen credo conſiderandum, ꝙ iudex debet ſummatim videre, an ſit talis perſona, quæ faciliter in talibus mentiretur, vel non.& quicquid ſit, ſuper hoc exigere iuramentum,videlicet, an mandatum ſit,vel non,ſi pars hoc requirat. & ſi non iuret ſe habere mandatum:debet eum repellere,ſi iuret ſe habere mandatum, admittetur cum cautione. etenim in talibus præparatorius ſufficit iuramentum. ff. ad exhib.l.3.§.ſciendum.vbi not.in ſimili. vide ibi multas concor.ſuper hoc.vnde in decret. coram ſufficiebat pro comparente,quòd haberet proceſſum cauſæ, ex quo præſumi pote
14 rat mandatum,tali quali præſumptione. † Quid enim ſi aliquis homo fidedignus, & frugi, qui abſens frequenter alium conſtituit procuratorem, comparuit pro ipſo, nunquid non facilius debet admitti cum cautione, quam ignotus vagabundus,vel baratator, qui dat fideiuſſ.baratatorem? Hæc omnia debet iudex bonus aduertere, & calumnias repellere.ff.vt in poſſ.leg.l. ſi is a quo. §. 1. de peti. hæred.l. poſtquam. & ad hoc bene facit ff.vt leg. no.ca.l.poſtquam.§.ſi dies. Concluditur ergo,ꝙ vbi negatur mandatum:admittitur procu.cum
15 cautione,adhibito ſaltem iuramento.†Quid ſi reus non negat comparentem habere mandatum.ſed dicit, doce de mandato.ſicut tota die fit in curijs? Quidam dicunt,ꝙ iudex debet eum interrogare, & tenetur ſuper hoc reſpõdere.verius credo, quòd procurator debet offerre cautionem : & poteſt dicere,amice,ego non poſſum, vel nolo docere de mandato: ſed ecce cautionem de rato. in talibus enim, quæ vadunt ad ordinationem litis, non fit conteſtatio : vt conſueuit dici C. de litis conteſt.l.1.Credo tamen,quòd ſi procur.peteret reũ interrogari ſuper hoc facto ſuo, vel ſcientia ſua quod deberet reſpondere, ſicut ſi diceret, tibi conſtat de mandato:quia te pręſente mihi mandauit.Et credo,quòd per iuramentum, quia in quolibet articulo, etiam ante lit.cõteſta.iudex poteſt interrogare, & facere iurare de malitia.c.pen.§.ſi.de iura.calum.lib. 6. & poſſet committi malitia in onerando eum cautione.C.de epiſ. & cler.l.omnes.§. præterea.Quid ſi procurator docet plene de mandato,reus ſemiplene de reuocatione mandati?Ia.de Ra.dicit,quòd non debet cauere.Pet.dicit contra, per l. vulgo.ff. de admi. tuto. pro quo facit extra de
16 procur.c.ex inſinuatione. † Quid ſi ſit certum de mandato, opponitur tamen alia exceptio, forte contra perſonam,quia ſit religioſus,& profeſſus:vel ſacerdos cõſtitutus a laico, vel miles:vel aliquid quòd longam poteſt requirere indaginem: ipſe offert cautionẽ,ne cauſa ſui domini retardetur:nunquid debet admitti?videtur quòd ſic.ff. de ſtat.li.l.ſtatuliber ratio nẽm.C.de teſti.auth. ſi teſtis.Quid ſi oſtẽdat mandatum per literas:verũtamen pars aduerſa dicit literas falſas. ſuper quo magna requiritur indagatio? Videtur idem.& tamen Specu. hoc caſu, dicit cõtra:vt no.in Spe.de procu.§.1.ratione autẽ formæ.verſi.item quòd non ſunt.Sed ego non video, cur nõ admittatur:cum hoc caſu mãdatum efficiatur dubium, vt ff. de acqui.hæred.l.cum falſum.Qui vellet ſuſtinere aliam opinionem, poſſet dicere, quòd ſit ſpeciale, in crimine falſi:vbi iudex nulla interlocutoria debet iudicare,quæ ſentiat poſtrema ſententia, quòd ſibi licet prodituros.C.de fal.l.vbi.& ſic ſupponitur,quòd ante ſententiam ſuper facto,nihil faciendũ ſi nec innouandum.Sed poteſt dici,quòd ſine literis debet admitti cũ cautione de rato.vt ſupra dixi,quòd & hoc caſu admittatur, nec ſubibit propter vſum examinationem illius falſitatis, niſi velit:vt l.ſi falſos.C.de fal.Sed quæritur, quæ literæ ſufficiant ad probandum mandatum. Ad hoc reſpõdet ſic text.ſi mandatum in actis inſinuatum ſit: vel præſens domi-
17 nus perſonam procuratoris ſui confirmauerit.&c. Sed † vt melius intelligas,videtur quod iſte tex.idem repetat ponendo hos duos caſus:& quod ſint idem:nam acta ſunt,quę fiunt in iudicio,& in hoc differunt ab inſtrumento,quod fit extra: vt not.C.de eden.l.is apud. Igitur idem eſt mandatum actis inſinuare, vel dominum præſentem in iudicio perſonã procur.confirmare:quia ſemper in actis ponitur.Et reſponde ad gloſſ.C.de ſatiſd.l. vnica. vbi eſt quaſi ſimilis text. quod iſta verba. ſi mandatum actis inſinuatum eſt, &c.hæc verba volunt dicere, quando dominus coram iudice, in initio cauſæ conſtituit ſuum procuratorem, abſente parte, vel præſente. Sed ſequentia intelliguntur,quando præſens,& in pręſentia partis in iudicio confirmat.& ſic primus caſus loquitur,quando abſente parte. ſecundus, quando præſente. Iſta expoſitio videtur bona,quantum ad tex.illum de ſatiſda. C.l.vnica.hic tamen non ſunt illa verba ad literã.Vnde potes dicere,quòd iſte primus caſus loquitur, quando probauit mandatum, & fuit actis inſinuatum.i.copia, ſeu probatio in actis inſerta,domino præſente, nec in iudicio comparente. hoc enim caſu non compellitur ſatiſdare: imo nec amplius exhibere mandatum.extra de teſti.c.Alber.per Inno.in Spe.de proc.§.ratione.verſi. ſi. nam mandatum poteſt probari per inſtrumenta, vel per literas ſigillo authentico ſigillatas: vel ſigillo conſtituentis:vt not.gloſſ.in d.l.vnica.C. de ſatiſdan.ff.de proc.l.ſi procuratorem. & vide quod ſcripſi ſupra de teſt. §.poſſunt. ſed ſecundus caſus,quando in actis conſtituit,vel confirmat. Sed quid ſi conſtituens habet diuerſa ſigilla: vnum pro negotijs proprijs:aliud ad contractus,vel cauſas:quia eſt forte iu-
18 ridicus?Inno.dicit,quod ſigillum † ad cauſas non faceret fidem:vt no.extra de appel.ca.ſignificauit.quod intelligo,niſi cancellarius,vel ſigillifer, ab eodem conſtitutus atteſtaretur in literis ſuis, quod idem dominus conſtituiſſet procuratorem coram ſe, & ſuppoſuiſſet ſe illi ſigillo.vide in §.poſſunt vbi ſcripſi, quod hoc non ſufficeret, vbi ſcriptum eſſet in litera alieno ſigillo ſigillata.& per hoc non aduerſor illis,quæ ibi ſcripſi.Quid ſi procurator non oſtendit literas, ſed ſigillum domini? Dicit Archid.quòd non ſufficit:extra de proc. c.quamuis.lib.6.vide in Spe.de procura.§.reſtat.verſi.quid ſi
19 habet. Sed quęritur, nunquid mandatum † poſſit per teſtes probari. Azo in ſumma[de procu.C.§. vbi autem dubitatur] dicit, quod ſic.Iaco.dicit, hic contrarium. & idem ſequitur Pet.& noui doc.in d.l.1. C.de proc.Ber.ſequitur opi.Azo.extra de procu.c.1.Spe.vacillat de procu.§.ratione autem formę.ver.porro. Pro opi. Iac.facit iſte text.cum dicit : ſi non mandatum actis &c.ſupponendo quòd per acta, & ſcripturam debeat probari mandatum:vt d.l.vnica.C.de ſatiſdan.ff rem ra.ha.l.ne ſatiſdatio.in contrarium facit C.de fide inſtr l.in exercendis. & maxime quia ſi legiſlator hoc voluiſſet hoc dixiſſet,ſicut facit in mandato principis.C.de man.prin l. vnica. Credo quod cũ procurator debeat venire inſtructus & per eum non debeat cauſa protelari, nec conditio partis deterior fieri. ff.iud.ſolui.l.iam tamen.§. ſi tamen plures. ff. de procu.l.non tamen. quod non debeat admitti ad probandum per teſtes, per hanc literam:& per d.l.vnicam.C.de ſatiſdan.de iura.cal.l.2.§.ſin autem.il ſecondo.Et ad hoc faciũt iura canonica, quæ quaſi ſemper loquuntur de procuratore ad lites extra de proc.c.1.in cle.de elec.cap.procurator.li.6. Idem tamen Ia.dicit, quod ſi teſtes eſſent parati,& poſſet fieri prompta fides:quod deberet admitti.Pro quo facit[bonus text.in l.3.§.duę.ff.de Carbo. edict.] Nam hęc ſatiſdatio eſt quaſi ſubſidiaria: ideo ſi incontinenti probari poſſit: ad eam non recurritur.ff.vt in poſ.leg.l.ſi is a quo.in princ.de Carb. edic.l.3.§.cauſæ.& §.duę. Crederem citius, nõ debere teſtes admitti etiam hoc caſu. nam iura hic dant certam formam conſtituendi proc.ad euitandũ onus cautionis: igitur alia nõ eſt admittenda.Nam alias tex.eſſet diminutus,& inſuffiiciẽs.
20 Pręterea,remedium cautionis † eſt inuentum propter indemnitatem, & ſecuritatem partis.Si teſtes admitterentur, pars remaneret ſine ſecuritate, ſi dominus non ratificaret. nam illa probatio,quę facta eſſet abſente domino,non pręiudicaret ei:qa res inter alios acta &c.& no. in ſimili in Spe.de reſcri.

reſcrip.præſen.§.1.igitur.verſic.quid ſi excipitur. & per do
cto.C.de procu.l.licet; & ibi ſcripſi. igitur iniquum eſſet,ꝙ
teſtes,ſuper hoc admitterentur: ſed quando exhibentur lite
ræ.illæ retinentur, & faciunt ſemper fidem contra dominũ:
vel publicantur, & ſi opponatur: quomodo publicatio lite-
rarum magis quam teſtium facit fidem,non vocato domino?
Reſponde per ea quæ Inno.no.extra.de teſti.c. Albericus.
Et hanc opi.teneo indubitate: præſertim vbi ille,qui compa
rere vult,eſt homo vilis vitæ,vagabundus,brigoſus, & calũ-
nioſus,per l.poſtquam.§.ſi dies.vt le.no.cap. ſupra alleg. per
quam ſatis concluditur,quòd talis docere debeat per ſcriptu
21 ram. † Quid ſi procurator mandatum exhibet,quod impu-
gnatur, vel in dubium reuocatur, & offert cautionem in ca-
ſu,quo mandatum non eſſet ſufficiens: vel nullum forte ex-
hibet,ſed offert cautionem ſub conditione,ſi non poſsit doce
re de mandato? Doc.conſueuerunt dicere,quòd debet admit
ti.ff.de dam.infec.l.prætor. Quid ſi contineatur in manda-
to,ꝙ dominus facit eum procuratorem,ſaluis exceptionibus
ſuis doct.iuris cano.determinant, ꝙ debet admitti; extra de
dila.c.fi.& non poterit omittere exceptiones, quas alias poſ-
ſet.extra de off.deleg.c.cum olim. cum ibi no.per Inn. Quid
ſi in procuratorio contineatur,quod dominus ratificat, quæ
per conſtitutum legitime fient? Doct. dicunt, quod non eſt
admittendus: vt no.Hoſt.in d.c. & Spe. tit.de procu.§.ratio
ne.verſi.item excipitur,quid ſi in principio procuratorij con
tinetur,quòd dominus dat poteſtatem agẽdi, & poſt in clau.
ratum,& gratum habiturum,quæ communiter conſueuit ap
poni in procuratorijs,ponuntur hæc verba,quæ cum eo, ſeu
per eum legitime acta fuerint? videtur, quod procedat, ex
quo a principio fuerat data lata: & debita poteſtas,nec ꝙ il-
la clauſula reſtringat.ff.de leg.3.l.pater.§.fundum. extra de
dona.c.dilectus.Verius videtur contra: quia illa clauſula to-
tum reepilogat.ff.de leg.3.l.nomen.§.fin.de vi. triti. & oleo
leg.l.fi.§.fi.de acquir.poſ.l.ſi is qui. Quid ſi procurator fuit
22 admiſſus † cum cautione de rato: vel forte cum literis: ſed
non habet ſpeciale mandatum iurandi, quando venit ad iura
mentum calumniæ? Repellitur: quia non habet ſpeciale mã
datum per authenti.principales. C. de iura.calum. extra eo.
tit.c.fi.lib.6. Procurator dicit ſe habere ſpeciale mandatum
ad hoc,& vult cauere: nunquid admittetur? Videtur quod
ſic,per ea quæ ſcripſi ſupra tit.1.§.fi. Quid ſi peruenit vſque
ad ſententiam,in qua audienda requiritur ſpeciale mandatũ,
ſecundum quoſdam,C.de tranſa.l.tranſactionis? Videtur idẽ
per eandem rationem.vide quæ ſcripſi in d.l. tranſactionis.
& infra eod.verſic.alia. Quid ſi vult cauere de rato,pro il-
la die ſolum qua comparet? Dic ꝙ auditur, ſi dicat ſe ſo-
lum conſtitutum ad illam diem iuxta l.3.ff.de procu.Secus ſi
diceret ſe conſtitutum ad aliam cauſam. idem in defenſore.
vide in Spec.de defen.ver.quid ſi defenſor.& infra eo.§.ſi ve
ro.Sed quid in arbitris:an procurator debet cum cautione ad
mitti?Spec.dicit ꝙ ſic,in tit.de ſatiſda.§.viſo.verſi.item quę
ritur.num.8.arbiter tamen bene poteſt iubere partes adeſſe.
ff.de arbi.l.non diſtinguemus.§.ſi domini. Quid in extraiudi
cialibus?V.g.aliquis nomine alterius, appellat iudicialiter,
vel extraiudicialiter a grauamine, & petit apoſtolos; non do
cet de mandato: ſed offert cautionem; nunquid debent apo
ſtoli ei dari: vel ſi pro alio offerat pecunia,vel aliquid aliud,
ne tempus ei currat? Et videtur quod ſic; quia ex quo admit
titur iudicialiter ad agendum: requiritur perſona magis ha-
bilis,& maior ſolennitas, quam in extraiudicialibus; vt dixi
ſupra qui.& ex quib.cau ma.non poſſ.§.ead. extra de procu.
c.qui ad agendum.lib.6.videtur, quòd in extraiudicialibus.
de hoc videtur expreſſum.ff.de ope.noui nun.l.de pupillo.§.
qui procuratorio.Sed contra.ff.rem ra.ha.l.non ſolum.in eo,
quod ibi dixi, ſi vicem præſentat &c. quaſi dicat quod niſi
præſentarent,non admitterentur pro hoc: quia quamuis pro
curator admittatur ad agendum cum cautione, non tamen
fit ei ſolutio ff.de ſolu.l.vero procuratori.& facit ff. vt le. no.
23 ca.l.2. Quid in procu.in rem ſuam? † Reſpondeo, non
habet cauere,ſed probat mandatum,ſeu ceſsionem in proceſ
ſu,alias cadit: vt no. in Spe.de inſtru. edi. §. nunc dicamus.
verſic.ſed quid ecce. ſecundum hoc ergo admittitur procura
tor cum cautione de rato. & hoc verũ,ſi dominus ſit abſens.
24 † Quid ſi ſit præſens? Videtur, quod non admittatur,
niſi dominus perſonam eius confirmet, per hunc tex. & hoc
dicit Iaco.de Ra.& cenſetur præſens,ſi ſit in ciuitate,vel pro
pe.& hoc vult dicere l.præſens.ff. de procura.& ibi not. Et
eſt bona ratio: quia hæc cautio præſtatur in dubio: & idcir-
co ſi ilico poſsit fieri certum, non debet admitti, ſed facit
certum,ſi vult.ff.vt lega.nom.ca.l.ſi is a quo. & hoc ſatis ple
ne probatur ff.de procura.l.mutus.§.is qui. & idem in defen
ſore ex parte rei: vt not.in d.l. præſens. Sed in hoc obſtat
ff.de ſolu.l.ſolutionem. quia ſi inuitum defendit, multofor-
tius præſentem. Sed dic,quod inuitum defendit, ſi aduer-
ſarius hoc velit: non alias. ſecundum Iac.de Ra.& Spec.tit.
de defen.ver.ſed nunquid. contra tamen videtur notari in-
fra §. ſi vero. ſed hoc probabilius. & facit infra eodem §. ſi
vero reus. a contrario ſenſu. Et idem dicerem, ſi diceret
ſe conſtitutum coram notario; ſed diceret inſtrumentum
non erat gloſſatum:& in omni caſu,quo breuiter poteſt fieri
certum per dictum §. is qui. Poſſet etiam quæri per quæ
verba interponatur hæc cautio? de quo ſatis ſcripſi ſupra de
inuti. ſtipula. §. ſi quis alium. item cum dicit hic compelli-
tur.in tex.intellige cauſatiue,ſi velit admitti. Item dic,quòd
procurator actoris compellitur dare cautionem,de ſuſcipien
da lite,ſi aduerſarius velit ipſum reconuenire:vide plene. C.
de ſatiſda.l.1.& ibi ſcripſi.

1 *Pater quando caueat.* 3.
2 *Cautionis tutoriæ effectus,*
4 *Procurator dat duplicem cautionem.*

EODEM Obſeruando. In gl. vt ſunt patres, vide ſupra
tit.1.circa prin.& not. bene, quod hic nota. quod iudex agit
nomine villæ, quam regit. In gloſſ.ſ. per procuratorem.
ibi cum allega.ff.de procura.l.1. Caue tamen: quia prælati
eccleſiarum; qui agunt nomine aliorum conſtituunt procu-
rato.ante litis conteſt.vt plane ſcripſi in d.l.neque.& vide ſu
pra de cura. §. fin.& facit iſte §. quod executores vltimarum
voluntatum poſsint facere procura. in eo, quod generaliter
loquitur de omni perſona,quæ alienarum rerum.&c.de quo
ſcripſi in d.l.neque. In ea.gl.ibi,cum alleg. §.diſſenſionem.
iſta gl. miſcet patrem; tutorem, & alias perſonas: & tamen
non eſt eadem determinatio. nam tutor,& aliæ perſonæ non
cauent, ſi conſtet de eorum fundamento: vt l. hic alleg. ſed
1 pater,† qui eſt fundatus authoritate iuris, cauet, ſi non do-
ceat de expreſſo conſenſu liberorum.vide C. de bo. quæ li.l.
fi.§.vbi autem.& ita debet intelligi, quod no. ff. qui ſatiſda.
cog.l.filiusfami.vel ſi agat,vel conueniatur, alias quam pro
aduentitio, vel profectitio peculio: vt ibi not.
In ea.gloſſ.ibi cum dicit: non ſic.Sed quis eſt effectus? Po
2 teſt † dici ꝙ magnus: quia ſi caueret de rato: ſtipulatio com
mitteretur,ſiue eſſet verus tutor,vel non, pupillo nòn rati-
ficante.ff.rem ratam hab.l.ſi ſine.§.cum autem.& §. marcel-
lus.ſed ſecus vbi cauet,ꝙ reus dãnum non ſubibit.ff.de dam.
infect.l.prætor.§.1.& hoc ſequitur Dy.in l.vulgo.ff.de adm.
tuto. Sed cur non idem in alijs adminiſtrationibus,ſicut in
tutoribus? Quantum eſt de patre, apparet quod eſt ſepa-
rata ratio: quia patris poteſtas, non reuocatur in dubium;
ſed ſolum an habeat conſenſum liberorum, ſed in alijs admi-
ſtratoribus videtur idem, quod in tutoribus, cum ſit eadem
3 ratio; videlicet quod caueant per modum tutoris. † Sed
quid ſi poteſtas patris reuocatur in dubium: quia forte præ-
tenditur aliqua dubia emancipatio: vel dicitur filium non eſ
ſe legitimum?Ego non video, cur tunc non debeat eſſe idem
modus cauẽdi in patre,ſicut in tutore. ſatis tamen poteſt di-
ci ꝙ l.vulgo.ſupra alleg.loquatur de cautione de rato: & ſa-
tis apparet: quia ex quo loquitur de ea, in principio, nec
expreſſe diuertit ad aliam,ꝙ de ea intendat, ſicut in fine, ex
contextu verborum.ff.de teſtamen.l.hæredes palam.§.ſed &
ſi notam.de leg.1.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.Et ex his no. quòd
omnes agentes nomine alieno, debent oſtendere fundamen-
tum legitimum, vel cauere de rato: ſi ſit dubium. & ita
videtur de prælatis, & perſonis eccleſiaſticis: vt ſcripſi C.

de procur.l.1.& ad hoc bene facit.C. de eo qui pro tuto.nego.geſſit.l.2. vbi videtur, quod poſſit fundamentum impugnari.& ita ſupponitur,quod fuit exhibitum . In fine eiuſdẽ glo.iſta glo.non videtur procedere,quia omnes ſatiſdant, ſi fundamentum ſit dubium,ſicut procur. & non ſit dubium illius,ſicut nec procur.vnde videtur idem vtrobique.ſed forte glo.voluit loqui de diuerſitate modi cauendi, de qua ſupra locuta eſt. Et caue: quia ſi poteſtas, ſeu fundamentum talium gubernatorum in dubium reuocetur, & etiam funda-
4 mentum procurator. oportet † quod procurator præſtet duas cautiones: vnam qualem conſtituens præſtaret: & aliam de rato. pro primo fundamento,vide plenius. ff. rem ratam habe. l. actor. in princip. idem poſſet aſtrui, quod quamuis procurator admittatur cum cautione, etiam ſi nihil exhibeat: nihilominus tales gubernatores debent aliquid exhibere. & poteſt eſſe ratio: quia cum maiori ſolennitate fiunt: & ideo veriſimilius eſt, quod poſſit inſtitutiones ſuas exhibere, potius quam procurat. cui frequenter verbo mandatur.

1 *Notarius ſtipulatur.*
2 *Dominus pro procuratore caueat, qui accipiendum. &* 3.
4 *Dominus qui caueat, & cur.* 7.
5 *Cautio domini non ſuperfluit, ſed utilis eſt.*
6 *§. Si uero, limitatur.*
8 *Adminiſtrator quibus bonis caueat.*
9 *L. neque ſenſus.*
10 *Cautumne ſatis una re.*
11 *Caueatne pro ſubſtituto.*
12 *Caueaturne recte pacto.*

SI vero aliquis.In glo.1.debet in fi.dic melius,vt dixi §. ſi autem.& not.d.l.præſens.& patet.ff.iudi.ſolui.l.ſi ad de-
1 fendendum. † In gloſ.actori.in fi. Dic notarium debere ſtipulari parte abſente,& de iuſſu iudicis.ff.rem pupil.ſal.fo. l. 2.in princ.vide plenius ſupra de inuti. ſtipul. §.ſi quis alij. Vſus tamen cauſarum recipit ſtipulationem notarij ſimpliciter hoc caſu,quicquid ibi ſcribatur. Quia iſte §. videtur minus ſufficienter gloſſatus: pro aperiendo magis eius intellectum,quæremus,& opponemus. Primo opponamus,
2 text. dicit,quod † dominus debet promittere, & ſui procuratoris fideiuſſor exiſtere: & de hypotheca. &c. videtur, quod hoc non procedit: quia obligatio fideiuſſ. ſeu hypothec. ſunt acceſſoriæ: & non poſſunt eſſe ſine principali. ff. de reg.iur.l.cum principalis. de fideiuſſ. l. fideiuſſor obligari.§.fideiuſſ.& l.ſi Stichum.§.fin. ſed hic nulla eſt principalis obligatio: ergo &c. Doctores conſueuerunt dicere,quod iſta obligatio, accedit futuræ obligationi, qua procurator obligabitur,quaſi contrahendo iudicium. Sed hoc non eſt verum: quia procurator,qui habet mandatum, non obligatur. ff.de re iudic. l. ſi ſe non obtulit. in princ. Dyn.dicit,& Cyn.poſt eum, quod accedet futuræ obligationi.ff. de fideiuſſ. l. ſi ſtipulatus.§. fin. & quod procurator compelletur nuda cautione promittere iudicatum ſolui. Pro quo facit. ff.de vſufr. ea. re. quæ vſu conſumun.l. tribus hæredib. Sed ibi non promittit principalis,ſed fideiuſſor,vt ibi not.Ir.vnde non video,quo iure procur. qui in nullo teneri debet, ex quo conſtat de mandato,debeat compelli promittere. Præterea, hoc eſſet contra mentem huius text. qui docet modum releuandi procur. qui non releuaretur, ſi haberet promittere,& obligare.Propter quod dicas,quod hic dominus
3 † dicitur fideiuſſor,improprie.id eſt,quaſi fideiuſſor, vel loco fideiuſſionis,quem procurat. reorum conſueuerunt dare: ipſe tamen verus eſt expromiſſor, & principalis obligatus: cui principali accedit hypothecaria. & talis expromiſſor obligatur ſine alio principali: ut notatur in authen.
4 de fideiuſſo. circa princip. † Item opponitur: quia dominus ſic promittendo,videtur factum alienum promittere. videlicet quo ad duas clauſulas, quod procuratorem defendet: & dolum non committet, & ſic non videtur valere. ff. de verb. obligat. l. ſtipulatio iſta.§.1.Specula. dicit poſt Odoſ. quod dominus debet promittere iudicatum ſoluere: & vlterius,ſe curaturum,& facturum, ꝙ dolus abſit,& quod procurator defendet.hoc nõ videtur de mente iurium, quæ ſimpliciter dicũt,dominum promittere iudicatum ſolui, vt hic. ff.iudic.ſolui.l.ſi ad defendendum. Vnde potes reſpondere, quod in his prætorijs tales promiſſiones admittuntur, licet videantur includere factum alienum, vt dixi ſupra de inuti. ſtipu.§.ſi quis alium. vide ibi.Vnde non credo,quod teneantur ſpecificare dictas tres clauſulas, ſed ꝙ ſolum promittat iudicatum ſolui.cum hoc verbum omnia importet.ff.iudic. ſolui.l.iudicatum ſolui.& ideo expone hic textum, pro omnibus,&c.promittendum iudicatum ſoluere in genere. ſi vero ſpecificentur,non valet minus procuratorium. Item opponitur certum eſt,quod cautio ſuperflua, non debet interponi,nec interpoſita committi.ff.vt leg.no.ca.l.hæc ſtipulatio.§.fi.in fi.de procur.l.non cogendum.§.fi. Sed hæc eſt ſuperflua,vt probabo,ergo &c. Quod ſit ſuperflua, apparet: quia pro eo quod verbum ſonat,nihil operatur: quia ita dominus obligatur,ex quo conſtat de mandato, ſit contra eum executio,vel agitur iudicati,ac ſi cauiſſet,ut d.l.4.in prin. ff. de re iudica. igitur quo ad illam eſt ſuperflua. Item quo ad clauſulam de defendendo,quia prouiſum eſt ſatis,ſi non defendat per miſſionẽ in poſſeſſionem.ff.de bo.auth.iud. poſſ. per totum.& in auth.de exhi.re.per totum.& per ſententias excommunicationis,in foro ſpirituali, extra vt lit. non conteſt.c.accedens. Item quo ad clauſulam de dolo, eſt prouiſum,quia poteſt agi contra procuratorem. ff. de dolo. l. &
5 eleganter.§.ſi procur.Quid dicemus?† Poteſt dici,ꝙ non ſit ſuperflua,imò vtilis in omnibus clauſulis. Primo,quia ei accedit hypoth. quo ad omnes clauſulas, cuius vtilitas eſt patens,vt l.1.C.de rei vxo act.communia de lega.l.1. Item eſt vtilis de ſe,quia quamuis eſſet prouiſum alias de ſe, non tamen ſunt ita tuta, & prompta remedia. Vnde cum iudicia debeant eſſe certa: non mirum, ſi lex introduxit ad maiorem cautionem has cautelas & prouiſiones. Nam alias hic vides,quod ſit ex conuentione partium,nam procurator de cuius mandato conſtat, cauet de rato, ad maiorem ſecuritatem.ff.rem ratam hab.l.interdum.cum l.ſeq. & ſeq. vnde licet,ſit alias prouiſum,nihilominus cautio eſt vtilis, & committitur.ff.de damno infec.l.damni.la 3 §.cum parietem. & hoc patulo apparet,quod vtilius eſt tenere dominũ ex clauſula doli,quam ſolum procuratorem. Sed quæro,quare procuratori actoris, ſufficit ſimplex mandatum, & procurator rei habet nihilominus cauere, vel dominus pro eo? Item quare magis cauet de dolo procurator rei,quam de dolo procurator actoris, cum æque poſſint dolum committere? Reſpondeo: iura habent reum ſemper ſuſpectum de fuga: & ideo ipſum olim onerauerunt ſatiſdatione iudicatum ſolui, quando in rem conueniebatur, vt ſupra in princip. tit. vnde non mirum, ſi maiores cautelas curauerunt adhibere contra fraudes procuratoris rei,quam contra procuratorem actoris, quem veriſimile eſt, velle ſemper inſequi, ſicut & olim adhibebant, quando reus ſuo nomine in
6 rem conueniebatur, vt dicto §. 1. † Item quæritur vtrum iſte §. obtineat, vbi procurator datur ad vnum articulum: puta ad litem conteſta. vel iurandum de calumnia,quod poteſt fieri, vt not. doctor. extra de procurat. c. petitio? Et poteſt dici ſatis probabiliter,quod non,cum ceſſet ratio huius §. ſed arguitur contra. infra §. alia. vbi dominus cauet pro certo articulo. Item quæro, quid ſi conſtituens procuratorem, nihil habet in bonis, forte eſt filius, qui poteſt conſtituere procuratorem in caſibus in quibus poteſt eſſe in iudicio.ff.de iniurijs.l.ſed ſi vnus.§.idem Iulianus,verſ. omnibus.vel eſt monachus,qui procuratorem conſtituit,in caſibus,in quibus poteſt eſſe in iudicio,vt ſcripſi. C. de epiſcop. & cleri. auth. cauſa quæ fit. vel ſeruus,vel alius pauper? videtur quod hęc promiſſio ſit fruſtratoria, cum non habeat bona, quæ hypothecentur: nec ſua promiſſio proſit: vnde hoc caſu dicerem procuratorem debere cauere: vt notatur ff.qui ſatiſda.cogan.l.quoties. Quid ſi conſtituens non poſſidet immobilia,ſed habet mobilia? Crederem ſatis cautum, duntamen ſint ad valorem rei petitæ.infra §.ſi vero.ff. qui ſatiſdare cogantur. l. ſi vero pro condemnato. §. qui pro rei
qualitate

qualitate.& vide eod.tit.l. ſciendum.& quod ibi notatur, in
7 prima gloſſ. Caue tamen quia ego dico,quod† hoc caſu dominus tenetur cauere iudicio ſiſti, vltra promiſsionem, quam fecit hic. pro releuatione procuratoris ſui:quia ſi ipſe præſens eſſet,cogeretur,vt dictum eſt ſatis ſupra in princip. ergo & nunc. nam perſona procuratoris, non facit deteriorem, nec meliorem conditionem domini. ff.quib. ex cau.in poſſ.ea.l.hæc autem §.fin. ff.de procura.l.non ſolum.§.quæritur. Sed quid in actore ciuitatis, vel alijs,qui gubernationem rerum habent:nunquid debent ita releuari? Non videtur,quod teneantur ſatiſdare iud.ſol.quia quaſi domini ſunt. §.prox.C.de admin. tuto.l.fi.§.defenſionem.vt not.in Spec. eo.§.expedito.verſic.actor autem. nu.4. Vnde hunc §.intellige in procuratore rei, ſicut loquitur.ſed bene credo, quod ipſi debent releuare procuratores ab eis conſtitutos, vt ſu-
8 pra §. proxi. † Sed nunquid tales debent obligare res proprias, an ſufficit obligare bona adminiſtratoris? Verbi gratia, tutor,prælatus, vel quiuis adminiſtrator,conſtituit procuratorem:cauet iudicatum ſolui, ſub hypotheca rerum adminiſtratoris:nunquid ſufficit?Scio, quod quotidie talia pro curatoria recipiuntur. de rigore tamen videtur, quod non ſufficeret,cum non poſsit bona eccleſiæ,nec pupilli,nec ſuos ſucceſſores obligare, abſque decre. extra de rebus eccle.per totum.ff.de rebus eorum.per totum.C.de præd.min.per totum. Præterea textus dicit ſignanter. & de hypotheca ſuarum rerum,& per hoc videtur, quod l.neque.C.de pro-
9 cura. † quæ dicit pupillos & minores, poſſe cum authoritate tutorem, vel curatorem, procuratorem ad defendendum conſtituere, debet intelligi, quando tutor, vel curator bona propria obligant, vel bona pupilli, & minoris cum decreto: quia alias non poſſunt: vt C. de præd. mino. in rubro & nigro.vel forte poſſunt mobilia, quod ſufficit,vel dic,quod valeat obligatio hoc caſu: quia rem ſuam &c.ff.qui ſatiſda.cog.
10 l.de die.§.1. in fin. † Item quid ſi non obligat omnia bona ſua ſed vnam rem, quæ bene valet valorem petitorum: vel forte habet plura caſtra, vel maneria, & obligat bona vnius manerij tantum? Videretur ſufficere, ex quo eſt pro qualitate rei petitæ:vt d.§.qui pro rei. infra eodem. §. ſi vero. & tamen non ſasisfit huic textui,qui videtur requirere obligationem generalem omnium rerum. Quid ſi dominus releuauit procuratorem per modum hic contentum: procurator releuatus, lite conteſtata, dedit alium:nunquid datus ab illo debet cauere? Non videtur,ex quo ſemel cautum eſt.ff.vt in poſſeſſ.lega.l.ſi is a quo.§.fin. non enim debet dominus tantum onerari: vt l.qui abſentem.ff.de procura.In contrarium facit ff. iud. ſolui.l. cum apud. Item quia iſte datus poſſet dolum committere, & defenſionem fruſtrare:& ideo videtur tutum, quod dominus caueat pro procuratore, & pro inſtituendis ab eo.Et eodem modo, ſi dedit poteſtatem ſubſtituendi, & caueat pro ſubſtituendis:& ita habet vſus cauſarum.Quid ſi dominus non cauit pro inſtituendis, vel ſubſtituendis:ſed procurator qui inſtituit, vel ſubſtituit, cauet? Videtur dicendum, quod ſi cauet vt extraneus faceret pro
11 defenſore ſimplici,quod ſit admittendus. † Sed ſi inſtituendo vel ſubſtituendo, cauet,vt in literis inſtitutionis,vel ſubſtitutionis, videtur differentia inter inſtitutionem, & ſubſtitutionem. nam quando inſtituit, vt pote dominus factus, & per litem conteſtatam, videtur locus huic §. videlicet, quod ſufficiat, quod promittat iudicatum ſolui ſub hypotheca rerum ſuarum. nam iſte habetur loco domini,& eſt dominus litis. & ideo quod dicitur hic in principali, habet locum in eo.ſed quando ſubſtituit ante litem conteſta.tunc nec dominus eſt, nec loco domini.& ideo non videtur quod ſit locus huic §. & vide extra de procur. cap. 1. lib. 6. Sed quid? ecce comparet aliquis pro parte rea,cum ſimplici mandato, ſine releuatione, petit ꝙ fundetur iudicium ex parte iudicis & actoris, & quod diſcernatur copia, & dies ad dicendum, vel petit libellum,actor vel eius procurator dicit ipſum non debere admitti,niſi caueat de iudicato ſoluendo. ipſe proteſtatur de cauendo,ſed dicit ſe debere ad hoc admitti, quæritur an bene dicat.Docto. dicunt ꝙ ſic.nam cautio de iud.ſol. debet eſſe pro qualitate rei. infra §. ſi uero. ſed qualitas rei non poteſt apparere,niſi per libellum. igitur non eſt cauendum, quouſque libellus ſit editus,& iudicium ſit firmatum. & ſic tenet Iac.hic:& Spec.de ſatiſda.§.expedito.verſicu.ſed pone procu. Quid ſi nullum exhibet mandatum, offert tamen cautionem de rato in præſenti, & vult oſtendere procuratorem cum releuatione. uel cauere de iudicato ſoluendo, cum libellus erit editus, & iuriſdictio fundata: nunquid debet admitti ad præmiſſa? Videtur quod ſic: quia ſi procurator actoris admittatur cum cautione de rato: multofortius procurator rei, qui eſt fauorabilior, in caſu quo ſufficeret ei ſimplex mandatum: ſicut in propoſito.iſta videntur ſatis noua factiſtis.quibus obſt.C.de ſatiſda.l.vnica §.fin.vbi dicit in ipſo litis limine. ff. rem ratam habe.l.amplius. Sed facit pro C.de lit.conteſta.auth.offeratur.Dic quod oblato libello,ſtatim tenetur ſatiſdare, antequam alia allegatio audiatur: & ideo actor caute faciet, ſi ante omnem allegationem offerat libellum:vt ff.quando appel.ſit l.fin.

Sed quæritur, an releuatus per dominum in cauſa principali,videatur releuatus in cauſa appellationis?Dic ꝙ non,niſi eſſet datus generaliter ad omnes cauſas. vide C. de proc.l. 2.& ibi ſcripſi.iunge quod dicam infra verſi.alia.Item quæritur, vtrum iſte §. obtinet in cauſis beneficialibus, ſpiritualibus, & matrimonialibus, ſtatum perſonæ concernentibus? Spec.tenet ꝙ non,in eo.tit.§.expedito.verſi.in ſumma in his enim caſibus ſufficit cautio de rato, vel ſimplex mandatum: vt ibi not.iunge infra eod.tit.verſ.ſi vero. Quid ſi conuentus nominat actorem ſuum, vel garitorem?verbi gratia,emptor nominat venditorem: vel venditor forte gratis recipit defenſionem: nunquid emptor debet eum releuare? Spec.videtur dicere quod ſic,in d.§.expedito. verſi.ſed nunquid venditor, & idem glo.ff.de dot.præleg.l.pater.iunge infra verſi.ſi vero. Sed quæritur,hic dicitur.quod requiritur ſtipulatio:nũ-
12 quid ſufficit † pactum, ſaltem de iure canonico, quo agitur ex nudo pacto, iuxta ca.Antigonus.extra de pactis? Videtur quod ſic, cum ſit idem effectus: iuxta l.ſi quis argentum.C. de dona. Præterea in caſu iſto, non videtur pactum nudum eſſe de iure ciuili:quia hæ literæ continẽt mandatum,ex quo pacto agitur, & ſic videtur, quod debeat ſufficere ff.de procu.l.ſi defunctus.Ad hoc dicas,quod pactum nõ ſufficit, nec de iure canonico, nec de iure ciuili:quia hic certa ſolennitas ſtipulationis introducitur, ſicut in obligatione fideiuſſoria, vbi requiritur ſtipulatio: vt l.blanditus.C.de fideiuſſ.& ideo ſine illa nil procederet.

1 *Satiſdare quis & quando non cogendus.*
2 *Citandus ad ſententiam dominus.*
3 *Fideiuſſor an poſt appella. teneatur.*
4 *Fideiuſſor cui dandus.*

1 Alia. † In glo.no.in fi.in hoc tamen caue, ꝙ vbi procurator eſt admiſſus vſque ad litis conteſt. nõ poteſt opponi de his ſatiſdationibus:nec eas procurator præſtare tenetur. ſi vero datus fuerit poſt litem conteſta. & fuerunt aliqui proceſſus habiti cum eo: ita quod non poſſet dici res integra: extũc præſtare non tenetur.de hoc ſcripſi C.de procu.l.licet.& uide C.de ſatiſdan.l. 1.in fine.& nota.quod glo.intelligit hunc §.quando procurator conſtituitur poſt lit. conteſt.ſupponendo,ꝙ procurator conſtitutus ante,poteſt audire ſententiam, ſed non conſtitutus poſt: & tamen litera non videtur hoc pati:quia continuatur cum præcedenti §.qui loquitur ante, & poſt.& facit C.de procu.l.nihil.uide C.de trãſa.l. tranſactionis placitum.& nota.in Spec.tit. de procura.§. 1.verſic.item excipitur. ſed ibi uidetur tenere, quod conſtitutus ad totam cauſam,poſsit audire ſententiam.pro quo C.de procur.l.nul
2 la.& ideo uidetur, quod dominus in † caſibus prædictis eſſet citandus,ad ſententiam audiendam.alias ſententia eſſet nulla,non obſtat, quòd procurator ſit præſens,& habebat mandatum, quod eſt ualde notabile, & in paucis locis ſeruatur. Sed uidetur quod hæc cautio ſit ſuperflua: quia ex quolibet de cauſa poteſt pronuntiari, non obſtante abſentia domini: iuxta l.properandum.§.ſinautem. C.de iudi.Sed ad hoc poteſt reſponderi,quod nihilominus non eſt ſuperflua: imo eſt

vtilis. Primo: quia utilius eſt, ꝙ ipſe ſit præſens, quam ſi eo abſente proferretur: quia illo caſu poſſet allegare iuſtam abſentiam: uel iuſtum impedimentum, ex quibus poſſet impugnare ſententiam, quæ omnia ceſſabunt, quando fertur in eius præſentia. item oporteret ſolennitates citationum fieri, quæ fiunt contra abſentes. de quibus C. quomodo & quando iudex. l. tres denuntiationes.

Sed quid ſi in procuratorio contineatur, quod poſſit audire ſententiam? Non videtur ſufficere: quia vltra mandatum, oportet quod dominus caueat, quòd erit præſens tempore ſententię. & videtur requirere perſonam ipſius. contrarium tamen ſeruatur de facto. quicquid ſit, cautum eſt quod iudex citet dominum ad audiendum ſententiam, non obſtante, quod procurator compareat per hunc §. Et no. quod hæc ſatiſdatio eſt præciſa de iudicato ſoluendo, & plenior, quam de iudicio ſiſti. Sed quæritur tex. dicit hic, quod fideiuſſor tenetur, niſi fuerit prouocatum. quid ſi fuerit prouocatum, &

3 appellans ſuccubuit? † Dic non teneri a contrario ſenſu vt patet ff. de iudi. ſol. l. cum apud. & l. 3. in princ. ſed ſecundum hoc videtur, quod hæc cautio ſit inutilis: quia ſemper fideiuſſor appellabit, quod poteſt. ff. de appella. l. a ſententia. §. 1. & ſic nullo tempore tenebitur. quia ſi obtineat, liberatus erit, ſi ſuccumbat eodem modo. ad hoc non videtur facilis reſponſio, niſi exponas fuerit prouocatum. ſubaudi per principalé. ſecus ſi per fideiuſſorem: quia tunc ipſe videtur prorogare ſuam obligationem ad ſententiam iudicis appellationis, quem ibi elegit: & ita forte eſt ſubaudienda l. cum apud. & ideo videtur dominus teneri ex ſua ſtipulatione in caſu præcedentis §. licet appellauerit. & forte per alium procurarem cauſam appellationis duxerit alias prouiſio dicti §. eſſet modici effectus. Credo firmiter, quod ſi iſte textus. non fuiſſet gloſſ. non tranſiuiſſet ſine reprehenſione. Item quæritur.

4 hic dicitur, quod dominus debet pręſtare † fideiuſſorem &c. quæro, cui præſtabit. & ſi non præſtet: an procurator qui fuerit releuatus: ſicut ſupra proxi. debeat repelli? Et videtur ex continuatione literæ, quod debeat præſtari parti, vel notario: & quod alias procurator non admittatur: vt ſupra proxi. §. cum quo iſte verſic. vel §. continuatur, iſta tamen non ſunt in vſu.

1 §. *Si uero. explicatur.* 4.
2 *Cautionis iudi. ſol. effectus.*
3 *Conſuetudo an lege præualeat.*
5 *Potentiorem repelli.*
6 *Clericus an poſſit eſſe laici procurator &* 7.
8 *Defenſor quando non admittendus.*
9 *Defenſore damnato in quem exequendum.* 10.

1 SI VERO reus præſto. † In tex. facit pro opi. Iac. & gl. quam notaui ſupra §. ſin autem. in fin. videlicet: quod non interueniat defenſor, pro præſente: a contrario ſenſu: nam ſupponit ex ordine literæ, quod ſi dominus præſens fuerit, debet dare procuratorem, & ipſum releuare: vt ſupra §. proxi. In gloſſ. not. quòd ſiue. in fi. mirabilis videtur hac gloſſ. quia ex nulla parte text. poteſt elici: ꝙ hic loquatur poſt li. conteſta. Super text. ibi, nulla differentia. quæritur an in cauſa legitimitatis admittatur defenſor? Innoc. tenet ꝙ ſic, ſicut in cauſa ſtatus. ff. rem ratam habe. l. procurator. §. ſi quis a procuratore. de procu. l. non ſolum. §. ſi ſtatus. Item quæritur, an in cauſa matrimoniali? Dicit ꝙ ſic, quando poteſt procedi cõtra abſentem. alias non. Item in cauſa inquiſitionis: vt no. extra qui filij ſint legitimi. c. cauſam quæ. & illud idem ſequuntur omnes docto. iuris canonici. & Spec. in tit. de defenſore. verſic. quid de cauſa. An autem in his cauſis cauebit iudicatum ſolui? videtur quòd non. per ea quæ dixi ſupra §. ſin ve-

2 ro. Gloſſ. tamen videtur † ſentire quòd imo. vt d. §. qui ſtatus. quamuis enim cautio iudica. ſol. non operetur in eo, quod verbum ſonat: operatur tamen quo ad alias duas clauſulas, & quomodo feratur ſententia, an in dominum, vel defenſorem no. in d. cap. cauſam quæ. Ex quo doctores tantæ authoritatis concordant, non audeo mutare, nec ab eis diſcedere. ſcio tamen, quod de bono velle meo nunquam admitteretur defenſor in talibus, quæ æſtimationem pecuniariam non recipiunt, niſi in caſibus in quibus poteſt procedi contra abſentem. de quibus vide extra vt lite non conte. cap. quantum. & per totum. Super litis æſtimatione expreſſe determina. quod non eſt legitimus defenſor, niſi defendat totam cauſam. vnde ſi velit defendere pro vna die, pro alia cauere. non ſufficit. de quo not. in Spec. de defen. verſi. quid ſi defenſor, & tamen ſe-

3 cus in procuratore. ff. de procura. l. 3. † In gloſſ. imo non videtur. circa fin. dic melius, quod vbi lex iubet ſequendum eſt: & maxime vbi tollit conſuetudinem expreſſe. ſi vero ſimpliciter iubet, & non tollit expreſſe conſuetudinem: tunc non ſequitur iuſſum: ſed conſuetudinem particularem. vbi nil iubet: vide plene ſupra de iure naturali. §. ex non ſcripto. in fi-

4 ne. materia eſt in Decret. de conſecra. diſt. 3. ca. noſſe. † Redeamus adhuc ad materiam huius §. Hic dicitur, quòd defenſor admittitur in omni actione perſonali, & reali. hoc verum in ciuili. quid in criminali? Dic vt ff. de procura. l. ſeruum. §. publice. & non, niſi procederetur per viam inquiſitionis: nam tunc admittitur procurator, & defenſor in criminalibus: vt ſupra dixi poſt Inno. quod verum eſt. niſi in caſu, quo ſequeretur eadem pœna, quo ad viam accuſationis. vt notat Hoſtienſis de accuſationibus. cap. inquiſitionis. & ideo cum iudices hodie imponant tantas pœnas in via inquiſitionis, ſicut per accuſationem, non videtur, quod debeat admitti defenſor, nec procurator in inquiſitione, ſicut in accuſa-

5 tione, cum ſit eadem ratio. † Sed pone, agebam contra Titium ſatis mihi æqualem: aliquis potens vult ipſum defendere: nunquid admittetur? Videtur quod ſic, ex generalitate iſtius literæ. Ego credo contra: quia ſi non poſſit in potentiorem expreſſe in hoc ſubſtituere rem, vel actionem in eum transferendo, quomodo talis admittetur ſine mandato? Non videtur per rationem, in qua fundatur in tota illa materia. de alie. iudi. mutan. cau. fact. C. & ff. C. ne lic. pot. per totum: non ego crederem admitti hominem, qui vexare, vel grauare poſſet actorem. ff. de alie. iud. mutan. cau. fact. l. 1. §. fin. cum l. ſequen. Quid ſi non ſit talis, ſed eſt quidam litigioſus, de iſtis procuratoribus dilaniatoribus pauperum, qui ſtant in curijs eccleſiaſticis, qui tota die ſe ingerunt in cauſis: nunquid illi admittentur? Credo, quòd non. Nam non debet fieri conditio deterior actoris, per interuentum defenſoris. ff. de procuratorib. l. non tamen. nunc certum eſt, quod fieret deterior: quia forte pro fideli comparebit barattator: vnde non crederem admittendum. & hoc no. glo. ff. ex quibus cau. in poſſ. ea. l. 2. in glo. ergo debet per l. ſi actor. ff. de procu. C. de procur.

6 l. fin. † Quid ſi clericus ſe offerat defenſioni laici nunquid debet admitti in foro ſeculari? Videtur quod ſic: quia non propter hoc declinabit forum laicale, ff. de iudi. l. venditor. Contrarium videtur verius: quia defenſor obligatur. & eſt certum, quòd clericus non poteſt renunciare priuilegio clericali, nec ſe obligare, vel ſubmittere foro ſeculari: vt extra de iudi. c. at ſi clerici. & hoc tenet Specula. titu. de primo decre. §. reſtat. verſicu. quid ſi dominus. Quid ſi clericus dat fideiuſſorem laicum? Idem crederem: quia ex quo principalis non obligatur, nec fideiuſſor. ff. de fideiuſ. l. vbicunque. &

7 l. fideiuſſor. §. fideiuſſor. de reg. iur. l. cum principalis. † Quid in foro eccleſiaſtico? Adhuc non admitterem ipſum. niſi pro eccleſia, vel miſerabilibus, vel coniunctis perſonis. in auth. de ſanctiſſ. epiſco. §. alium. extra de poſtu. c. 1. & hoc non intelligo de cleri. coniug. qua de illis iudicandum eſt, ſicut de laicis in cauſis pecuniariis. Dic vt extra de cleri. coniug. c. 1. lib. 6. Item præmiſſa intelligo in defenſore voluntario, qui ſe gratis offert. Quid in neceſſario, vel cauſatiuo? Verbi gratia, clericus vendidit rem, & de euictione tenetur, res petitur ab emptore: clericus vult defenſionem ſuſcipere: forte denuntiatus, vel laudatus actor ſe offert emptore abſente: nunquid admittetur? Videtur quod ſic, per l. venditor. ff. de iud. Spec. tenet contra in d. §. reſtat. verſic. quid ſi dominus ſupra alleg. vbi loquitur in his terminis, quamuis ſupra adduxerim ad quæſtionem de defenſore cuius non intereſt: quod videtur ſatis verum in perſonalibus. Quid in realibus? Speculator etiam loquitur in illis: quia loquitur, quando clericus vult accipere defenſionem vaſalli, vel em-

phyt.

phy.ſui.Solutio huius quæſtionis, dependet ex ſolutione il-
lius,an clericus teneatur reſpondere in actione reali, coram
iudice ſeculari, in qua fuerunt diuerſæ opiniones: vt nota-
tur plene per Archid.extra de cleric.coniu.c. 1. & ſcripſi C.
de epiſc.& cleri.auth.ſtatuimus.quicquid ſit de iure: ſcio, ꝙ
cardinales & epiſcopi reſpondent in regno Franciæ in foro
ſeculari in realibus, & in talibus caſibus defenſiones reci-
piunt: quare cum ego ſim de regno,leges regni, non impu-
8 gno. †Quid ſi alienigena,qui non eſt de foro iudicis, nec
actoris, vult ſuſcipere defenſionem alicuius,vel forte indige
na vult dare fideiuſſorem extraneum: nunquid debet admit
ti? Credo,quod in omnibus caſibus, quos excogitare poſ-
ſes: per quos poſſet fieri deterior conditio actoris,ex perſo-
na defenſoris,vel fideiuſſoris,vel ex facilitate conueniendi,
vel alias quod non admittatur defenſor ipſo actore inuito.ff.
iudicatum ſolui.l.iam tamen.§.ſi tamen.de in ius vocan.l. 1.
qui ſatiſdare cogan.l.2. Sed nunquid defenſor laudatus,ad
quem res pertinet, tenetur ſatiſdare? Non videtur: quia
cauſam propriam defendit. Videtur contra,per illa quæ dixi
ſupra §.ſin vero.verſic.quid ſi conuentus.quia verum eſt, cũ
alieno nomine eſſet in iudicio,quamuis rem ſuam agat. & fa
cit bene ff.quando appellandum ſit. l. 2. §. in propria.verſi.
defenſori. Super hoc videtur dicendum, quod ſi conuen-
tus ipſum ſubſtituat, defenſor debeat cauere pro eo: vt dixi
ſupra §.ſin vero. Si vero ipſo abſente, talis defenſionem ſu
ſcipiat, ipſe caueat, per dictum verſic. defenſori. iuncta ge-
neralitate regulæ, quæ hic traditur. nemo enim. &c. de
hoc dixi ſupra verſic. ſin vero aliquis.
9 † Sed quæritur contra quem fiet executio hoc caſu, quan-
do laudatus garitor, ſeu nominatus actor, ſuccumbit. vide-
tur expreſſum, quod contra hunc nominatum: quia is eſt
procurator in rem ſuam, cum ad ipſum pertineat pericu-
lum: & ita in ipſum fiet executio.ff.de procura.l. Plautius.
eo. tit. l. ſi procurator meus.de re iudica.l. ſi ſe non obtulit:
circa prin.& ita videtur gl.ibi ſentire. ſed contrarium vide-
tur ſentire ff.de iudi.l.venditor.pro qua videtur expreſſum.
ff.de dot. prælega. l. pater. Poteſt dici, quod debeat fieri
executio in actorem, qui defenſionem ſuſcepit. Sed ipſo
exiſtente non ſoluendo,in ipſum principalem reum: vt d. l.
pater. Vel poteſt dici,ꝙ ſit in electione actoris: nam certum
eſt, quod ipſe actor eſt procurator in rem ſuam,& habet mã
datum, ex quo reus principalis loco ſui ipſum ſubſtituit. &
ita quaſi mandare videtur.ff.iudicatum ſolui.l.iam tamen. §.
in hac. & ideo fit executio in eum, iuxta leges ſupra allega-
tas. Item poteſt fieri in ipſum defenſorem, qui factus fuit
in rem ſuam.& quaſi talis recepit defenſionem, per dictas le
ges. Item videretur æquum,quod ſi ageretur reali, fieret
executio in ipſa re: & ita contra reum principalem, qui te-
net rem,iuxta l.qui reſtituere.nam iniquum eſſet,ſi actor cõ
pelleretur rem ſuam vendere.ff.rerum amotarum. l. non.n.
& ſcripſi ſupra de actio. §. omnium. & niſi ita dicas: ſeque-
rentur multæ fraudes. nam multi laudarent inopes: & illi
qui occupaſſent res alienas, laudarent alios, ad finem quod
rem poſſent habere pro pecunia, quod eſſet iniquiſsimum.
vbi vero eſt ſimplex defenſor ſine mandato,nec laudatur ga-
ritor: conſtat,quòd fit executio in eum:vt dictis legibus.
Sed videtur quod tunc occurrat prædicta iniquitas in actio-
ne reali: quia ſic compelleretur vendere.

Sed ad hoc poteſt dici, quod æſtimatio præſtita per talem
defenſorẽ, non liberat poſſeſſorẽ. ff.de tabul.exhib.l.locũ.§.
condemnatio.vide ff.de petitio.hæred.l.nec vllam. §. fin. de
10 ſolutio.l.Stichum.§.dolo. † Item quæritur nunquid con-
demnato defenſore poſſet fieri executio contra fideiuſſorẽ,
qui promiſit iudicatum ſolui: vel an oportet venire contra
eum per viam actionis? Super hoc doctores tenent, quod
imo per viam executionis poteſt contra ipſum procedi: vt
conſueuit notari.C.de vſu.rei iudi.l.fin.

Sed contra fideiuſſorem, qui tenetur ex contractu per viã
actionis. de hoc not. Dyn. ff. de fideiuſſo. l. ſi teſtamento.
vide in Spec.de ſent.excomm.§. ſequitur. verſic. quid ſi ſen-
tentia. & ideo non videtur talibus fideiuſſ. competere exce-
ptio auth.præſente. cum ſit dilatoria, & contra iſtos proce-
ditur per viam executionis, vt ibi ſcripſi. iunge infra de re-
pli.§.fi.Quia hæc materia eſt quotidiana,& parum gloſſata,
ideo diutius morari placuit.

### *De perpetuis, & temporalibus actionibus. Rubrica.*

***Glo. bene continuat hanc rubricam, quæ non malè ſediſſet poſt titulum de actionibus, immediatè.***

1 *Actionum uita.*
2 *Actio furti an perpetua.*
3 *Tempus non extendi ultra naturam actus.*
4 *Prætoriarum quæ perpetua. 6.*
5 *Vtilis rei uendi. perpetua.*
7 *Actio ſubrogata qualis.*

a HOc Loco. ᵃ In gl.vt condictio ex lege ibi,cũ
alleg.ſ.ad l.Aqui.§. cæterũ.imo eſt in §.ex hoc
tamen.In ead.gl.ibi,cum dicit,ꝙ in perſonali-
1 bus.Iac.dicit,ꝙ vita † omniũ actionũ eſt hodie
30.ann.ſicut hominis centum, ſed quandoque
eſt breuior,& hoc per accidens.& pp hoc non vitiatur termi
nus naturalis: quo aũt iure erat hæc antiquitas? hoc vr̃ ſupra
de vſuca.in princ.vbi ſcripſi.& facit ff.de fur.l. ſi quis in ho-
ſtium.§.quandiu. In ea.gl. ibi, cum allegat l.ſi non conui-
tij. Opi.Mar.fuit contraria: quam gloſſ.quandoque ſequi-
tur: vt ff. quod met.cau.l.ſi non exceptione. §. 1. de iniur.l.
lex Cor. & approbatur communiter per doct. vide ſupra de
iniur.§.ſed & lex.In ea.gl.in fi.dicit Iac. ꝙ hoc nõ facit,quo
ad actionem criminalem: quia de illa nulla fit mentio: ſed
quo ad actionem ciuilem eſt bene fallẽtia.In gl.hoc dicit.ibi,
b cum alle.l.in honorarijs ᵇ. vide ſupra de act.§.rurſus. In ea.
c gl.ibi.de eo per quem factum eſt.l. 1.§.pen. ᶜ illa eſt pœnalis
ab vna parte: & ideo non videtur bene excipi.vide melius ſu
pra de actio.§.item aduerſus.In gl.vtilẽ.ibi cum alleg.l.ſcien
dum.§.pe.& ad modum loquendi nos debemus referre ff. de
leg. 1.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.& facit pro opi.illorũ,qui dñt:
ꝙ actio iniuriarum durat anno vtili.de qua no.in l. ſi non cõ
2 uitij,ſm Iac.vide in d.§.ſed lex.†In gl.ſ.prætor.in fin.vel ibi
loquitur de actione in factum: vt C.de dolo.l.fi.cum ibi no.
Et poteſt eſſe ratio, quare actio furti manifeſti eſt perpetua,
propter frequentiam delicti. Vix enim reperitur quiſquam
quin aliquando furtum fecerit,ſecundum Ia.ff.de pœ. l. aut
facta §.fi.idem dicit gl.ff.de act.& obli.l.in honorarijs. Sed
certe dolus frequentius committitur. vide ſupra de rer.diu.
§.gallinarum.& ſolue per illa,quæ ibi ſcripſi. Idem Iac.indu
3 cit hunc §.in ver.nam & ipſius, ꝙ ſtatuta legati †non exten
dantur vltra tempus legationis ſuæ,ſeu indulgentiæ per lega
tum conceſſæ.ff.de iuriſd.om.iu. l. eum qui. Item ꝙ arbiter
non poſsit diem ſtatuere ad ſoluendum vltra tempus arbitrij
ſui.ff.de arb.l.ſi cum dies.§.ſi intra.hoc vr̃ expreſſum.eo.tit.
l. quid tamen §.ſolutioni.Item ipſe diſtinguit,an iudex, vel
ſuperior facit cum cauſæ cognitione: & tunc durat perpe-
tuo. An ſine cognitione:& tunc non.ff.de pœ.l.fi.C.de poſtu
lan.l. 1.& eſt expreſſum de ſtatutis legati,extra de offi. leg.c.
fi.vide ibi.Redeamus aliquãtulum ad intellectum huius tex.
4 † per quem concluditur,ꝙ prætoriæ durant anno vtili,quod
eſt verum de pœnalibus:ſed rei perſecutoriæ ſunt perpetuę.
Item & pœnales ſunt perpetuæ,de eo quod peruenit ſecun-
dum gl.quæ ſunt hic,quæ hæc dicunt in effectu.obtinet ergo
ſolum iſte text.in pœnalibus prætorijs: ſed vr̃ ꝙ obtineat ẽt
in perſecutorijs.per infinitas leges,quę allegantur pro fallen
tijs in l.in honorarijs:hic alleg.vbi plenior gl.quam hic. vbi
vr̃ gl.concludere,ꝙ regula,quæ hic in tex.traditur, obtineat
in pretorijs rei perſecutorijs,in quibus verſatur delictum.&
ita eſt in duabus,videlicet in pœnalibus, & in rei perſecuto-
5 rijs,in quibus vertitur delictum. † Occaſione huius quærit
hic Iac.quid de vtili rei ven. q̃ dat̃ contra illũ,qui dolo deſiit
poſsidere? Et vr̃,ꝙ ſit annalis:quia eſt prætoria.ff. de noxa. l.
electio.§.ſi is,quẽ.& in dolo cõcipitur:& ita ex delicto. & ſic
vr̃ annalis,per hanc doctrinã.ff.qđ cũ falſ.tut.l.huius.§. has
actiones.Ipſe dicit cõtra,& ponit regulã, ꝙ vbi p̃tor ciuilẽ

 extendit,

extendit,eſt perpetua: quamuis in dolum concipiatur. V.g. petitio hære. eſt ciuilis: prætor eam extendit, vt competat bo.poſſ. & fideicom. quibus non competebat directa de iure ciuili. hæ prætoriæ ſic extenſæ,ſunt perpetuæ: vt hic not.idē in rei ven.quæ eſt ciuilis,& directe competit contra rei poſſeſſorem,prętor extendit eam,vt competat contra illum,qui dolo deſijt poſſidere. Hæc ciuilis extenſa eſt perpetua,ſm eū.& ſic regula quam glo.tradit,non procedit in talibus. Pro hoc facit quia noxales actiones ciuiles, prætor extendit contra illum,qui dolo deſijt poſſidere: ſic ꝙ debet obſequi iuris ciuilis actionem. ff. de noxa. l. ſi plurium in tantum ꝙ ſunt perpetuæ.eo.ti.l.ſi ad libertatem.§.fi.& facit: quia actiones, quæ loco alterius dantur,aſſumunt idem tempus. ff. ad Vell. l.hæ actiones.de ca.di.l.2.in fi. Iſta ſententia vr̄ neceſſaria in omnibus actionibus,quę dantur contra illum,qui dolo deſiit poſſidere. Nam omnes actiones ſunt perpetuæ,in eo,ꝙ peruenit: vt hic no.vbi quis dolo deſijt poſſidere,conſtat, ꝙ vr̄ perueniſſe,quamuis nunc nihil ſibi adeſt.ff.quod met. cau. l. videamus.de reg.iur.l.cum prætor.& ſic perpetuæ.& hoc bene probatur ff.ſi ven.no.mulier.l.1.§.fi. nam ibi mulier dolo deſierat tenere: & tenetur perpetuo,vt ibi patet.& in ti.ſeq. l. 1. §. in parentem. eſt annalis:quia illa datur quamuis nihil peruenerit,& vltra quam peruenerit:vt ea.l.§.ſub prætextu. & hæc videtur vera ſolutio dictarum legum: & de hoc dixi

6 s.de ac.§.ſequens diuiſio.†Item caue: quia prætoriæ,quæ cōcipiuntur in dolum: & in quibus verſatur dolus, qui vr̄ delictum,nō ſunt annales,vbi proficiſcuntur ex contractu,quamuis non competāt ſine dolo,imo ſunt perpetuæ. & hoc patet ff.de tribut.l.illud.§.fi.cum l.ſeq. nam tales actiones ſunt trāſitoriæ,contra hæredes.ff.de act.& obli.l.ex contractibus. & ſic non ſunt annales. hæ enim duæ regulæ ſe conformant: vt no.in d.l.in honorarijs. Potes ergo recolligere, ꝙ prætoriæ pœnales, item & rei perſecutoriæ, quæ deſcendunt ex delicto,ſunt annales.rei vero perſecutoriæ,quæ etiam concipiuntur in dolum,quæ proficiſcuntur ex cōtractu. Item & omnes ciuiles extenſæ,ſi non proficiſcantur ex delicto [alias ex contractu]& maxime illæ,quæ competunt contra illum,qui dolo deſijt poſſidere: Item & omnes, quæ proueniunt de eo, quod peruenit,ſunt perpetuæ. hæc autem regula de rei perſecutorijs fallit in actionibus,quæ competunt ad reſcindendū, quod de iure communi tenet.Item & pœna in actione furti. & ſic potes intelligere quod no.in d.l.in honorarijs. Item dic,ꝙ cauſaliter perpetuæ efficiuntur annales. ff. de pecul.l. quæſitum.ff.quando actio de pecu.eſt anna.l.1. Item dic,qđ

7 extenſæ,vel quæ † in locū alterius ſuccedunt,ſunt perpetuæ, tali perpetuitate,quales erant principales.ff.de exer. l. ſi tamen.§.fin.& ibi not.de inſtituto.l.nouiſsime.

a Adnot. Hoc loco. Diuide ſecundum Aret.& ſumma ſic.Actiones ciuiles tam reales,quam perſonales ſunt perpetuæ.prætoriæ vero pœnales regulariter durant anno. quod fallit in actione furti manifeſti,quæ perpetua eſt. prætoriæ vero rei perſecutoriæ, perpetuæ ſunt.

b In honorariis. Quod eſt verum,ſi læſio durat tanto tempore, alias ſi quadriennio,iſta durabit tanto tempore,vt no.Bar.in l.ſi ab hoſtib.§. ſed ꝙ ſimpliciter.ff.ex quib. cau. ma.

c §.pen.Tamen ſecundum Ang.illa eſt pœnalis,ex vna parte tantum,& ideo non videtur bene excipi,ſecundum Bar.in d.l.in honorariis. concludit,quod actiones omnes rei perſecutoriæ ex vtraque parte ſunt perpetuæ, vt hic & in tex.d.l.in honorariis. ex parte autem actoris perſecutoriæ,& ex parte rei,pœnales finiuntur anno.

1 *Delicta tranſmiſſibilia, & quando 3.*
2 *Confiſcatio quando tranſmiſſibilis.*
4 *Publica iudicia uarie proſequuntur.*
5 *Pœnam pecu.quando morte extinguitur.*
6 *Dolus,quando tranſmiſſibilis.*

Non Autem a omnes. In gloſ.hic ponit.in fi. hæ ſunt de diuiſionibus, quæ ponuntur in arbore: vt vidiſti ſupra in fi.ti.actionum.In gl.ſ.priuatis.ibi,cum alle.ſupra de obl.quæ ex quaſi deli.§.fi.Sed contra hoc videtur ff.de dam.infe. l. 4. §.fi.vbi glo.fi.ſuper verb.dabitur.opponit de hoc §. ſed non ſoluit.Quidam ibi dicunt,& attribuitur Iac.de Ra. ꝙ eſt ſpeciale,in actione,quæ datur contra officiales, & magiſtratus, vt tranſeat contra hęredes. Sed hoc non videtur verum, per l.Iulianus.la 1.ff.de iud. Alij dicunt, ꝙ vbi eſt quaſi delictū in committendo,obtinet hęc l.vbi in omittendo illa.& hanc innuit ibi Dyn.Pro quo facit.ff.de mag.conuen.l.non ſimiliter.& l.quod ad magiſtratus.quæ ſimiliter obſtant huic gloſ. Sed quęritur de ratione diuerſitatis.Et pōt dici, ꝙ illud quod committitur.eſt peius,& plus cauſat delictū, quā illud,quod omittitur.ff.de act.emp.l.ſi ſterilis.§.cum per venditorem.&

1 ibi no.ff.depoſi.l.ſi apud.in prin.Nunc conſtat, † ꝙ illa, quæ plus concernunt,delictum defuncti, minus ſunt tranſmiſsibilia contra hæredem,quam alia; vt patet per hanc materiā. & idcirco non mirum, ſi quaſi maleficia in committendo nō tranſeunt in hæredem: quia plus ſonant ad delictum, quam quaſi maleficia,quæ in omittendo fiunt.Sed hęc rō vr̄ irrationabilis,& etiam tota hæc materia videtur irrationabilis:quia de rōne,quando delicta ſunt grauiora, tanto grauius debent puniri.ff.de pœ.l.reſpiciendum. Conſtat autem,ꝙ eſt pœna, ꝙ bona auferantur hæredibus. & ideo in crimine maieſtatis

2 † pœna cōfiſcationis tranſit cōtra hęredes,& in crimine hęreſis,& pluribus alijs,de quibus hic ſubijcitur, & propter inhumanitatem,& deteſtationem eorum.& ſic ſequitur, ꝙ qn̄ magis ſonat ad delictum, magis debet tranſire contra hæredes,vt maior ſit pœna. cuius contrarium concludit hæc materia,& ſolutio.quam ſupra poſui.Et hoc videtur etiam probari: quia hæredes magiſtratus tenentur ex quaſi maleficio magiſtratus, dolo, vel lata culpa, commiſſo: & tamen non ex commiſſo leui: quia minus delictum: vt dictis legibus,nō ſimiliter. & l.quod ad magiſtratus. igitur ꝙ plus retrahitur ad delictum,magis vr̄ tranſmiſsibile. Ad hoc pōt rn̄deri,qđ iura in delictis ſemper tendunt ad punitionem perſonæ delinquentis principaliter. Et ideo,quia ſi tales actiones tranſirent contra hæredem, ipſe delinquens nō puniretur ex hoc: ſed hæres,vel res,quæ non deliquerunt. fuit ſtatutum, quod tales actiones non tranſirent,in auth.de man.prin. §. oportet aūt. Verum eſt,tn̄ quod ex quodam odio ſpeciali fuit ſtatutum in caſibus hic ſequentibus,nō attentā hac rōne,de quibus non eſt arguendum contra rōnem communem, cum ſint

3 ſpeciales caſus,& nō vitiant.ff.de reg.iur.l.1.& ideo†quanto magis trahit ad delictum,minus eſt tranſmiſsibile: quia magis concernit punitionem perſonæ:ſed vbi quaſi delinquitur in omittendo: tunc eſt modicum delictum,& vr̄ potius accedere ad contractum,quam ad delictum:& ideo tranſit, ſicut qn̄ deſcendit ex contractu. Et facit:quia in tali caſu vr̄ agi de peculio.ff.de ma.conue.l.1.§.fi.nau.cau.l.idem ait.[alias incipit,& ita.]§.ſi filius.Item vr̄ obſtare huic gl.eadem l. §. hæc actio.ſed ibi in actione,quæ competit ex recepto: vt ibi notatur: & in l.fi.§.pe. & fi.eo.tit. In ea.gl.in fi.vide plures caſus in l.ex iudiciorum.ff.de accuſa. In gl. hoc in duobus caſibus. Et vt bene hanc gl.videas,debes ſcire,quòd in publicis

4 † iudicijs, interdum agitur criminaliter ad pœnam corporalem; interdum ad pœnam pecuniariam; vbi agitur criminaliter: certum eſt,quod crimen extinguitur, ſi reus moriatur ante ſententiam,etiam ante lit.conteſt.& hoc caſu indubitanter verum eſt,quod gl.hic no. Sed vbi agitur pecuniariter,ſunt opin.Hug.dicit,quod poſt litem conteſt.tranſit cauſa contra hæredes,ad inſtar priuatorum. Cynus dicit contra vt hic legitur & notatur.ff.de pub.iud.l.defuncto. Si intelligas hanc gl.loqui,quando agitur ad pecuniam,& videtur adhærere opin. Hugo.& hanc ſequuntur communiter doctores. Pro opinio. tamen Cyn. videtur l. ex iudiciorum ſupra alleg.quæ videtur loqui,quando agitur de pecunia: & facit differentiam inter publica,& priuata crimina. Si opinio Hugo. eſſet vera, nulla videretur differentia. Item facit: quia vbi non ſunt expreſſe adempta bona in publicis criminibus,extinguitur cauſa etiam quo ad bona: & ſic videtur pro opin. Cyn. & tamen Hug. inducit pro ſe. Super hoc eſt aduertendum, quòd interdum agitur de ademptione, ſeu confiſcatione bonorum, interdum non agitur de hoc, ſed pars agit pro intereſſe ſuo: vt in l. Corne. de ſal. & in l.Iul. de vi pub.vel priua.iuxta illa, quæ leguntur, & notantur in l. 1. C. quando ci. ac. crim. præiudic.hi.caſus ſunt valde diuerſi. Videamus ergo de quolibet per quæſtiones. Pone quod accuſabam Titium criminaliter l. Iul. de vi publi. vel Corne.de fal.vel leg.Iul.repetundarum, quarum pęne ſunt partim

partim in perſona,partim in pecunia,accuſatus moritur,lite
5 † conteſtata [b] quæritur nunquid accuſatio extinguatur ;per
b mortem,quo ad pœnam pecuniariam? Et non videtur per l. defuncto.ff.de pub. iud. Ego credo contra,hoc caſu in pub. iud.& is eſt caſus.l.ex iudiciorum.in princ.& probatur.ff.de iu.fiſ.l.Lucius,ibi.n.fuerat appellatum, & ita eſt perinde, ac ſi non fuiſſet pronunciatum.ff.de Turp.l.1. in fin.& fuit extincta accuſatio per mortem,etiam quo ad bona. Verum eſt tamen ꝙ ſi bona fuerunt ſcelere quæſita,auferuntur,ſed non vi accuſationis.licet quia turpia lucra,&c.ff.ad l. Cor. de fal. l.cum fal.& d.l.Lucius.& hoc caſu eſt vera opinio Cyn. hoc eſt verum in publ.crim.Quid in priuatis? ſicut ſcis,ex delicto, poteſt agi criminaliter & ciuiliter,vt patet.ff. de priua. delic.l.fin.Pone,ꝙ accuſabam te criminaliter de furto,nulla facta concluſione ad pœnam ciuilem, lit. conteſt. moreris: nunquid poſſum agere ciuiliter, contra hæredem tuum? Credo quod ſic,quamuis non fuerit lis conteſt. in ciuili,nec ad hoc actum eſſet. Et ſic intelligo.d.l.ex iudiciorum.§.ex cæteris.& hæc eſt differentia inter publica iudicia,& priuata.Et poteſt eſſe ratio, quia publica plus ſapiunt ſubſtantiam delicti,vtſupra dixi.Sed quid,agebã forte l.Iul.de vi,actione in factum,ex leg.Cor.de fal. ad pecuniam, nil concludendo ad punitionem corporis,ſed pro intereſſe,nũquid hæc actio tranſit contra hæredes? Credo ꝙ ſic,ſiue publicum eſſet delictum,ſiue priuatum,& hoc caſu intelligo.C.ſi ex delic. defun.l.1.quæ hoc caſu propriæ loquitur: & loquitur etiam in publicis.& in hoc caſu debet intelligi d.l.defuncto.in ſecundo dicto.& iunge infra §.proxi. Item dic, ꝙ de crimine poteſt excipi contra hæredes, etiam lite non conteſt. vide C. de adult.l.fin. In gl.niſi lis.in fi.& eſt ratio in primo caſu,ꝗ ibi redditur,quia prætor, ita moderatus fuit auxilium ſuum; vt ſupra dixi de actio.§.rurſus. Ad ſecundum poteſt dici,ꝙ nihil ſit ſpeciale,& quod actio in factum, & interdictum ſumantur pro eodem,vt videbitur infra de interd.§.ſi. In glo. nam hæc in fi.Item poteſt poni exemplum l.fi.§.fi.C. de reuo.do.Aliquando tamen ſuper tex.ex præmiſſis datur intelligi ꝙ actiones ex contractu tranſeunt, ex quo aliud dictum eſt in maleficijs,aliquando tamen &c. vnde excipitur à regula ſubaudita.In glo.ſ.de dolo. Iſta glo.non procedit ſecundũ opin.doct.de qua ſcripſi ſupra de act.§.actionum. In fi.eiuſdem gl.vnde dic,ꝙ vbi dolus committitur extra† contractũ,
6 non agitur contra hæredem,niſi inquãtum peruenit.& not. in d.l.in hæredẽ,ff.de dolo.Sed vbi in contractu agitur actione ex contractu, datur in hæredem: etiam ſi nihil peruenit regulariter.& de hoc vide plenius.ff.depoſiti.l.ſi apud. ff. de reg.iur.l.hoc iure.§.ſi.eo.ti.l.ad ea.§.ſi.Illud autem videtur, quod vbi actio eſt datiua:vel competit occaſione cõtractus: non directe ex contractu, non tranſeat, ſi concludatur directe per medium doli,& principaliter ad punitionem.ff.quod eum fal.tu.l.huius.§.primo,de edendo. in fi. Sed ſi principaliter fuerit actio reperta pro emendatione damni,videtur quòd tranſeat.arg.ff.de bon.auth.iudic.poſſ.l.prætor. §. hæ actiones.ff.de do.l.Sabinus. Et ſic poſſunt intelligi multa de fallentiis, vnde debes hoc exponere, ex contractu actio, id eſt,quæ occaſione contractus datur. & de his vide plenius in dicta lege hoc iure,§. primo. Vbi etiam tangitur de quaſi contractibus.

a Adnot. Non autem. Pœnales actiones prætoriæ, vel ciuiles contra hæredes non dantur, niſi lis contra defunctum fuerit conte. hæredi vero competunt excepta actione iniuriarum.Ex contractu vero competunt conrra hæredes,prætet actionem de dolo, niſi aliquid ad eos peruenerit h. d. ſecundum Ang.vſque ad §. ſupereſt.

b Accuſatus moritur,lite conteſtata.Adde de hac q. per Bald. in ſiia iudiciali practica nouiter reperta,quam addidi ad Lanfr.de oria.in cle.ſæpe in 3.par.in ti.quæ crimina morte finiantur, vbi poſui in apoſtilla ad ipſum.

1 *Pœnalia an citatione perpetuentur.*
2 *L.conſtitutionibus.explicatur.*
3 *Actiones ciuiles ex malefic.tranſmittuntur.*
4 *Pœnalis actio.*
5 *§.Pœnales.ſenſus.*
7 *Hæredes uetiti an ſatisfacere teneantur.* 8.
9 *Succeſſor an prædeceſſoris delicto coercendus.*

Poenales. In glo.imo.vt detur.in fi.C.de inoff. teſta. l.ſancimus. §. fi. ibi licet ſe non præparauerit. Et caue,quia hæc glo.vr̃ falſum concludere,ꝙ actiones fiant tranſitoriæ ꝑ præparationem. vnde in ꝗrela eſt ſpeciale,ut ibi patet. Sed
1 an fiant tranſitoriæ per ſimplicem † citationem? poſſet magis dubitari.& gl.vr̃ qñque innuere,quod ſic,vt not.in gl. in l.ſi eum,§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau. & in multis alijs locis,vt ſcripſi s̃.de act.§.item aduerſus.pro quib. vr̃.ff.de act. & oblig.l.conſtitutionib.Sed gl.vr̃ ibi ſentire contra,quæ vr̃ illis,& iſti contraria: vnde vr̃,quod exigatur litis cõteſtatio, quia tex. ſemper faciunt mentionem de cõteſtatione,vt hic, & C.ſi ex delict.defunct.l.vnica.ff.de actio.& oblig. l. ſciendum.& l.omnes.de reg.iur.l.pœnalia. nam licet cautum reperiatur,quod citatio perpetuet,quo ad præſcriptionem,nõ tñ quod efficiatur trãſitoria actio ab hærede,quod aliud eſt: vt ſcripſi in §. item aduerſus.& ideo ſimpliciter dicit gl.non eſſe veras,& minus iſtam. Nec obſtat l.conſtitutionib. quia
2 non † intendit loqui de ſimplici citatione, ex qua nihil aliud ſecutũ eſt,ſed loquitur qñ citatio fuit facta, & reus cõtumax, & poſitus in defectu:tunc.n.ſatis poteſt fieri tranſitoria.quia talis contumacia hr̃ pro quaſi lite conteſta, in auth. vt omnes obedien. iudic. prouin. §. ſi igitur.ver.ſinautem ille. Et ideo text. notanter ibi dicit tanquam firme,agentem eum,ꝗ conuentus eſt.& intelligo qñ fuit verus contumax: ſi.n.cauſam hr̃et non veniendi,eſſet ſecus.ff.ex quib.cauſ. maiores.l. ait prætor.§.fi.& hr̃ pro contumace.C.qñ lib.princ.dat. l.1. In glo. niſi in duob. caſib. in fine.Hi caſus nil faciunt ad regulam,ꝗ hic traditur, quæ loquitur in actionibus pœnalib. quæ deſcendunt ex maleficio: & patet,ꝙ actiones,quæ competunt in illis caſib. non ſunt hmõi: & ideo fruſtra fuerunt hic fallentiæ poſitæ. Redeamus ad materiam huius §. quærendo vltra glo.aliqua,quæ faciunt ad intellectum.§. tex.dicit hic,pœnales &c. Quid ſi non ſint pœnales,deſcendũt tñ ex maleficio? Videtur ſupponere,quod illæ tranſeant à contrario ſenſu; & pro hoc,quia condictio furtiua deſcendit ex delicto.ff.de compen.l.ſi ambo.§.quoties, quæ datur contra hæredes,quia rei perſecutionem continet.ff.de condict. furtiua.l.ſi pro fure.§.condictio. s̃. de oblig. quæ ex delict. naſcun. §. fin. & hoc vr̃ expreſſum ſupra ad leg. Aquil. §. his verbis. Hoc etiam probatur. quia actio rerum amotarum, deſcendit ex delicto; & tamen quia rei perſecutionem continet,datur in hæredem.ff.rerum amot.l.contra.§.ſi poſt diuortium.ver.item hæres.iuncta.l.ſi mulier.§.hæc actio. e.ti. pro hoc facit, quia tex. quaſi vbique, qñ loquuntur de hac materia,loquuntur de pœnalibus,ſicut hic. & ſupra. §. non aũt.ff.de act.& oblig.l.omnes.de reg.iur.l.pœnalia. ſupponendo,quod aliud eſſet,ſi non eſſent pœnales. In cõtrarium facit.l. vna. C.ex delicto defuncto. vbi indiſtincte loquitur de actionibus deſcendentibus ex maleficio,nec fit mentio de
3 pœna. Item quia † actio in factum,quæ deſcendit ex interdicto vnde vi, aut clam, eſt rei perſecutoria: & tamen non tranſit contra hæredes,niſi inquantum ad eos peruenit.ff.de vi & vi armata.l.1.§.fin.cum l.ſeq.in princ. & §. 1. quod vi, aut clam. l. ſemper.§.hoc interdictum. Ad hoc poteſt dici,
4 quod omnis actio deſcendens† ex maleficio.dicitur pœnalis largo ſumpto vocabulo.& hoc apparet,quia actio rerũ amotarum,dicitur perſecutoria,vt d.l.ſi mulier. §. hæc actio. & alibi dicitur pœnalis,quia deſcendit ex maleficio. C. eo. l.2. Hoc etiam patet ſupra, de actio.§.ſequens.verſ.ex maleficio. vbi dicitur,ꝙ ex maleficio deſcendunt pœnales puræ,& mixtæ, rei, & pœnæ perſecutoriæ, nec fit mentio de puris rei perſecutorijs,quaſi nõ ſint,ſ̃m veram, & antiquam literam. In quibuſdam tamen libris fit mentio de eis. Sed ſcias,quod non in antiquis:imò notabiliter textus illa duo membra poſuit,& de rei perſecutorijs tantum ſcienter conſtituit,& bene apparet, quia non ponit exemplum, niſi de illis duobus
5 membris,nec plus debet eſſe in tex. Igitur iſtud † verbum, pœnales,quod eſt hic poſitum, non eſt ponderandum, imò planè intelligendum, videlicet, ꝙ deſcendentes ex delicto non tranſeunt cõtra hæredem,niſi inquantũ peruenit. Nec obſt. quod dicitur de cond.furtiua. quia poteſt negari,quod deſcendat ex delicto, vt not. in d.l.ſi pro fure. §. condictio.

Nec

Nec facit ad contrarium l. ſi ambo. §. quoties. ff. de compen-
ſatio. imo videtur concludere, quod non deſcendat ex deli-
cto, cum ibi ſit poſita regula de his, quæ deſcendunt ex deli-
cto. poſtea inferatur: idem eſt, & ſi condicatur ex cauſa, &c.
quaſi diceret quod cōdictio furti non erat comprehenſa ſub
illa regula: vel ſi dicas, quod condictio furti. deſcendat ex
delicto, dicas, quod degenerat ab alijs deſcendentibus ex de-
licto, ſicut & in alijs multis habet ſua ſpecialia: Ad §. his
verbis. reſponde, vt ibi ſcripſi. Ad aliud not. quod opponitur
de actione rerum amotarum non obſtat, imo facit pro, vt
6 ibi no. & C. eo. l. fi. † Sequitur in tex. Si ab ipſis principa-
libus. Quid ſi per procuratorem? Non videtur idem, cum
hic dicat de principalibus, & procurator non eſt principalis.
C. de iura. cal. authen. principales. Sed dicas idem, & hic vo-
cat principales illos, qui cauſarent in proprijs perſonis obli-
gationes, ad differentiam hæredum, non ad differentiam pro
curatorum, vt ſatis patet de ſe. Item ſequitur in tex. con-
teſtante. Quid ſi delinquens iuſſit forefacta emendari, ſicut
tota die faciunt teſtantes: nunquid teneretur hęredes? Nō
videtur per hos text. qui requirunt conteſtationem. Dicas
contra extra de ſepul. c. fina. de rapt. c. in literis. & idem ſi
nil dixit. Si tamen confeſſus fuerit ſacerdoti: præſumitur
enim, quod voluerit, ſua forefacta emendari ex quo apparēt
ſigna pœnitentiæ: vt ibi not. Inno. & hoc caſu cautum eſt, de
hoc facere mentionem in libello ſeu petitionem. Nam ſi
ageretur ſimpliciter actione deſcendente ex delicto: & ex-
ciperetur, quod non tranſit contra hæredem, forte non au-
dietur, ſi per viam replicationis proponeret ordinationem
ſeu pœnitentiam teſtantis quia diſpoſitio teſtatoris, non po-
teſt facere actionem, quæ de iure non tranſit, tranſitoriam.
l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. per quam videtur, quod debeat agi
ex diſpoſitione: quæ eſt valida de æquitate canonica. Quid ſi
nihil diſpoſuit, vel non appareant ſigna pœnitentiæ? Vi-
detur, quod actio ſit extincta per hanc legem. nec iura cano-
nica in hoc immutant. Ratio enim eſt iurium illorum, vt à
peccato defunctus valeat liberari, vt patet in c. in literis. in
fi. ſupra alleg. ſi non appareat pœnitentia, non liberatur, igi
tur cum ratio ceſſet illius, videtur quod & ipſum ius: extra
de ſent. excomm. c. à nobis. vbi concluditur, quod etiam pro
tali non eſt orandum. Quid dicendum? Iſta eſt dura, æquitas
canonica dulcis, & rationabilis. Vnde credo quod hæredes
teneantur de iure canon. etiam ſi ſigna pœnitentiæ non ap-
pareant. Nam licet eccleſia non præſumit pro peccatore: niſi
ſigna pœnitentiæ appareant: nihilominus neſcit pro certo,
an ſit abſolutus apud Deum, qui de intrinſecis iudicat, vt d. c.
à nobis. ideo in tanto dubio iudicarem in tutiorem partem,
quod eius forefacta emendarentur: vt à peccato valeat li-
berari: iuxta dictas decretales. Sed quid ſi in fine talis de-
linquens inhibuit hæredibus, quod non facerent emendam?
Vel quid ſi iudæus, vel ſaracenus dedit damnum, & moritur
ante conteſtationem litis? Videtur contra, cum ceſſent om-
7 nes rationes prædictæ. Ego non video, cur † hæredes illorū
ſint melioris conditionis hæredibus aliorum. Vnde crederē,
quod de iure canonico hæredes teneantur emendare dam-
na, & exceſſus prædeceſſorum indiſtincte de bonis eorum,
quantum ſe extendunt: & hoc volunt dictæ decretales.
Nec credo, quòd teneantur vltra, etiam ſi non fecerint inuē-
tarium. ſic intelligo d. c. in literis, quicquid glo. ibi notet. Et
hæc eſt ſumma æquitas. Nec obſtat, quod hæres, qui non fe-
cit inuentarium, tenetur inſolidum: iuxta authen. de hæred.
& fal. quia illud verum in actionib. de natura ſua trāſitorijs,
ſed in alijs, quæ non tranſeunt de iure, ſufficit, quod ius ca-
nonicum tantum illis iurib. detrahat ex æquitate: videlicet,
quod teneantur hæredes, quantum ſuppetunt facultates de-
functi: & in hoc ius canonicum modificet rigorem iuris ci-
uilis. Dic ergo, quod actiones ex delicto deſcendentes non
tranſeunt in hæredes, niſi lis fuerit conteſtata: vt hic, vel
pro conteſtata habita, vt ſcripſi ſupra in princip. §. vel niſi,
quantum peruenerit, ſubaudi, ex delicto, vel occaſione ip-
ſius. C. ſi ex delict. defun. l. vnica. ſecundum rigorem iuris ci-
uilis, vel ex bonis defuncti, ſecundum æquitatem iuris ca-
nonici, quæ eſt ſeruanda, etiam in curia laicali: & hoc vidi
in parlamento Pariſijs obſeruare: & præſertim dico ſeruan-
dum in curia laicali, quia tangit animam, & liberationem
eiuſdem, in cuius foro lex ſuccumbit canoni, vt in authen. vt
cler. apud proprios epiſcopos. §. pen. & de eccleſ. tit. §. 1. &
dato, quod non eſſet factus canon, oporteret ita dici per ra-
tionem, ſuppoſita fide catholica: nam hæres priuatur hære-
ditate, ſi neglexerit redimere teſtatem captiuum, vt in auth.
ſi captiui. in princ. C. de epiſc. & cler. & multofortius ſi non
redimat animam captiuam, quę eſt precioſior, vt l. ſancimus.
la prima, in fi. C. de ſacroſanct. eccleſ. & hoc maxime aſſeren-
dum videtur de liberis, & propinquis, qui tenerentur alere
parentes, ſi viuerent, & multo fortius animas redimere de-
functorum. Sed retēta opinione Legiſtarum, quæritur, quid
ſi non fuerit lis conteſtata, ſed defunctus in vita ſua promi-
ſit emendare, confitendo exceſſum, nunquid poteſt agi con-
tra hæredem? non videtur, quia ſi principalis actio non eſt
tranſitoria, nec actio ex ſtipulatu. ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui
iniuriarum. ut leg. nomi. cau. l. 1. §. ſi quis ſub conditione.
Imò contrarium videtur, quod confeſſio, & ſecunda pro-
miſſio, perpetuant. C. de præſcrip. 30. annor. l. cum notiſſi-
mi. §. ſed & ſi quis. Et videtur, quod faciant tranſitoriam a-
ctionem: quia hæc ſunt conſecutiua. ff. de actio. & oblig. l.
in honorarijs, pro hoc facit. ff. de conſtit. pec. l. item illa. §.
proinde, & tota pars illius brocardi. actio ſubrogata ſortitur
naturam eius in cuius locum ſubrogatur. ff. pro ſoc. l. ſi quis.
Super hoc videtur dicendum, quod tranſeat. & hoc videtur
tenere Spec. in ti. de interrog. in iudic. fact. §. nunc interrog.
verſ. quid ſi is. & de accuſ. §. 1. verſ. quid ſi latro. Nec obſt. §.
qui iniuriarum. & §. ſi quis ſub conditione. quia loquuntur,
quando ſtipulatio fuit adhibita per modum acceſſorij. hic
autem per modum principalis. quæ ſunt valde diuerſa. vt
dixi ſupra de actionibus. §. fuerat. ſed hoc videtur expreſ-
ſum extra de hæret. c. accuſatus. §. eum vero. lib. 6. Super
hoc poteſt dici, quòd ex delicto concluditur, quandoque ad
intereſſe, ſeu emendam parti applicandam, interdum conclu
ditur ad pœnam fiſco, vel iuſtitiæ applicandam, ſeu pœni-
tentiam iniungendam, ex qua parti læſæ nihil acquiritur.
8 † Primo caſu obtinent, quæ ſuperius dixi, videlicet, quòd hę
redes tenentur, ſi confeſſus fuerit, vel ſi ordinauit emēdari,
vel ſi promiſit, ſecundum opinionem Innoc. vel ſi nihil pro-
miſerit, quantum ſuppetunt facultates, vt ſupra dixi. Sed
in ſecundo caſu, dico non obtinere: imò indiſtincte hære-
des non tenentur, niſi iam pœna eſſet declarata, vt d. c. accu-
ſatus. & de hoc vide ſupra. §. non autem. vnde bene caue,
quia iſte. §. loquitur quando pars agit pro emenda, intereſſe,
ſeu damnis ſuis, & ſibi applicandis: nam in alijs pœnis, quæ
applicantur fiſco, non ſufficeret etiam conteſtatio, vt ibi
ſcripſi: & patet in d. c. accuſatus. Quid ergo ſi aliquis fuit
accuſatus de aliquo delicto ex mero officio, ad finem puni-
tionis? Non videtur, quod ſufficiat conteſtatio per prædi-
cta: imò nec ſi gagiaſſet emendam, niſi eſſet declarata. per
d. c. accuſatus. & facit. ff. de dam. infecto. l. ſi finita. §. ſi iam
fuerint. Sed quid ſi reus mortuus fuit antequam potuerit ci-
tari, nec poni in contumacia? verbi gratia, aliquis abſtulit
mihi equum, mortuus fuit caſu, vel forte occiſus, antequam
poſſem vocare eū in ius, an tenetur hæres de iure ciuili? non
videtur, per hunc tex. ſed ſatis videtur quod imo. argu. ff. de
confir. tut. l. in confirmando. & l. vtilitatem. & facit. C. de
ino ff. teſtam. l. ſi mater. & quicquid ſit, deberet actor in inte-
grum reſtitui, ex clauſula generali. ff. ex quib. cau. maior. l.
ait prætor. §. fin. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. l. & Attilicinus.
9 † Sed quid de ſucceſſore in dignitate, vel officio, nunquid
tenetur ex delicto prædeceſſoris? Videtur quod ſic: extra
de æta. & qualit. c. accepimus. de ord. cog. cap. 2. de immu.
eccleſ. c. aduerſus. & hic videtur dicendum, quod ſucceſſor
tenetur, inquantum dignitas, vel illud, quod adminiſtrat, ſi-
cut reſpublica, vel beneficium ſunt facti locupletiores, ad in
ſtar pupilli. ff. de actio. empt. l. Iulian. §. ſed cum in facto. ff.
de dolo. l. ſed & dolo. §. 1. de adminiſtr. tuto. l. fi. ſi vero non
fuit facta locupletior, tunc ſucceſſor tenetur, ſi perſeueret, &
participet in crimine, vel non purgaret, cum poſſit: & eſt
excōmunicatus per eandem ſententiam canonis: ſi autem ſit
hominis

hominis non vt no. docto.in cap.aduerſus.alias non tenetur niſi delictum afficeret dignitatem, vel rem : vt in ca. accepimus.de hoc vide Bart.in l. 1.ff. de priua.deli. Item credo, ꝙ ſi bona prædeceſſoris propria venernnt ad ſucceſſorem,in officio,vel dignitate, quòd quantum ſe extendunt illa bona,debet emendare parti conquerenti iuxta æquitatem.cap. parochiano. & c. in literis s̄.alle. & hoc dico maxime in viris eccleſiaſticis,qui debẽt reputare æquum in perſonis ſuis, quod in perſonis aliorum reputauerunt. Curia Franciæ adhæret huic legi.nam ſi fuerit lis conteſtata contra prælatum delinquentem. cogit ſucceſſorem procedere : vel capit temporale eccleſiæ: nec proſequitur delinquentẽ:ſi ſe transferat, quod plus quam iniquum eſt.

1 *Abſoluendi forma.*
2 *§.Supereſt.ſenſus.*

a SVPEREST.[a] In glo.hæc de vita.in fi.vel dic, quod ſupra tractauit de naturis actionũ a ti.de actionibus,huc vſque nunc ex quo naturas actionum declarauit, ſupereſt, vt de effectu actionis deductæ in iudicium aliquid tangat. In gloſ.ſ. ab obſeruatione.in fin.imo dic, ꝙ definitiue.& eſt vtile: quia forte reus non poſſet probare ſolutionem & probabit abſolutionem. Item ſi ab obſeruatione iudicij abſolueretur, ſolum acta cauſæ annullarentur : iuxta l. properandum. C.de iudic.quod parum prodeſſet, ſecundum Iaco.de Ra.pro quo facit ff.de iureiuran.l. iuſiurandum & ad pecunias.§.fin.Sed quis erit modus pronuntiandi ? ſatis poteſt deprehendi ex
1 hac litera. † Etenim iudex dicet, quamuis reus eſſet in cauſa condemnationis,tempore accipiendi iudicij,quia tamen lite pendente ſoluit, ipſum abſoluo vel ſi non conſtat, an eſſet in cauſa cõdemnationis tempore accepti iudicij, pòt dicere, quære reus ſummã petitam lite pendẽte ſoluit,abſoluo eum a petitis per actorem.In hoc tamen caue : quia hoc, quod in
2 hoc.§.dicitur,quòd debeat abſolui, † intelligo,quod ad principale. nam in expenſis credo eum debere condemnari,ſi male defendebat.Item ſi res,vel ſpecies debebatur:& erãt acceſſiones, nihilominus fit condemnatio, vel ſi interſit fieri propter euictionem, vel alias.ff.de rei vendicatio.l. item ſi verberatum.§.fi.cum l.ſeq. & debes intelligere,ꝙ fit condemnatio in acceſſorijs : ſed in principali abſoluitur per hunc §.iunge quæ ſupra dixi de ſuſpectis tutoribus.§.ſuſpecti, quæ non obſtant his quæ ſtatim dixi de expenſis : quia hic ſunt expenſæ clare.eo ꝙ ſoluendo cognoſcit debitum:ibi non.

a Adnot. Supereſt.Condemnatus debet abſolui ab obſeruantia iudicij,ſi ante ſententiam ſoluerit.h.d.Ang.

## *De exceptionibus.* *Rubrica.*

1 *Exceptionum promiſcua nomina.*
2 *Defenſiones quæ.*

*Gloſſ.ſufficienter continuat hanc rubricam : poſt quam enim tractatum eſt ſatis de armis actorum : ſequitur de armis reorum : Et ſi præpoſuiſſet titulum de interdictis, ante iſtum:non fuiſſet vis.Et not. quod hæc materia intitulatur diuerſis modis: nam hic intitulatur ſolummodo, de exceptionibus, ſiue præſcriptioni : in fin.ff.de except.& præſcriptionibus. & præiudicijs. & ſi ego fuiſſem, ego addidiſſem, & de defenſionibus. Nunquid ergo eſt differentia inter hæc ver-*
1 *ba? † Non videtur per rubricam Cod.quæ dicit de exceptionibus.ſiue præſcriptionibus.ponendo vnum, pro alio: ſed per rubricam Digeſt. videtur differentia : quia ibi non ponitur, ſiue. imo ponitur coniunctio, & quæ ponitur inter diuerſa.*
2 *Ad hoc poteſt reſponderi, quòd † defenſiones propriè poſſunt dici,quando agitur de facto,actione omnino ſublata ſed exceptio, quando actio competit, ſcilicet elidere per exceptionem. & ſic poteſt intelligi.C. de exception.l. defenſiones. illa facit magis contra.ibi enim ponitur.ſeu videtur loqui,quando actio competebat : quia alias illa lex non haberet dubium. Vnde ſatis poteſt dici quod vnum ſignificent: vt eod. titu. l. præſcriptionem. ff. de adulte.l.ſi maritus.§. præſcriptio. illud tamen verum eſt,quòd prę iudicium non eſt ita largum verbum,ſicut ſunt alia,nam non importat:niſi exceptionem, quę opponitur per actionem.quę intentatur.ſi fiat prę iudicium maiori cauſę. ff. de except. l. generaliter. tranſeamus ad nigrum. &c.*

1 *Exceptio in factum cur data.*
2 *Pacti de non pet.uis. & 3.*
4 *Sententia quid tollat.*

a SEQVITVR [a] vt de excep. In gloſſ.hoc eſt in
b ſtricti. in fi. [b] Dic vt s̄.de actionibus.§.in bonæ fidei.In gl. ſcilicet in ſui ſubſtantia.in fin.Ia.de Ra.dicit,ꝙ naturalis cauſatur ex æquitate:non eſt autem æquum doloſo, metum inferenti, dari actionẽ:vt hic dicitur:igitur naturalis nõ oritur. ſed agitur tantum ex ciuili, ſ᷑m eum.ipſe redit ad opinionem ſuam, de qua dixi ſupra de oblig.ti.generali. vnde ex quo naturalis oritur ex conſenſu:& ibi eſt conſenſus:ſatis poteſt dici, quod ſit ibi naturalis. recurre ad materiam obligationum,ſupra titu. generali.In gl.redde in fi. hoc non videtur verum:quia exce
1 ptio † in factum, datur propter honorem patroni,vel parentum, vbi eorum delictum arguitur, hic autem nullum delictum arguitur, quando per errorem promiſit ſecundum Ia. vnde hoc tertio caſu in factum & exceptio doli concurrunt vt hic,& ibi.In gloſſ.id eſt,in factum.in fin.vide de hoc plenius.s̄.de litera.obligatione.in princip.& verſ.ſed ponamus.
2 † In gl.nota.quod pactũ in fine [c]. Iac.dicit pactũ de non pe-
c tendo non tangit, nec elidit ciuilem ipſo iure : ſed actionem propoſitam in iudicio perimit, ſicut milites armati ſibi non nocent, quouſque veniant ad conflictum,& ſint in campo.ſecundum eum.Quid ergo, ſi actione mota,fiat pactum de nõ petendo?poteſt dici,ꝙ tollit,& perimit vtranque, ſequendo opinionem eius.C.de pactis.l. poſtquam liti.Sed quid de renuntiatione, ſeu quietatione? Videtur ꝙ tollant ipſo iure ff. de condictione indebiti.l.eleganter.§.ſi quis poſt.de ædilitio edicto.l.quæritur.§.ſi venditor. extra de renuntia.cap.ſuper his.& videtur notari in Spec. de exceptionibus.§. 1.verſi.defenſiones.nu.4.In gl. quia non ciuilis.in fi. is caſus non bene excipitur : quia ibi nulla eſt obligatio ciuilis, nec naturalis, cum ſit realis:& in realibus non eſt dare obligationem:vt dictum fuit ſupra de actionibus.§. omnium.& idem videtur,ꝙ
3 pactum de non petendo, † tollat actionem realem ipſo iure,quia ibi non eſt obligatio ſecundum Iac.Hoc non videtur verum,quia per iuſiurandum non tollitur realis.infra proximo.§.& conſtat, ꝙ iuſiurandum habet vim pacti.vt not.infra.§.proxi.ff.de iureiurand.l. fin.§. 1. In gl.ſcilicet primo in fin.Iac.dicit quod ſententia non tollit,nec inducit obligationem,ſed quandam præſumptionem,quæ eſt iuris,& de iure,
4 ex qua agitur, & excipitur.Narrat, ꝙ nonnulli dixerunt † ꝙ ſententia non tollit ciuilem, ſed elidit:quia ſi tolleret ciuilẽ, non poſſet agi ex ſola naturali.& iſte text.dicit;quod agetur. & ita ſupponit, quod ſit vtraque.Sed ipſe Ia.reſpondet ex ſola naturali, non agitur,niſi quando habuit concomitantiam ciuilem,quo caſu ex illa ſola agitur, ſecundum eum vide ſupra de oblig.tit.generali.

a Adnotatio. Sequitur. Diuide hunc tit. ſecundum Aret. & h.d. hoc principium.Exceptiones ſunt arma reorum. & æquitate nituntur ad excludendum actiones,quæ competunt actori ipſo iure: quales ſunt metus,doli:& in factum exceptiones.
b In fin.hoc verum in odium doloſi,in cuius præiudicium tenet contractus, & ex eo poteſt cõueniri:vt no.gl.ibi in verſ.nullam. niſi res reſiſtat actu.quia tunc ex neutra parte datur actio.vt eſt gl.in l.a diuo pio.de ritu nup.& Bal.in l.1.C.plus valere quod agitur.
c In fin.Vide hic per Ange. late materiam exceptionis doli. quod met.cauſa & in factum.

Peremptorias

1 *Peremptoriæ variè dicuntur.*
2 *Exceptionem actione metimur.* 3.
4 *Iudex incompetens quatenus accipiendus.*
5 *§. Appellantur. explicatur.*
6 *Declinatoriæ initio opponendæ.*
7 *Recuſare quando liceat.*
8 *Procurator an recuſet.*
9 *Declinatoriæ loci & poteſtatis quando obiiciendæ.* 10.
11 *Dilatoriarum tempus.*
12 *Compenſationis tempus.*
13 *Exceptio traditionis quando obiici poſſit.*
14 *Exceptiones omnes ante ſententiam obiiciendæ.*
15 *Exceptio conditionis dilatoria.*
16 *Dilatoria repulſa non obiicienda.*

APPELLANTVR. Hic eſt diuiſio exceptionum, quæ potius reſpicit effectum, quam vitam: ſunt enim exceptiones, quæ perpetuo perimunt: nec tamen perpetuo opponuntur: vt videbis in proceſſu. In † gloſſ. id eſt ſine. ibi, cum alle-
1 gat pure. §. fin. ſcire debes quòd peremptoriæ dicuntur tribus modis. Primo, ex vita. Secundo, ex effectu. Tertio, ex tempore, proponendi. Et hoc vltimum eſt improprium, quod glo. hic adiungit vltra tex. Laboremus circa primum, videlicet, an peremptoriæ durant perpetuo. Tu vides hic, quòd ſic, in textu. & in glo. & hoc traditur pro regula hic, & in l. pure. §. fin. ff. de do. me. except. C. eodem. l. licet. Sed contra hoc conſueuit opponi: quia filio qui pôt querelare teſtamentum datur exceptio, ſi poſsideat: & tamen eſt quinquennalis, ſicut querela. ff. de inoffic. teſtamento. l. Papinianus. §. ſi filius. iuncta. l. ſi quis libertatem. §. diuus. alias eſt verſicu. ſub. §. ita demum. ff. de petitione hæreditatis. Item de exceptione beneficij in integrum reſtitutionis, quæ non durat niſi anno. ff. de iureiuran. l. nam poſtea. §. ſi minor. ex quib. cauſ. maior. l. necnon. §. exemplo. Super hoc conſueuit dari doctrina, ꝙ
2 vbi pro eodem competunt actio, & exceptio: † exceptio eſt eiuſdem vitæ, qua eſt actio, vt in dictis contrarijs: & hoc vides in non numerata pecunia, in qua competit actio, & exceptio: & ſunt eiuſdem vitæ, & temporis. C. de non numerata pecunia. l. cum vltra. & l. in contractibus. Sed contra hoc videtur: quia exceptio doli eſt perpetua. l. pure. §. fin. & tamen datur illi, qui habet actionem temporalem. ff. de pact. l. ſi cum emptore. §. fin. Præterea, ſi teſtator mihi, quod debebat, legauerit, datur mihi actio, & exceptio. ff. de lib. leg. l. quod mihi ſupra de leg. §. ſed ſi debitori. & tamen nemo diceret, quin exceptio iſta perpetuo duret, cum iſta ſit liberatio perpetua. Præterea, ſi cautio fuit penes creditorem inutilis, vt quia diſſolutæ quantitatis, vel ſine cauſa: conſtat, quòd competit actio. C. de condi. ex lege & ſine cau. l. diſſolutæ. & exceptio doli. ff. de doli excep. l. 2. §. circa. vel ſolutionis, ſi ſolutum fuerit: & tamen nemo diceret hanc exceptionem temporalem, cum per ſolutionem tota obligatio fuerit diſſoluta, & in vtroque caſu actio tollatur xxx. annis per l. omnes. C. de præſcriptio. xxx. annorum. Quid dicemus? Innocen. dicit, quòd vbi ille, qui habet actionem, & exceptionem, eſt in mora: tũc exceptio eſt temporalis: alias perpetua: vt not. extra de appellatio. ca. ſæpe. Sed pro Deo, quomodo poteſt eſſe in mora ille, qui habet exceptionem, & a quo peti non poteſt. ff. ſi certum petatur. l. lecta. §. fi. de regu. iuris. l. nulla intelligitur? non video, quid voluit dicere Inno. ſed forte voluit hoc dicere, quod exceptio eſt perpetua, vbi actor nihil petijt, ſed vbi petijt, & reus cum poſſet, non excepit, & forte actor non eſt cauſam proſequutus vſque ad finem, uel forte petijt inſtantia: quia eſt, ꝙ poſsit reo ad negligentiam imputari: tunc non videtur perpetua. Sed hoc non placet: quid enim poteſt reo imputari, qui habet tempus liberum ad excipiendum vſque ad ſentẽtiam: vt l. peremptorias. C. ſenten. reſcind. non poſſe? Vnde cum in illis terminis ſententia non fuerit lata, reus non fuit in mora excipiendi, qui erat adhuc intra tempus, ſibi a iure conceſſum ad excipiendum. ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. ꝙ ſi homo.
3 Item † Innocen. dicit, quod vbi actio, & exceptio ſimul, & ex eadem cauſa oriuntur, & ad idem tendunt, ſimul, & eodem tempore finiuntur: alias non. Sed adhuc obſtant, quæ dixi de liberatione legata: & quædã de opinionibus ſupradictis. Poteſt dici quod vbi actio & exceptio competunt ex gratia, vel beneficio iuris, ad tollendum, vel reſcindendum id, quod de iure communi tenetur, obtinent contraria: alias obtinet regula: vnde beneficium integrum reſtitutionis, querela inofficioſi, exceptio non numeratæ pecuniæ fuerunt repertæ ex quadam gratia contra ius commune: vt ſatis patet in materijs ſingulorum caſuum prædictorum: idcirco non eſt mirũ, ſi reſtringantur, ꝙ per hoc credo, quod ſi quis appellauerit a ſententia nulla, poſsit nihilominus perpetuo excipere de nullitate, quamuis haberet actionem, vel aliud, quod pro actione haberetur inſtantia appellationis. De hoc notabat Innoc. in d. c. ſæpe. vide hodie extra de ſententia excommunicatio. capit. licet. libr. 6. & hoc ſufficit de natura exceptionis perempt. Quid de replicatione? Clarum eſt, quod durat, quantum durat actio: vt not. in l. pure. §. fin. & probatur. ff. de peculio. l. quæſitum. §. in dolo. C. de tranſactio. l. ſub prætextu. Circa ſecundum, videlicet circa effectum, non eſt ſtandum, quia peremptoria propriæ dicitur, quæ perpetuo perimit, vt hic legitur: alias non eſt peremptoria. Tertium gl. hic proſequitur, & tamen de hoc non agitur in tex. proſequamur eam apoſtillando. In eadem gloſſ. ibi cum allegat l. minor. xx. annis. is caſus non debet eſſe inter ex-
a ceptos: quia hoc fit beneficio in integrum reſtitutionis, a quo caſu reſcinditur ſententia: & ſi non reſcindatur perinde auditur, ac ſi ſententia lata non eſſet: vt d. l. minor xxv. ann. In ea. glo. cum allegat. l. Neſennius, idem in marito, & in alijs, qui deducunt. de quibus ſupra de action. §. ſed & ſi quis. ff. ſolut. matrimonio. leg. ex diuerſo §. final. & not. C. de iuris & facti igno. l. 1. In eadem glo. ibi, cum allegat de iuris & facti. ignoran. l. 1. idem videtur in milite cœleſtis militiæ & inſtito. vt ibi not. per gloſſ. & doctores. In eadem gloſſ. cum allegat l. licet non ſic in alia exceptione falſi, quæ non poteſt opponi, niſi habita reſtitutione. ff. de re iudicata. l. diuus. de exception. l. qui agnitis. niſi pars argueretur falſum commiſiſſe. de iudic. l. cum prætor. vide quæ ſcripſi. C. de aduocatis diuerſor. iudic. l. 1. vel niſi diceretur nulla propter falſitatem literarum delegationis, vel potentis iudicis: tunc enim videretur idem, vt in falſo procuratore. cum ſit eadem ratio: ſed ſecundum hoc poterit via aperiri malitijs. ſemper enim condemnatus dicet ſententiam nullam, & ſemper vltimam: & veniet de nullitate ad nulliitatem: ſed ad hoc iudex debebit occurrere, vnde non crederem ipſum admittendum tertio, ſicut nec admittitur tertio appellans. C. ne liceat tertio prouocare. l. vnica. Item nec ſæpius in integrum reſtitui poſtulans. C. ſi ſæpius in integrum reſtitu. poſtul. l. 1. & fin. Item nec ſæpius teſtes reprobare volens: extra de teſtib. c. licet. talibus enim per iudicem occurri debet extra de
4 exceptio. ca. paſtoralis. Item quod hic dicitur † de iudice incompetenti, intellige, quando poſt ſententiam tale quid opponitur, per quod apparet ipſum non habuiſſe iuriſdictionẽ: alioqui ſi opponeretur incompetentia propter perſonam, diſtinguitur, an eſſet non capax propter vitium naturę: ſicut fęmina. vel incompos mẽtis, an propter vitium ſuum. in primo caſu poteſt opponi poſt ſententiam, ſecundo non, imo nec poſt conteſtationem: vt ſi dicatur infamis: & hoc notant doctores iuris canonici extra de reſcriptis. c. ſciſcitatus. de offi. de lega. c. cum ſuper. & in Specu. de exceptio. §. nunc videndum. verſicu. ſed quæro. & hoc niſi eſſet vitium notorium: & publicum. extra de ſententia & re iudica. cap. ad proban-
b dum. In eadem gloſſ. ibi. ff. de ferijs l. prima. [b] idem eſſet vbicunque iudex compelleret aliquem ad reſpondendum coram ſe, qui alias non teneretur. ff. de iudicijs. l. ſecunda circa principium. & eſt ſpeciale, quod compulſio reddat iudicium
5 nullum. vt ibi not. Item † intellige, quod hic dicitur, quod exceptio peremptoria non opponitur poſt ſententiam, quando agitur actione iudicati, vel in factum: ſecus ſi ageretur prima actione. C. de iudicijs. l. 1. cum ibi notatis. Item intellige hoc de exceptione nata ante ſententiam: ſecus ſi poſt. ff. de tranſactionib. l. & poſt rem iudicatam. Item hic dicit de per empt. per quam venitur contra ſententiam. alias ſecus. ff. de exception. rei iudica. l. duobus. cum notatis. In eadem glo. cum

gl. cum allegat. l. ſi quidem. in hoc diſtinguo plenius: quia quædam ſunt declinatoriæ fori: quædam dilatoriæ petitio-
6 nis. De declinatorijs † fori dic, quod debent opponi ab initio. vt C. eodem. l. fina. Sed ego quæro, quid eſt hoc initium? Hic fuerunt diuerſæ ſententiæ: præſertim inter Canoniſtas. Quidam dicunt, quod in initio debet opponi, antequam aliquid aliud proponatur: vel contra citationem, vel contra commiſsionem, ſeu reſcriptum, vel fundamentum partis, per decretalem inter monaſterium. extra de ſententia & re iudic. Alij dicunt ꝙ vſque ad 20. dies, per authen. offeratur. C. de lit. conteſt. alij, quòd vſque ad lit. conteſt. per l. nemo. a contrario ſenſu. C. de iuriſd. omn. iud. & hanc tenet Spe. in tit. de dilatio. §. nunc videamus. verſic. nunquid ergo. Ioan. And. dicit in c. inter monaſterium: ꝙ omnis exceptio, per quam negatur quis eſſe iudex, debet primo proponi, & poſt recuſari: ad quid enim recuſaretur, ſi non ſit iudex? Quid dicendum ſuper his? Poteſt dici quod declinatoriæ ſunt diuerſæ: quædam enim ſunt contra perſonam iudicis: quædam contra fundamentum eius: ſicut contra reſcriptũ, vel commiſsionem: vel quod cognitio pertinet ad alium, qui forte præuenit: vel coram quo cauſa pendet. quędam declinant de loco, vbi cauſa eſt ventilanda: & ſuper his videtur diuerſimode reſpondendum. Loquamur de primis, quæ concernunt perſonam iudicis: & in illis videtur ſimiliter diſtinguenda declinatoria recuſationis ab alijs. Quæramus
7 ergo de recuſatione, † ſuper qua ſunt opiniones, vt ſupra ſcripſi. Credo tamen, ꝙ quandocunque ante propoſitionem aliarum dilatoriarum, poſsit iudex recuſari, niſi pars eius ſubierit iudicium. & hoc ſatis probatur, quia nec petitio libelli, nec iudiciarium: nec ſatiſdatio de iudicio ſiſti: nec datio ſportularum impediunt, quominus poſsit recuſari: vt in authen. offeratur. & l. non videtur. ff. de iudi. talia enim ſunt præparatoria, & ingreſſus cauſæ, ante omnia facięda, nec alias pars audiretur, quid ergo ſi pars ſubijt iudicium: forte per aliquã interlocutoriam? Videretur contra: quia hoc attento videtur conſentire. ff. quando appel. ſit. l. fi. & ibi de hoc, & videtur expreſſum in cap. inter monaſterium. ſupra alleg. Super hoc quidam diſtinxerunt, an ille qui petijt ius, velit recuſare: & non poteſt: an ille contra quem petitur & ille poteſt. Sed hæc diſtinctio non videtur bona: quia ita conſentit tacite, qui recipit, cum poſſet diſſentire, ſicut qui petit. & hoc vides in querela. nam recipiens legatum perdit querelam, ſicut qui petit. ff. de inof. teſta. l. pen. §. fi. & facit d. l. fin. quando appella. ſit de ſepara. l. 1. §. illud. C. de re iudica. l. ad ſolutionem. Et ſuper hoc videtur dicendum, quod ſi pars recipit iudiciũ, ſeu interlocutoriam ſuper præparatorijs prædictis, quæ parant initium cauſæ, ex hoc non excludatur a recuſatione. Verbi gratia, reus petijt libellum: actor dicit, ſe non teneri dare: quia cauſa eſt vilis, vel forte de conſuetudine non dabat. vel petijt caueri iudicio ſiſti: actor dixit, hoc non debere fieri. quia poſsidet immobilia, vel proponit conuentionem: vel aliquid aliud ad finem illum, vel dicit ſe priuilegiatum ſuper ſportulis non dandis. Credo, quod ſi feratur ſententia ſuper iſtis. nihilominus ſit locus recuſationi: quia alias leges ſupra alleg. imponerentur verbis, & non rebus. quæ dicunt poſt præmiſſa: iudicem recuſari. nam facile eſſet cuilibet præmiſſa fingere, & obijcere, & facere ſuper hoc interloqui: & ſic repellere partem a recuſando.
8 † Quid ergo ſi pars compareat per procuratorem: & obijcit contra procuratorem, & pronunciatur? Crederem, procuratorem non debere propter hoc excludi a recuſando, quia alias procurator recuſare non poteſt, niſi ſit fundatus: vel alias pars non tenetur recuſare, niſi habeat partem fundatam, cum qua eligat arbitros. & idem crederem, ſi impugnetur poteſtas iudicis: vt ſupra in opinione Io. nam fruſtra recuſaretur, ſi non ſit iudex: & fruſtra iretur ad arbitros: vt ipſe Ioan. dicit. & idem videretur in citatione, quæ eſt præparatoria, & initium iudicij: quia ſine citatione quis non tenetur procedere, infra tit. 2. §. fin. & hoc ſatis innuitur in Decret. quoniam contra falſam. extra de proba. vbi ponitur ordo: & ponitur citatio ante recuſationem: vt ibi patet. ſed ſi procederetur ad alias dilatorias proponendas, dicerem aliud.

9 Quid ſi † declinet de loco: quia forte dicit locum non inſignem, vel ſe non poſſe conueniri extra diœceſim vltra dietam vel vltra locum reſorti ſui? adhuc crederem idem: quia ſi primo haberet recuſare, quam de hoc excipere: haberet ibi eligere arbitros: & ibi ſuper cauſa ſuſpicionis litigare: & ſic compelleretur contra ius litigare: niſi in loco vetito. Super his tamen eſt facienda, & præmittenda proteſtatio, quod non intendit in iudicem conſentire, &c. & ſic tota die faciunt aduocati: & hæc credo vera. & rationabilia, in dubio tamen tutius eſt ante omne iudicium, ſeu interlocutoriam iudicem recuſare, vt omnino opinioni ſatisfiat.

Quid de alijs declinatorijs concernentibus poteſtatem iu-
10 dicis? In † illis poteſt dici ꝙ debeant proponi, etiam in initio poſt prædicta præparatoria. idem de quibuſcunque alijs declinatorijs fori: vt patet in d. l. fi. C. eo. ibi. enim vult oſtēdere differentiam inter ipſas & alias dilatorias, dicendo præſcriptiones fori in initio opponi debere, quaſi dicat, ante alias dilatorias: & hæc procedunt niſi contendatur iuriſditionem non competere ipſo iure: quia tunc poteſt opponi quandocunque: vt dixi ſupra in ſecunda additione: vel niſi de nouo venerit ad notitiam: vt no. in d. l. fi. & idem Inno. & Hoſt. extra eo. c. paſtoralis. Sed Ber. tenet ibi contra. & Spec. eo. tit. §. nunc videndum. verſi. cæterum. pro quo ff de excuſ. tut. l. 2. §. fi. in authen. vt cum de appella. cog. §. aliud. Et ad decretalem, paſtoralis. poteſt reſponderi, quod loquitur in termino præfixo ab homine, ſecus ſi a lege. & hoc idem no. Archidiaco. in exceptione ſpoliationis, extra de reſtitut. ſpo. c. frequens in exceptione excommunicationis ſunt multa ſpecialia. vide extra de excep. c. pia. lib. 6. Item quæ dixi, intellige, niſi cauſa concedendi ſemper duret, vt forte de loco nō tuto, vel de iudice inimico, vt no. in Spe. de citatione. §. 1. verſi. quid ſi reus. & per Archid. de offic. deleg. capit. ſtatuimus. lib. 6. & ideo videtur quod poſsit excipi de ferijs, lite etiam conteſtata. contra tamen notatur in Spe. in eodem tit. §. d. verſic. quid de exceptione feriarum. Item dicit, quod exce-
11 ptio † dilatoria proponitur ante litis conteſtationem. vt hic notatur, & poſt antequam diuertat ad alios actus: vt no. Inno. in d. c. paſtoralis. Item dicit quod exceptio dilatoria poteſt opponi quandocunque, ſi reſultet ex proceſſu. extra de offi. delega. c. ſtatuimus. cum ibi notatis. In ead. gloſ. ibi, cum allegat §. ſuper cæteris. Hæc gloſſ. non procedit, quia peremptoriæ dicuntur ab effectu, quando negotium de quo agitur, perimit, non tempore vitæ: vt ſupra dixi, vnde cum hæc exceptio omnino perimat, patet, quod eſt peremptoria, quamuis perpetuo non poſsit opponi ſecundum Iac. & idem dicit de exceptione non numeratæ dotis, de qua ſequitur. Sed Specu. videtur tenere cum hac gloſſ. in Spec. eod. tit. §. d. verſic. quid de exceptione non nu. nu. 18. In ea. gloſſ. in fi. de hoc dictum eſt ſupra circa prin. gloſſ. & idem poteſt dici de beneficio cedendarum actionum. ff. manda. l. Papinianus. de fideiuſſo. l. cum is. & l. ſi fideiuſſor. §. idem reſpondit. & idem de beneficio diuidendarum actionum: vt patet per epiſtolam diui Adria. vide C. de fideiuſſ. l. fideiuſſor. & ſcripſi ſupra de fideiuſſo. §. ſi plures. De exceptione compenſatio-
12 nis, † non videtur dubium quin poſsit opponi poſt ſententiam. ff. de compenſationibus. l. ſi eum militi. §. 1. C. de compenſatio. l. ex cauſa. De exceptione, quæ datur pignoris poſſeſſori, vel fideiuſſori, quod reus primo conueniatur, ſunt opiniones, quando debeat proponi. nam quidam dicunt, qđ ante lit. conteſt. alij poſt: vt dixi in §. ſi plures. & notatur plene in Spe. eo. tit. §. d. verſi. quid de exceptione quam proponunt. in his tamen omnibus, de quibus dubitatur, an ſit dilatoria, vel peremp. tutius eſt, quod opponantur ante lit. conteſta. prout doctores ibi notant. illa autem exceptio, dolo petis, quod reſtituturus es. videtur perempt. cũ perimat negotium. Credo autem poſſe tradi pro regula, quod omnis exceptio, quæ commode non potuit opponi ante ſententiam, forte propter dubium facti, cui ſententia dat certitudinem. & per quam directo non contradicitur iudicato: & per quam non negatur cauſa, ex qua agebatur, vera poſsit op-
13 poni poſt ſententiam. V. g. agebas † contra me, quòd traderem tibi equum, quem dicebas me tibi vendidiſſe, vel quid aliud

aliud,ego lit.conteſt.negaui.produxiſti teſtes:iudex pronuntiauit pro te.volo excipere,ꝙ non tenear rem tradere,niſi offeras pretium:credo,ꝙ poſſum:quia ante non potui commode excipere,quouſque certum eſſet vẽditionem fuiſſe factã. Vel pone,petis à me rem,quam dicis tuam : ego negaui,lata ſententia,pro te volo excipere de expenſis, quas bona fide feci in re.credo,ꝙ poſſum: quia ante non potui commode excipere, & idem in conſimilibus exemplis. & ad hoc faciunt .ff.de reſcinden.vendit.l.fundus.de iureiurando.l.ſi duo.§.ſi quis iurauerit.cum §.ſequen. & ideo condemnatus in actione hypoth. offert debitum. & in actione noxali dat pro noxa.& condemnatus compenſat. Item condemnatus petit ceſſionem. Item heres condemnatus ad ſoluendum legatum, excipit de beneficio inuentarij, vide ſupra de hæred. quali. & differen. §. extraneus. & hoc indubitate, vbi condemnatus habuit iuſtam cauſam litigandi: quia forte ex facto prædeceſſoris conueniebatur : vel alias habuit iuſtam cauſam : quod tamen videtur. etiam ſi non haberet. per rationem quam dixi. in caſu tamen, quo mala fides ipſum non excluderet ab excipiendo, quæ excludit quandoque : vt quando

24 fecit expenſas mala fide in alieno.Crederent † tamen, quod vbi ante ſententiam tales exceptiones poſſent opponi : quia forte non negabatur contractus, vel cauſa, ex qua agebatur, quòd debuerit opponi ante. Et in omni caſu eſt tutius opponere ante ſententiam,ſaltem conditionaliter ſic, dico qđ non habes ius : & ſi ius haberes compenſo,vel habeo retentionem. facit ſupra de actio.§.in bonæ fidei. vbi compenſatio fuit appoſita ante ſententiam. Sed contra hoc videtur facere.ff.famil.erciſc.l.ex parte.in prin. vbi ſupponitur, qđ non excipitur poſt ſententiam : ſed agitur pro expenſis: ſed intellige,quod agi poteſt vbi rem reus tradidit : quia ſi non tradidiſſet : daretur exceptio multofortius, quam actio : qa cui damus, &c. vt regula iuris innuitus. §. 1.ff.de regul. iur. Illud autem conſtat, quia exceptiones præiudiciales quandocunque proponuntur, ſi reddant iudicium nullum, vt ſi opponatur quod eſt ſeruus,vel monachus,vel ante litem cõteſtatam.C.de ordin.iudi.l.3. & exceptiones ordinis ante litis conteſtationem.ff.de adulter.l.ſi maritus.§. præſcriptiones.an autem præmiſſa obtineant in cauſis criminalibus? vide ibi. Sed quid ſi excipiatur,quòd debitum,quod pure

25 petitur,eſt conditionale? Videtur,quod ſit † dilatoria : qa non perimit,ſed differt in euentum conditionis. Spec.tenet contra : quia cum ſit dubium, an perimere poſsit : debet in dubio perempt.iudicari.nam poteſt eſſe perempt. ſi conditio non impleatur.arg.ff.de condit. indeb.l.ſufficit.ſicut notatur in Spe.eo.tit. §. 1. verſic. eſt quoque & alia exceptio. nu.8.Et poteſt diſtingui,an eſſet poteſtatiua, vel caſualis, in dubio tñ conſulerem eam proponi ante litem conteſtatam.

c Item not.ꝙ Innoc dicit,ꝙ peremptoria [c] poteſt opponi ante lit. conteſtatam,& probari, ſi reus velit : vt notatur in d. c. paſtoralis,pro quo facit.C.ſenten.reſcin. non poſſ.l.perẽptorias,ibi,cum dicit initio. Sed obſtat c. exceptionis extra de lit. conteſt. lib.6. Item,quòd vbi eſt exceptio peremptoria,& declinatoria,opponitur poſt litem conteſt.extra de foro competen.c.ex parte.& not.Innoc.in d.c. paſtoralis,ſi tamen oppoſita ſemel fuit ad vnum finem,& repulſa, non poteſt opponi ſecundo ad alium : vide per Innoc.extra de purga. cano. c. cum dilectus. verſic. item ſi oppoſuit. & hoc ſi fuit repulſa, quia non probata, alias ſecus. ff. de compen. l. quod in diem.§.1.

a Adnot.Reſtitutionis.Nota tamen,quod non eſt reſtituendus,niſi ſummatim doceat,ꝙ potuiſſet probare,& non probauit,etiam ſi conſtet ꝙ ſit læſus. Et talis ſummaria probatio non prodeſt, nec fidem facit in cauſa principali : vt hic pulchre per Ang.

b L.1.Do.Ang.ponit hic materiam feriarum,cum multis quæſtionib. vtilib. in 11.col.circa med.verſ. & pro iſta materia.

c Quod peremp.De exce.peremptorijs,vide hic per Ang.in 16. col. in med. verſ.debemus itaque hic declarare materiam &c. Item non omittas quin hic videas Ang.in materia reſcriptorum, quod exceptiones poſſunt opponi contra reſcriptum,qui ponit ibi.36.col.circa prine.verſ. vnum cum iſte te. Item in fi.27.col.incipit tractare de aliquibus, quæ ſunt regularia circa reſcripta in verb.poſtquam videmus.Item in 30.col.circa med.verſ.ex his no.tractat,quę exce.poſſunt opponi contra iudicem delegatum.Item in 34,col. tractat de arbitris:& quot opponi poſſunt contra arbitrum,quia ponit ibi.18.exceptiones contra arbitrum.Item in 31.col.in fi.verſ.videamus nunc, incipit tractare de perſonis agentium ſuo nomine,quot poſſunt eis opponi exceptio, & ponit ibi 36. exceptiones,quæ poſſunt opponi agentibus.Item in 40.col.ante med. verſ.nunc deueniamus.tractat de perſona procur. & quot eis probant obiici. Item in 36. prope fin. verſ. poſtquam. tractat de procurat. in rem ſuam. & quod ei poſſunt obiici.Item in 48.col. prope fi.tract.de ſyndicis : & quot eis poſſunt opponi.Item in 50.col.ante fi.tract.de tutore, & quot ei poſſunt obiici.Item in 54.col.tractat de curatore,& actore,& quot eis poſſunt obiici.poſt med.col. verſic. Or vidimus de tutore. Item in 57. col. tractat de orphanotrophis & hoſpitalariis. prope fin. col.verſ.dicendum eſt. Item in fin.58.col. tractat de coniunctis perſonis, quæ a ete poſſunt pro perſona coniuncta in verſ.verum quia aliquando.Item 60.col.poſt med.in verſ.ſed cum aliquando. tractat de defenſore,qui in iudicio comparet, ad plenam cauſæ defenſionem ſine mandato.

1 *Plus petitum ſi ſit, quatenus condemnandum.*

2 *Duplicabile tempus.*

3 *Tempus tacite duplicatur.*

Temporales. Iſte §. fuit lectus pro maiori parte ſupra de actio.ſi quis agens. Sed quia ibi remiſi, hic quæramus aliqua. Pone egi contra te, repellis me exceptione

1 † temporali : quæritur vtrum fiet nihilominus ex nunc condemnatio, vt ſoluas poſt diem : & poſt duplicatas inducias? Innoc.& doctores iuris canonici tenent ꝙ ſic : extra de plus peti.ca.1.per l.in lege Aquilia ſi deletum.ff.ad legem Aquiliam.de iudic.l.de qua re.famil.erciſcun.l.& poſt. Sed huic opinioni refragatur litera manifeſte in duobus locis, ibi nec eo iudicio, &c. & ibi, & poſt eas finitas,&c. vbi ſupponitur manifeſte,ꝙ poſt finitas iudicias agitur prima actione. Nec obſtat l.in lege. nec lege de qua re. quia agitur actione iam competente : & pro damno iam dato : vnde non mirum, ſi ex nunc fit condemnatio : quia ibi erat obligatio de præſenti. hic non : & tamen vbi peteretur plus loco, vel re, dicerẽ contrarium,quia tunc fieret condemnatio in eo,de quo conſtaret,& maxime in quantitatibus.ff. de eo quod certo loc. l. quod ſi Epheſi.§. 1.ad Velleianum.l.vir vxori. §. fi. vide de cond.furtiua.l.ſi ſeruus.§.bonæ,ſed in eo qui petit plus cauſa.non videtur idem : imò videtur reum abſoluendum ab inſtantia. quia aliud petit. ſupra de actio. §. huic autem. ff. de verb. obligat. l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante,& hoc ſatis innuitur,extra de plus peti. c. 1. Item quæritur, quid ſi exceptio non fuit oppoſita, teſtes tamen producti ſuper debito,deponunt de eo,vel forte in litera contractus continetur dies,nunquid fiet condemnatio de præſenti? Innocen.& Hoſt.tangunt hoc,extra eodem c. paſtoralis. & tenent quod ſic,quod ſatis videtur procedere, quãdo probatur per inſtrumentum: ſed quando per teſtes, poſſet hæſitari : quia teſtes deponunt ſuper eo, ſuper quo non fuerunt producti. & ita eorum depoſitio nulla, quo ad hoc : ſed ipſe reſpondet, ꝙ hoc contingit principale negotium : & ualet eorum depoſi-

2 tio. † Item quæritur quod tempus duplicabitur:vtrum illud quod reſtabat,de dilatione,vel tota dilatio,quę fuit ab initio data? Videtur quod illud, quod ſuperat tantum. ff. de pœnis.l.aut damnum.§.quiſquis. Sed iſte text. facit in contrarium, niſi ipſum intelligas, quòd ab initio dilationis petierit : quod eſt diuinare. Vnde poteſt dici,quòd tota dilatio duplicetur : & ita continget, quod hæc duplicatio valebit triplicationem,ſi in fine dilationis actor petat.

Sed quid in dilatione data à lege : quia hic loquitur de dilatione data ab homine,vel natura rei? Doctores iuris canonici dicunt idem in dicto cap.1.de plus peti. Item quæritur,nunquid iudex debeat triplicare tempus,probata dilatione,& condemnare in expenſis? Ijdem doctores dicunt, quòd ſic. Sed quid ſi non cõdemnauerit,nec duplicauerit?

3 Credo, † quòd cum hoc ſit beneficinm iuris, competat. & poteſt excipi, dato quòd iudex non fecerit mentionem de hoc.C.de iudic.l.ſancimus. extra de dolo & contumac. cap. actor.libro 6. etenim tale tempus datur à lege.ff.de re iudic. l.4.§. ſiquis condemnatus.verſ. ſed ſi quidem. ſine his, & ſine illis,quæ ſcripſi ſupra de actionib.§.ſi quis agens. non intelliges hunc §.

1 *Exceptio procuratoria.*

2 *Clericus quorum procurator ſit.*

Pro-

3 *Procuratoris infamis repellitur.*
4 *Procurator infamis quatenus accipiendus.*

PRAETEREA. Super text. quales ſunt procuratoriæ. exceptiones tales ſunt: tu non potes eſſe procurator ex tali cauſa: vel quia non doces de mandato. ff. de damn. infect. l. inter quos. §. pe. verſi. ꝙ ſi. ff. man. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ſed
2 † ſi dicatur: tu non es, nec fuiſti procur. illa non eſt proprie procuratoria, de qua hic loquitur: imo illa quandocunque opponitur. vt ſ. dictum eſt. vide extra de procura cap. in noſtra. in fin. per Inno. In glo. quæ pro alio. in fi. vel pro liberis, ſi ſint maiores, & agere non poſſunt: ſed ſi ſint minores, non. ſed petat eis tutorem, vel curatorem. Et hoc, niſi ipſa eſſet tutrix: vel niſi proſequeretur cauſam appellationis: vel libertatis parentum, vel propinquorum. vide. C. de procura. l. alienã. & d. l. fœminis. ff. de libera. cauſ. l. 1. in fi. cum l. ſequen.

In gloſ. 1. hoc fit. in fi. an autem hæc obtinent in militibus noſtri temporis? Spec. dicit, ꝙ non, in tit. de procur. §. ratione autem ſui. ver. item ꝙ eſt miles. Sed poteſt dici contra, ſaltem ſi ſint in procinctu. vide ſ. de teſtamen. mil. in rubr. & idem in militibus cœleſtis militiæ: vt not. C. de procura. l. militē. & patet in auth. de ſanctiſ. epiſ. §. alium. ſed de iure canonico videtur, quod clericus ſimplex non poſſit eſſe procurator generalis laicorum: ſed ad vnã cauſam. ſi ſit promotus, non,
2 niſi in † cauſis ſpiritualibus, vel niſi pro miſerabilibus, vel coniunctis, vel pro eccleſia: & ſic intellige, quod Inno. not. de oblig. ad ratioci. ca. 1. de poſtu. in Spe. de procu. §. ratione autem ſui. verſic. item quod eſt epiſcopus. Hoſtien. in ſumma de procura. §. quis dari. verſicu. item monachi. Religioſi non poſſunt eſſe procuratores de iure ciuili: ſed de iure canonico ſic, pro ſuis monaſterij cum licentia abbatis, ſi ſit vtilitas monaſterij. vide extra de ſentent. & re iudic. c. cum I. & A. de procur. c. pen. in cle. In glo. ſed contra. in fi. Hæc videtur veritas: & eſt ratio: quia infamia non debet releuare ab onere. C. de infa. l. 1. procurationis autem officium eſt vile, & oneroſum. C. de accu. l. ſi quis procuratorem, ſed aduocati officium eſt laudabile C. de aduo. d. iudic. l. laudabile & hanc opin. videtur tenere Io. glo. decretorum. 3. q. 7. c. 1. in prima ſolutione, quod directe obſtat huic §. Bernard. dicit indiſtin-
3 cte ꝙ procurator infamis non debet admitti: † extra de iudic. c. cum deputati. Spe. diſtinguit de infamia, vtrum ſit magna, vel parua, vt in titul. de procur. cap. ratione autem ſui. verſi. item quod eſt infamis. Tu potes facere de toto vnũ prodiũ: quia aut conſtituitur a perſona eccleſiaſtica: & tunc non admittitur perſona infamis: quia epiſcopi, & ſacerdotes debent habere homines bonæ famæ, & bonæ opiniones. 5. q. 3. cap. quia epiſcopus. Aut a laicis ſecularibus: & tunc aut eſt notorie vilis, & infamis, & maiori infamia: & tunc crederem etiam non admitti, quia ceſſat ratio huius. §. nedum de his, &c. cum in notorijs non ſit opus cognitione, ſi non ſit noto-
4 rium, tene hunc §. Quidã conſueuerunt dicere, † omnis procurator eſt infamis, & vilis. per d. l. ſi quis procuratorem. & ſic dicit ibi And. Alij dicunt illud eſſe verum in procur. viliũ perſonarum, ſed magnarum non: & ſic apparet in curia Franciæ, in qua procurator regius, eſt vnus magnus magiſter: & ita reſtringunt d. l. ſi quis procurator. Et ego dico tibi, quòd ſe non intelligunt, vel eam deſtruunt: quia in d. l. procurator fuit conſtitutus ab exiſtente in dignitate, quod apparet quia conſtituens priuatur dignitate: ergo eam habebat. quare dic, ꝙ recipere procurationis officium infamia eſt, & vile homini exiſtenti in dignitate, ſicut curiali. Sed alij pauperi non: & ideo doctores & licentiati videntur infames, qui onus procurationis recipiunt.

## *De replicationibus.* *Rubrica.*

*In alijs voluminibus non reperitur hæc rubrica per ſe ſed hic fit propter iuuenes, vt frequenter dixi in hoc volumine. ſupra. de leg. §. ſed non vſque, &c.*

1 *Replicationis natura.*
2 *Inualidum non fortificatur.*
3 *Replicationis locus.*

INTERDVM. Text. quod poſſit duplicari, triplicari, & quadruplicari in infinitum: & ſic malitioſi aduocati poterunt facere cauſam immortalem: ſed ad hoc eſt remediandum per iudicem: vt dixi in ſimili ſupra tit. 1. quando opponitur nullitas ſententiæ. in curia Franciæ non excedunt duplicationem, & bene. In ſumma no. quòd replicatio debet
1 eſſe † talis naturæ, quòd excludat exceptionem, & directe cõcludat ad eam repellendam: alias non eſt admittẽda. Si enim agam contra te, & tu repellas me exceptione facti, vel ſolutionis: & ego dicam, quòd tu es periurus, talis replicatio non admittitur: extra eo. ca. dilecti. Item caue, quòd vbi intentio
2 actoris eſt de ſe inſufficiens: † non poteſt fortificari per replicationem. Verbi gratia, peto a te x. ex cauſa mutui tibi facti a Sempronio: tu dicis, quod non poſſum agere, cum ad me non pertineat, volo replicare, quod imo pertinet: quia ſum hæres Sempronij: credo, quod non poſſum: quia intentio mea deficiebat. & ſuper ea eſt mihi ius faciẽdum. verum eſt, quod in mea petitione poſſum emendare: ſed non in viam replicationis. vide ſupra de act. §. ſi minus. quia in replicatione nihil poteſt cadere, niſi repulſio exceptionis ex iure ſibi competenti, & quæſito ante propoſitionem exceptionis, vt hic patet: vnde actio, quæ non competit, non viuificatur per replicationem. vide C. de pact. l. cum proponas de tranſact. l. actione. ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret.
3 † Item dic, quod replicatio datur, vbi æquius eſt dare replicationem, quam ſuſtinere exceptionem. alias ſi non eſſet æquum, non datur: vnde aduerſus exceptionem doli non datur doli replicatio: vt d. cap. dilecti. vide ibi in gloſſ. ff. de except. dol. lege apud Celſum. §. Marcellus. in princip. Nec prætereo, quòd ſicut actio debet aperte proponi: ita exceptio, & replicatio. Sed forte non eſt neceſſaria concluſio: ſed (ad minus) debet dici, quod agitur male. ſed non oportet neceſſario concludi ad abſolutionem. quia illud pertinet ad officium iudicis. ff. ne quid in flum. pub. l. 1. §. ſunt qui putant. ff. de flu. l. 1. §. Labeo. iuncto §. fina. ſupra de perpe. & temp.

1 *Defendi ex fideiuſſore poteſt. 2.*
3 *Perſonalia ad quæ extenduntur.*

a EXCEPTIONES. a In gl. appellatione. ibi, qui pro alio fidem adſtrinxit. vide in auth. de fideiuſſ. §. 1. ſupra de fideiuſſo. in rubrica. In eadem gloſſ. ibi, cum allegat l. exceptiones b
b in fine. illa eſt directe contra. Sed dic vt C. de fideiuſſor. minoris. l. ſecunda. an actori detur regreſſus contra alium, vel non, vide ff. de procurato. l. minor. In ea. glo. ibi, ff. ſolu. matr. l. alia. nota hanc gloſſ. quæ eſt veriſsima, & notabilis: non tamen obtinet, niſi quando reus conuenitur: alias non poteſt fi-
1 deiuſſor eius defenſionem recipere. Quid ergo econtra, † ſi principalis debitor, qui habet exceptionem perſonalem, recipiat defenſionem fideiuſſoris conuenti: nunquid ex perſona ſua poterit eum defendere virtute ſui perſonalis priuilegij? Dicas quòd ſic, ſi ſua interſit, vide ſupra de iure naturali. verſicu. quodcunque, vnde maritus, & donator poſſunt fideiuſſorem defendere: quia ſi fideiuſſor ſolueret, haberet regreſſum contra eos. & idem de ſocio: nam fideiuſſor agit actione mandati, contra quem non ſunt prædicti priuilegiati, nec contra ipſum fideiuſſorem. ſecus in reo principali, qui ceſsit bonis: quia poteſt excipere contra fideiuſſorem ſuum, ſicut contra alios, cum ſit creditor: & ideo nil videtur ſua intereſſe. Vnde quamuis gl. cumulet omnes, qui poſſunt deducere, quãtum facere poſſunt: non tamen eſt idem iudicium de omnibus, quo ad hoc: & eſt vnum mirabile, ꝙ reus principalis defendendo fideiuſſ. poſſit vti ex perſona ſui exceptione, quæ
2 † non competit fideiuſſori. Et videtur cõtra l. venditor. ff. de iudi. & contra regulam communem: quia ex perſona defenſoris, non debet fieri deterior conditio actoris: ſed tamen certum eſt hoc caſu ſic eſſe. ff. manda. l. idemque. §. generaliter. perſonalem tamen exceptionem competentem fideiuſſ. non poteſt reus principalis opponere. vide eo. titu. l. ſi fideiuſſor. §. quæ-

§.quædam. Vnde poſſet dici quod d.l.venditor.loquitur quo ad declinatorias fori.& forte ſecus in alijs exceptionibus dilatorijs,vel peremptorijs competentibus ſibi ex perſona ſua, per prædicta.In ea.gl. in fi.de hac materia vide C.de non nu.
3 pecu.l.tam mandatori. † Item dic, ꝙ exceptio perſonalis extenditur ad fideiuſſorem in obligationibus faciendis indirecte: vt ſcripſi in d.ver.quodcunque. & hoc dicit Iac.de Rauen.qui etiam dicit, ꝙ quæ dicta ſunt procedunt in exceptionibus,quæ competierunt poſt fideiuſsionem, quia quæ ante, non competunt fideiuſſori:niſi erronee promiſiſſet.ff.de fide iuſ.l. ſi quis poſtea.

a Adnota. Exceptiones. Exceptio competens, ſi eſt in rem, proderit eius fideiuſſori, propter actionem mandati, qua reus ſibi tenetur. exceptio vero perſonalis, vt ceſſionis bonorum, vel ſimiles ad fideiuſſorem nullatenus ſe extendunt hoc dicit.

b L.exceptiones.No.hic An.poſt gloſſ.quod reſtitutio minoris, non prodeſt eius fideiuſſori, quamuis etiam facta reſtitutione, minor liberaretur pacto de non petendo.Vide eum hic.

## *De interdictis.* *Rubrica.*

*In fi.gl.rubricæ,per hoc videtur, quod melius fuiſſet is ti. ſituatus ante tit. de exceptionibus. & ſic ſituatur in ff.& C. ſed non ſit tibi vis in ordine.*

1 *Interdici vni quando poſſit.*
2 *Interdicta an actiones.*
3 *Poſſeſſorium quibus negatum.*

SEQVITVR. Et bene ſequitur.In gloſſ.id eſt, dicere.ibi cum alleg.§.de his. hæc non eſt vera ſecundum Iac.de Raue.quia reperiuntur in
1 terdicta, † quæ formantur in perſona vnius: vt vtrobi.l.1.ſecundum eum.Credo, quod dicat ſatis verum. nam inter dictum quandoque formatur, & datur generaliter, ſicut actio.ff.ne vis fiat ei qui in poſ.miſ.l.1.In ea.gl.ibi, per totum librum,vult dicere gloſſ. quod omnia interdicta ſunt vniformiter prætoria: ſed non omnes actiones: alias male concluderet, quia multæ ſunt actiones,quæ formãtur a prætoribus:vt vidiſti in tit.de actio. Sed hæc non poteſt dici recte differẽtia, præſertim realis.vnde ſecundum Iaco.nulla fuit differentia realis.ſed modus loquendi fuit alius in interdictis: & alius in actionibus.Melius videtur, quòd prætores nullam actionem dederunt, quando
2 † introduxerunt interdicta: & voluerunt dicta interdicta obtinere locum actionis: dumtamen ſolenniter impetrarentur, & certo ordine. Sed poſt Iuriſconſulti introduxerunt dari actio.& agi ſine ſolennitate: vt infra §. fi. Ex quo patet longá differentia. In ea.glo.in fin.imo eſt valde aliud: & propoſito vno, non proponitur aliud: & hodie poteſt agi interdicto, vel actione in factum, ad electionem actoris. ff. ne vis fiat ei qui in poſſeſsionem miſſus eſt.l.ſi quis miſſus.§.cum prætor. verſicu.ſed ſi mulier.vti poſſi.l.1.§.reſtituendæ. & not.de vi & vi arma.l. 1. §. fin. gloſſ. tamen notauit idem quod hic.ff. eo.in rubr.in ſecunda glo. Dyn.tamen eam reprehendit ibidem.In gloſſ.hæc ideo dicit ibi, cum allega.§.quædam.& in quo contineat cauſam proprietatis, dicit ibi, quia quo ad probationem,& effectum victorię.vt ibi nota.An autem ſnĩa lata ſuper proprietate, obſtet in poſſeſsione:vide ibi per Dy. & dixi plenius C.e.l. incerti.in Breuiario.extra de cauſa poſ. c.cum dilectus. per docto.In glo. vt cum contenditur.in fin. Item dantur etiam alia: vt ff.de vi & vi arma.l.3.§. vnde vi. & not.ff. vti poſſi. l. 1. de hoc videbis magis in inferioribus.
5 Iaco. dicit hic quòd nullum † poſſeſſorium datur pro præſtationibus,ſeu reditibus:quia ſunt iura perſonalia, quæ impropriiſsime dicũtur poſſideri:vt no.ff.de pe.hær.l.regulariter.põt eſſe verũ de iure ciuili: ſed de iure canonico eſt contrarium. vide extra de elect. cap. querelam.quandoque dixi quòd pro reditibus,qui pręſtantur ratione certæ rei immobilis,poſſit agi poſſeſſorio:pro alijs non:vt ſcripſi ſupra de act. §.præiudiciales.conſuetudo omnium curiarum ſpiritualium & temporalium tenet d. cap.querelam. indiſtincte.

1 §.*Summa explicatur.*
2 *Poſſeſſio ficte tranſlata.*

SVMMA. In gloſſ. vt ſi quis miſſus. in fin. Iſtud exemplum non eſt de poſsidente: ſed de miſſo in poſſeſsionem, qui non poſsidet.ff.de acquir.poſſ.l.ſi quis ante.§.idem Pomponius.verum eſt tamen in ſe: quia nedum poſsidentem prætor tuetur: imo etiam miſſum,vt d.titu. ne vis fiat ei. ſecun-
1 dum Iac.de Ra.Et caue, ne tex.te decipiat, † cum dicit, ſine vitio.ſupponit enim,quod ſi vitioſe poſsideret,non daretur, interdictum: & tamen eſt contrarium.ff. vti poſſi.l.iuſta.de vi & vi arma.l.3.§.eũ igitur. ſed pro tanto loquitur:quia poſſidẽti ſine vitio vim fieri prohibet indiſtincte: ſi vitioſe,ſunt plures diſtinctiones:an incontinenti, vel ex interuallo,in interdicto vnde vi, & in vti poſsidetis: an poſsideat vi, clam, vel precario:& an ab aduerſario, vel ab alio:vt infra videbis.
2 In gl.non rerum. in fi. hæc eſt vera. † nam licet vera poſſeſſio non transferatur ad hæredem: fingitur tamen transferri:præſertim decreta bo.poſ.& hoc attento,dicitur reſtitutorium.attenta tamen veritate, eſt adipiſcendæ:& per hoc poteſt excuſari ſtylus curiæ Franciæ, vbi hæredes ſe dicunt ſaiſitos,& turbari in poſſeſsione:& concludunt in caſu nouitatis: quamuis non fuerint adepti realiter poſſeſsionem. In gl.per interdictum in fi.Iac.dicit, quod imo directum.ff.de vi & vi arm.l.1.§.deijcitur.quod poteſt eſſe verum, ſi intẽtetur pro re,in qua eſt vſusfructus:ſed ſi pro iure vſuſfruct.videtur gl. vera.ff.de ſerui.l.quoties.la 2.& infra videbis.

1 *Expulſis quando ſuccurrendum & qui.*
2 *Proprietas quo interdicto contenta.*

SEQVENS diuiſio. Hæc eſt ſubdiuiſio. hic enim ſolum diſtinguit interdicta:quæ ad rem familiarem pertinent.ff.eo.
a l.2.hæc autem interdicta. In glo.innuitur hic in fi. [a] & patet ff.de fur.l.hoc amplius.Oportet tamen,quod ſit hæres, & in dicta quota,vel tali modo,quod non habeatur pro legato.C. de hæred.inſti.l.quoties. In gloſſ. hæc oratio,ibi per totum. imo vero ibi: quandoque pro falſo, quandoque eſt iuſtus error.ff. de vſucap.l.Celſus. & l.non ſolum.§. quod vulgo. ſed tunc habetur pro uero.Nunquid ergo interdictum,vel petitio hæreditatis,daretur contra talẽ? gl.videtur ſentire,quod ſic.C.in quib.cau.ceſ.long.temp.pręſcrip.l.hæreditatem.ſed minori tempore tollitur. & idem ſentit hic Iaco.qui imponit illi gl.quod dicebat contrarium.In gloſ.vnde.in fi.quales debeant fieri interrogationes, antequam agatur hoc interdicto, vel petitione hæred.dic vt C.de peti.hære.l.cogi. In gl. ſed aget in fi. vel interdicto vnde vi. vel alijs remedijs, quæ
1 dantur expulſis. † ȷ.eo.§.recuperandæ.& hoc, ſi poſſeſsionẽ pacificam fuit nactus:alias ſi commendatam [ ita in exemplaribus ſcriptis legitur,& bene.non vt in excuſis damnatam. ] uel alias minus legitime:ita, quod potuit expelli.uidetur ſecus.ff.de acqui.poſſ.l.non uidetur.Sed poteſt quæri,nunquid electus in dignitate poſsit intentare hoc interdictum,ſaltem utile? Spe.uidetur tenere,quod ſic,in tit.de cauſ.poſ.& proprie.in princ.Vnde potes dicere,cum tale beneficium fuerit collatum mihi canonice:uel cum ego fuerim in tali dignitate electus,& cõfirmatus:& tu abſque titulo legitimo ipſum, uel eam detineas occupatam: peto me admitti ad poſſeſsionem eiuſdem: & admiſſo te mihi condemnari. Et not.quod
2 hoc interdictum uidetur continere cauſam † proprietatis: quia oportet quod ille, qui agit hoc interdicto,probet ſe hæredem,ſicut ſi ageret petit.hæred. & forte de hoc uult loqui §.quædam.l.2.ff.eo.cum dicit: ut non ſit mirum, &c.ex hoc infertur, quod ſententia lata in hoc interdicto, obſtat exceptio rei iud.in peti.hæred.& quod non poſsint ſimul cumulari.Nec obſt.C.eo.l.fi. imo facit pro.

a Adno. In fi.Notat hic An.ſimilitudinem eſſe, inter interdictum quorum bonorum,& petitionem hæreditatis: quia ambo dicuntur remedia vniuerſalia,& apta nata ſunt ad vniuerſitatem competere, licet aliquando competant ad vnam tantũ.Sed tamen in aliquibus differũt,vt per gl.in rub.C.quo.bono.

Interdictum

Interdictvm. Is §. fuit lectus ſupra de actio. in §.
item ſeruiana. vide ibi: ſed de vno miror, quõ imperator tran
ſiuit hic, quod non faceret mẽtionem de interdicto quorum
legatorum, quod eſt adipiſcendæ. forte ne iuuenes oneraret.

1 *Interdictum. retin. cui datum & in quem. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11.*
2 *Sequeſtrata quibus negantur.*
3 *Miſſo in poſſeſ ſuccurratur.*
9 *c. cum dilectus. ſenſus.*
12 *Interdicto retin. quæ conſequantur.*
13 *Soluere vetans an turbet.*
14 *Turbat ne ceſſans. 15.*
16 *Poſſidens probet, & qui, quidque. 18. 10. 20. 21. 22.*
17 *§. retinendæ ſenſus.*
23 *Poſſeſſionem ſinguli teſtes probent.*
24 *Turbanti inhibendum.*
25 *Probationis æqualis, inæqualiſque effectus. & 26.*
27 *Noua cauſa inhibitionem non ceſſare.*
28 *Turbantis hæredi vetari poteſt.*
29 *Interdictum de ui ſententiæ non obeſt.*
30 *Proprietas variæ deducitur. huius rei effectus. 31.*
32 *Interdictorum quæ cumulentur.*

a Retinendae.[a] In gloſſ ob hoc. in fin. ff. vti poſ. l. 3.
1 §. fin. de vi & vi arma. l. † interdicto. hæc materia eſt tota
practicabilis. maxime in curia Franciæ: vbi quaſi omnes cau-
ſæ ſunt in caſu nouitatis, quod eſt fere vti poſſidetis. pro-
pter quod omiſſo ordine gl. placet aliqua, pro euidentia ma-
teriæ, in hoc §. tangere. Et primo, cui competit hoc interdi-
ctum. Secundo, contra quem. Tertio, ad quid. Quarto, de
modo agendi. Quinto, de modo probandi. Sexto, de mo-
do pronunciandi. Septimo, de effectu. Et breuiter tranſeo,
ponendo concluſiones de ſingulis, ne onerem iuuenes le-
ctores, & auditores. Ad primum videlicet, cui detur: prom-
ptum eſt reſpondere, quod poſſidenti. ff. vti poſſi. l. 1. §. hoc
interdictum. & hoc, ſiue poſſideat ciuiliter tantum, ſiue na-
turaliter tãtum, vt patet C. eo. l. 1. & in exemplis, quæ ibi po
nuntur. ff. eo. l. ſi duo in princip. ſicut in interdicto vnde vi. in
quo ſufficit altera poſſeſſio. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. deijci-
tur. Quid ſi non poſſidet: ſed detinet? Videtur quòd non dé
tur. vt d. §. deijcitur. in fin. ibi: non tamen, ſi colonus ſit: & ff.
vti poſſide. in l. ſi duo. §. creditores. ſed gloſſ. videtur tenere
contra, in interdicto vnde vi. ff. de vi & vi arm. l. Fulcinius
ſuper verbo poſſideret, quod non detur, niſi illi, qui poſſi-
debat tempore, quo fuit deiectus. vt ea. l. 1. §. hoc interdictũ:
ſicut etiam nec iſtud, niſi poſſidenti de præſenti. infra verſic.
hodie igitur. ſicut illi datur detinenti, videtur, quod & hoc,
cum vtrunque poſſeſſionem requirat ſuo tempore. & ad
hoc facit ff. de vi & vi arma. l. ver. quod autem ait. Item facit
extra de dolo, & contu. c. contingit. vbi Innocen. videtur hoc
tenere. Pro quo facit: quia iura plus debent ſubuenire deti-
nenti legitime, quam violento. ff. quod vi aut clam l. ſeruus.
in fi. in ſui ratione. ſed violento datur hoc interdictum con-
tra illos, a quibus non poſſidet vi: vt ff. vti poſſid. l. 1. §. fin. er
go & detinenti. Et pro hoc, quia interdictum de itinere actu
que priuato habet ſimilitudinem cum iſto retinendæ, vt hic
notatur: & patet in materia ſua: ſed conſtat, quod illud da-
tur detinenti, vel poſſidenti nomine alterius: ergo & iſtud
ff. de itine. actuque priuato. l. 1. §. ſi tibi. cum §. ſequen. Item
pro hoc. C. de præto. pig. l. fin. Super hoc videtur dicendum,
quod non detur detinenti. & hæc not. glo. in d. l. 1. §. quoties.
ff. de itinere actuque priuato in gloſſ. quod ita verum eſt, &
probatur per d. §. deijcitur. & §. creditores. & de tali detinen
te poteſt intelligi, quod notat Innoc. extra de præſcriptioni
ca. veniens, in fine magnæ gloſſ. numer. 3. vbi dicit, quod qui
corporalem poſſeſſionem habet, non poteſt agere contra iu-
ſte poſſidentem, nec contra alium. Sed quid ſi fuerit poſ-
2 ſeſſio ſequeſtrata? † Videtur, quod neuter agere poſſit, cum
neuter poſſideat: ſed dic contra: vt ſcripſi C. de prohi. ſe. l. 1.
& iunge, quod dicam infra in vltimo membro: videlicet. de
effectu ſententiæ: quia per ſequeſtrum videtur poſſide-
re. Vel dic, quod non poſſit agere hoc interdicto: ſicut nec
ille, qui precario vtranque tranſtulit: vt hic notatur. Nec ob-
ſtat §. quod autem ait. quia loquitur de mobilibus. quæ ac-
ceſſorie perueniunt: in quibus non refert, quomodocunque
habeantur: dumtamen res, pro qua agitur principaliter ſit
immobilis & poſſideatur. Item nec ob. cap. cum contingat.
cum ibi notatis: quia text. nil facit contra. Opinio. vero In-
nocentij, non audeo repræhendere: ſed dico procedere eam,
de æquita. cano. vt ibi notat Hoſt. Item non obſtat, quod in-
terdictum datur violento: ergo multofortius detinenti legiti
me: quia ita eſſe debet per rationem prima facie. Alia tamen
ratio. videlicet, defectus principalis materiæ poſſeſſionis re-
pugnat: quam prætor non poteſt tueri per hoc interdictum:
b quia non eſt: & per hoc credo, quòd executores[b] teſtamen-
torum non poſſunt hoc interdictum intentare: quia non poſ
ſident pro ſuo. quamuis teſtator tradidiſſet eis poſſeſſionem.
3 Quo ergo † remedio prouidebitur talibus detinentibus,
quando turbantur? Reſponſio, illi, qui miſſus eſt in poſſeſ-
nem cauſa cuſtodiæ. prouidetur per edictum ne vis fiat &c.
vt notatur in §. creditores ſupra allega. In alijs videtur, ꝙ
debeant ſe tueri contra illum, a quo habent cauſam, actione
ciuili. contra alios actio ceſſat vt ff. de ſuperfic. l. 1. §. 1. vel
per actionem iniuriarum. ff. de actio. empt. l. qui pendentem.
vel per offic. iudi. iuxta notata ff. de condi. fur. l. & ideo. in fi.
Et ideo non videtur, quod detur laico, poſſidere ſe dicenti
decimam, vel aliud ius ſpirituale, vel alicui dicenti, ſe poſſide
re rem ſacram, vel religioſam, quæ poſſideri non poſſunt, ni-
ſi prætendant, & probent titulum ſufficientem: vt ſcripſi
C. vnde vi. l. 1. & no. extra de reſtit. ſpol. c. ex parte M. in glo.
4 ſuper verbo poſſideri. in ca. 1. 14. quæſt. 1. in fin. † Sed quæri
tur, nunquid hoc interdictum detur illi, qui vi, clam, vel pre
cario deſijt omnino poſſidere? videtur, quod ſic: quia ſem-
per in hoc interdicto vincitur, qui vi, clam, vel precario ab
aduerſario poſſidet: vt patet in hoc §. & per totam hanc ma-
teriam. ff. vti poſſide. l. 1. §. perpetuo. Verius eſt contrarium
quia qui nullam poſſeſſionem habet: non poteſt agere hoc
interdicto, vt §. hoc interdictum. & hoc notatur hic in gloſſ.
cum multa ſunt &c. obtinet ergo is. §. quando ambo poſſi-
dent: vnus naturaliter, alius ciuiliter. pone exemplum in C.
vti poſſide. l. vnica. vbi hæc opinio magis confirmatur. vel
quando quilibet, vel actor dicit ſe poſſidere inſolidum. ſi
enim actor nullo modo poſſideret: non obtinet, quamuis
reus poſſideat ab eo vi: clam, vel precario. Quid ſi ego
5 poſſideo † ciuiliter, reus naturaliter, reuera vi, vel clam
a me: non tamen credebat, quod a me: nunquid mihi hoc
interdictum contra eum competit? Verbi gratia, cum iuiſ-
ſem ad nundinas, & domus meæ poſſeſſionem ciuiliter ani-
mo retinerem, tu intraſti, & occupaſti eam: gerens in animo,
& credens, quòd poſſeſſio eſſet alterius, & non mea: Ego non
fui repulſus, nec ſuſpicor me poſſe repelli. ſed ago contra te
vti poſſidetis: quia turbas me in poſſeſſione mea, tu dicis,
te naturaliter poſſidere, non vi: non clam: nõ precario a me:
quare dicis te debere tueri. Ego dico, quod imo vi a me poſſi
des, quia habebam naturalem, quando exiui: & adhuc habeo
ciuilem. quæritur vtrum debeam obtinere? Gloſſ. ſuper ver-
bo, vltro, ad medium l. 1. §. perpetuo. ff. vti poſſide. mouet
hanc quæſtionẽ: Et dicit, quod non debeo obtinere, inſpecta
magis opinione, quam veritate. Dyn. dicit ibi contra, per l.
aut qui aliter. §. ſi quis dum putat. ff. quod vi aut clam. & fa-
cit ff. de iniu. l. eum, qui. §. ſi iniuria. Sed quid, ſi tibi caſtrum
meum tradidi, ſub conditione, & forma: videlicet, quod poſ-
ſim ipſum recipere, quoties voluero, ibi morari, vel quando
mihi placuerit? vel forte dedi villam ſub conditione, quod fa
cias turrim, vel capellam: vel ſub alia cõditione, quæritur nũ
quid ante conditionem completam, tu poſſis agere vti poſ-
ſidetis, ſi turberis in poſſeſſione rei tibi ſic traditæ? videtur
quod non: quia vbi poſſeſſio alicuius rei traditur ſub condi-
tione, recipiens non eſt poſſeſſor, quouſq; fuerit cõditio im-
pleta. ff. de acquir. poſ. l. qui abſenti. §. ſi quis poſſeſſionem.
verſic. hoc amplius, imo uidetur, quod ego tradens poſſim
experiri hoc interdicto, non tu. & videtur expreſſum extra
de reſtitu. ſpol. cap. olim. In contrarium facit, quia ex talibus
conuentionibus non impeditur dominij tranſlatio. ergo
multo minus poſſeſſionis. ff. de verbor. obligatio. l. ſi ita. quis.

§.ea lege.ff.de leg.2.l. cum pater.§.Titio.C.de reuoca.dona.
l.1.Solutio, inſpiciendum eſt, an ſit vera conditio, in cuius
euentum effectus contractus confertur: aut modus, vel cau-
ſa. Primo caſu, non transfertur poſſeſsio, niſi hoc expreſſe
ageretur. Secundo, ſic: niſi contrarium ageretur expreſſe.&
ſic intellige ca.olim. ſupra allegatum. quod videtur loqui in
modo, vbi fuit actum expreſſe, quòd concedens retinebat ſi-
bi dominium: vt patet in litera. Quid ſi materia contineat
cauſam, vel modum, concedens tamen exprimit, quòd dat
ſub tali conditione, nunquid erit cõditio, vel modus, vel cau-
ſa? Dic, quòd materia plus inſpicitur, quam verba.ff.de ma-
nu.teſt.l.Mæuia. Sed quid, ſi homines tui turbentur in poſſeſ
ſionibus, quas tenent a te: & de quibus ſoluunt tibi reditum,
vel penſionem, nunquid potes agere interdicto vnde vi, qua
ſi tu turberis? Rofre. † dicit quòd ſic. & ponit libellum. &
6 idem Specu.poſt eum titu.de cau.poſſ. & proprie.§.2. circa
princip.ſuper hoc eſſet multum aduertendum, an illi homi-
nes ſint adſcriptitij, ſeu conditionati. quales ſunt in bailliuia
Bituriceñ.& in multis locis regni Franciæ: & de illis non vi-
detur dubium, quin ipſis turbatis, dominus turbetur: cum ip-
ſi non poſſideant: ſed potius poſſideantur a domino.ff.de di.
& temp.præſcr.l.longe. & in modico differant a ſeruis. C. de
agri.& cenſi.l.ne diutius.& idem videtur de colonis ad mo-
dicum tempus, qui nullo modo poſſident, id eſt vidẽtur poſ
ſidere. Sed ſi homines liberi, qui debent certum reditum do-
mino, vel colono ad non modicum tempus, turbentur, vi-
deretur aduertendus modus turbandi: quia ſi turbans inten-
dit, ſibi manſum, vel rem acquirere ſibi liberam, & abſque
redditu: tunc non videtur dubium, quin turbet dominum,
qui redditus recipit: & per conſequens agere poſſit pro ci-
uili turbatione. & idem videtur ſi emphyteuta turbetur in
re emphyteuticaria, vel vaſallus in re feudali. Sed ſi ille, qui
turbat, in nullo vult impedire dominum: ſed tali iure, ſicut
colonus emphyteu.tenebat, vult tenere, & ſoluere domino,
quod illi ſoluit, tunc non videretur, quòd dominus poſſet a-
gere: quia in nullo turbatur in ſua ciuili poſſeſsione. & ni-
ſi turbetur in ea: non poteſt agere. Sed in his omnibus po-
teſt dici contra. nam eoipſo, quòd ille rem nititur occupare:
turbat dominum: niſi enim hi, qui ab eo tenent rem, poſſint
ea gaudere. non præſtabunt ei ſeruitia debita. Præterea quan
do turbans haberet poſſeſsionem rei, ſed nollet ſoluere deue
ria: oporteret, quòd dominus vendicaret, vel ageret de pro-
prietate: quòd eſſet ſibi durum, & damnoſum. Præterea, ſup
poſita conſuetudine regni Franciæ, & etiam iuribus, quæ vi-
dentur velle, quòd emphyteu. & vaſalli debeant intrare per
manum domini, & de eius voluntate: non dubium, quod ei
præiudicat, qui ſine voluntate domini occupare vult: idcirco
conſideratis omnibus, crederem, dominum hoc interdicto
agere poſſe contra talem turbantem: & in hac ratione credo
fundatum.cap.Piſanis.extra de reſtitu.ſpo. & dictum c.olim.
quæ, licet, loquantur in interdicto vnde vi: poſſunt congrue
adaptari ad interdictum vti poſſidetis: cum vis fiat domi-
no in vtroque, & facit ff.de vi & vi arma. l. ſi de fundo. Et
hæc, quæ diximus, eſſent dubia, ſi dominus poſuiſſet rem
7 quæ ab eo tenebatur, in manum eius realiter. † Quid ſi iu-
ſtitiarius poſuiſſet ad manum eius, aliquam rem ſibi ſubie-
ctam, ratione iuſtitiæ: ſicut tota die faciunt iuſtitiarij regni
Franciæ: & ipſe ſic tenens, turbatur per aliquem, nunquid
poſſit agere hoc interdicto? Non videtur. quia non poſſi-
det pro ſuo, ſed tanquam iuſtitiarius cauſa cuſtodiæ, per di-
ctum §.creditores. dictæ l.ſi duo.ff.vti poſſeſ.vnde ſecus vi-
detur in domino feudali, qui poſſidet ciuiliter. Item quid,
ſi coloni turbant dominum, non permittentes ipſum vti
iuribus ſuis? Rofr.& Specu.dant ei hoc interdictum vtile in
dictis titu. & §.vide, quæ ſcripſi ſupra de actio. §. præiudi-
ciales. ſupra de iniur.§.iniuria. Sed quæritur, nunquid ſuc-
ceſſor in dignitate poſſit agere hoc interdicto, quamuis non
fuerit adeptus poſſeſsionem rei, pro qua agitur? Ad hoc po-
teſt dici, ꝙ ſic: ſi nomine dignitatis agat: ſi ſit talis dignitas
quę poſſideat. de quo dic, vt ſupra de rer.diui.§.nullius. ſecus
ſi nomine ſuo agat. per ea, quæ ibi notantur. & per præmiſ-
ſa apparet, quod aliquis non poteſt agere hoc interdicto:
niſi poſſeſsionem realem habuerit: quamuis prædeceſſor,
vel author eius habuiſſet. hoc tamen non ſeruat curia Fran-
ciæ in ſuccedentibus vniuerſaliter ratione ſanguinis, quos
poſſeſſores, ſine apprehenſione, reputat: vt dixi ſupra.§.in
ſumma. Verum eſt tamen, quod ſi prædeceſſor, vel author
eſſet turbatus, & cederet actionem, quod ſucceſſor poſſet
agere hoc interdicto, iure ceſſo. Item non videtur, quod
inueſtitus per dominum poſſit agere hoc interdicto, nec ali-
quis, niſi poſſeſsionem hanc realem habeat, quam inueſtitu-
ra non dat: extra de conſue.c.2.per Innocen. Qualiter poſ-
c ſeſsio præbendæ [c] vel dignitatis acquiratur: vide de reſtitut.
ſpo.ca. in literis. qualiter iuriſdictio. de capel.monacho. di-
lectus.in Spe.de iuriſdict.omnium iud.verſi.illud etiam.nu-
mero 35.quæ omnia ſunt neceſſaria, pro intellectu huius ar
8 ticuli. & hoc circa primum. † Veniamus [d] ergo ad ſecun-
d dum, videlicet contra quem datur hoc interdictum? & eſt
certum, quod contra turbantem: vel inquietantem, etiam
ſi poſſideat: duntamen vi, vel clam, vel precario ab acto-
re: & actor aliquam poſſeſsionem habeat. Verbi gratia,
iui extra domum vel fundum, quem plene poſſidebam: &
animo ciuilem poſſeſsionem retinui: tu intraſti me abſente
eundem fundum, vel domum, animo poſſidendi: & ita ac-
quiris naturalem. Si ego agam vti poſſidetis contra te: poſ-
ſum, eo quod me turbas in mea ciuili, Et quia tu a me clam
poſſides. illa naturalis non tibi prodeſt, quominns ſuccum-
bas omnino. Et idem ſi a me vi poſſides naturalem. Ver-
bi gratia: intraſti poſſeſsionem meam, me prohibente, e-
go non fui repulſus de facto: nec ſuſpicor, me poſſe repelli,
& ſic retineo ciuilem, ſi agam hoc interdicto, ſuccumbis.&
idem in precario, ſi tibi tradidi naturalem. Et iſta patent per
illa, quæ notantur infra in gloſſ. cum multa.ff.de acquic.poſ.
l.clam.§.fin. Item datur contra non poſſidentem, ſi aſſerat ſe
poſſidere.ff.eodem. l. ſi duo in princip. Sed an hoc interdi-
ctum datur contra non poſſidentem, turbantem, qui non
aſſerit, nec habet animum poſſidenti? Non videtur, quia to-
ta hæc materia ſonat, quando vterque ſe aſſerit poſſidere,
vt patet in hoc §. & in omnibus exceptionibus huius mate-
riæ. Super hoc reperies glo. contrarias. nam hic dicit, quod
ſic, in magna gloſſ.& idem no.ff.eo.l.ſi duo. Sed contra vi-
detur notare eodem titu.l.1.§.ſed ſi inter duos. Sed veritas
eſt, quod detur: vt d.l.ſi duo.§. Item videamus. in fin.& §.
hoc interdictum.& talis proprie poteſt dici inquietans: ſecũ-
dum Iaco.de hoc notatur extra de probatio.ca.licet.in gloſſ.
datur ergo hoc interdictum contra illum, qui ab actore poſ-
ſidet vi, vel clam, vel precario: nec prodeſt ei ſententia,
quin condemnetur. Quid ſi non poſſidet precario, ſed
forte dedi ad tempus, vel tradidi ex cauſa penſionis tempo-
ralis? Videtur idem, vt in feu.de feu.gar.& caſ.capi.primo.
& vide infra in vltimo membro. Hæc procedunt, vbi ille,
qui vi, clam, vel precario poſſidet eſt reus. Quid ſi ſit
actor? Verbi gratia: deieciſti me de poſſeſsione mea vi. ego
te turbo, agis contra me vti poſſidetis, ego excipio, quod a
me vi poſſides: & ꝙ ſic interdictũ non tibi prodeſt nunquid
bene dico? Non videtur: quia talis exceptio non admittitur
in interdicto vnde vi. nam ex interuallo non poſſum lici-
te violentium expellere.ff. de vi & vi armata.l.tertia.§. cum
igitur.C.eodem l.1.gloſſ.determinat contra.ff. eodem.l.1.in
fine. quam Dyn. ibi ſequitur. pro quo. ff. eodem. l. prima.§.
perpetuo. Innocen.& Hoſtien. videntur tenere contra. extra
de præſcriptio.cap. veniens. & fundantur in magna ratione:
quia cum prædo ſit reſtituendus: multofortius tuendus.

Sed ad hoc poteſt reſponderi pro gloſſ. & Dyn. quia ma-
gis iura proſequuntur violentum prædonem, quam tur-
bantem: ideo prædo a prædone reſtituitur. ſed turbanti non
inhibetur, nec de iure datur prædoni remedium contra
turbantem. Et ad hoc bene faciunt quæ conſueuerunt nota-
ri iuxta l.ſi quis in tantam, vbi conſueuit dici, quod lex il-
la non obtinet contra turbantem: vt ibi. & per hoc vide-
tur, quod exceptio ſpoliationis debeat admitti contra agen-
tem hoc interdicto: cuius contrarium dicit Specu. titu.de pe
titio.& poſ.§.primo.verſic. ſed nunquid intentari. num.32.
Sed illud verum, ſi de alia re opponatur. Sed exceptio ſpo-

liationis non poteſt opponi: vt notatur extra de inſti.c.cum veniſſent.in gloſſ. Et ſi bene videas Inno.ſatis admittit exceptionem ſpoliationis,in vim dilatoriæ. Sed quæritur,nunquid in terminis prædictis reus poſsit excipere,& nihilominus concludere,q actor faciat ſibi reſtitutionem? Dy.dicit, q ſic.idem per l.ff.de contratabu.l.ſi præteritus de inoffi.teſta.l.Papinia.§.ſi filius.Sed doctores iuris canonici,videntur dicere contra in c.veniens.quod videtur verius,extra de ord.
9 cog.c.cum dilectus.† maxime vbi turbans nullam poſſeſsionem retinuerat: quia alias ſequeretur,quod non poſſeſſor teneretur: quod ſupra negauimus. ſed ſi renuntiaſſet ciuilẽ: poſſet ſatis ſuſtineri opinio Dy.multum tamen obſtat c.cum dilectus.ſed ibi nullo modo excipiens poſsidebat: hic ſic: vt in legibus,quas Dyn. allegat. Item quæritur: pone, q tu non poſsides a me,vi,vel clam,vel precario.ſed author tuus, a quo cauſam habes,vi,vel clam,vel precario, a me poſsidebat: quia forte me abſente,vel prohibente,vel precario intrauerat poſſeſsionem meam, quam tibi tradidi bona fide reci-
10 pienti † ago contra te: nunquid debes obtinere,ſaltem in illa naturali? Videtur,quod ſic: quia non poſsides a me,vi, nec clam,nec precario.& ita quo ad naturalem ſuccumbo.& videtur expreſſum ff.eo.l.ſi duo.§.non videor. Gl.& doct.tenent contra.in d.l.ſi duo.in princip.in gloſſ.in eo. Dictus autem §.non videor.loquitur in interdicto vnde vi: ſecundum doct. ſed hoc non eſt veriſimile, cum ſit in materia de vti poſsidetis. Vnde poteſt dici,quod in terminis prædictis gl. ſit vera:& maxime, ſi ſit ſucceſſor vniuerſalis, vel ſingularis ex cauſa lucratiua. & idẽ contra ſi ſucceſsiſſet actor violẽto: quia vtitur acceſsione authoris.ff.de acquir.poſſeſ.l. Pomponius.§.cum quis.de diuer.& tempo. præſcrip.l. cum hæres. C.de acquir. poſſeſſ. l. vitia. Sed ſi eſſet ſucceſſor ſingularis ex cauſa lucratiua, & in nullo vteretur acceſsione authoris. [l.an vitium.in prin.ff.de diuer.& temporal.præſcr.] ſed diceret: ego intraui fundum,vbi neminem reperi,ſine vi poſsideo,ſaltem naturaliter,in poſſeſsione debeo ſeruari: tunc videretur,quod actor debeat ſeruari in ſua ciuili: & reus in naturali,quomodo ergo ſuccurretur actori: inferius videbis. Sed quid, ſi reus non poſsidet, vi, vel precario: fuit tamen vis,vel precarium? Verbi gratia: tu rogaſti me: quod ego permitterem,habitare Sempronium in domo mea,vel tenere fundum meum: vel tu armis veniebas contra me: metu
11 perterritus fugi: † Sempronius intrauit: quæritur nunquid teneatur hoc interdicto? Et eſt dicendum,quod non,niſi de mandato Sempronij, vel eius nomine rogaſti.ff.de vſucap.l. ſequitur. §. ſi tu vi me. & l. non ſolum. §. ſi dominus. de vi & vi arma.l.3.§.ſi quis autem.quod vi,aut clam.l.1.§. ſi na.vel niſi quis Sempronij iuris ſubiectus rogaſſet.ff.de preca.l.in rebus. §. 1. Expediti de ſecundo veniamus ad ter-
a tium. a videlicet, ad quid detur: ſeu quæ veniant in hoc in-
12 terdicto? † Et eſt certum, quod in hoc interdicto venit, quod ceſſetur a turbatione,ſeu impedimento: ſeu quod non erit vis turbatiua,ſeu inquietatiua.ff.eod.l.1. & ſi ceſſare nolit: vel compelletur manu militari.ff. ne vis fiat.l.ſi quis iuſſus. vel condemnabitur ad intereſſe.ff.eodem.l.ſi duo.§.finali. Item veniunt damna, ſeu intereſſe: vt eadem l.ſi duo: ſecundum vnam poſitionem. Item & fructus. Sed a quo tempore? Videtur, quod a lit. conteſta. ff. de interdict. l. in interdictis. ff. de vi & vi armata.l.1.§.ex die.ſed iniquum erit, ſi turbator eos lucretur, quos ante percepit mala fide: & tamen videtur, ita tenendum, etiam vbi peto, quod meum eſt. ff. de preca. l. quæ ſitum. §. ex hoc. & contrarium eſt in actione ciuili. ff. de vſu. l. videamus. la grande. §. ſi actionem. Item, quandoque venit ipſa poſſeſsio, quam reus habet. Verbi gratia,ſi vterque poſsidebat,vnus naturaliter, alius ciuiliter: ſi reus habet illam naturalem ab aduerſario, vi, vel clam, vel precario,compeſcetur a turbatione ciuili. & per conſequens inhibebitur illi, ne vtatur illa naturali.vide ff.de acquir.poſſeſſ. l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas.vti poſsid.l.ſi duo in princ.

Item, quando quilibet ſe contendit poſsidere inſolidum, adiudicatur ſolida poſſeſsio illi, qui potiora iura habet: vt in hoc §.& d.l.ſi duo. in princip. cum notatis in l.prima. §. hoc interdictum. ff. vti poſsi. & hoc vbi agitur de poſſeſsione rerum immobilium. nam pro poſſeſsione mobilium non datur. vt hic patet. Sed quæritur,nunquid detur pro quaſi poſſeſsione iurium? Scias,quod gl.tenet quod ſic. ff. eod.l. 1.§.1.in princ.& Spec.in tit.de cauſa poſſeſsio.verſi.& ſcias. & tenent omnes docto.communiter,quod hoc indubitabiliter eſt verum,quando iura illa adhærent rei immobili: vt dixi ſupra circa prin. tit. Curia tamen Franciæ dat pro omni iure.[Licet in ſcriptis exemplaribus legatur patronum iure. rectior,& verior lectio eſt,pro omni iure. quo mẽs Fabri noſtri me impellit. cuique rei argumento eſt Galliarum mos in eiuſmodi iudicijs,de ſaiſine.& nouellete.Omnes enim cauſæ fere ſunt ex illis. Quo ſi patronum legas, non ſibi conſtabit Faber.]& quaſi omnes cauſæ ſunt de talibus: vt ſupra dixi. Super quarto,videlicet de modo agendi, & forma libelli? dicendum eſt,quod oportet variare narrationem ſecundum diuerſitates factorum,& turbationum,quæ inferuntur. nam modus turbandi eſt declarandus, nec ſufficeret dicere generaliter, quod turbat: vt not.Innocen.extra de probat. c. licet. verſic. vti poſsidetis. numero 8. Qualiter fit turbatio in poſſeſsione rerum corporalium: declaratur ſatis ff. de vi.& vi arma.l.vim facit. & eſt pro regula, quocunque modo aliquis poſſeſſorem impedit, quominus libere vtatur poſſeſsione ſua.vt ibi patet. Sed de incorporalibus non eſt ita clarum. Poſſunt tamen dari multa exempla: vt ſi habeo pedagium: & turbat leuatores meos, quominus leuent: vel cogit muliones tranſire per aliam viam: vel per vim facit eos tranſire per pedagiaria,ſine vectigali: vel ſi impedit,quominus ruſtici portent mihi deueria debita,vel ſoluant: vel ſi nitatur,iura mea percipere, vel velit vti iuriſditione in villa mea,in qua iuriſditionem habeo. & de hoc agitur in Spe. de reſti.ſpolia.§.2.verſic.ſed quomodo num. 6.

Quid, ſi quis verbo inhibet debitoribus reddituum, ne ſol-
13 uant,vel ne ſubiecti obediant: nunquid † eſt talis turbatio, ex qua detur interdictum? Innocen.dicit quod non. extra de electio.c.querelam.de offi.delega.c.ſane.2. pro quo facit: quia hoc interdictum, videtur vim exigere. & per conſequens facti atrocitatem: quæ verbis non committitur. ff.de vi & vi arma.l.1.§. interdictum. & quia per talem prohibitionem non impedior vti iure meo: ego in hoc attenderem differentiam perſonarum: ſi enim potens, & terribilis hominibus meis inhibeat ne ſoluant: iudicarem vim. ff. quod metus cau.l.non eſt veriſimile. §. ſi iuſto metu.de dona.cau. mor.l.3.& idem dicerem,ſi prohibet, pro eo, quod diceret ad ſe pertinere. & ſic videtur no. Spec. dicto §. ſed quomodo. & facit ff. ſi ſer. vend. l. & ſi forte. §. 1. & §. ſed Ariſto. in fi. quod vi aut clam. l. vim facit. ff. eodem l.ſi duo.§.item videamus. in fin.ſed ſi alia perſona ſimplex hoc faceret, ſtarem cum Innocen. Quid, ſi quis facit inhibere, per iudicem, ſine cauſæ cognitione, ne deuerium conſuetum mihi ſoluatur: vel facit poni ad manum iuſtitiæ iura mea, de quibus poſſeſsionem habebam: ſicut tota die malitioſi faciunt fatuis iudicibus,& ſeruientibus, in multis partibus regni Franciæ? Reſpondeo, non videtur vis. imo poſſeſsio, quæ traditur per iudicem, videtur iuſta ff.de acquir. poſſeſſ. l.iuſte.ff.de reg.iur.l.qui authore. Verius videtur contra:& quod talis tenetur vi,etiam ſi per iudicem fecit compelli.vel vti poſsidetis,ſi turbat: vt not.Innoc.in d.c.querelam.& iunge, quod not. de offi. deleg.c. paſtoralis. imo ipſe iudex tenetur: vt not.in c.querelam. & facit ff.quod met.cauſa.l. finali.§. penult.Narra ergo in libello factum tuum ſapienter, & ſuper omnia caue,quod non narres tale factum, per quod videaris compulſus, vel expulſus deſiiſſe poſsidere: quia teipſum excluderes. ff. de vi & vi arma. l.ſi metu rerum.

Aduocati curiæ Franciæ non multum hoc attendunt, qui ſemper concludunt in turbatiua. quæcunque ſit vis. Item
14 poteſt quæri,an † ceſſatio ſoluendi redditus, vel deueria annua,cauſet vim turbatiuam, vel expulſiuam? Scias quod ſtylus canoniſtarum habet, quod ceſſatio cauſat turbatiuam: contradictio expulſiuam, & hoc dicunt per illa, quæ not. Innocen. in d. cap. querelam. & ibi Hoſtien. idem poſt eum. Sed videtur,quod ſimplex ceſſatio non cauſet interdictum,

ctum eo quod non competat per ſimplicem ceſſationem, in qua non interuenit contradictio, ſeu factum importans vim legis. Maior patet per dictam l. primam. Minor probatur: q̃a interdictum quod vi aut clam, requirit vim, ſicut iſtud. ff. quod vi aut clam. l. prima in princip. ſed conſtat, quod illud non competit, niſi fuerit contradictio, ſeu factum importans vim: vt ea. l. §. fin. Ergo nec iſtud. & quod hoc interdictum vti poſsidetis requirat prohibitionem, ſeu contradictionem: facit bene ff. ſi ſerui. vend. l. ſicuti. §. Ariſt. in fin. eo. tit. l. ſi forte. §. 1. Præterea iſtud interdictum deſcendit ex delicto: & ideo eſt noxale. ff. de interdict. l. fina. Sed conſtat quod actiones, quæ ex delicto deſcendunt, & factum requirunt, non competunt, ex eo quod non fit, quod fieri debuit. vt ff. de vſufru. l. ſi cuius. §. denique. ergo iſtud non competit ex eo quod non ſoluitur, ſeu ceſſatur: niſi fuerit contradictio, vel aliquid factum. Præterea hoc interdictum non poteſt dari efficaciter, niſi contra turbantem. Vnde ſi contra non turbantem agatur: abſoluitur, quamuis poſsideat: duntamen patientiam præſtet. ff. de interdict. l. fin. quod vi aut clam. l. competit. §. fina. Sed conſtat, quod ille, qui ceſſat ſoluere, & alias non contradicit, præſtat ſatis patientiam. Relinquitur ergo, quod non teneatur hoc interdicto. Præterea, cum ceſſatio ſimplex non cauſet moram, niſi ſit interpellatio, vel aliquid, quod pro interpellatione habeatur, ergo multominus vim, quæ magis factum requirit. ff. de vſuris. l. mora. & maxime quia poſsibile eſt, quòd ille, qui ceſſat, habeat iuſtã cauſam ceſſandi. vel forte ceſſat propter inopiam: & ſic non committit vim. ff. de itine. actuque priua. l. veteres. cum l. ſequenti. & pro hoc C. de lib. cau. l. ſolo obſequij. in feu. ſi de feu. defun. content. fuerit. c. ſi de feudo. §. licet vaſallus. & §. ſi vaſallus. Item vim facere dicitur, qui non ſinit, &c. ff. de vi & vi arma. l. vim facit. non qui ſatis ſinit, qui nil dicit, nec facit contrarium. Quid ergo dicendum? ſi veritatem dicam, non mihi credetur. tamen dico, quòd non video, quod

15 ſimplex † ceſſatio poſsit cauſare hoc interdictum: nec etiã video, quomodo procedat opinio Innocen. qui dicit, quod ceſſatio cum intentione de cætero non ſoluendo, operatur vim: nam non video, quomodo conſtare poſsit de illa intentione, niſi hoc dicat, & ſi dicat: erit contradictio iurium: & ſemper agetur vnde vi: quia eoipſo quod illi contradicitur, repellitur: nec animo retinetur, cum non poſsit talem vim vi repellere: licet ſit ſecus in corporalibus: vt ibi notatur. & melius de cenſi. c. ſignificauit. Videtur ergo concludendum, quod nõ poſsit agi contra debitorem reddituum, vel de ueriorum vti poſ propter contradictionem: nec propter ceſſationem: ſed vnde vi tantum. Sed ſi tertius contradiceret, dicens ad ſe pertinere, & niteretur percipere iura mea: non video, quin contra illum poſsim agere vti poſside. cum me turbet. & pro iuribus datur vti poſside. vt ſupra dictum eſt. Item & occaſione iurium, ſeu reddituum, poteſt agi vti poſside. etiam contra ipſum debitorem. Si enim conſueui gagiare, quando debitor ceſſat: vel rem, pro qua præſtat ad manum meam ponere: & in hoc me impediat: non dubium, quin agere poſsim, ex eo quòd turbor in tali quaſi poſſeſsione gagiandi: vel etiam ad manum meam tenendi. Et de hoc ſcripſi in ſimili C. vnde vi. l. 1. ergo multum cauendum eſt in narratione libelli. Concluſio autem eſt manifeſta in hoc libello: videlicet, vt reus condemnetur, ne turbet: vel quod ceſſet, vel compeſcatur ab impedimento: & forte quod imponatur ſilentium quantum ad poſſeſſorium. vide tamen de hoc in vltimo membro infra. Fructus autem, & damna, de quibus in ſuperioribus dixi, veniunt officio iudicis: vt dixi in libellis, quos formaui in titulo de actionibus. & videbis infra eodem titulo 2. Circa quintam videlicet

16 probationem, quæritur, quid actor habet probare? † Et certum eſt, quòd habet probare poſſeſsionem: videlicet, quod poſsidet tempore edicti, interdicti, ſeu lit. conteſt. vt patet hoc §. Nam hoc interdictum non competit, niſi poſsidenti. vt ſatis ſupra eſt allegatum. Quid ergo, ſi quis probet ſe poſſediſſe, ante edictum, interdictum: nullus tamen teſtium deponit de tempore præſenti? Non videtur ſufficienter probaſſe, vt notatur extra de reſtitut. ſpolia. cap. cum ad ſedem. Sed Hoſt. ibi contra. cuius opinio videtur probabilior, vt ſupra dixi. de fideicom. hæred. §. reſtituta. Sed contra opinio. Hoſtien. videtur: quia ſi verum ſit, quod poſsideat ante: non erit differentia inter interdictum de itinere actuque priuato: & hoc interdictum, quo ad formam probationis: quia ſicut in interdicto de itine. ſufficit probare vſu in temporis præcedentis: ita etiam in iſto ſecundum illam opinionem: & tamen tex. videtur facere differentiam. ff. de itine. actuque priuato. l. 1. §. hoc interdicto. & hoc ibi.

17 no. † Præterea tex. huius. §. hic conuincit euidenter. dicit enim. quod antiquitus fuit differentia inter interdicta vti poſſidetis. & vtrobi: quia in interdicto vti poſsidetis requirebatur præſens poſſeſsio. in vtrobi non oportebat hoc probare: ſed quod maiore parte eius anni &c. Si igitur in interdicto vti poſsidetis ſufficeret probare poſſeſsionem præcedentem, & ex ea præſumeretur poſſeſ. præſens: vt dicit Hoſtien. differentia illa fuiſſet nulla in effectu: & pro nihilo redigentur hic, ad vnum vti poſsidetis, & vtrobi: vnde illa differentia neceſſario fuit aſsignata penes modum probandi, non penes modum agendi. nam cum vtrunque tueatur poſſeſſorẽ, oportebat, quod in vtroque actor ſe diceret poſſeſſorem. Sed in vno oportebat probare præſentem poſſeſſionem: in alio non. & eodem modo inducitur ff. vtrobi. l. 1. §. 1. Pro opinione Hoſtien. videtur ratio vna, pro omnibus. Nam ciuilis retinetur animo, vt clamant omnia iura: igitur ſi probem me ante poſſediſſe, & dicam me adhuc poſsidere animo: probatio illa ſufficit. Nam præſumitur animus, niſi probetur depoſitio animi: iuxta illa, quæ ſcripſi ſupra de vſucap. §. quod autem. & ſic ſemper ſum poſſeſſor. Si enim dicas me perdidiſſe poſſeſsionem altero de modis perdendi: tibi incumbit onus probãdi. Nam ei qui &c.

18 ff. de probatio. l. ei, qui dicit. † Quid dicemus? videtur neceſſe ſtare opinioni Hoſtien. quando agitur pro re corporali immobili, per rationem iam dictam. Sed ſi pro re mobili: & ita vtrobi agatur: conſtat, quod oportet probare actorem ſe habere poſſeſsionem corporalem tempore turbationis: quia rei mobilis non retinetur poſſeſsio animo. ff. de acquiren. poſſe. l. 3. §. Nerua. l. ſi rem mobilem. Item in re corporali videtur aduertendum vtrum diceret ſe poſſeſſorem ciuiliter tantum, vel ciuiliter & naturaliter ſimul, vel naturaliter tantum. Primo caſu ſufficit probare ciuilem: & ſe turbatum clam, vel vi, ac alio per ingreſſum naturalis: vt dixi ſupra per §. qui ad nundinas ſupra alleg. Si vero dicat ſe poſſeſſorem ciuiliter & naturaliter, vel ſimpliciter poſſeſorem: quia tunc omnem poſſeſsionem videtur complecti. ff. pro hæred. l. 2. §. quod vulgo. videtur, quod habeat hoc probare: ex quo hoc ponit. Item ſi dicat ſe tantum naturalem poſſeſsionem habere, ſeu corporalem: & his caſibus, poteſt intelligi iſte §. quod oporteat probare actorem præſentem poſſeſsionem tempore interdicti redditi. Sed ſi diceret, ſe retinuiſſe naturalem animo, quod poteſt, quando ſolam naturalem habebat: vt notatur ff. de acquiren. poſſeſſ. l. 1. in princip. tunc crederem, quod dixi in mera ciuili animo retenta. Et ideo caute aduocatus ambulet in modo proponendi, & articulandi, bene declarando poſſeſsionem, quam habet actor, & quam contendit retinere. Crederem ego tamen, quod ſi ab initio actor diceret ſe poſſeſſorem ſimpliciter: & in proceſſu, declararet qualitatem, & modum: quod ſufficeret: & quod deberet ſenten-

19 tia ferri in eo, quod declararet. & † probaret quia iudex habet tueri poſſeſſorem, modo quo eum reperit poſsidere: & tollere impedimentum, quod in illa reperit poſſeſsione appoſitum, & hoc ſonat verbum vti poſsidetis, &c. Et quando in proceſſu declaratur, eſt perinde acſi ab initio fuiſſet ita petitum. ff. de excep. rei iudicatæ. l. & an eadem §. actiones. cum ibi notatis. Fateor tamen, quod niſi propoſitum fuerit, quod animo retinuerat poſſeſsionem, actor non probat plene, niſi probet poſſeſsionem corporalem, tempore redditi interdicti. & hoc voluit dicere iſte tex. Et ideo conſulerem omni agenti hoc interdicto, quod diceret ſe poſſeſſorem ciuilem tantum. niſi habeat poſſeſsionem corporalem, quando incipiet cauſam, alias non vide.

videretur ſufficere actorem probare ſe habere corporalem
20 poſſeſsionem ante inceptam cauſam per prædicta. † Quid in poſſeſsione iurium? videtur, quod non retineatur animo, per iura prædicta, de itinere actuque priuato. quia ſi retineretur animo, fruſtra oneraretur actor, de probando, quod illo anno vſus ſit triginta diebus: quia ſemper poſſeſsionem animo retineret, quamuis pluribus annis vſus non eſſet, quouſque depoſuiſſet animum: ſicut dictum eſt de poſſeſſione rei corporalis ſupra de vſucapio. §. quod autem. igitur quamuis non probaretur uſus illius anni, ſemper poſſet agere:& tamen hoc non eſt uerum:vt d.l.1.§.2. de itinere actuque priuato. & ea.l. §. præterea. & idem de aqua quotidiana & æſtiua. vbi oportet probare ſe fuiſſe vſum illo anno. Præterea, poteſt ſic probari. ſeruitutes non præſcribuntur, quæ non habent cauſam continuam: vt dixi ſatis ſupra de actionibus.§.æque. & patet ff.de ſer.l. ſeruitutes. & ibi ſubijcitur ratio: quia non continue poſsidentur. Concluditur ergo,quòd eorum poſſeſsio non retinetur animo,quia ſi retineretur, poſsideretur continue.& ratio, quæ ibi redditur eſſet falſa. & per eundem modum faciunt ff.de vſucap.l.ſequitur.§.ſi viam.& l.ſi aliena.§.hoc iure. Vnde ſi ius ſeruitutis poſsideretur animo: non præſcriberetur libertas longo tempore, ſaltem quouſque poſsidens depoſuiſſet animum:vt dixi in d.§. quod autem.ſupra de vſuca. & hoc dicit plane d.§. ſi viam ibi. quia nec poſsideri intelligitur ius incorporale, ſub. ciuiliter animo ſolo, quando non habet cauſam continuam: quod poſſet, ſi animo retineretur. In contrarium videtur: quia præſtationes annuæ vel menſtruæ,non habent cauſam continuam: & tamen poſsidentur: & longo tempore præſcribuntur. C. de agrico. & cen.l.litibus. illa nihil facit.Nam ibi poſsidebat dominus colonos: cum terra,& præſtationes inducuntur ad hoc probandum.vnde non mirum ſi præſcribūtur cum terra: vt d.l.ſi aliena.§.hoc iure. de diuer. & tempo.præſcrip. l. longæ.Quid ergo dicendum? Iura canonica, & commentatores ipſorum non faciunt dubium de hoc, quin retineatur poſſeſsio animo in iuribus.etenim dant actionem pro poſſeſsione penſionum,ſeu redditu um ſubtracta:vt in c.querelam.& vnde vi.vt in c.Piſanis.de reſtit.ſpol. de cauſa poſſeſsionis & proprietatis. cap. cum eccleſia ſutrina. & multominus facit dubium curia ſecularis regni Franciæ: & tamen de veritate iuris videtur contrarium in his, quæ habent cauſam diſcontinuam, per prædicta: niſi poſsiderentur tanquam acceſſoria rei immobilis: vt d. §. hoc iure.Et ſecundum hoc videtur, quòd ſit periculoſum agere vti poſsidetis pro annuis præſtationibus, & alijs iuribus, quæ non habent continuam cauſam: quia vix poterit probari præſens poſſeſsio. Oporteret enim probare, quod tempore redditi interdicti, actor vteretur: & aduerſarius ipſum impediret (quod eſſet difficile) & ideo fuit prouiſum, quod in illis interdictis, de itinere, & de aqua quotidiana turbatio antecedentis limitati, & certi temporis ſufficeret, & quod valeret tantum,acſi actor probaret ſe poſsidere tempore litis conteſtatæ: quæ prouiſio non reperitur, niſi pro iuribus illis in dictis titulis ſpecificatis.& pro interdictis, quæ pro eis cō petunt. nec videtur extendi ad interdictum vti poſsidetis. in quo requiritur poſſeſsio de præſenti. Poſſet tamen dici, quòd de æquitate ſimilis prouiſio debeat extendi,ad vti poſſidetis vtile, quod pro alijs iuribus competit.Item poteſt dici,quod ſi ſint talia iura,quæ longiſsimum habeant interuallum,ad hoc quod quis eis vti poſsit,& recipere certum deuerium, quando Rex, baro, vel alius dominus moritur, vel de nouo creatur: quod fiat repetitio vſus, qui vltima vice fieri potuit, & quod ſufficiat probare ſe vſum illa vltima vice, ex quadam diſpenſatio æquitatis, quam non credo procedere de iuris ciuilis rigore. facit tamen pro ea,C. de ſeruituti.l. fina.ff.quemadmodum ſeruitus amittatur.l. ſi ſic.& quod notatur in dicto titu.de itinere actuque priuato.l. prima.§.hoc terdictum in gloſſ.fin. de iure canonico videtur ſufficere.tamen Innocen. videtur velle, quod ius eligendi, & alia iura, quæ cedere poſſunt caſu mortis: & quæ de ſui natura non habent certum interuallū,reputantur habere cauſam continuā ad inſtar ſtillicidij. & ſic nihil faceret contra. extra de cauſa poſſeſsionis.cap.cum eccleſia. vide extra de præſcrip.cap.de quarta. de iuriſdictione non videtur dubium, quin habeat cauſam continuam. & maxime, quando ſunt ſigna patibularia eleuata: per l.foramen.ff. de ſerui.vrban.prædio. Item quæritur,hic dicitur,quod in hoc interdicto debet proponi, & probari poſſeſsio præſens: nunquid debeat proponi, & probari turbatio præſens: videlicet quod reus turbat in præſenti? Nō videtur.ff.quod vi aut clam.l.3.§. illud. Tutum eſt tamen proponere: ſed non oportet probari: imo ſecundum Spec.eoipſo quod reus ſe opponit, turbat: vt in Specul.
21 de act.ſeu peti.§.ſuper.verſi. ſed nunquid.nu.6. † Sed quæritur, nunquid agens hoc interdicto, habeat probare, quod non vi, non clam, ſeu præcario poſsidet? Videretur quod ſic: & hoc videtur tota hæc materia clamare. ff. vti poſside. l.1.§.perpetuo.Hoc etiam videntur ſentire doctores, & maxime iuris canonici, extra de poſtulan.cap. bonæ. 2. & quaſi in omnibus locis, in quibus agitur de hac materia. Hoc etiā dicitur in confeſſoria, in qua talia requiruntur: & fuit datus modus probandi ſupra de actionibus. §. æquæ.hoc etiam tenet gloſſator in interdicto de itinere actuq; priuato: quòd conuicinatur iſti. ff. de itinere actuque priua.l. 1. §. hoc interdicto.in gloſſ. iure ſeruitutis.&c.per l.ſi quis diuturno.ff. ſi ſeruitus vendicetur Dyn.& Iaco.videntur velle in d.§.hoc interdicto. quod non teneatur probare hoc: & quod probata poſſeſsione, videantur hæc probata. quia poſſeſsio debet releuare ab onere probandi:vt hoc §.item quia.hæc verba ſunt negatiua, & negantis, &c.C. de probationibus.l.actor.Dyn dicit, quod probato vſu, præſumitur bona fides & per conſequens, quòd non vi. &c.C. de probatio.l.actor. vt ſcripſi ſupra de actionibus. §. æque. in materia confeſſoriæ. & videretur iuſtum & rationabile, ꝙ hoc deberet pars rei proponere, & probare. & hoc bene probatur. ff.eo. l.ſi duo.in princ. vbi actor dicebat ſe poſsidere non expreſſo iuſte,vel iniuſte,reus dicebat ſe iuſte poſsidere, & actorem vi, vel clam,& ita ſupponit,quòd ex parte rei opponitur,& vincit, qui melius probat, alias nullus.Expedit tamen actori,ꝙ concurrāt in probatione ſuper hoc: quia qui melius probat, obtinet.Et ſi actor probet titulum, vel iuſtam cauſam poſsidendi.ſatis releuatur a probatione iſtorum: vt ſcripſi in d.§.
22 æque.Item † videtur, quòd poſsidens ciuiliter tantum, debeat hoc de neceſsitate probare, alias obtineret ſolum in ciuili, quæ parum ſibi prodeſſet. Vnde caue, quòd ſi actor vult gaudere pacifica poſſeſsione oportet, quod hoc probet,ſi alter corporaliter poſsideat: alias teneretur reus in illa: vt l.ſi duo.ſupra allega.Quid ergo? pone, quòd iui extra patriam, in mei abſentia tu occupaſti fundum, quem tunc pleno iure poſsidebam:reuerſus ago contra te vti poſsidetis:ego probo, quòd ego poſsidebam tempore quo receſsi: & pono,quòd animo retinui ciuilem:tu probas,quòd a biennio citra tu poſſediſti palam,& publice: quæritur quis potior? Per præmiſſa apparet, quod ego ſum potior: nam ſemper retinebam ciuilem, quando tu intraſti clam me, & me abſente.Igitur videtur,quòd obtineam,de hoc in Specu.de petitio.& poſſeſ.verſi.quid ſi peto fundum. Curia Franciæ tenet,quod ille eſt potior, qui poſsidet de facto vltimo anno, quod etiam poteſt procedere de iure, in caſu quo poſſeſsio anno perditur.vide
23 quæ ſcripſi ſupra de vſuca.§. quod autem. † De illo quæri non oportet, an ſi vnus teſtis deponat de vno actu poſſeſsionis:alius de alio, vel de alia die, qua vidit actorem vti, an faciat fidem:quia ſecundum omnes doctores,dicendū eſt,quod ſic: vt not.ff.de teſtibus.l.ob carmen.§.fina.extra de teſtibus. cap.licet.de accuſationibus. ca. qualiter. 2.per Innocen. verſicu.& idem nume. 2. & in Specu.de teſt.§. nunc videndum. verſicu.intendit.& eod. titu.§. iam de interrogatorijs. verſicu. item de tempore. Secundum hoc ergo videtur difficilis probatio in hoc interdicto.Et ideo ſi actor nō incumbat poſſeſsioni corporali: eſt expedientius, venire ad locum, cum teſtibus: & ſi non admittatur, vel repellatur, vel ſuſpicetur ſe poſſe repelli, agat interdicto vnde vi, in quo longe facilior eſt probatio, ſi fiat, ſicut dixi. Et maxime in quaſi poſſeſsione iurium, vbi non oportet probari ſpoliationem, extra de ſenten.& re iudi.c.ſuborta.per Innocen.Scio, quòd

aduocati curiæ Franciæ ſemper formant in turbariua:pro eo,
quia res contentioſa, ponitur ad manum de conſuetudine il-
lius curiæ, Expediti de his veniamus ad ſententiam.quomo-
do debet ferri? & ſcias quod Azo tractauit de hoc in ſumma
gloſ.C.eo.l.1.& glo.iuris canonici extra de probatio.c.licet.
Super quo aduertendum eſt, quomodo agitur. nam ſi actor
dicat ſe poſsidere naturaliter tantum, & turbetur in illa, &
24 † probet: inhibetur reo, ꝙ non turbet eum in illa, niſi reus
probaſſet quòd clam, vi, vel precario poſsideret ab eo. Si ve-
ro dicat ſe tantum poſsidere ciuiliter:tunc obtinebit, ne in il
la turbetur, & per illam conſequetur naturalem, ſi reus il-
lam habebat vi, clam, vel precario ab eo, alias non:imo reus
teneretur in naturali, ſi eam haberet. Si vero dicat, ſe poſsi-
dere ciuiliter, & naturaliter, vel ſimpliciter: poſſeſſor tunc
obtinebit, ne turbetur: & per illam conſequetur naturalem:
ſi reus illam vi, clam, vel precario habebat ab eo: alias non:
imo reus teneretur in vtili, ſi eam haberet. Si vero dicat ſe
poſsidere ciuiliter. & naturaliter, vel ſimpliciter poſsidere,
tunc obtinebit, ne turbetur, quominus plene, & pacifice poſ-
ſideat: niſi aduerſarius proponeret ſe poſſeſſorem, & proba-
ret. Quo caſu, quando vterque probat, & ſe dicit inſolidum
poſſeſſorem:eſt aduertendum, quia ſi alter probet vi, aut clã,
a ſe poſsideri:ille obtinebit, qui non vi, non clam, non preca-
rio dicat ſe poſsidere. Si vero neuter probet aliquid ſuper il-
25 lo articulo:vel † vterque æqualiter probet:tunc iudex debet
aduertere numerum, & perſonas teſtium. & quis frequẽtius,
& magis publice vſus eſt, & rationes, quibus teſtes mouen-
tur, & qui veriſimiliora dixerunt, & alia, de quibus ff. de teſt.
l. ob carmen. §. fin. vt ſemper pro potiori iudicet. Quid, ſi al-
ter probet titulum, vel proprietatem propoſitam ad confir-
mationem ſui poſſeſſorij:alter non? Videtur, quòd non pro-
bent æqualiter: quia ille, qui poſſedit cum titulo, eoipſo ꝙ
probat titulum, probat bonam fidem: & ſic non vi, non
clam, non precario: & in hoc excedit alium: vt patet extra
de proba.c. licet. Item habet præſumptionem pro ſe, quod
ſemper poſſederit: quia animo retinuit, ſi prius poſſedit: &
ſic videtur potior. & hoc videtur æquum. Sed forte hoc non
eſt verum, per l. ſi duo. in prin. ff. vti poſsid. vnde ille qui ha-
bet titulum, potuit occupare vi, vel dolo ab alio, qui rem
tunc poſsidebat. Nam ſi ego emi fundum a Titio, quem Sẽ-
pronius poſsidebat:nõ dubium: quòd Sempronius eſt potior
me in poſſeſsione. vt d.l. ſi duo. Vel dic, quod ibi loquitur
quando probationes erant pares: alias multum obſtaret.cap.
licet. Si vero omnia iſta ceſſent: quid faciet iudex? Credo vl-
tra aduertendum, an ſit tale ius, quod poteſt a quolibet in-
ſolidum poſsideri. & tunc eſt pro vtroque iudicandum.
Verbi gratia, epiſcopus, & archidiaconus habent in mul-
tis locis iuriſdictionem, & quilibet inſolidum: & eſt melior
conditio occupantis. vel duo barones in eadem villa: vter-
que probat: cur non pronuntiabitur pro vtroque, non vi-
deo. Vnde hoc caſu, duo non poſsident proprie inſolidum
idem ius:ſed quilibet ſuum. & erit forte melior conditio oc-
cupantis. ff. de offic. conſu. l. vnica. §. conſules. [ melius pro-
batur in l. inter eos. ff. de re iudic. & in c. ſi duo. §. ſecus ſi ſint
de procurato. lib. 6. ] & hoc niſi eſſet articulatum, quod v-
nus ſolus, & inſolidum poſsideat. vt cap. licet. extra de pro-
batio. Si vero non ſit tale ius, vel forte erat ex vtraque par-
te articulatum, quod quilibet ſolus, & inſolidum poſside-
bat. quo caſu ceſſant præmiſſa, & probationes ſunt omni-
no pares: forte perueniretur ad opinionem illorum, qui di-
xerunt, quod forte res dirimatur. quam Bern. videtur ſecu-
tus fuiſſe in c. licet. Sed hoc reprobatur communiter per om
nes: & conſueuit dici, quod iudex poteſt rem contentioſam
ad manum ſuam ponere, & tam diu detinere, quouſque fue-
rit diſcuſſum. vel poteſt alterum cogere ad agendum de pro-
prietate, & alij ſine proceſſu tradere poſſeſsionem. Hæc om-
nia potes colligere ex his, quæ notantur in Spe. de ſeque. ver
ſi. ſed nunquid. de peti. & poſſeſ. §. 1. verſi. in ſumma. de libel.
con. §. nunc. dicendum. ver. 22. & per Hoſt. extra de religio.
do. ca. 1. facit extra de deci. ca. quoniam. Et ſuper hoc vide di-
ctum ca. licet. in text. & in glo. & ſi bene cogites, vix poterit
contingere is caſus, quin appareat per circunſtantias, quis
ſit potior. Et omnibus ceſſantibus videretur poſſe dici, quòd
cum quilibet duorum proponat, videlicet ſe inſolidum &
ſolum poſsidere: quòd, ceſſante probatione ſoliditatis, re-
maneat probatum, quòd vterque inſolidũ, & ita neuter vin-
cit:& fertur ſententia, quod vnus non impediat aliũ: ſed qui-
libet vtatur. & hoc vult dicere. l. ſi duo. in fin. ff. vti poſsi. Ve-
rum eſt tamen, quòd ſi eſſet periculum de ſcandalo:iudex po
teſt ponere manũ, & in hoc caſu videtur obtinere opin. doc.
alias videretur durum, quòd iudex vtrunque ſpoliaret iniu-
ſte, & contra iura, quæ prohibent ſequeſtrationes. C. de pro
hi. ſeq. pecu. l. vnica. Vnde multa exempla poſſunt occurre-
re, in quibus iudex, debet iudicare pro qualibet partium. Po-
namus, quòd ego habeo vſum & expletum in vno nemore:
tu me turbas, & ego te:agimus hoc interdicto adinuicẽ:quili
26 bet probat poſſeſsionem æqualiter: non dubium, † quin poſ
ſit pronuntiari pro vtroque. & inhiberi ne alter alterum im-
pediat. & ſi concurramus: iudex ex officio debet interueni-
re. & ordinare quomodo vtamur. ff. de leg. 1. l. huiuſmodi. §.
ſi. in fin. ibi, vel iudice immente. quib. mod. vſuſ. amit. l. 2. §.
fin. de vſufr. l. quoties. [ duæ poſtremæ proximæ leges de iu-
dice non loquuntur, ſed de alterutrius vſumfructum præten
dentium impedimento: melius & congruentius citaſſet l. ſi
vſufructus. §. fin. iuncta l. ſeq. in prin. quæ propoſitum Fabri
probant. ] Vel pone, quòd agitur de quaſi poſſeſ. iuſtitiæ, v-
nus probat expleta altę, alius baſſę. videtur, quod quilibet ob
tineat in caſu ſuo:extra de præſcri. c. auditis. & idem in omni
caſu, quo plures habent ſeruitutem in eodem loco. ff. de ſer.
ruſti. præ. l. 3. §. aquæductus. de aqua plu. arcend. l. in conce-
eendo. Nec obſtat his prædictum cap. licet. quia loquitur in
caſu, quo probationes non erant pares: & alter dicebat ſe
ſolum & inſolidum poſsidere, vt ibi patet. Nunc quæren-
dum de effectu ſententiæ. & certum eſt, quòd eius effectus
eſt quod aduerſarius, qui ſuccubuit, compellatur ceſſare ab
impedimẽtis. Sed quid, ſi proponat nouam cauſam? videtur,
27 † quod debeat admitti ff. de exceptio. rei iudica. l. ſi mater. §.
1. & §. eandem, ibi, mox alia cauſa noua. & §. ſequen. res
enim iudicata non extenditur ad cauſam nouam: vt ibi.
Sed noua turbatio videtur noua cauſa: ergo videtur, quod
ſententia in hoc interdicto lata, non proſit: nam poſsibile
eſt, quod victor tempore ſententiæ poſsidebat:& nunc, quan
do turbator non poſsidet: & ſic prætor ipſum in poſſeſsio-
ne tueri non poteſt, quam non habet. nam poſsibile eſt, quòd
turbans nunc habet cauſam iuſtam: licet non tunc. nam ſi
ille, qui obtinuit, cecidit poſt ſententiam a poſſeſsione, quam
ego, qui victus fui, ſine vi occupaui, debeo in ea teneri: &
ipſum poſſum impune prohibere: igitur videtur, quod ſen-
tentia non afficit, niſi turbationem iam factam tempore
ſuo. & facit bene, quod not. Innoc. in ca. cum dilectus, de cau
ſa poſſeſ. & proprie. Sed ad hoc poteſt dici, quod ſententia re
fert ſe ad futuram turbationem: nam prohibet fieri vim: &
tuetur poſſeſſorem. male autem tueretur, ſi permitteretur fie
ri & hoc patet in d.c. licet in fi. ibi, perpetuum ſilentium. Vn
de dicendum eſt, quod ille, qui ſuccubuit in hoc interdicto,
quandiu viuet compeſcetur, nec audietur, excipiendo ſe
etiam ex noua cauſa poſsidere. ff. de exceptio. rei iudica. l. ſi
quis rem. & l. ſi a te. §. ſi quis fundum. ſecundum verum in
tellectum. Vnde vix reperies: quod reus proponendo no-
uum ius, poſsit impedire executionem rei iudicatæ: ſed agat
( ſi vult ) pro iure nouo: alias rei poſſent illudere omnia iu-
28 dicia, ſemper allegando nouum ius ſibi quæſitum. † Sed
an hæres victus virtute talis ſententiæ compeſcetur a tur-
bando? videtur, quòd non. ff. de verb. obli. l. ex ea parte, [vo-
luit (vt puto) citare l. ex parte. ff. de ſol. quæ optime inducta
hoc probabit: nam ita citat. l. ex parte. nec adijcit verbũ ea. ]
de ſerui. ruſt. præd. l. & Attilicinus. §. cum fundo. [ Citat §.
cum ſit lex in omnibus exemplaribus: & incipit. cum fun-
do. ]Sed poteſt dici, quòd ſic:& ſucceſſor ſingularis, ſi vtatur
acceſsione authoris ſui. quia res iudicata rei cohæret. vt ff. de
except. l. exceptiones. la 3. §. rei. & d.l. ſi a te. §. fina. Bene ta-
men credo, quod contra hæredem non procedetur per viam
executionis: ſed actione iudicati, quæ eſt neceſſaria hoc caſu:
vt ſcripſi C. de excep. rei iu. l. fi. & hoc plus placet, quã illud,
quod

quod ſcripſi ſupra de act.§.æque. Sed quid econtra: nunquid hæres illius qui vicit reportabit commodum: vt per hanc ſententiam ſe tueatur in poſſeſsione? Non videtur: quia non habet illam poſſeſsionem, quam habebat prædeceſſor,ſed nouam: vt l.cum hæredes.ff.de acqui.poſſ.igitur poſſeſsionem prædeceſſoris tueri non poteſt, quia non eſt de nouo iudicatum. & facit.ff.de operis noui nuntia.l.non ſolum.§.morte. Videretur contrarium,per allegata in præcedenti quæſtione.vt ff.de aqua plu.arcen.l.ſi Titius.§. Celſus.quòd vi aut clam.l.aut qui aliter.§. hæc verba. Et hoc verum. maxime, ſi talis vis concernat res. Verbi gratia: ſi actor dicat ſe habere poſſeſsionem alicuius rei,ratione talis caſtri: reus idem,ratione alterius caſtri. tunc enim videtur extédi, ad quemlibet ſucceſſorem.ff.de ope.no.nuntia.l. fin. Item
29 † quæritur circa huiuſmodi effectum, vtrum ſententiæ latæ in hoc interdicto obſtet exceptio rei iudicatæ in interdicto vnde vi? Verbi gratia, egi interdicto vti poſsidetis contra te: oppoſuiſti, ꝙ ego te vi expuli: nihilominus obtinui: vis agere contra me interdicto vnde vi: quæritur,vtrum poſsis? Non videtur ex quo fuit de violentia in priori iudicio quæſitum.ff.de compenſa.l.quod in diem.§.1. Innoc. tenet contra,extra de cau.poſ.c.cum eccleſia.imo videtur dicere,quòd ſi alter agat vti poſsi. alter poteſt agere vnde vi. & concurrent.& ſi de vtroque ſimul liqueat, non ſententiabitur in vti poſside. vel ſi ſententietur: non ponetur ſententia executioni: vt not. extra de præſcrip. cap. veniens. Item no.quòd agens vti poſsidetis debet ſuccumbere, ſi agat contra illum, qui eſt fundatus de iure communi,niſi probet titulum. Et ideo videtur, quod ſi abbas dicat ſe habere poſſeſsionem iurium epiſcopalium, & agat hoc interdicto, ſuccumbit, niſi probet titulum, quia ſi ſpoliatus hoc caſu ſuccumbit. multofortius ille,qui dicit ſe turbatum. extra de reſti. ſpol.c. ad decimas, lib. 6. Idem iuris eſt ſi aliquis dicit ſe habere iuriſditionem intra fines territorij alicuius comitis, baronis, vel epiſcopi. & eſt magna ratio. Quia quando aliquis eſt fundatus de iure communi: conſtat de proprietate: idcirco non debet fieri executio in poſſeſsione. extra de cauſis poſſeſ. c. cum dilect. & idem ſi non eſſet fundatus de iure communi:ſed alias conſtaret de iure proprietatis notoriæ,vel manifeſtæ: vt patet extra de ſenten.excom.c.ſi iudex laicus.lib. 6.C.de agric.& cenſi.l.litibus.de fil. presbyte. cap. conſtitutus de diuor.cap.porro.cum ibi nota. Et idem ſi conſtaret, quod actor habuiſſet rem titulo alio, quam pro ſuo. Nam ſi ſic ſe haberet,tunc procurator diceret ſuam ex alia cauſa.in feu.de feu.guar.cap.vnico. §.1. In his enim caſibus, & ſimilibus, non crederem talem tuendum in poſſeſsione, niſi probaret titulum rei, iuſtum initium poſſeſsionis. Et per hoc videtur, quod ſi reus velit incontinenti probare ſe dominum: quod debeat audiri. & ita not. Dy. extra de regulis iuris. in c. qui ad agendum lib.6. Gloſſ.tamen videtur notare contra.ff.de acquirenda poſſeſsione. l. ſi de eodem §. fin. Pro gloſſ. facit extra de inſtitu. cap.cum veniſſent. Sed ibi non offerebatur prompta fides. Vnde multum facit pro Dyno lex litibus.C.de agri.& cenſi.ff.de iniur.l. iniuriarum. in fine. Sed contra iſta videtur: quia ſi actum eſſet petitorio & poſſeſſorio,videlicet,ab vna parte petitorio,ab alia poſſeſſorio,& cognitum ſuper vtroq; nihilominus ferretur ſententia in poſſeſſorio pro probante: quamuis non fieret executio: vt c.cum eccleſia.& c.ſeq.& c.cum dilectus. extra de cau.poſſeſ.ergo multofortius ferenda eſt ſententia, vbi actũ eſt poſſeſſorio ſolo,& reus probat ſe dominum. Si ergo ſententia condemnatoria ferretur: & nulla reſtat ſententia ferenda ſuper petitoria: quia nec illo actum eſt: conſtat, quod de probatione dominij facta in primo proceſſu, nihil poteſt opponi poſt ſententiam ſuper poſſeſſorio,cum obſtet res iudicata: vt ſatis dictum eſt ſupra tit. 2.§.appellantur. Ergo exceptio dominij non poteſt retardare iudicati executionẽ; nec impedire, ex quo de iuribus eius fuit in primo iudicio quæſitum: & ea non obſtante condemnatum: & ſic videtur, quòd omnes concluſiones prædictæ ſint falſæ. Super hoc aduerte quia prima facie illac c.& maxime c.cum eccleſia videntur directe obſtare c.ad decimas.quia c.cum eccleſia erat capitulum eccleſiæ ſutrinę fundatum de iure communi,nihilominus clerici ibi reſtituuntur ad poſſeſsionem,qui nõ probant titulum: nec allegabant contra c.ad decimas. Ad hoc
30 poteſt dici,quòd interdum †proprietas in iudicium deducitur ad repellẽdum poſſeſſorium,& per modum exceptionis, interdum per modum actionis. vbi per modum exceptionis proponitur: tunc non eſt admittenda aliquo modo: ſed ſecundum gl.admittitur,ſi offeratur prompta fides: ſecundum Dy. Vel ſi proponens habeat ius commune pro ſe, vel ſi ius ſuum ſit notorium,vel manifeſtum. vel conſtet reum non habuiſſe titulum pro ſuo ab initio: vt ſupra dixi. ſed ſi admiſſa fuerit,& probata per confeſsionem, vel alias tunc fertur ſententia in poſſeſſorio:& reus abſoluitur: nec habent locum illac c.cum eccleſia.& c.cum dilectus.quæ loquuntur, quando ſententia fertur in poſſeſſorio pro actore: ſed hic abſoluitur reus.& hoc dico per rationem c.ad decimas.& c.ſi iudex,quia ex quo conſtat de proprietate: poſſeſſorium eſt ſine effectu, per rationem dictorum capitulorum. Hic autem conſtat quare,&c. Fatuus tamen eſt aduocatus, qui talem exceptionem admittit: niſi in caſibus prædictis in quibus eſt admittenda: propter hoc fuit factum d.c.ad decimas.& per hoc declaratur, quod talis exceptio admittetur,& admiſſa repellit: nec reſtringas illud c.ad caſum excogitatum, in quo videtur intellexiſſe Archid. videlicet,quando agens poſſeſſorio, hoc confitetur in ſuo libello.quia hoc eſſet nimis reſtringere d.c. imo fere diſtruere. Sed vult dicere,quòd ſi talis exceptio,proponatur a parte rea: & de ea conſtat per confeſsionem: vel alias manifeſte,admittitur. & agens poſſeſſorio repellitur: & in hoc fundatur cap.ſi iudex laicus.in prin.& l.litibus. ſupra alleg. Quid ergo ſi præmiſſa non ſint manifeſta, vel probatio non ſit prompta? Credo, quòd non differetur ſententia poſſeſſorij: ſed aget reus,quando voluerit, petitorio. Et hoc ſonant iura illa,quæ loquuntur.quando eſt manifeſtum,ſeu notorium, innuendo quod alias eſſet ſecus. & facit ff.ad exhiben.l.3.§.ibidem. Sed vbi proprietas deducitur in iudicium per modum actionis, & concurrit cum
31 † poſſeſſorio,& de vtroque liquet: tunc habet locum prædicta capitula, cum eccleſia. & c.cum dilectus. videlicet,ꝙ pronuntiatur ſuper poſſeſſorio:ſed non fit executio,ſi liqueat de vtroque,alias ſic.faciunt ad hæc.quæ no. Inno. in c. bone in magna gloſſ.in ver.& tunc.cum ſeq.In omni dubio credo, ꝙ in talibus iuribus incorporalibus expedit reo,qui conuenitur vti poſſ.quòd reconueniat actorem ſuper proprietate, ſi habet promptas probationes ſuper ea, vel ius commune pro ſe. Ad euitandas opiniones. Inn.poteſt dici,quod ſi ab vna parte ageretur poſſeſſorio.& ab alia petitorio:ſi nihilominus eſſet contra poſſeſſorium lis de proprietate, & liqueret manifeſte per alterum de dictis modis: quod non fieret condemnatio etiam verbalis in poſſeſſorio: nec haberent locum capitula prædicta,per rationem capituli,decimas. Curia tamen Franciæ non ſeruat has ſubtilitates,in caſu nouitatis.ſed tuetur in poſſeſsione illum, quem reperit poſſeſſorem indiſtincte, quantuncunque per proceſſum appareat de proprietate. Et no. quod iudex poteſt in ſententia imponere ſilentium victo,quantum ad poſſeſſorium: vt patet in d.cap. licet. de probati.imo ſecundum Iac.de Ra.poteſt ipſum compellere ad cauendum,ne impediat in futurum. C. eo.l. 1.quã ita intelligit ibi. Sed ibi non loquitur de cautione tali: imo de ſatiſdatione vera, quæ præſtatur pro contumacia. vt ibi patet: ideo intellige,vt gloſſ.ibi intelligit extra de ſequeſtra. c. 1. Nam ſi compelleretur reus cauere in modico: differret hoc interdictum a confeſſoria, vt dixi in §. æque. ſupra de actio. Hæc procedunt,vbi partes ambæ proſequuntur. Quid ſi reus eſt contumax, & non vult comparere? Quidam dicunt,quod præfigitur ſibi terminus,intra quem compareat: alioqui imponitur ſibi ſilentium. Alij dicunt, vt Azo in ſum. [C.vti poſsi.§.pen.incip.quid ſi vocatus. &c.] & pronuntiatur pro actore: & ſic ſeruat curia Franciæ. ſed hoc eſt periculoſum de iure;quia ante lit. conteſt.non fertur diffinitiua: vt l.properandum.C.de iudic.Crederem, quod actor debeat tueri in poſſeſ.quouſque reus veniat,& caueat. ff.de ope.no.nun.l.ſi priuſquam.vide de hoc in Spec. de primo

mo decreto.§.reſtat.ver.ſed pone ago contra te coram. Nũc
veniamus ad quædam literalia,& ad glo.additionandas . Hic
dicitur,naturalis,& ciuilis ratio,&c. ſupponendo,quod quis
non poteſt agere ſimul petitorio , & poſſeſſorio , cuius.con-
trarium patet.ff.de vi & vi arma.l.cum fundus.§.fin. & in c.
cum eccleſia,ſæpius allegato.ſcias quod glo. & docto. ſuper
hoc diuerſa locuti fuerunt.C.de rei vend. l. ordinarij. C. de
3 2 interd.l.incert.ff.de iud.l.ſi de vi. Omiſsis tamen † opinio-
nibus, dicas , quod interdicta adipiſcendæ , & recuperandæ
poſſunt ſimul intentari cum petitorio,vt dictis contrarijs .
Sed interdictum retinendæ non,vt hic.& hoc verum contra
illum,qui aſſerit poſsidere,ſed contra illũ, qui diceretur de-
tentor,ſic . vel ſi actor poſsideret ciuiliter , reus naturaliter,
vt ſcripſi in d.l.ordinarij.& de hoc dic vt extra de reg.iur. c.
qui ad agendum,lib.6. Et hoc intelligas de corporalib. quia
in incorporalibus agit etiam poſſeſſor, & quæſtio proprieta
tis concurrit cum omni poſſeſſorio . ſupra de actio. §.æque.
In glo.ob hoc.in fi.ff.vti poſsidetis.l.2.in fi. de vi & vi arma.
l.interdicto . In glo.id eſt magna, in his enim. idem in aliis.
pro quibus poteſt agi interdicto vti poſsidetis,vt not.ff.eo.l.
1.in princ.& ſatis fuit ſupra dictum.In glo.hoc dicitur.in fi.
quaſi ſimile, quod in vna oratione , vnum verbum recipitur
proprie,& improprie.ff.de acq.poſſ.l.1.in fi.1.glo. In gloſ.
id eſt tempore.in fi.id eſt,quo lis conteſtatur. infra,in fin. §.
In gl.cum multa,ibi cum dicit genera violentiarum.de qui-
bus dixi plene.C.quod met.cau.l.1. In ea.gl.ibi cum dicit,
inquietatiua,vel turbatiua. Eſt tamen differentia, vt dixi ſu-
pra in materia.In ea.gl.ibi cum allegat.ff.ſi ſer.vend.l.2.§.1.
Caue,quia in negatoria non attenditur,quis poſsideat, cum
detur poſsidenti,& non poſsidenti.ſupra de actio. §. æque .
ſed in vti poſside.bene attenditur,vt dixi in materia. In ea.
gl.ibi cum alleg.l.ſi duo.§.ſi vicinus. Caue,quia hæc glo.nõ
bene ſentit,quia per hanc gl.concluderetur,ꝙ emphy.vaſal-
lus,& ſimiles,qui habent ſolam naturalem, non poſsiderent,
ſi exirent.Vnde dicendum eſt,ꝙ poſsidentes naturaliter tã-
tum,qui habent ius in re,retinent illam etiam extra , vt ple-
ne not.ff.de acq.poſſeſſ.l.1.in princ. & hoc bene probatur in
vſuf.ff.de vi & vi arma.l.3.§. vnde vi.In ea.gl. in fi.iſtam gl.
habes fere in d.l.& habet §.eum qui.& quid in dubio ? vide
ibi,quia ſolum videtur naturalis tranſlata,vt ibi not. & iun-
ge,quod ſcripſi ſupra in princ.materię.

a Adnot. Retinendæ . Summarium huius.§.planum eſt,per ipſum text.qui nullius eſt difficultatis.Item in hoc §.d.Io.Fab.latius ſcribit,quàm cæteri Doctor.& ideo,nihil noui poteſt hic addi,ꝙ ipſe non dixerit,vſque ad §. recuperandæ.materiam autem huius interdicti tractat Ang.ſupra de actio.§.quadrupli.Item per Bar.in l.ſi duo.ff.vti poſſ.Item per Sal.in l.vnica. C.vti poſſ.

b Executores.Idem dicit hic Ang.prope fi.2.col.verſ.ex quib.infert Io.Fab.

c Poſſeſsio præbendæ. Adde Panorm.in c.bonæ. Io.11.nu.20.de poſtu.præl. eundem.in c.ad hæc & melius in c. vt noſtrum.& ibi poſui in apoſtill. ad ipſum.in fi.de off. Arch.

d Veniamus.Vide Ang.hic.in fi.2.col.ver.quarto contra quem competit.

1 *Poſſeſsio qui quæratur.*
2 *Poſſeſsio qui amittatur.*

Possidere. In glo.caute, in fi.hæc eſt veritas,quam
omnes approbant. & vide C. communia de vſuc.l.1.ff. de vi
& vi arma.l.1.§.quod ſeruus,& hoc. de colono ad modicum
tempus:ſi ad non modicũ,ſecus.ff.de ſuperfi.l.1. §. quod ait.
quia ſimilis eſt emphyteutæ,vt not.C.de locat.præd. ciui. l.
fi.in gl.ſuper verbo retrahendam.In glo.ſ.in villa . in fi. dic
vtſupra de actio.§.item Seruiana, & quaſi Seruiana . In glo.
licet in fi.qui vellet hoc ſolennizarẽ, poſſet hic tractare totã
materiam poſſeſsionum. Et primo quomodo diffiniatur, &
quomodo diuidatur.de quo plene dic vt.ff.de acq. poſſ. l. 1.
& ſequere Ioan. quem ſequuntur communiter Doctores .
Item,quomodo acquiratur:dic plene vt.ff. de acq.poſſ.l.3.&
1 dicit, † ꝙ quæritur animo,& corpore .i. aliquo actu corpo-
rali. Vnde in omnibus fallentijs,quæ ſunt ibi in gl.eſt aliquis
actus corporalis,vel vſus,vel receptionis clauium, vt ibi no.
Dyn.& probatur animus per extrinſeca in ſeruitutibus,vt di
xi ſupra de actio.§.æque, in corporalibus præſumitur in eo-
ipſo,ꝙ tenet pro ſuo,vt not.Innoc.extra de priui.c.cũ olim.

Quomodo autem acquiratur poſſeſsio dignitatis,vel præ-
bendæ:vide extra de reſt.ſpo.c.in literis. Quomodo iuriſdi-
ctionis,de ca.mona.c.dilectus in Spec.de iuriſdict. om. iud.
2 ver.illud,& ſcripſi in breuiario.C.de emanc.lib.l.1. † Quo-
modo autem perditur?dic,ꝙ ſolo animo,vt hic . qui præſu-
mitur,ſi ſuſpicatur,ſe poſſe repelli,vel ſe non admitti. Secus
ſi propter metum perſonæ non audet venire : & depoſitio
animi percipitur per coniecturas,ſi forte ſit potens ille , qui
tenet,vel ex tranſcurſu temporis.de quibus vide in d.l.1. de
acq.poſſ.ſupra de vſucap.§.quod autem.& d.l. licet. An au-
tem poſſeſsio iurium habentium cauſam diſcontinuam , re-
tineatur animo,vel rerum nobilium:dic vt ſupra prox. §. &
iunge,quod ſcripſi in breuiario,in d.l. licet. C. de acq. poſſ.
Illud autem nota, quod poſſeſsio , quæ per alium retinetur,
amittitur quãdoque ſine animo,vt ff.de vi & vi arma. l.1. §.
quod ſeruus . & l. peregre.§.quibus explicitis. vide plenius.
C.de acquir. poſſ.l.fin. §. ſi autem. Item ille,qui tenet rem
cauſa cuſtodiæ, præſumitur facilius deponere animum.ff.de
dam. inf. l. ſi finita. §. ſi quis metu . Ex his poteris facere
magnam telam,ſi ſolennizare vis, & ſine his non bene hunc
tex. intelliges.

1 *Violentus quot remediis coercetur .*
2 *Recuperans quæ ſpecificet.*
3 *Recup.interdictum cui,in quem,datum & ad quid.5.6.*
4 *Poſſeſſor nouus qui conueniendus.*

Recvperandae. In gl. aliud.in fi. Quidam habent
hic,§.qui autem,& debent allegare, §. quod autem . & me-
lius in §.illud.alleg.in gloſſ. In gl.ſ.deiectus.in fi.vnde non
ſunt actus extranei, ſi vocet amicos , vel ſi vadat ad iudicem
a pro negotiando ſecurius. [a] ff. de adult.l.quod ait. §. fin. vide
quod ſcripſi.C.vnde vi.l.1.ſupra de iu.nat.§.ius autem gen-
1 tium,iuxta hãc materiam eſſent multa videnda, & † primo,
quot remedia competunt contra violentum? Et dic,ꝙ octo.
quæ vide in tit.de reſtit. ſpol.§.1.ver.prædicti autem. Caue
tamen,quia aliqua competunt de iure canon. quæ non com-
petunt de iure ciuili. Item quod omnia non concurrunt , vt
patet ex natura cuiuslibet . Item an ſi ſententia lata ſit in
vno,obſtet exceptio rei iudicatæ in alio? vide eo.§.ver.quid
ſi is.ſed quia ibi nil determinat : dic, quod in hoc aduerten-
dum eſſet, ſuper quo pronuntiatur . Nam ſi pronuntiatum
ſit,vim non eſſe factam,obſtabit : nam eadem cauſa videtur
in iudicium deducta,ſi autem reus non obtinuit, quia credi-
tori non competebat interdictum vnde vi , ſed conſtitutio
diui Marci,vel quia interdictum vnde vi non cõpetebat con
tra tertium,qui non ſpoliauerat , poteſt recurri ad conſtitu-
tionem c.ſæpe de reſt.ſpo.nec obſtat exceptio rei iud.& hoc
potes dicere per l.duobus.§.exceptio.ff. de iureiur. Item de
iure canon.eſt illud remedium appellationis, & poſt iter ar-
reptum,& in quo plus proſit , vide extra de appell. c. bonæ
memoriæ . Et not. ꝙ agens hoc interdicto debet declarare
2 modum ſuum poſsidendi, † an naturaliter tantum: an ciuili-
ter,an vtroque modo poſsideret : & modum ſpoliationis: &
ſi ſic declarauerit,& ſuccubuerit in illo declarato, poteſt re-
currere ad alium modum . nec obſtat exceptio rei iudic. vt
3 not.Innoc.extra de do.c.inter dil.in prin.† Item eſſet viden
dum,cui competat hoc interdictum.& dicendum, ꝙ illi,qui
poſsidebat tempore deiectionis : de quo dic, vt ſatis dixi ſu-
pra prox.§.nam inducta,& allegata, ibi potius loquuntur in
hoc interdicto,quam in alio:& ibi fuerunt introducta per ſi
mile.Itẽ eſſet videndũ contra quẽ?& eſt certũ,ꝙ cõtra deij-
cientẽ,vel eius hæredẽ.inquantũ ꝓuenit.ff.de leg.1.§.fi.& l.
ſeq.Itẽ contra illum,cuius nomine quis deiectus eſt ipſo mã
dante,ſeu ratum habente . Item contra dñm , cuius familia
deiecit.vide plene. ff.eo. l. 1. §. ait prætor.cum §.ſeq.contra
tertium poſſeſſorem non competit , quamuis haberet cau-
ſam à deijciente.ff.eo.l.cũ à te.ſed de iure cano.cõpetit bene
ficium.c.ſæpe.ſi ſcienter recipit, ſed ſi ignoranter beneficiũ.
c.redintegrãda,vide in d.c.ſæpe.& in Spec.de reſt.ſpol. §.1.
ver.tertiũ.cũ ſeq.§.alleg.Et vr̃ mirabile,quia cum interdicta
ſint

ſint in rem ſcripta : cur non datur contra quemlibet poſſeſſo
rem , ſicut quod metus cauſa ? Sed ad hoc patet reſponſio :
quia hoc non eſt in rem ſcriptum : & ideo gl.dicit non omni
no.ff.eo.l.1.§.pe.& quare non iſtud , ſicut interdictum quod
vi aut clam ? potes quærere, Azo in ſumma dicit [C.de inter
dict.§.extra verſic.quartum] omnia in rem ſcripta: cui obſtat
d.l.cum a te.quæ videtur irrationabilis : ideo ius cano.ipſam
ſuppleuit in c.ſæpe. & forte eſt ratio illius legis : quia inter-
dictum : vnde vi magis concipitur in delictum : quam quod
vi aut clam : & quam alia interdicta, quæ dantur contra ter-
tium poſſeſſorem : ideo minus extenduntur contra alium ,
quam contra delinquentem : vt ſupra de perpe. & tempor.
acti.§.non autem . Nam inter violentos prædo eſt peior :
Sed an interdictum vti poſsidetis daretur cõtra tertium poſ-
ſeſſorem ? expeditum videtur , quod non, ſicut nec interdi-
ctum vnde vi. Nam ex turbatione, quam vnus facit, non de-
bet alius conueniri.l.ſi duo.§.non videor.ſupra alle. Quid er-
go ſi dicerem, me eſſe poſſeſſorem iuriſdictionis alicuius vil
læ vel territorij , in qua me turbando ædificaſti furcas , vel
aliquod dignum iuſtitiæ, ratione, caſtri, quod habes propin-
quum : & ſtatim caſtrum cum pertinentijs alienaſti : nũquid
poſſum agere contra poſſeſſorem vti poſside? Non videtur.
per prædicta . Sed ſatis poteſt dici, quòd imo ex turbatione
ipſius ſucceſſoris . Eo enim ipſo te turbat, quod ſe opponit ,
quominus furcæ diruantur . Et ſuper hoc vide quæ ſcripſi
ſupra proximo §. Item nota quod hoc interdictum videtur
requirere dolum.ff.eo.l.1.hoc interdictum.verſ.ad ſolam, &
ideo non vr dari, niſi contra doloſum.dolus tamen præſumi-
tur.ſi violenter eiecit: vel etiam ſi ſine violentia intrauit ſine
titulo. C. vnde vi. l. cum quærebatur . Quid ſi quis tradat
mihi poſſeſſionem , rei quam tu animo poſsidebas : vel iuſ-
ſit eam me nanciſci: ego eam bona fide & titulo adeptus fui :
tu venis : te non admitto : agis interdicto vnde vi contra
me.ego nego te poſſeſſorem, credens me habere bonum ius ,
& te non habere.& ſic ſum bonæ fidei ſemper. tu probas poſ-
ſeſsionem tuam : nunquid debeo condemnari ? Non vide-
tur : cum non ſim in dolo.& hoc interdictum dolum deſide-
rat, vt eſt dictum ff.de petition.hæredita.l.illud: ſi certum pe
ta.l.quod te. ſi mul.ven.no.l.1.§.intereſſe. Idem poteſt dici ,
ſi petas ab aliquo nouo poſſeſſore reſtitui ad poſſeſsionem
redditum, quos poſsidebas ratione rei, per ipſum poſſeſſæ ,
quibus te ſpolauit ceſſando , & contra dicendo ſoluere .
4 † Nam ſi nouus poſſeſſor habeat iuſtam cauſam ignorantiæ :
non videtur teneri hoc interdicto: cum non ſit in dolo. & vi
detur expreſſe.ff.eodem.l.colonus.§. fina. Quo ergo reme-
dio conſuletur hoc caſu ? Poteſt dici , quod hoc caſu recur-
ratur ad conditionem ſine cauſa : vel ad triticariam. ff.de tri
a tica.l.2.vel ad benefic.c.redintegrandæ. ᵃ vel poteſt dari be-
neficium.l.cum quærebatur. Si talis vtatur acceſsione autho
ris, & vis eſt, quominus vtatur : vt dixi ſupra §.proximo.ſub.
5 §. contra quem . † Item eſſet proſequendum , ad quid da-
tur, ſeu quid in eo veniat ? Et eſt certum, quod reſtitutio poſ
ſeſsionis : & ſi non reſtituat omne intereſſe.ff.eo.interdicto.
& fructus.ff.eod.l.1.§.ex die.& per conſequens, veniunt dã-
na : quia intereſſe nihil aliud eſt, quam damna, quæ proban-
tur per iuramentum : vt nota.in d.l.interdicto.quam exten-
de ad caſum, quo poſſeſsio reſtituitur : licet gl.intelligat, quã
do per contumaciam non reſtituit. & vide eo.tit. l. 1. §. qui
vi deiectus eſt : & §.quod autem . ſed interdum non fit re-
ſtitutio poſſeſsionis : nec condemnatio ad reſtituendum ,
cum ſit condemnatio ad damna : vt ſi ego exceſsi in recupe-
randa ſtatim poſſeſsione ea , qua me ſpoliaueras : non reſti-
tuo rem , ſed damna : vt ſcripſi C.vnde vi.l.1.

Item interdum venit ipſa proprietas, ſeu eius æſtimatio ,
vt videbis ſtatim per gl.ſeq. ſuper modo probandi poſſeſsio-
nem, & deiectionem , vide quæ ſcripſi ſupra in proximo §.
Ex his patet forma libelli, & ſententiæ, (& ſi vis videre libel-
6 los) vade ad Spec.d.tit.de reſtitu.ſpol.§.1. † In gloſſ. ſcili-
cet proprietatis.in fi.hæc gloſſ.ſupponit, quod interdicto vn
de vi venit æſtimatio proprietatis : & idem tenet ff. eodem l.
in interdicto. & tamen non videtur verum : quia alias eſt
æſtimatio poſſeſsionis : alia proprietatis : vt d. l. ſi duo.§. 1.
quæ hic allegatur ſecundum Dy. qui hoc notat in d.l.in hoc
b interdicto. Sed tu potes latius dicere, ᵇ quod interdum agi-
tur interdicto vnde vi: concludendo ſolum ad reſtitutionem
poſſeſsionis, & damnorum : & tunc verum eſt , quod Dynus
dicit . Interdum concluditur ad reſtitutionem poſſeſsio-
nis : & nihilominus , quod ratione violentiæ proprietas ad-
dicetur , vel æſtimatio : iuxta l. ſi quis in tantam . & tunc fit
æſtimatio proprietatis : & hoc caſu intendit loqui hic gloſſ.
& forte oportet probare proprietatem, quando ad eam con-
cluditur . Ideo ſapientius agit, qui ad eam non concludit.
Nam reſtituta ſibi poſſeſsione, poterit excipere, quod per vio
lentiam commiſſam eſt ei dominium applicatum, ſi quod ha
bebat prædo : & non onerabitur aliqua probatione . Hic
c poſſet tractari ᶜ materia d.l.ſi quis in tantam . ſed ſcriptura-
rum non eſſet finis, qui vellet omnia tangere .

a Adnot. Securius . Imò plus dicit hic Ang.non dicitur diuerti ad extraneos actus, ſi ſpoliatus vadit ad ciuitatem, & conuocat amicos, & parat arma, & alia neceſſaria, pro recuperatione ſuæ poſſeſsionis. licet ſteterit per plures dies. vide eum hic.

b Latius dicere. Idem videtur hic tenere Ang.cum Io.Fab.hanc eius opin. recitando in 2.col.in med.ver.in glo. æſtimationem .

c Tractari. Vide remiſſiones hic per Ang.in hac materia interdicti recuperandæ poſſeſſionis.in 3.col.in med.verſ. materiam autem huius interdicti .

1 *Arma ob quæ teneri poſſint.*

Q v i Autem : In gloſſ.facit ibi cum allegat ff. de vi &
vi arma. l. 3. in princip. imo in §. 2. qui incipit, armis deie-
a ctum . ᵃ In eadem gl. in fine. vide ſupra de iure natu. gen-
tium & ciuili. §. ius autem gentium . C. vnde vi. l. 1. Per
hunc §.videtur expeditum, quod ſcholares, vel religioſi, qui
1 tenent in cameris † fuſtes, vel lapides, ſint excommunicati, vir
tute ſtatuti, quod excommunicat arma tenentes. Sed potes di
cere contra, ſi tenent ad defendendum, non ad offendẽdum .
Nam cum defenſio ſit de iure naturali : non poteſt ligari ſta-
tuto. ſupra de iure natur.§.ſed & naturalia. & ſtatutum reci-
pit interpretationem rationis naturalis.ff.de mune.& hono.
lege vt gradatim.§.& ſi lege. Ratio naturalis dictat defenſio-
nem, & per conſequens neceſſaria, vel habilia ad eam. & hoc
verum, maxime, ſi tales haberent cauſam ſibi retinendi. & fa
cit ff.ad legem Iul.de vi.l. 2.

a Adnot. Armis deiectum. Dicit hic Ang. quo d licet appellatione armorum lapides contineantur, & fuſtes, hoc eſt impropriè. vide eum hic.

1 *Partium acta quando, concurrant.*
2 *Vacans res.*

T e r t i a Diuiſio. Hæc eſt tertia diuiſio quo ad tra-
ctatum huius titu. prima fuit ſupra in principio titu. ſecun-
da ſupra eodem . §. ſequens tertia hic. & eſt quinta in ff. vi-
de idem , l. prima , & ſecunda . Super textum prohibito-
rium . ſemper proſequitur diſtinctionem ſuam, nec facit no-
uam : ſed redit ad alterum membrum diuiſionis primæ : de
quo ſupra eodem §.primo. Super textum ſed vnuſquiſque.
in fin.tex. Sed tamen actoris partes ſuſtinet, qui primus ad iu
a dicium prouocauit : ᵃ vt l.in tribus.ff. de iudi. & ſi non con-
ſtet, dirimitur forte, vt ibi. ff. eodem.l.1. in princi. & ibi no.
Sed vix eſt, quin poſsit conſtare, niſi in caſu, quo iudex ex of-
ficio ſe ingereret, ne partes venirent ad arma, vt ſcripſi ſupra
eo.§.retinendæ. & in illo caſu crederem , quod iudex poſſet
eos facere ſimul iurare . & proponere facta ſua, & concurre-
re in probatione , imo (quod plus eſt) idem credo, vbi conſta
ret , qui primo in iudicium prouocauit . in illo tamen caſu
prouocans iuraret primus & alius in continenti poſt concur
reret in poſitione & probatione factorum & vnus faciet
tale iuramentum , quale alius ff.fami.erciſ.l. inter quos hæ-
redes.§.qui familiæ . & hoc ſatis eſt clarum quo ad ordinem
iudicij. Sed quid quo ad ſubſtantialia ? Verbi gratia, lex di-
cit , quod actore non probante reus abſoluitur , vt ſupra §.
commodum . quid in his iudicijs ? videtur idem , ſi neuter
probat : & ſic tenet curia Franciæ. Vel forte hoc caſu
cenſebi-

2 cenſebitur † res vacans,& tenebitur in manu iudicis,quouſ-
que alter agat, ſicut dixi in caſu conuerſo, quando vterque
plene probat ſupra.in §.retinendæ.in forma ſententiæ.

a Adnot. Prouocauit. Hoc tenet idem Ang.in col.2. poſt princ. verſ. Ex quo ſequitur quod licet.

1 *Actio in factum quid ſit, eiusque locus. & 2.*

De ordine. Iſte §.videtur facere differentiam inter inter-
dicta,& actionem in factum.& quod hodie non poſsit agi in
terdicto, de quo vide ſupra eodem in princ. & quæ ibi dixi,
eſſent hic repetenda.In glo.id eſt actio. in fi. de hac actione
in factum multi multa dicunt,vt nota Cy.C.de re. permu.l.
1 ex placito. Probabiliter tamen poſſet † dici, ꝙ nō ſit niſi vna
actio in factum,quæ vocatur in factum, quia facto recitato,
æquum eſt actionem dari, & datur ſine nomine proprio, &
dicitur in factum,quia ex narrato concluditur, & deſcendit,
& dicitur deſcendere ex varijs figuris cauſarum, quia ex va-
rijs figuris,& varijs medijs cauſatur,non ex eodem. vnde a-
ctiones nominatæ deſcendunt ex vno medio, vtpote actio
ex vendito,quia fuit venditum.actio ex locato, quia fuit lo-
catum.Sed hæc nunc ex vno facto,nunc ex alio; & ideo no-
2 minari non potuit certo nomine. Sed † dicitur in factum,
quia ex facto recitato deſcēdit: vel ex edicto,vel interdicto.
ex quibus non competit alia actio nominata: ſicut & præ-
ſcriptis verbis,ſeu narratis,quæ etiam videntur eædem.ff.de
præſcrip.verbis.l.ſi tibi areæ, & ad hoc bene facit. ff. de do-
lo.l.non debet.ibi verbis temperatis. &c. quia in narratio-
ne non fit mentio de dolo: ſed ſolum factum narratur: abſ-
que expreſsione,ſeu concluſione doli. vnde dicitur actio in
factum, & exceptio. ff. de exceptio. doli. l. apud Celſum. §.
aduerſus.iunge ſupra de actio. §. actionum. in additio. Do-
ctor. dicunt.

## *De pœna temere litigantium.* *Rubrica.*

*In fine gl.rubricæ,vel dic,quod ſupra dixit, de iudicialibus tam ex parte actoris,quam ex parte rei,ſequitur de pœna &c. Continuatio gl.poſſet reprehendi, cum nedum ſupra tractatum fuerit de actio. imo de except. & nedum hic puniuntur actores,imo & rei.*

1 *Calumniantium pœna arbitraria.*
2 *Periurii pœna.*
3 *Calumniæ cauſa qui iurandum.*
4 *Omiſſorum quæ non uitient.*

NVnc admouendi. In glo.ſcilicet magiſtratus.
1 in fine. Poteſt † quæri, nunquid iudex poſsit
aliam pœnam imponere calumnianti, quam
hic imponatur per ius,vel hanc minorare. Et
videtur quod ſic, cum ad magiſtratus perti-
neat officium,vt hic patet, & magiſtratus poſſunt ſtatuere:
vt dixi ſupra de iur.nat.gent.& ciuil. §. prætorum. & facit.
C. ex quib. cauſ. infam. irro. l.& ſi ſeuerior. ff. de leg.3. l.ſi
quis in principio.§.miles.Contra.ff.ad municip.l.ordine. de
fur.l.non poteſt.de iniurijs.l.diuus. Poteſt dici,quod poſsit.
ff.de term.mot.l.2.& ff.de minori.l.auxilium. §. in delictis.
de pœnis.l.3.& l.abſente. §. fin. Et hoc in his,quæ non tan-
gunt partem.Nam ſi tangerent(vt expenſę, & damna) cre-
derem contra, vt ſcripſi in d. l. & ſi ſeuerior: vide ibi. Sed
quid,ſi de conſuetudine ponatur alia pœna, nunquid poteſt
a imponi pœna legis? Videtur quod ſic, [a] ſi ſit maior. C. de
ſepul. viol.l.qui ſepulchra. & not. in Specul. eod. tit. in fine
ſecundi libri.ver.breuiter.num.4.& verſ. ſed quæritur. Sed
curiæ ſeculares regni Franciæ habent certas emendas, con-
tra calumniantes,nec paterentur alias imponi. In gloſſ. ſci-
licet calumniæ.in fi. melius eod.tit. l. 1. Sed eſt mirandum,
quod cum calumnians deierauerit in præiudicium partis,nō
puniatur de periurio.ff.de crimin.ſtel.l.periurio. Dicas,qđ
2 † imo punitur diuerſis pœnis, vt infra ſequitur per totum
hunc tit. vſque ad §. fina. & leges, quæ hic allegantur, lo-
quuntur in alio iuramēto, quod parti pro litis deciſione de-
b fertur,vt dicta l. 1. In gl.non dicit.in fi. [b] Sed mirum eſt,
quomodo hic agitur primo de iuramento rei,quam actoris?
Poteſt dici, quod imperator magis recordabatur de calum-
nia rei.quam actoris: nam rei conſueuerunt plus calumnia-
ri, & fugere;ideo imperator prius voluit illis occurrere, &
de hoc no. magis.in l. 2. C. eodem,vel dic,quod reus quan-
doque primo iurat;quandoque opponit exceptiones declina
torias,& dilatorias,vt not.in d.l.2. Sed hoc improbat Spec.
dicens,quod nunquam hoc iuramentum præſtatur ante lit.
conteſt. ſed iuramentum de malitia ſic,ſi hoc videatur iudi-
ci,vt not.in Spec.de iuram.calum.§.1.verſ.ſed pone. & hoc
videtur approbatum extra,de iuramen. cal. c. ſecundo. §. fi.
lib.6. In gloſſ.not.diligenter.in fine. quartum additur.C.
eodem, l. 2. videlicet, quod dilationem non petat cauſa lit.
differendæ,& ibi hoc not. Sed Specul.non conſuluit, quod
hoc adiiciatur,quia raro eſſet aliquis, qui non deieraret: vt
notat Specul.de iuramen.calum. §. nunc dicamus ſatis.circa
princip.ſed nec ob hoc, ſolennitas iuris eſt omittenda. Sed
3 quæritur,nunquid ſufficit iurare † de calumnia generaliter,
an vero ſint iſti articuli ſpecificandi? Et videtur, quod ſuffi-
ciat,cum hoc iuramentum videatur, omnia hæc capitula cō
tinere,ſicut fidelitatis:in feu.de noua for.fide,cap.1.& iudi-
catum ſol.ff.iudica.ſol.l.iudicatum.Sed contra hoc videtur:
quia diuerſa ſunt iura,iſta iuramenta inducentia, & diuerſis
temporibus,& legibus introducta. Vnde ſi iuramentum ca-
lumniæ,quod præſtatur de iure Cod. omnia comprehendiſ-
ſet: fruſtra fuiſſent addita illa, quæ adijciuntur per iura au-
thenticorum. & ideo videtur dicendum,quod omnes hi ar-
ticuli ſint ſpecificandi; & hoc bene probatur in §. fin. in au-
thent.de his, qui ingre. ad appelland. ubi expreſſe dicitur,
quod quamuis,iuratum ſit de calumnia: nihilominus iura-
tur, quod non dilationis cauſa &c. quod iuramentum non
præſtaretur,ſi contineretur ſub iuramento de calumnia, qa
iuramentum non eſt ſuper eodem repetendum, vt ibi in fin.
ſubijcitur. Præterea,verba iuramenti de calumnia non im-
portant omnia capitula: qui enim iurat ſe iuſtè mouere li-
tem,vel defendere, non iurat omnia alia, quæ [hic] expri-
muntur: vt apparet ex ſenſu verborum. & ideo hæc ſunt
iuranda,& exprimenda ſpecifice. Quid ſi fuerunt omiſſa?
4 Reſpondeo, ſi tacite: non † eſt dubium hodie,quod non vi-
tiant,quia nec iuramentum calumniæ omiſſum vitiaret: ex-
tra eo.cap. 1.lib.6. Si tamen eſſet petitum, & non iuratum:
annullaretur proceſſus per dictum cap. vt ibi not.per Doct.
Quid,ſi in proceſſu contineatur,quod fuit iuratum de ea, ſi
cut tota die fit,nec plus exprimitur? Poteſt dici,quod non ui
tietur proceſſus. per d.c.niſi econtra proponeretur, & pro-
baretur per dictum iuramētum, & ſuper dictis articulis fuit
petitum.& non factum. Vel dic,quod nec tūc vitietur, cum
non ſit de ſubſtantia,ſed imputet ſibi,qui non appellauit.per
dictum cap.1. quod videtur ſigillare omnes opiniones, quæ
dicebant vitiari proceſſum,non præſtito iuramento,vt infra
§. item actoris.

a Adnot. Quod ſic. Idem tenet hic Ang.prope fi.col. verſ. Secundo quærit.
b In fi. Dicit hic Ang.quod iuramentum calumniæ habet locum quando agitur iudicio contentioſo,non autem in iuriſdictione voluntaria. Item quærit, an iuramentum cal. præſtetur in cauſa ſpirituali, quo iure fuit introductum, an ſufficiat vnum iuramentum in tota cauſa. Quid in cauſa appellationis. Itē quando debet præſtari hoc iuramentum: vide per eum hic in 2.col.

At aduerſus. In gloſſ. ſupra in fin. de materia huius §. dic vt ibi. In gloſſ. item alibi. ibi cum dicit: item & alibi. videlicet punitur,non tamen pœna huius. §. vt ſequitur in gloſſ.

Ad

1 *Aduocati Galli quid iurent.*

Item actoris. Super text. ibi, litem mouiſſe. ſimilia verba ſunt, C. eod. l. 2. ſed ff. famil. erciſ. l. inter hæredes. §. qui fami. ſic loquitur in præſenti. & in auth. de his qui ingre. ad appella. §. fin. videtur ſe referre ad futurum: ſaltem in perſona: vnde cautum eſt, quod ponantur omnia verba præteriti temporis & præſentis: videlicet non mouiſſe, litem, nec eam intendere, ſeu inferre &c. Et eodem modo ex parte rei iuſte perueniſſe, & intendere ſuæ defenſioni &c. & ſic hoc iuramentum retrotrahetur: & iunge ſupra §. 1. & tit. proxi. §. prohibitorum. In gloſſ. ſcilicet, quod iuſtum. in fin. Spec. tenet, quod non poteſt conſuetudine tolli ti. de aduo. §. 1. ver. Item excipitur, quicquid ſit, ex facto tollitur. Verum eſt, ꝙ in cu-
1 ria † Franciæ iurant quolibet anno, fideliter patrocinari, & certa capitula ſatis rationabilia: & eodem modo in curijs inferioribus ſecularibus.

1 *Victum in expenſis damnari quatenus verum. & 2.*
3 *Expenſæ quæ præſtandæ.*

a Hæc autem. a In gloſſ. actio. ibi, cum allegat. §. ad ex-
b cludendas. b de his ſportulis vide ſupra de actio. §. triplic.
c In fin. c ea. glo. Sed nunquid præſumitur calumnia, ex quo ſuccubuit? Gloſſ. tenet, quod non, imo præſumitur contra, ex eo quia iurauit: nam non præſumitur immemor ſuæ ſalutis vt no. in d. §. oportet. & idem videntur ſentire Innoc. & Hoſtien. extra de do. & contu. ca. finem. & idem tenet Io. gloſſator decre. 3. q. 1. in primis. pro quibus facit ff. de iudic. ſolui. Etiam tamen. §. in hac. Sed Hoſt. & omnes, qui poſt eum venerunt, tenent contra in d. c. & Spec. in tit. de expen. §. nunc de expen. circa princip. ver. in hoc. quod videtur verum: quia omnes text. dicunt, quod victus condemnetur in expenſis. & de hoc faciunt regulam: & ſi verum eſſet, quod primi dicunt: eſſe regulam ad contrarium, & ius commune, quod non fieret condemnatio ratione victoriæ, niſi euidens calumnia probaretur: facit tamen pro eis, quia ſimplex victoria non facit victum calumnioſum: niſi hoc per ſententiam declaretur. C. de calum. l. 3. Sed illud verum, quo ad hoc, vt puniatur vt calumnioſus. Sed non eſt verum, quo ad expen. quæ debentur etiam occaſione temeræ litigationis, quamuis non fue-
3 rit calumnia. ff. de iudi. l. eum quem temere. † Eſt igitur tenendum, & ſic ſeruatur de facto, quòd victus condemnatur in expenſis: niſi per coniecturas veriſimiles appareat, quòd iuſtam cauſam habuit litigandi: quia forte ſucceſsit in locum alterius, quem credebat habere ius: & hoc ex parte rei. non forte ſic ex parte actoris, qui ante debet rem diligenter explorare: vt l. qui in alterius. ff. de regu. iur. quæ hic deberet allegari in gloſ. quamuis quidam aliam allegationem habeant. Si tamen fecit diligentiam, & nihilominus habuit iuſtam ignorantiam: releuatur: vt ſi forte reperitur inſtrumentum obligationis in arca patris: & cum interpellaret debito rem extraiudicialiter, debitor malitioſe noluit oſtendere literam ſatisfactionis: igitur iudex ſe debet informare: & ſi reperit, quod victus habuit iuſtam cauſam litigandi: releuabit eum ab expenſis: & hoc debet exprimere in ſententia: ſinautem, condemnabit. ff. de peti. hæred. l. poſtquam. vt leg. no. ca. l. is a quo. §. 1. Et ideo cautum eſſet, ꝙ pars in proceſſu articularet ſuper hoc ad finem, quod non condemnetur in expenſis in caſu, quo ſuccumberet: & hoc nunquam vidi fieri: & tamen eſt tutum facere: verum eſt, quod hoc quandoque per proceſſum appareret. Sed quid, ſi contendit de puncto iuris? Communiter omnes tenent, quod non dentur expenſæ. & ita ſeruatur de facto, ꝙ per iudicem ſtat, qui debet noſſe iura: pro quibus facit, quia nec in talibus iuratur de calumnia. C. de iura. calum. l. 1. Ego credo contra: quia talis temere litigat, qui friuola allegat: vnde culpa iudicis non releuat partem a culpa. ff. ad Terty. l. 2. §. quid ergo. Præterea, vt plurimum non eſt culpa iudicis ſed partis: nam (vt plurimum) tales rationes traduntur, & eis reſpondetur: duplicatur: & quadruplicatur inſcriptis: nec iudex ſcit, quid proponitur, quouſque traditur ſibi ad iudicandum: & ſic ceſſat dicta ratio. Crederem tamen, quod ſi eſſet punctus iuris dubius, & nouus, quod tunc neuter teneretur, cum eſſet iuſta cauſa litigandi. Item credo, quod interdum victus non tenetur ad omnes expenſas: ſed
2 in † parte. videlicet, ex quo inceperit non habere iuſtam cauſam litigandi. Verbi gratia, ſi agebatur de facto, quod veriſimiliter poterat ignorare, & viſis literis, ſeu probationibus partis, nihilominus litigat, & friuola obijcit: credo, quod ex tunc debet condemnari. arg. C. de præſcript. long. tempo. authen. quod ſi quis quibuſdam. Item not. caſus ſpeciales, in quibus victor ſoluit expenſas in authen. de defen. ci. §. & iudicare. & in c. finem litibus ſupra alleg. & in l. properandum. §. & quidam. C. de iudic. Nonnulli cõſueuerunt quærere, vtrum victus teneatur ad damna? Et non videtur: quia aliud eſt damnum, & aliud expenſæ: extra de iniur. c. in noſtra. & hoc videtur ſentire gloſſ. & docto. in c. finem litibus. de do. & contuma. ſed hic videtur expreſſum contra & extra de reſcr. c. 1. in clemen. Vnde poteſt dici, quod teneatur ad damna certa: non autem ad damna, quæ facto contingunt: prout dicunt docto. iur. cano. debet tamen deduci illud, quod expenderet
3 in domo ſua, vt no. ff. de iudi. l. ſ. eum, quem temere. Et † in his veniunt expen. neceſſariæ, & vtiles ſecundum qualitatem cauſæ, & perſonarum, & conſuetudinem fori. Vnde ſi pars oneraret ſe multis aduocatis, & hos adduceret cum magnis expenſis, non fieret condemnatio in talibus: vide plene per glo. & doct. in d. c. finem litibus. vide plenius in Spec. tit. de expen. vbi plene reperies. non tamen omnia, quæ ſupra tetigi. & de his ſcripſi in Breuiario. C. de iudic. l. ſancimus. & iunge hic. ca. fi. & de pœ. c. calumnia. quod concor. huic. §.

a Adno. Hæc autem. Olim actor calumnioſe litigans, in decima parte litis puniebatur, hodie vero pœna periurij. & victori condemnabitur in expenſis.

b Excludendas. Dic vt ibi, per glo. & Ange. & vide tex. & Bar. Cy. Bal. & Sal. in auth. generaliter. C. de epi. & cle.

c In fi. Vide hic Ange. qui no. ex hac glo. quod licet vna lex loquatur generaliter, tamen per alias leges patitur limitationes & reſtrictiones. & ſic lex patitur interpretationem, paſſiuam: vt l. 1. §. lex falci. & ibi Bart. ff. ad l. fal. & l. 1. cum glo. C. de noxa.

1 *Arbitria cur infament.*
2 *Confeſſus an infamis.*
3 *Actiones famoſæ.*
4 *Crimina quæ infament.*

a Ex quibuſdam. a Proſequitur, qualiter calumnioſi puniuntur de infamia. de quo ſupra in prin. titu. dictum eſt.

In gloſſ. ſcilicet ſuo nomine. in fi. ſed cum hodie ſententia arbitri ſit ſententia. C. de arbit. l. cum antea. quod not. ff. de re iudi. l. ait prætor. in princip. nunquid infamat? Videtur quod
1 ſic: quia ceſſat ratio. Sed contrarium † videtur verius, ne pœnæ exagerentur: & bene facit: quia licet ſit ſententia quo ad hoc, vt detur actio in factum ex re iudicata: non tamen quo ad alia: quia non appellatur ab ea: ſicut nec olim. C. de arb. l. 1. in princip. & ibi no. ſed ordinationes arbitrorum videntur infamare: quia ſunt quædam tranſactiones, ſeu amicabiles compoſitiones: & ita videtur operari pactum: & ſic infamiam: præſertim ſi arbitrator cum pœna fuit electus quod
2 no. Damnati. in text. † quia non ſufficeret ſi confeſsi: vt no. in verſic. ex compromiſſo. allega. in gloſſ. ſed contrarium eſt verius C. de interdi. ma. l. pen. [ibi veluti confeſſum,] & patet: quia pactus, inter infames habetur: quia habetur pro confeſſo tacite. de ijs, qui no. infa. l. quoniam & ſic expreſſa confeſsio debet plus nocere. hoc notatur extra de pœn. cap. felicis. lib. vi. Sed forte hoc verum, ſi confiteatur iudicialiter: ſecus ſi extraiudicialiter, vel coram arbitro. & ita loquitur in dicto verſiculo ex compromiſſo. de iure canonico ſufficit, quod poſsit conuinci. extra de teſtibus. capitulo ſuper. Item dicit: damnati per viam actionis uel accuſationis, ſecus ſi ex officio. vide C. de ſuſpect. tutor. l. ſuſpectos. In gloſſ. & ob id. ibi cum alleg. §. mandati. ſed cur magis illa, quam alia? Quidam dicunt, quòd omnis actio contra

ria infamat,vbi perfidia per eam conuincitur. Secus vbi agitur de calculo: vt d.§.mandati.in fine, & hanc opin. videtur approbare glo.ſuper verbo tenetur.in fi.ff.de pign. act.l.ſi pignore.§.pen. Sed hæc opinio non eſt vera: quia ſic non eſſet differentia,inter directam & contrariam:quam tamé tex.euidenter adſtruunt. Vnde non omnis actio, quæ perfidiam,ſeu dolum arguit,infamat:vt vnde vi.ff.de vi, & vi arma.l. neq; quod tamen dolum requirit: eod.tit.l.1.§.hoc interdictum. verſic.ad ſolam. Item nec condictio furtiua. ff.de actioni.& obligatio.l. ceſſat. verum eſt tamen, quod infamat de facto. C.ex quib.cauſ.infa.irro.l.fin. & de tali debet intelligi dicta glo.de l.ſi pignore.§.pen.& ideo, fruſtra quæritur de actioni,quod metus cauſa:vt no.ff.quod metus cauſa.l.extat.§.penul.In eadem gloſſ.in fine.vult dicere gloſſ.quod multa ſunt alia maleficia,quæ infamant:ſed de his ponit gratia exempli.
4 Vnde ſcire debes,quod publica infamant, † ſed priuata non: niſi actio ciuilis deſcendens ex eodem facto infamaret.vide ff. de public. l.iudi. l. infamem. ſed de iure canonico omnia crimina ſunt publica, & infamant infamia iuris ſiue ſententiæ.vide 2.q.3.§. hinc colligitur.3.q.4.c. conſanguineorum. & per Archid.extra,de conſue.c.non eſt lib.6. In gloſſ.vt ff. de infa.in fi.in quo interſit, vide eod.tit.l.in actionibus.

a Adnot.Ex quibuſdam.Condemnatus, vel pactus ex criminalibus, quæ hic numerantur.vel condemnatus actionibus directis,vel contrarijs,deſcendentibus ex contractibus hic enumeratis,erit infamis.h.d.ſecundum Ang.

1 §.*In eum ſenſus.*
2 *Vocandi in ius nomina uaria.*
3 *Adſignari quibus verbis poſſit dies.*
4 *Citari ſine præcepto an liceat.*
5 *Procedere an poſſit non citatus.*
6 §.*omnium ſenſus.*
7 *Acta non,niſi uocatis obſunt,quatenuſque,an non,uerum.*
8 *Pupilli ne citentur.*
9 *Procuratorum quis,citatibilis.& 10.*
11 *Citatio domini an arctetur.*

OMNIVM Autem actionum. Id eſt cauſarum, nam hic nomen actionis,ponitur pro inſtantia:ſiue pro cauſa.& ſic facit pro Pla.in eo quod not.ſupra de actio.in prin. ſed hic large ſumitur nomen actionis:vt ibi ſcripſi. In gl.alias quaſi ibi,
1 cum alleg.§.in eum vide ibi. † Poteſt etiam loqui in filio, in poteſtate conſtituto, in caſibus, in quibus agere poteſt, cum patre:de quibus ff.de iudi.l.lis nulla.

Item in omni filio,quando vocat parentes ex linea materna, vel naturales tantum: vide ff. de in ius voc.l.3.§.1.cum ſequen.C. eo.l.qui in poteſtate, & iunge ſupra de actio.§.in eum. In fin. eiuſdem gloſſ. vide ſupra de attil. tu.§.nos au-
2 tem. hic eſſent multa tractanda de citatione:[a] verum quia hæc materia tangitur per multos: & maxime per Specu. in tit.de cita.& per Columbum gloſſatorem Feudorum,qui in hac materia gloriatur ſe habere iuris prudentiam:vt in feud. de mili.vaſ.qui contu.eſt.c.vnico.in fi.magnæ gl.omnia non proſequor, nec cumulo, quæ dici poſſent. Aliqua tamen, quæ faciunt ad intellectum huius.§.prætermittere non poſſum:quia non tanguntur forte alibi: vel ſi tangũtur, non ita: in primis ſcire te volo,quod reperitur citatio,monitio,nun-
2 tiatio.edictum,conuentio in ius vocatio,requiſitio.†De citatione reperies C.de iudi.l.ſancimus.in princ.ibi, citata & in quibuſdam alijs locis iuris ciuilis.Iura tamen canonica, magis vtuntur illo vocabulo:vt potes videre in multis locis.extra,de offic.deleg.c.gratum.de proba.c.quoniam.& in cle.vt lit.pen.c.2.de ſen.& re iudic.c.paſtoralis.de verb.ſignifi.c.ſæpe.eod.lib.De monitione ſatis habes in legibus.C.de epiſco. & cleric.authent.cum clericus.§.2.[voluit allegare.l.omnes qui.C.e.in princ.]quomodo & quando iud.l.conſentaneum. ibi,commune facto.qui accu.poſ.l.3.in auth.de hære. & fal. §.ſi quis autem non implens.de teſtib.§.penul.de quæſtio.§. ſi v ero aliqui. de hoc vero ius cano. eſt totum plenum. de hoc,extra, de ſenten.excom.c.romana.§.porro.in fi.& c.cõſtitutionem.lib.6.de accuſa.cap.qualiter.2.de iud.ca.diſpendioſam.in cle.De denuntiatione habes C.quomodo & quando iud.l.tres denuntiationes de rei vend.l. ſi fundum[voluit (certe)allegare l.ſi fundo.§.fin.ff.de euictionib.]de dam. infect.l.4.§.prætor.in auth.vt nulli iud.§.neceſſarium. De edicto habes in infinitis locis. ff. de iudic. l. ad peremptorium. cum l.ſeq.quæ ſent.ſi appel.reſcin.l.1.§.item cum ex edicto. De conuentione,ſunt omnes libri pleni C.de præſcri.30.anno.l.ſicut.ff.de iudic.l.ſi quis poſtea quam.[hæc lex, non de conuentione loquitur.ſed de vocatione in ius.] De vocatione in ius adhuc plus.vt hic, & in totis titulis, de in ius voc. C.& ff. De requiſitione habes C. de iudi.l. properandum.& l.ſancimus in fin.

Circa hoc, primo poteſt quæri: an hęc omnia nomina idem ſignificent? Ad hoc poteſt reſponderi,ꝙ ſic, larga ſignificatione:quia apparet in materia, quod debeant idem ſigni-
3 ficare. † Nam ſi iudex mandat aliquem vocari coram ſe,non refert, vtrum mandet citari, moneri, conueniri,vel requiri, vel denuntiari, vel edictum proponi,quod reus compareat: totum enim operatur: aſsignatio diei,in effectu per iura allegata.In curia tamen ſeculari de conſuetudine non ſufficeret, imo oporteret adiornari expreſſe,ſed de propria ſignificatione eſt magna differentia. inter dicta vocabula nam citatio proprie figurat aſsignationem diei: monitio non niſi exprimatur. & hoc bene deprehenditur in d.ca.diſpendioſam.vbi dicitur,quod in cauſa criminali poteſt procedi,per viam monitionis, ſupponendo aliquid ſpeciale in ea: & inferendo, quod in alijs non proceditur: per viam monitionis, unde ſi iudex moneat te, quòd ſoluas decem, quę debes Titio: uel des, uel facias aliquid. in quo aſſeritur te teneri: monitio in nullo te arctat.& hoc niſi ius conſtitueret aliquid,poſt monitionem, uel requeſtam:quia tunc monitio haberet effectum, quo ad illud: & horum patent exempla,& probatio.extra,in cle.eod.tit.c.1.lib.6.in authen.de hęred.& fal.§.ſi quis uero non implens. & ideo iudices non poſſunt,nec debent procedere, per uiam monitionis: niſi in notorijs.uel quę tangunt forum animę.extra, de foro compe.c.fi.lib.6.Sed debent ſolum partem citare. & hoc uult dicere Vlpia. ff.de offic.proconſ.l. nec quicquam. ubi decretum §. illa enim, quę cauſæ cognitionem deſiderant: non poſſunt per libellum expediri, id eſt per monitionem in libello complexam, ſeu per mandatum in ſcriptis miſſum.ff.de reg.iur.l.omnia & per hoc uidetur,quòd mandata,quę emanant a curia Francię,uel a iudicibus, per quę mandatur ſoluere, niſi ſe opponant,ſunt iniuſta.debet enim procedi per uiam citationis, & petitio tradi in ſcriptis,uel ſine ſcriptis,ſecundum morem curię.hoc ſupponit dictum.c.diſpendioſam: ut ſupra dictum eſt.Iuſtificantur tamen: quia in caſu oppoſitionis habent uim ſimplicis citationis. nihilominus tamen credo, quod non procedant de iure. & quod ſint iniuſta.Nam tolluntur parti deliberatorię: & habet reſpondere coram executore.& tollũtur multa alia a iure conceſſa, quę tolli non poſſunt:ut regula,indultum extra, de reg.iur.lib.6.& hoc uult dicere iſte §.qui non obtineret, niſi talia mandata poſsint fieri: quia non inciperetur ab
4 in ius uocando. † Sed quęritur ultra circa intellectum huius §. nunquid citatio debeat fieri de mandato iudicis? Videtur expreſſum, ꝙ ſic: ut d.§.ſi quis uero non implens.de hęred. & falc.in d.auth.de quæſtio.§.ſi uero aliqui.C.de exhib.re.l. fi.ff.ne quis eum qui in ius uoca. eſt ui.l.1.§.1.Sed in hoc eſſet attendenda ualde conſuetudo. Item poteſtas executorum,quia ut plurimum datur eis poteſtas generaliter citandi.de iuris tamen rigore uideretur,ꝙ non ualeret citatio niſi de præcepto iudicis: & maxime, quando fit coram iudice delegato, qui debet mittere copiam reſcripti,ſeu commiſsionis ſuæ cum citatione: unde in Speculo.de citatio.§.ſequitur uerſic.utrum autem.extra de offi.delega.c.cum in iure.uel ſi fiat coram ordinario formalis, & ſuper tali proceſſu: & hoc maxime procedit, ſecundum opinionem illorum,qui dicunt quod libellus eſt inferendus in citatione:de quo conſueuit dici in auth.offeratur.C.de lit.conteſta.

Quid ergo, ſi non appareat de præcepto iudicis? Videtur
b proceſſus nullus: quia citatio eſt de ſubſtantialibus:[b] ut extra,

tra,de probatio.cap.quoniam. de accuſat. l.4. & principium & fundamentum iudicij . vt hoc §. & ſic ipſo vitiato, totum ruit.& ideo cautum eſt , ꝙ præceptum & relatio ſeruientis, ſeu executoris redigantur in actis,in princ. proceſſus,& hoc notant doct.in d.c.quoniam.Vel poteſt dici,ꝙ quamuis hoc non ſit factum, ſi tamen reperiatur proceſſus rite , & legitime alias factus in præſentia partium,nõ vitiabitur: quinimò credo , quod non vitietur , & ſi nihil appareat de citatione, dũtamen partes,vel eorum legitimi procuratores fuerint ꝑſentes in omnibus articulis proceſſus.& hoc dico , q͂a hmõi citationes,& vocationes,non fuerunt inuentæ, niſi ad finem ꝙ partis haberetur præſentia,vt negotiorum merita pandãtur,ſi præſens ſit:& vult procedere.ad quid vocabitur ? non video. pro hoc facit: quia teſtes vocari debent in teſtamentis,& rogari:& tamen ſi præſentes ſunt,ſufficit eos certiorare.ff.de teſta.l.hæredes palam.§.pen.Item legatarij ſunt uocandi in inuentario : & tamen ſi præſentes ſint, non oportet eos euocare,ſed ſufficit hæredem eis ſuã intentionem exponere.in auth.de hæred.& falc.§.hinc nobis.ver.niſi forte. & hoc innuit lex,quæ videtur æquiparare creditores eſſe præſentes,vel vocatos.innuendo, ꝙ præſentes non ſunt vocandi .ff.de minori.l.etiam.§.fi.facit etiam.ff.de dam.infect.l.4.§. abeſſe.vbi ſupponitur . ꝙ non eſt denuntiandum illi , qui in iure præſens eſt : ſed abſenti.Et ad hoc poteſt induci ratio iurium dicentiũ,ꝙ certus certiorari non debet.ff.de act.empt. l.1.in fin.Videtur ergo concludendum,ꝙ proceſſus non poſſit vitiari,dato,ꝙ non appareat de citatione, duntamen fuerit proceſſum in præſentia partis.Nam ſicut declinatoriæ,& dilatoriæ poſſunt omitti, procedendo ad litis conteſt.ſic videtur de citatione procedendo ei renuntiare : vt dixi ſupra de excep.§.appellantur.extra.de regularib. c.inter monaſterium. Nec obſtant iura,quæ videntur velle,quòd citatio ſit de ſubſtantia proceſſus : vt c.quoniam.quia hoc,verum, vbi proceditur contra abſentem.ff.quæ ſenten.ſine appell.l.1.§. item cum ex edicto.& d.l.accuſatoribus, ſed vbi contra præſentem,& non expedientem,de diei aſsignatione ; credo , ꝙ
5 valet proceſſus . Sed quid, ſi pars ſit præſens : † & opponat, quod non tenetur procedere , quia non eſt citata ? per præmiſſa,videtur quod non poſsit excipere.Et ita tenet Spec.de lib.concep.§.ſequitur.ver.item quidam dicũt.Sed huic opinioni,obſtat iſte §.& ſcio, ꝙ vbique ſeruatur contrarium de facto,niſi in officialibus . qui reſpondent ſine dubio de tam gentibus officium ſuum , de conſuetudine, ſi reperiantur in iudicio.Item quæritur , vtrum is textus obtineat generaliter vt in omni cauſa ſit opus citatione . & videtur quod ſic. omnium autem actionum &c. quod eſt ſignum vniuerſale . ſed
6 dic † omnium, in quibus cognitio actionum directe concluditur contra partes,in quibus eſt neceſſaria : ſicut aliquando in notorijs: vel ſi res,dilationem non receperit : nec tempus patitur euocationem,propter periculum,vel imminens ſcãdalum,iudex prouidere poteſt, vt dixi ſupra in proœmio huius libelli in materia notorij . Et eodem modo,ſi talis ſit caſus,in quo contradictio partis non admitteretur. vt ſi aliquis ſit excommunicatus,pro contumacia : poteſt abſolui , etiam parte non vocata : vt not.Archi.extra,de app.c.Romana.ſuper verbo,reuocant . Et ideo videtur,quod ſi iudex ſaiſiuit, vel manum appoſuit in aliqua re ſine cauſæ cognitione , q̃d poſsit eam remouere , etiam non vocata parte, ad cuius inſtantiam poſita eſt : imò etiam ſi poſſeſsionem alij tradidit ſine cognitione , iudex poteſt eam recuperare , & retradere illi,cui amouit,ipſo non vocato. Et hoc notatur extra,de electio.cap.querelam. per Innoc.in gl. dicitur autem circa medium verſ.alij contra num.6.in Spec.de primo decre. §. iam de effectu. verſic.ſed quid ſi iudex, num. 15. extra de accuſ. cap.qualiter.& probatur.ff.ſi muli vent.no.in l.1.§. neceſſario. Conſuetudinarij tamen non approbant hoc : imò vocant partem, ſiue iuſtè , ſiue iniuſtè manus fuerit appoſita, ad requeſtam partis.Sed quæritur, hic dicitur,omniũ actionum,Quid ſi non concluditur contra partem? quia in actione vocatur ſolum pars,contra quam concluditur , & nullus alius : quamuis principaliter interſit alterius : vt venditoris,vel patroni,iuxta l.ſæpe. ff.de reg.iur. Sed in talibus vocantur omnes quorum intereſt. C. ſi vt ſe ab hæred. abſtin. authen.ſi omnes.ff.de minori.l.etiam.§.fin.vide plene extra
7 de maioritate,& obedien.c.fin. per Innoc. † Quid ergo,ſi aliqui fuerunt vocati , alij non , vel omnes non exaudierunt vocem præconis ? Innocent. dicit,quod actus valet , quo ad illos, qui fuerunt vocati, & in eorum præiudicium . quo ad alios non : vt ibi nota. quod intellige , ſi ignoretur . ſecus ſi ſcienter : quia forte condemnentur , extra de elect. c. venerabilem.§.obiectioni.& iunge ſupra de adoptio.§.licet . vbi ſcripſi de hac materia. Quid ergo fiet,ſi res tangat multos ? verbi gratia,Dux,comes,vel epiſcopus,vendicant ſibi aliq̃d ius,forte ſubiectionem, vel aliud ius ſuper aliqua terra , vel aliquo ordine : forte Ciſtercienſi . nunquid ſinguli debent vocari ? Videtur quod ſic : quia quod omnes tangit,&c. Satis videretur contrarium , quod ſufficeret vocari prælatos , & adminiſtratores,extra de maior.& obedien.c. fin. Poteſt dici,quod ſi habent corpus, vel vniuerſitatem , ſufficiat vocari conſules , ſeu adminiſtratores vniuerſitatis . ſi non habeant : ſufficiat vocari prælatos in perſonis eccleſiaſticis : vel barones, ſeu habentes iuriſdictionem terrarum , & villarum : quia illi habent adminiſtrationem reipublicæ , per dictum cap. fin.Et hoc facit.ff. de actio. & obligationib. l.in honorarijs.§.fin. C.de re milit.l.tam collatores.§.vt autem. verſic. in his. lib. 12. & facit quod nota. ſupra de ſatiſdatio. §. eodem. Et poteſt dici, quod ſi ſint plures cõſules,ſufficiat vocare vnum , vel duos , vt d. §. & idem in tutoribus. C. ſi vnus ex plurib.tuto.l.1.ſed non ſufficeret vocari ſyndicum , vt d. §. facit.ff.de adminiſtratione tutorum. l. 1. §. 1. extra de reſcrip. cap. edoceri.& quod not.Innocent. extra. de operis noui nunciatio. cap. cum ex iniuncto.Scio ꝙ curia Franciæ ſeruat contrarium . vocat enim habitantes , & dat eis licentiam faciendi procuratorem, in cauſa illa . Sed quando vult facere collectas : ſeruat bene,quæ dixi. Nam non vocat
8 niſi prælatos,barones, & villas notabiles . † De pupillis , an poſsint citari : habes. ff.de in ius vocand. l. neque .ff. de adminiſtratio. tut.l.1.§.ſufficit.ex quibus cauſ.in poſſeſſ. ea.l. apud Iulianum.§.fi. cum l. ſequen. & ſeq. per quas videtur, quod non poſsit citari. Sed ſi nemo ſit, qui ipſum defendat, veniet actor ad iudicem : & dicet, ego habeo talem petitionem contra pupillum talem , vocaui amicos , non habet tutorem,nemo ipſum defendit. ponatis me in poſſeſsionẽ &c.
9 Sed nunquid ſufficit citare † procuratorem ? dic , quod ſic : ſi ſit conſtitutus ad cauſas generaliter , vel ſpecialiter ad illam cauſam : alias non.nam non ſufficeret citari procuratorem ad negotia,niſi in caſu, quo dominus eſſet abſens : vide C. vnde ui.l. meminerint . vbi ſcripſi in breuiario . In curia Franciæ non ſufficeret , niſi in cauſa quam duxit , & in aſsignatione quam litigauit . nam elapſa aſsignatione : illa non ſufficeret, & ſic nota. quod principalis perſona debet citari,
10 ſi reperiatur . † Quid ſi non reperiatur ? Dic , quod procurator debet citari , & ſi non ſit procurator : poteſt fieri citatio domi : ita quod fiat ita publice,quod familia ſciat,ſi ſit, ſinautem vicini,& cognati : & talis citatio valet, vt fiat miſsio : non autem vt poſsit procedi ad definitiuam, vel excommunicationem vel venditionem bonorum , niſi ante abſentiam eſſet præuentus perſonaliter , vel niſi eſſet talis cauſa , quod poſſet procedi lite conteſta. vel niſi eſſet talis, qui teneretur facere reſidentiam, vt beneficiatus in beneficio , vel vir cum vxore,& hoc plene not. Innocent. extra , de eo qui mitt.in poſſ.cap. ſi aduerſarius,& doctores poſt eum,& hoc ſequuntur doctor.ibidem.& de hoc Spec. non tamẽ ita plenè in Specul.de primo decr.§. ſequitur in princ. Sed quid in cauſa criminali ? Videtur idẽ , quo ad annotationem bonorum . Plus tamẽ requiritur,quod ſi ſcitur,vbi eſt, denuntietur ei.vide in Speculat. de accuſat. §. primo verſiculo, ſed nunquid.de hoc notatur in gloſſ.ff.quando appellan.ſit. l. 1. §.finali. Dyn.vero alio modo diſtinguit.dicit enim,quod abſens ante litẽ cont. non poteſt citari domi : ſed poſt ſic. & ita not.de damno inf. l. 4. §. toties . Sed poteſt dici , quod Dyn. intellexit , quod abſens non poteſt citari domi , ante litem conteſta. vt procedatur ad diffinitiuam , ſed bene poteſt citari,vt procedatur quaſi cõtra contumacẽ admiſsionẽ,

& vendi-

& venditionem,vel excõmunicationem, ſi ante fuerat præuentus perſonaliter,& ſic potes concordare cum Doct. iuris canonici. Item hæc procedunt in caſu,quo non latitat, quia
13 ſi de hoc conſtat,citatus † domi,patitur venditionem. ff. ex ex quib.cau.in poſſ.eat.l.Fulcinus.§.1.& præſumitur latitare,ſi tenetur facere reſidentiam : & ſit abſens ſine iuſta cauſa,ſupra in opin.Innoc.vel reſtringe opinio. illam ad caſum, quo mulier,vel eccleſia conqueruntur de abſentia . Secus ſi alij,vt d.l.Fulcinus.§.ꝙ ſi aduerſus. Et not.quod talis citatio potius dicitur denuntiatio,quam citatio, vt d. §. quoties. ff. quod vi.aut clam.aut qui aliter.§.1.de liberis agnoſcendis. l. 1.& d.c.cauſam.& cap.ſi aduerſarius.In caſu tamen videtur, quod non ſufficiat citatio facta domi.in auth.de teſtib.§.pe. vide quod ſcripſi.C.de teſtib.auth. ſi quis. Curia laicalis regni Franciæ indiſtincte admittit citationem factam domi, dum tamen intimetur alicui de familiaribus, in denunciatione extraiudiciali dic idem,ſicut in iſta.Nam debet primo fieri domino,&c. ſicut per dictas leges.Iuxta hãc materiam, poſſunt multa quæri. Primò quot,& qui ſunt modi citandi. Secundò,qui citare poſſunt,& quomodo.Tertiò,qui debent citari:& in quibus cauſis. Quartò,per quos,& an citantibus ſit credendum.de omnib. his reperies ad ſatietatem in Spec. de citatio.quibus iunge,quę ſupra ſcripſi.& de hoc agitur in auth.qui ſemel. C. quomodo,& quando iudex. & ibi ſcripſi aliqua . hodie vero eſt vnus modus citandi nouus . extra de iudic.c.1.in clem.cui iunge c.paſtoralis . in clem. de ſent. & re iud.per quam apparet, ꝙ non poteſt fieri citatio, etiã verbalis in alieno territorio,cuius contrarium conſueuit determinari per l.præſenti.C.de ijs,qui ad eccl.confugiunt. Has decretales non vidit Spec. ideo hic eas allego.

a Adnot. De citatione do.Ang.ponit in hoc.§.materiam citationis, per multas quæſtiones.vide eum hic.
b Citatio eſt de ſubſtantialibus.Adde,quod intantum eſt de ſubſtantialibus, quod etiam per principem,remitti non poteſt,vt plene dixi in apoſt.ad Lanſ. in c.quoniam contra falſam.§.citationes.in princ.extra de prob.

## *De officio iudicis. Rubrica.*

1 *Officiorum iudi.genera.*

*Glo.non continuat rubricam hic : ſed ſtatim ſuper tex.Tu potes alio modo continuare.Nam ſupra dictum eſt de actionibus.verum quia officium iudicis loco actionis habetur. ff. de actionib.& obliga.l.actionis. & dictũ fuit ſupra de actionib. in princip. ſequitur videre de officio iudicis. Et not.*
1 *quod † duplex eſt officium iudicis:quoddam principale: quod locum actionis obtinet.quoddam quod adhæret actioni: quod doct.mercenarium appellant.& eſt magiſtrale ex eo dictũ, quod ſicut famulus,vel ancilla,qui mercede ſeruiunt, deſeruiunt dominis,vel dominabus:ſic & hoc officium actioni. & de iſto agitur hoc titulo. & ſi de officio iudicis vis videre, etiam vſque ad tædium,vide in Spe.eo.tit.in 1. parte Specu. vbi fuerunt etiam non cumulanda,cumulata &c.*

1 *Sententia contra ius quando teneat.*
2 *Sententia contra conſuetudinem quando teneat.*
3 *Diſpenſare quando liceat.*

2 SVPEREST. a In gloſ. id eſt, conſuetudine. in fi. vide de hoc ſupra de iure natu. §. ex non
1 ſcripto,propè finem. † Circa hoc principium quæritur, b quid ſi iudex iudicet contra
b legem,vel contra conſtitutionem ? Scias,quòd gloſ.dicunt,quòd valet ſententia, niſi error exprimatur in ſententia . C. quan. pro. non eſt neceſſ. l. 1. & ibi Doctor. dicunt,quod non valet,etiam ſi error non ſit expreſſus:dum tamen appareat per proceſſum,vel alias liquide. Pro quib. dicitur expreſſum extra de ſentent.& re iudic. cap. paſtoralis.in clem.ſecus ſi opus ſit probationibus, extra de ſentent. excommunic.cap.venerabilibus.§.antepenul.incip. ſane lib. 6.C.de adult.l.ſi qui.& hoc in ordinario, quia ſententia delegati erronea,vel iniqua eſt nulla ipſo iure. vt ſcripſi de his
2 omnibus.C.de erro.cal.l.1. † Sed quid,ſi iudicet contra cõſuetudinem ? Per hunc tex.videtur,quod ſicut ſententia lata contra ius,non tenet, ſic nec contra conſuetudinem , cum hæc ad paria iudicentur : & facit, quia ſicut præuaricatores legis,ita præuaricatores conſuetudinum coercendi ſunt.11. diſt.c.in his.In contrarium videtur.C.quæ ſit long. conſue. l.1.in eo quod dicit:reuocabit, ſed ibi non loquitur de reuocatione ſententiæ,melius eſt.ff.de appell.l.imperator. §. fin. Poteſt dici,quod ſi ſit conſuetudo notoria,& iudicata,& iudicetur contra eam: quod non tenet,ſicut nec contra ius ſcriptum,per iura præcedentia.C.de teſtam.l.teſtam.in fi. Sin autem non ſit notoria : videtur,quod valeat ſententia : quia fertur contra ius litigatoris . Conſuetudo enim eſt probanda,niſi ſit notoria,& ita ſi pronuntietur : non videtur facere contra ius partis.ideo tenet.ff. de re iudic. l. cum prolatis,ſi tamen hoc caſu exprimeret errorem , quia diceret, non obſtante tali conſuetudine &c. non valeret. niſi cauſam exprimeret,quare non admitteret conſuetudinem, quia forte diceret irrationabilem,tunc enim tangeret ius partis, niſi notorie erraret per prędicta.Habes ergo hic,quod iudex debet iudicare,ſecundum leges, & conſtitutiones : hoc eſt, hodie correctum per authent.iuſiuran.quod pręſta.ab his.quę eſt. C.de iud.& incipit hodie.gloſſ. tamen tenet contra , & not. in dicta authent.& patet in authent.de iud.§. omnis autem.
c Sed nunquid poteſt diſpenſare , c de æquitate in caſu ſpeciali ? gloſ. & Innocent. videntur ſentire quod non : extra, de conſtit. cap. primo . Sed poteſt dici contra in his , quæ non tangunt partem . Item & in his,quæ tangunt partem , poteſt diſpenſare particulariter , ſi euidens æquitas ſuadeat. ff. de petit. hæredit.l. fin. de ſentent. & re iudic. cap. abbate,lib.6. & ſcripſi.C.de iudic.l.placuit.multum tamen oportet,quod equitas ſit vrgens,& euidens,& ita notant Docto. in dicto cap. fin. de conſtit. Sed nunquid quod hic dicitur obtinet in arbitro? Doctor. tenent,quod non : in dicto cap. fin. de conſtit.per l.qualem. ff. de arbit. Sed potius videtur contra : & videtur notari extra,de ele. c. cauſam. quæ & in Spec. tit. de arbit.§.excipitur.verſ. item , quod tale. & not. Ioan. And. extra de verb. ſignif. in clem. ſæpe ſuper verbo defenſiones. iſtud tamen non videtur obtinere in ſententia excommunicationis,vel in abſolutione ab ea quę videtur valere,ſiue iuſtè,ſiue iniuſtè, ſit lata, extra de reſcript. cap. ab excommunicato.

a Adnot. Supereſt. Diuide hunc tit.ſecundum Aret.& ſumma hoc principiũ ſic.Iudex debet iudicare,ſecundum ius ſcriptum,vel conſuetudinarium,& ſententiam ſuam ſecundum naturam actionis propoſitæ ferre. h. d. ſecundum Are.vſque ad §. & ſi in rem.
b Quæritur.Vide hic Ang.in 2.col.poſt princ.ver.Et not.bene. Item in ead. col.quærit Ang.quid ſi ſententia eſt lata expreſſe contra vnam legem, de cuius intellectu variatur.Item quid ſi eſt lata expreſſe contra acta. Item quid ſi eſt lata per probationes improbatas.
c Diſpenſare.Vide Ang.hic in 2.col.circa med.verſ. Quærit hic Io.Fab.

1 *§. Ideoque, ſenſus.*

IDEOQVE ſi noxali. In glo.ſcilicet permitto. in fi. Hæc ratio non videtur bona, quia plerunque fertur talis alternatiua ſententia,nec propter hoc vitiatur,vt ibi ſcripſi. Vnde dic,quod is tex.vult dicere,quod iudex condemnat in pecu-
1 nia,vel † ad dandum pro noxa,non eadẽ ſententia. ſed quandoque in pecunia , quando reus non offert dare pro noxa , quandoque in noxa,quando reus ante ſentẽtiam offert hoc. dic vt dixi ſupra de actio.§.præterea. verum eſt, quod reperitur caſus,quo condemnat in noxa,vt ibi ſcripſi,& ſupra de noxa.circa principium.

1 *Executionum tempora, & 2.*
3 *Fructuum genera.*
4 *Fructuum qui uendicandi.*

5 *Fructus varie petuntur: eiuſque rei effectus.*
6 *§. Et ſi ſenſus limitatio.*

a Et Si in rem. a In gloſſ.idem & ſi.in fin.ſiue danda.ff.de
verbo.obliga.l.vbi autem.§.fi. ſed quando eſt res certa,etiam
fit condemnatio ad dandum : & ad hoc agitur: vt e.tit.l.3.in
princ.In fin.eiuſdem gloſ.Et hoc niſi peteretur res per actio
nem perſonalem: quia tunc videtur idem, quod in reali,cum
ſit eadem ratio.& facit, quod ſcripſi ſupra de actio.§.fuerat.
1 Sed † contra hoc facit.ff.quod metus cauſa.l.ſi cum exceptio
ne. §. quòd ſi homo. ſed ibi homo non erat in præſentia. &
facit quod not.ff.de vſu.l.in fidei.in princ.magnæ gl.vbi qui-
dam habent quandam rationem , quare in reali ſit executio
ſtatim:in perſonali non.Per quam poſſet dici, ꝙ ſi petã,quòd
meum eſt per actionem perſonalem , fiat ſtatim poſt decen-
dium: alias poſt quatuor menſes.Item,per hanc rationem.vi
detur, quod licet hæc lex dicat , ꝙ ipſam rem cum fructibus
debet reſtituere: quod pro reſtitutione fructuum dãtur qua-
tuor menſes,ſi non extent, quando condemnatur in conſum
ptis. argumen.d.§.quòd ſi homo. & quia fit condemnatio in
pecunia ſeu in quantitate : idcirco videtur quòd datur dicta
dilatio.Et hæc procedent in corporalibus. Quid in incorpo-
ralibus?videtur idem.per Innoc.extra. de conceſsio præben.
2 c.cum noſtris. † In gloſſ.not.ibi incontinenti. b poſt decen-
b dium cum res tranſit in rem iudicatam. & ſic intelligit Spec.
in tit.de ſenten.exequutio.§.videndum reſtat in princ.quod
poteſt eſſe, vbi fit condemnatio in re reſtituenda:Sed in inte
reſſe : quia dolo vel culpa habere deſijt , videtur quòd poſt
quatuor menſes, qua inſpicimus potius naturam rei , in qua
fit condemnatio, & executio:quam naturam petitionis.ff.de
verb.oblig.l.ſtipulationes non d.§. Celſus. ff.de pigno.actio.
l.ſi conuenerit.& no.in ſimili ſuprà de actio.§.in bonæ fidei.
In glo.ſed de quibus.ibi cum dicit:licet in petitio.hære.ſit ſe
cus , quando extant.Nam ſi eſſent conſumpti: dicit idem: vt
in fructibus ſingularium rerum infra e.§. & ſi hæreditas. &
vide ff.de peti.hæred.l.item veniunt.§. fructibus.
In ea glo.ibi cum allegat l.certum melius.ff. de condic.ex
c lega.l.malæ fidei. In eadem glo.in fine.dic vt ibi not. c & ibi
ſcripſi.In gloſſ.hoc eſt verum.in fin.hæc gloſſ. poteſt eſſe ve
ra , vbi ab initio fuit bonæ fidei , & poſt ſuperuenit mala fi-
des.ff.de vſuris.l.qui ſcit.§.fina. & vide in §.ſi quis a non do-
mino.vbi plene de hac materia. ff. de rei vendi. l.ex diuerſo.
Vt tamen liquide videas hunc articulum , quo iure fructus
petantur: de quo fuit actum parum: vide ſub breui doctrina.
3 Præmitte † tamen diuiſionem ſolitam : videlicet , quod fru-
ctuum, alij percepti, alij percipiendi.percepti alij extantes,
alij conſumpti.Item alij induſtriales,alij naturales.Extantes
naturales , vendicantur a quocunque poſſeſſore.induſtriales
a malæ fidei: alia tamen vendicatione, quam principali.licet
ſecus in petitio.hæredit.a bonæ fidei poſſeſſore petuntur of-
ficio iudicis:Conſumpti petuntur condi.ſine.cauſa a quocun
que poſſeſſore:& vltra condi. fur.& rei vendi.a malæ fid.Per
cipiendi officio iudicis. ſecundum omnes. hæc eſt intentio
gloſſatorum. & doctorom , & de hoc in Specu.tit.de fructi-
bus.§.1. Et ſi vis formare libellos:vide in Spec.de cauſa poſ-
4 ſeſſ.& proprie. §.ſequitur.verſi. porro. † Rationes autem
diuerſitatum apparent:quia naturales ideo vendicantur,quia
ſunt petitoris , nec aliquis poſſeſſor facit eos ſuos.ff.de vſu.l.
fructibus. Induſtriales vero non vendicantur a bonæ fidei
poſſeſſ.quia non ſunt petitoris ſed bonæ fid. poſſeſſoris:vt l.
qui ſcit. §.fina. ff.de vſuris. Sed a malæ fidei poſſeſſore ven-
dicantur : quia ſunt petitoris , ſicut res. Sed quare non ve-
niunt in eadem vendi. ſicut in eadem petitio hæredit. ? vide
ff. de peti. hæredit.l. item Veniunt. §. fructus.vbi not. ratio.
Sed illa ratio non declarat,quare veniunt in eadem vendica-
tione. Sed poteſt dici , quod ſunt aliud a re ipſa : & ideo
alia actio eſt , quæ pro eis competit. ſed certe naturales ſunt
aliæ res : & tamen veniunt eadem ratione : vt ſupra dictum
eſt.Hæc eſt via certa,& communis,quæ pulſat aures.ſed non
videtur tangere cor,præſertim in practica:imo ſi actor ince-
dat per dictas vias : vix aut nunquam poterit formare libel-
lum certum , nec probare intentionem ſuam.Nam ſi tu rem
poſſideas,& fructus recepiſti ex ea, & in domo tua recondi-
diſti , & forte miſcuiſti cum alijs,quomodo ſciam ego,quan-
tum recepiſti, quantunque conſumpſiſti?Item,an extent vel
nõ?Item,an habeas bonam fidem,vel malam, cum ego igno
rem tuum titulum ? & tibi incumbat proponere, & probare
titulum,probato quod res mea eſt,iuxta illa quæ no.C.de pe
5 ti.hær.l.cogi? Super hoc aduerte,quod fructus duobus† mo-
dis poſſunt peti.vno modo , tanquam acceſſorij, alio modo,
principaliter iure actionis,vel officio iudicis,non mercenna
rio.Vbi petuntur acceſſorie, credo quòd omnia prædicta ceſ
ſent:& omnes fructus,qui præcedunt litis conteſt. poſſint pe
ti cum re principali : alij qui cadunt poſt litem conteſta. per
officium iudicis. & hoc dico per l. ædiles la.1. §.item ſcien-
dum ff.de ædili.edict.& hoc clamant omnia iura,quæ dicunt
rem cum fructibus reſtituendam. ff. de rei ven.l.non ſolum.
& l.Iulianus.& l.præterea.& l.fructus. Hoc patet:quia fru-
ctus veniunt in actio.quæ pro re principali intentatur. ff. de
condi.fur.l.in re furtiua.§.fin.C. ſi quis alteri vel ſibi. l. cum
propria.in fi. vnde vi.l.ſi de vi.de fru.& lit.expen.l.2.de vſur.
l.videamus.per totam ff.de vi & vi arma.l.ex die. & pro cer-
6 to hoc vult dicere hic §. † qui loquitur quando res peteba-
tur cum fructibus, reſtituatur:alias ſi ageret diuerſis actioni
bus,& diuerſis inſtantijs,non eſſet vna ſententia , ſed diuer-
ſæ : in quo caſu non loquitur iſte §. ſed vbi petuntur fructus
per viam actionis: tunc obtinet diuiſio,& doctrina docto.ſu-
pradicta. Vnde illud negari non poteſt , quin principaliter
fructus poſſint peti:vt patet.C.de condic.ex lege.l.mala fid.
ff.de rei vendic.l.non ſolum cum l. ſequente.& hoc eſt in e-
lectione actoris : vt ibi patet. & hoc maxime , vbi eſt actum
primo pro re principali, fructus non petitis.ff.de exceptio.l.
fundi. Caue tamen , quia periculoſum eſt fructus per viam
actionis,ſeu principaliter,etiam per officium iudicis,petere:
vt dixi: vnde conſulerem quod illo caſu fierent interrogato-
ria:alias vix poſſet fundari certa petitio:ſeu probari.vt dixi.
Super text.ibi : & ſine fruſtratione, de quo iudex debet ſe
informare extraiudicialiter.& facit ff.de rei vendicatio.l.qui
reſtituere. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §.quod ſi
homo.Item,ibi ſuper textum,poſt inchoatam per litem con
teſtationem in ſingularibus : per adminiſtrationem ſeu con-
trouerſiæ motionem in vniuerſalibus.C.de petitione hæredi
ta.l.prima.& iunge,quę ſcripſi ſupra de actio.§.curare.

a Adnot.Et ſi in rem. Iudex in actione reali reum ad reſtitutionem rei cum fructibus condemnat,in quo ſtatim fiet executio. niſi reus non habeat facultatem rei reſtituendæ.nam tunc datis fideiuſſoribus,executio offertur.

b Incontinenti.Dicit hic Aret.quod id, quod dicitur hic, quod incontinenti fit executio in reali , poteſt etiam habere locum, quando agitur perſonali ad rem,vide eum hic.

c Ibi not.Vide hic breuem diſtinctionem Ang.poſt me.2.col.verſic. Ex quo no.Item an,& quando fiat executio vide hic do.Aret.in 3.col.poſt me. verſi. in hoc articulo an & quando fiat executio.

1 *Intereſſe qui probandum.*
2 *Actio ad exhib. cui ſimilis.*
3 *Poſſeſſor malæ fidei quis.*

a Si Ad exhibendum. a De hac actione parum fuit dictum
in ſuperioribus. & eſt ſciendum , quod eſt perſonalis. ff. eo-
dem , l.3.§.eſt autem , quamuis ſequatur poſſeſſorem , & il-
lum , qui dolo deſijt poſſidere. C. ad exhibend. l.ad exiben.
propter quod aliqui doctor. voluerunt eam dicere realem:
ſed magis ſtandum eſt Vlpi.& in ea dandus eſt libellus,quam
uis quidam de hoc dubitent.Et no.in Spec.de offic.iud.§.po
ſtremo.verſiculo tertio dicendum,& verſiculo ſexto quæren
1 dum. & ſufficit † probare , quod interſit, per iuramentum:
ut not.in l.3. §. ſciendum.ff.eod. Et idem dicit Azo in ſum-
ma,quod eſt uerum , niſi euidens calumnia pateat. ff. de car.
edi.l.3.§. cauſę.ut in poſſeſ. lega.l.ſi is a quo. & hoc , ſi reus
confiteretur ſe poſſidere:alias oporteret probare ipſum poſ-
ſidere , uel dolo deſijſſe poſſidere : ſinautem , reus abſolue-
retur. ff. eodem , l. ad exhibendum. & per hanc actionem.
fit reſtitutio actori : niſi reus contendat eam ad ſe per-
tinere. ff. eodem. l. Celſus. §. idem Celſus. ueniunt etiam
in

in ea fructus & cauſa: vt hic & ff. eo.l.quis hominem.§.quan
b tum.alias incipit.l. Iulianus: In gloſſ.ſed quomodo in fin.[b]
ſed cur non fit ita interruptio, ſicut quando agitur perſona-
2 li:quo caſu interrumpitur hypothec. † Poteſt dici,quod hæc
actio non habet tantam conformitatem cum reali, vel alia
actione principali, quantam perſonalis, cum hypo. quæ ſe
conformant, ſicut principa. & acceſſoria.ſupra de lega.§.ſi
quis ancillas.ff.de pecu.leg.l.1.§.tunc inutile: Vel poſſet di-
ci probabiliter, quod vbi actor dicit ſe agere actio.ad exhi-
ben.quia ſtatim intendit vendicare rem, hæc actio operatur
interruptionem, quia eſt hæc plus quam nuda conuentio,
quæ interrumpit:vt l.ſicut nec eſt negligẽs, qui ſe præparat.
ff.ex quib.cauſ.ma.l.ait prætor.§.fi. ſed vbi ageretur ad exhi
bendum ſimpliciter, pro eo, quod actor diceret ſe velle rem
petere, alia actione:poſſet gl.hæc eſſe vera. Super tex.nihilo
minus condemnabitur.niſi velit recipere actio.quaſi repeti-
ta die: vt d.l.Iul.§.fi. Super tex.habere debet iudex.hoc ſi ſit
malefid.ſi enim ſit bon.fid.excuſatur:vt not.d.§.fi.ſed illa gl.
3 non eſt vera:quia omnis poſſeſſor † eſt malæ fid. poſt lit.con
teſta.quo ad fructus: vt s̃.proximo.§.vnde dic, ꝙ eadem di-
ſtinctio eſt facienda quo ad fructus,quæ in rei vendicatio.de
qua ſuprà de rerum diuiſi.§.ſi quis a non domino. Vel forte
diſtinguitur,an petat exhiberi, quod non eſt ſuum, an quod
eſt ſuum diſtinguitur in perſonalibus alijs iuxta l.videamus.
§.ſi actio. ff.de vſur. Item, quod hic dicitur, intellige, vbi
reus rem non exhibet cum ſua cauſa:vel quando res reſtitui-
tur per actio. ad exhiben.de quo ſuprà proxi.§.alias exhiben
do rem abſolueretur a tota cauſa:vt d.l.Iuli.§.fin. Super tex.
ſine fruſtratione.Hoc apparebit per informationem ſumma
riam:vt ſupra dixi proxi.§.& quo loco debeant res exhiberi.
& cuius expenſis:vide ff.eod.l.ſed ſi hæreditas.§. 1. In gloſ.
c delegato.in fin.[c] & caue, quia non æſtimatur quanti res: ſed
quantum intereſt,exhiberi ff.eo.l.Iul.§.fi.ſi tamen reſtitutio
eſſet facienda per hanc rationem iuxta dictam l. Celſus. §.
item Celſus.fieret æſtimatio,vt ibi ſatis colligitur.

a Adnot.Si ad exhi.Iſte.§.ſatis planus eſt in tex.
b In fi.Not.hic Aret.vltra Ioan.Fab.quod vſucapio,in rebus mobilibus,quia eſt mere fauorabilis non interrumpitur iudicio moto.& ſic per lit.conteſt.niſi in effectu.Quædam vero eſt vſucapio mere odioſa:& illa interrumpitur ſola citatione.l.cum notiſsimi.C.de præſcr.30.ann.Quædam eſt præſcriptio miſta:vt præſcrip.20.vel 10.an.& iſta interrumpitur per litis conteſt.vt l.morę.C.de rei ven.per Bar.in l.2.§.fi.ff.pro empto.
c In fin.Dic ſecundum Aret. ꝙ condemnabitur quantum intereſt rem non fuiſſe exhibitam.non autem in tota re.vide eum hic.

Si Familiæ. Hic §. cum duobus ſequentibus fuerunt le-
cti ſatis ſolenniter ſupra de actionibus.§.quędam.& ideo hic
nihil ſcribitur.

1 *Iurare in litem quando liceat.*

Contvmaciae. In glo.ſcilicet ad intereſſe.in fi.hæc
eſt opi. Azo.vt no.ff.fi.regun.l.4.§.ſed & ſi quis.nam quam-
uis.hæc actio ſit perſonalis:participat in aliquo naturam rea
1 lis:vt dixi in d.l.quædam.Et ideo † iuratur in ea in litem, ſi-
cut in realibus. ff.de in litem iu.l.in actionibus.vel potes di-
cere quod hoc caſu,quando non obeditur iudici.iuretur ſem
per in litem,vt ſcripſi ſupra de verbor.obliga.§.fi.de actio.§.
præterea.

1 *§.Eadem.ſenſus.*
2 *L.ſi.de exce.rei iud.ſenſus.*
3 *Sententia quid,eiuſque effectus.*
4 *Dominium an tranferat ſententia.*

Qvod Autem, In gloſ.not.ex ſententia.ibi:ſed quid ex.
glo.videtur reuocare in dubium quod ſtatim determinate di
xerat:ſed forte gl. intellexerat in principio loqui in actio.fi.
regun. hic in rei vendicatio. In fine eiuſdem gloſſ. de hoc
reperies diuerſas gloſſ.nam ff.de iuſti.& iur.l. ex hoc iure te
net, quod hic dicitur. & idem tenet.ff.de publica.l.4.§.fina.
contrarium videtur tenere.ff.de exceptio.rei iudicati.l.exce-
ptio. pro prima parte facit ratio gloſſæ quæ hic allegatur.
Item vltra gloſſ.videtur expreſſum ff.de except.rei iudi.l. ſi
1 mater.§. eandem. † verſic.& ſi forte. ibi enim erat actor do-
minus: & ſuccubuit: & poſt ſuperueniente domino, ex alia
cauſa agit. & ſic ſupponitur, quod ex prima cauſa, deſierat
eſſe dominus per ſententiam: quia alias non potuiſſet acceſ-
ſiſſe aliud dominium: cum duo dominia non poſsint ſimul
concurrere in eiſdem re,& perſona,vt dixi ſupra de actio.§.
ſic itaque item hoc videtur etiam expreſſum, ff.de rebus eo-
rum l.3.§. item quæritur. de ſtatuliber.l. ſtatuliberis a cęte-
2 ris.§.1. pro hoc facit. ff. de exceptio. rei iudicatæ.l.fin. † vbi
actor condicit rem, quam primo petierat per rei vendicati.
& ita ſupponitur, quod deſierat eſſe dominus per ſenten-
tiam,alias eſſet tanquam contrarius repellendus, vt dixi ſu-
pra de actio.§. ſic itaque. in contrarium videtur expreſſe in
d.l.exceptio.item faciunt rationes,quæ ibi allegantur in glo.
3 † Item quia ſententia eſt actus iuris ciuilis, qui non videtur
tollere dominium, quod de iur.gent.competit, vt l.ex hoc
iure. ff.de iuſt. & iur.ff.de vulga.l. ex facto.§. Iulianus.item
quia res iudi. & iuſiurandum æquiparantur ff. de iureiu.l.1.
ſed iureiurando delato, non transfertur dominium.ſupra de
2 excep.§.æque,ergo nec re iudic.Super hoc dicunt quidam,[a]
quod ſi pronuncietur pro reo,nil transferatur,ſi pro actore,
& reus tradat,ſic.& hoc ſatis videntur gloſſ.fouere.licet non
procedat, quia titulus habilis ad transferendum dominium
cum traditione,transfert ſine traditione,re apud alium con-
ſtituta. ſupra de rer. diui. §. interdum. Si ergo ſententia eſt
habilis ad transferendum cum traditione, ergo & re apud
4 alium conſtituta. † Poteſt dici, quòd ſi pronuntietur acto-
rem non probaſſe, quòd nil transferatur. vt l.ſi inter.de ex-
cep. rei iudi. hic allegata. Sed ſi pronuntietur rem ad alte-
rum pertinere, poteſt concedi,quòd licet dominium verum
non transferatur,tamen transfertur vtile,& eſt perinde,ac ſi
verum eſſet tranſlatum.& propter hoc dicitur C.de iudi.l.1.
& probatur C.de arbit.l.3.§. fina. quòd victori competit rei
vendi. vtilis quæ non competeret ſi eſſet tranſlatum domi-
nium, imo directa.& ſic dicitur in præſcrip.10.vel 20.anno.
in authen. niſi de bon. mat. C. & ſic poſſunt intelligi omnia
iura hincinde allegata.& ſpeciale, quòd etiam errans transfe
rat dominium contra l. 3. §. ſubtilius. ff. de cond.cauſa data
propter authoritatem rei iudica.vt frequenter alias dixi. Et
nota.ff.de publica.l.3.§.fina.& in multis locis.Sed ſuper hoc
poſſet hæſitari, vtrum transfertur abſque tradititione? &
credo,quod glo.dicit hic, quod non:& illud idem dicit in d.
l.3.de arbi. & quaſi vbique: pro quibus d.l.3.fin.§.de publi.
ff.de iud.l.eius qui. de reſcin.ven.l. fundus. Sed contrarium
videtur tenere ſupra de act.§.actiones.verſic.item ſi quis.de
pub.l.eum qui.§.ſi petenti.Pro quo videtur expreſſum hoc.
Sed hæc l.magis facit ad contrarium: quia hic dicitur ſpecia
le & ſic contra eſt ius commune: & eſt ratio ſpecialitatis:
quia agitur de quadam vniuerſitate, in qua non poteſt fieri
commode traditio.ff. pro ſocio.l.2.Et ſcripſi ſupra de rer.di
uiſione.§.per traditionem.ſecus forte in ſententia ſingulari.
& facit ff.de pignor. actio.l. non eſt mirum. de hoc notant
cano.ſed non eligunt extra de conceſsio.præbendæ,capitulo
propoſuit.

a Adnot.Dicunt quidam.Quæſtio eſt multum apud doc. tractata.an ſententia transferatur dominium.de qua vide hic per Ange. in 3.col. in me.ver. ſed pro pleniori intelligentia. vide per Sali. C. communia vtriuſque in. l.1. vbi etiam per Pau.de Caſt.

## *De publicis iudicijs.* *Rubrica.*

1 *Crimina qui excipienda.*

*Venenum ponitur in cauda,per quod homines moriuntur.*
*Et bene ultimo ponitur:quia impoſitio pœnarum capitalium,*
1 *debet eſſe vltimum remedium iudicis, debet enim † deuios*
*ad viam reuocare: nunc terrendo minaciter, nunc verbe-*
*rando, nunc incarcerando, & alijs leuioribus remedijs nec*
ad mortem

*ad mortem properare debet, niſi cum alia remedia ſint conſumpta: vt ſcripſi C.de ſumma tri.l.1.ſuper verbo:clementiæ. debet enim ſubiectis paternam exhibere prouidentiam. in auth.de mand.prin. §.fæſtinabis. verſi.talem.& dolere, & quaſi inuitus trahi ad pœnas 23. queſtio. 5. quaſi per totum.& maxime in c. miles.& c.cum miniſter.nam ſi glorietur in morte hominis: ſicut nonnulli faciunt: homicida eſt vt ibi patet. alias miniſter Dei.ca.q.c. qui malos.*

1 *Criminum genera,& quæ ſint.*
2 *Crimina varie proſequi 5.6.*
3 *Denuntiare quis poſſit.*
4 *Infamis probatio,& vis.*
7 *Accuſans,quando peccet.*

a
1 PVblica.a † Not.quod criminum, quædam ſunt priuata: quædam publica.de priuatis agitur ff.de priua.dilect.per totum librum.de publicis ff.de public.iudic.per totum. & dicuntur ideo priuata: quia priuati ea perſequuntur. nam nulli admittuntur ad ea exercenda, niſi illi, quorum intereſt.vt notatur ff.de priua.delict.l.fi.& hoc per viam actionis: quia ex officio poteſt iudex ea punire ff.de officio præſi. l. congruit. Publica vero dicuntur: quia quilibet de populo admittitur. infra §. 1. ſed iure cano. omnia ſunt publica: vt ſcripſi ſupra de pœ.te.lit.§.ex quibuſdam. In gloſſ.hoc verbum.ibi, cum allegat C. de fal.l. vbi. ſed & reus quandoque
2 probat in ciuilibus ff.de probatio.l.circa.† In gloſſ.ſed qualiter.in fin. hanc approbant doctor. unde vt plenius videas de hac materia: ſcire debes, quod ſecundum iura canonica, tribus modis agitur de crimine:per accuſationem, per denuntiationem,per inquiſitionem. Et hæc tria ponuntur in rubrica, extra de accuſ.addunt docto. alios duos modos,per viam exceptionis, & extraordinarie:quorum primus probatur extra de accuſationib. c. ſuper his.de ordine cogni. c. 2. ſecundus probatur in l.ea quidem C. de accuſa. de quolibet dicam tibi aliquas principales concluſiones. De primo certum eſt, quod debet procedi, prout gloſſ.dicit hic. nam reus vocabitur, & offeretur ei libellus:quo oblato,dabũtur induciæ:poſt quas cum reus redierit, accuſator inſcribet ſe, & ſatisdabit: deinde procedetur ad litem conteſta. & iuramentum de calumnia:vt plene notatur in Specula. de accuſatio. & in ſumma Hoſtien.eodem tit.Et dic, quod inſcriptio non eſt neceſſaria,niſi petatur.vide in d.ca.ſuper his.in Nouella.& ſcripſi C.qui accuſari poſſunt,vel non.l.qui crimen.& ibi poſui fallentias. & C. de accuſationibus l.fi. in breuiario.de ſecundo: vbi proſequitur per viam denuntiationis, dic, quod de iure canonico quilibet admittitur ad denuntiandum, qui admittitur ad accuſandum: non tamen opus eſt ſe inſcribere.ſed tamen ſuccumbens punitur extraordinarie. extra de calumnia c.fi.opus eſt tamen trina monitione,ſi ad pœnam agatur.vide extra eodem c.qualiter.& cap.ſuper his.& cap. cum dile-
3 ctus.& cap.licet.†De iure ciuili non videtur,quod aliquis admittatur ad denuntiandum, niſi ſoli officiales in criminibus notorijs,ſeu manifeſtis:iuxta legem ea quidem C.de accuſationib. de defen.ciui.l. defenſores ciuitatum oblatos. de cuſto.reo.l.quacunque. Pars vero non admittitur:ſeu accuſet, ſi vult. & hoc niſi eſſet miſerabilis perſona, quæ ſuum factum proſequatur: vt ff. de alimen. lega. l. ſeruos. de offic. præſi.l.illicitas. & l.congruit. in authent.de man.princip.§. ſit tibi.

Vel dic, quod iudex poteſt admittere quemcunque alias habilem, ſi infamia præcedat notoria. & ſic poteſt intelligi ff.ad Turpillianum.l.ab accuſatione §.nuntiatores. & ſic concordabunt iura canonica, & ciuilia.nam doctores iuris canonici dicunt,quod denuntiationem debet præcedere infamia: ſicut inquiſitionem. vt ſcripſi in l.ea quidem.Super tertio.videlicet de inquiſitione; videtur quod in iure ciuili non poſſit procedi, per viam inquiſitionis:quia nemo ſine accuſatore punitur,niſi in caſibus,qui hic no.& ff.de adul.l.2.§.ſi publico & ſic ubique videntur gloſſ.ſentire, de iure vero canonico poteſt: duntamen infamia præcedat.imo ſecundum Hoſtienſem & Specul.ſine infamia.vide plene extra de conſuet. c.non eſt.libro 6.per Archid.Satis poteſt dici, quod de iure canonico, & ciuili, poſſit iudex ex officio procedere, infamia præcedente. in authen. de collationibus.§. iubemus. de mandatis princip.§.ſi quis autem.verſicu.quia ſi delinquentes. & §.ſit tibi.ff.de quæſtion.l.fi.de offic.præſid.l.congruit. Et ad §. ſi quis accuſatorem. qui dicit, quod nemo punitur. &c.Reſponde,verum eſt pœna ordinaria:ſed extraordinaria ſic: vt dictis legibus. Vel poteſt dici, ꝙ nemo ſine accuſatore, &c.verum eſt, vel ſine infamia, quæ loco accuſatoris eſt. vt c.qualiter.extra eod.tit.& ita videtur idem vtroque iure:
4 & ſic ſeruatur de facto. & hæc infamia † debet probari per homines honeſtos, non odioſos:& debet eſſe tanta,quod faciat negotium quaſi manifeſtum, vide extra eodem ca.cum oporteat.& de hac eſt facienda informatio ſecreta: quam iudex non tenetur oſtendere parti,niſi velit.in Spec.eod.tit.§. nunc tractemus. verſic. hoc autem ſcias. ſed ſi non fiat: nec pars excipiat:nihilominus valet proceſſus:extra eod.c. 1.lib. 6.Et ſi non ſit promotor, vel denuntiator: iudex poteſt procedere ſummarie. ſinautem ſeruabit ordinem iuris: extra de dolo,& contumacia.c.veritas.ſi tamen promotor,vel denuntiator velint deſiſtere, vel ſint contumaces: iudex poteſt per ſe procedere. imo proceſſus factus, ipſis non legitime vocatis,valeret: extra eod.c.olim.per Inno.ſecus in accuſatore:in Spec.de aboli.§. 1.verſi.quid ſi accuſatus.ſecurius eſt tamen, ꝙ uocentur: in quo non eſt promotor,vel dennuntiator,iudex poteſt potius voluntatem ſuam de pœna facere,quam ſi ſint.quia tunc non poteſt pœnam remittere, nec quietare:vide in ſumma Hoſt.de inquiſi.§. fin.verſic.ſi. & ideo iudex tenetur declarare denuntiationem, vel promotorem,& debet nomen ſcribi in articulis, qui debent dari reo ab initio.vide in Spec.eod.tit.§.nunc circa.ver.quid ſi inquiſitor.Item videtur,quòd ſi iudex inceperit per viam inquiſitionis procedere: debeat ceſſare, ſi ſuperueniat accuſator. vide per Dy. extra de re iud.ca.factum legitime. lib.6.& maxime, qui ſuam vel ſuorum iniuriam proſequitur. ſed promotor non poteſt redire ad viam accuſationis.vide in Spe.de inquiſi.§.nunc uidendum.uerſi.ult. Item uidetur quòd ſi accuſator ante ſententiam deſiſtat, uel moriatur: poſſit fieri tranſitus ad uiam inquiſitionis,extra de ſimon.c.licet.per docto.& ſi ſententia eſſet lata, etiam in uia inquiſitionis: non admittitur accuſator, niſi ignoretur, & ſuam uel ſuorum proſequeretur iniuriam:uel niſi doceret de præuaricatione:uel niſi patulo appa ret iniuſtitia ſententiæ: ut ſcripſi C.eod.l.ſi quis homicidij.
5 † de quarto,ubi crimen opponitur in uia exceptionis,eſt certum, quòd præmiſſa non ſeruantur: nec eſt opus inſcriptione, niſi in caſibus, in quibus punitur ille, contra quem excipitur: de quibus in d.l.2.§. ſi publico.uide C.qui accuſa.non
6 poſſ.l.qui crimen.ubi ſcrip. † De quinto non oportet loqui: quia hæc uia eſt una & eadem, cum uia denuntiationis, uel inquiſitionis. nec uideo quare canoniſtæ fecerunt membrum per ſe.hæc omnia recitare curaui pro pauperibus iuſtitiarijs.Si tamen uis uidere plenius,uide quæ ſcripſi in breuiario C.qui accu. poſ.l.qui crimen. de accuſa.l.ea quidem.& l. ſi quis ho. & l.fi.Et ſi ſuper his uelis plenius inſtrui:uide tex. glo.& docto.extra eo.c.ſuper his.& c.cum oporteat. & c.inquiſitionem.& c. qualiter.de ſimo.c.licet hely.de of.or.ca.1. & in Spe.de accuſatore,& accuſato: in prima parte Spe.& de accu.in tertia parte Spec.cum tit. ſeq. & ſumma Hoſtien. de accuſa. cum rubricis ſequentibus. extra eod. cap.1. libr.6.de conſue.c.non eſt.eod.lib.& in decret.3.q.5.& 14.q.1.ca.3.4. & 6.Item.6.q.1.& 2. Item 8. quæſt.5. & 17.quæſtio.1.cap.
7 Deus.De uno dubitaui, † nunquid ſit peccatum aliquem accuſare de crimine, & ſe inſcribere ad pœnam tallionis: maxime,quando accuſator non proſequitur ſuam,uel ſuorum iniuriam? Et uidetur quod non: cum hoc fiat iuris permiſſione: & ita licite. ut patet per omnia iura ſupradicta. In contrarium uidetur; quia iura reputant inimicos tales: ut ſupra de excuſatio. tuto. §. propter litem.ſi ſit inimicitia,ſequitur rancor, ſi rancor: ergo peccatum.Præterea omnis accuſatio

tendit ad vindictam: & dominus ſibi vindictam reſeruauit, vt ibi, mihi vindictam, & ego retribuam. Solu. non peccat, ſi accuſet zelo iuſtitiæ, & propter bonum publicum. Sed ſi irato animo, ſeu volens ſe vlciſci accuſaret, peccaret. 3. q. 5. c. accuſatores. & ſic potes intelligere leges, quæ dicunt hoc eſſe laudabile. C. de epiſ. & cler. l. nulli in fi. & l. ſi quis in hoc loca. l. fin. de malefic. l. ſi. ad leg. Iul. repet. l. iubemus. in aut. de non alie. §. etiam, in vlt. col. Item credo ꝙ etiam cauſa vlciſcendi poſſit accuſare, ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur: per illa quæ dixi ſuprà de iniur. §. fin. ff. de iure fiſc. l. 2. de bonis lib. l. qui cum maior §. ſi libertus C. de adul. l. ita nobis pudor. l. Gracchus.

a Adnot. Publica. Diuide iſtum titulum, vt hic per Are. & ſumma vt idem ſuper hoc princi. in 2 col. circa fin. no. Ang. quod crimen, dicitur eſſe publicum, tribus modis & quibus. vide eundem hic.

PVBLICA autem. Super tex. executio, id eſt, proſecutio: ſcias ꝙ nulla dicuntur publica, niſi de quibus l. cautum eſt, ff. de pub. iudi. l. 1. In gloſ. hæc eſt ratio. in fi. dic vt in Spe. tit. de accuſatore in 1. parte. Spe. in tit. de accuſa. §. 3. in 3. parte. & ſum. Hoſt. de acccuſ. §. quis poſſit.

1 *Membri mutilatio an capitalis.*
2 *Procuratori quando locus non ſit.*
3 *§. Publica limitantur.*

a PVBLICORVM. In gloſ. quæ eſt mors: in fi. [a] Quid de
1 membri mutilatione? † Non videtur capitalis: quia perſona non moritur naturaliter, nec ciuiliter: nec computatur inter capitalia. ff. de pœn. l. capitalium, ſed tamen lex videtur æquiparare exilio. C. de ſer. fugi. l. ſi fugitiui. in authent. vt nulli iudi. §. pe. de man. prin. §. cogi, ſed dic, ꝙ non æquiparat: ſed narrat. Vnde capitalis non poteſt dici, niſi adimat vitam, ciuitatem, vel libertatem ff. de pœn. l. 2. & l. ſi quis forte. §. fin. Et pro hoc videtur, ꝙ poſſit conſtitui procurator in cauſa, quæ requirit membri mutilationem: cum non ſit capitalis. Sed
2 hoc non credo, cum non habeat locum ratio legis, quæ † requirit præſentiam perſonæ in capitalibus: videlicet, quia facienda eſt executio in corpore. & facit in feu. de no. for. fi. c. 1. & qualiter de iur. va. c. 1. extra. ne cle. vel mo. c. clericis, in quibus æquiparat vitam & membrum. & ad hoc poſſunt adduci illa, quæ doct. conſueuerunt notare. ff. de iuriſ. om. iudi. l. imperium C. de transact. l. tranſigere & quod not. C. de eo qui vi. al. ge. in gloſſ. ordinaria. Quæ autem pęne ſint capitales, vel non, & quæ ſuccedant in locum capitalium de iure canonico, Vide per Innoc. extra de accuſ. c. qualiter. in Spec. de accuſ. §. illud autem. Nota, ꝙ in toto iure ff. non reperitur pęna abſciſionis membri, quod ego recordor. Item no. ꝙ iſte
3 §. † non obtinet in caſu, quo lex exprimit de ſanguine: quia tunc ſolum comprehenditur vltimum ſupplicium ad literam: vt d. l. tranſigere. & ibi not. & ff. de bo. eorum qui mor. ſibi conſci. l. 1. Sed forte in illis contineretur membri abſciſio, propter rationem, quæ ibi redditur de ſanguine, & de hoc conſueuit ibi notari per doct. In gloſſ. & iſta. in fine. quid ſi de ſtatuto ciuitatis, vel de conſuetudine irrogauit damnum pecuniarum, & pœnam capitalem alternatiue. Verbi gratia, ſtatutum dicit, quod qui facit tale quid: ſoluat mille libras: vel luat in capite. nunquid reputatur capitale? Videtur quod ſic. ff. de penu. lega. l. 1. §. item ſi ita.

a Adnot. In fi. Super hanc glo. in 2. col. circa finem.

1 *Læſæ maieſtatis pœna an tranſmiſſibilis.*

a PVBLICA. [a] Autem. In gloſ. id eſt, animati. in fi. & hoc legitur in Pſalm. Nec damnabit eum, cum iudicabitur illi. Aliqui fatui credunt, quod condemnati ad mortem, ſint damnati in anima: quod plus quàm fatuum eſt dicere. extra de
1 pœ. c. 1. quod in te. & eod. tit. c. 1. in cle. † In glo. id eſt, dice-
